
ARTE

Ver Copia

GABELLE GENALI
SOLDI DVE

Polagna

L'Anno del Signore mille settecento ottantanove ed alli Trenta
del mese di Novembre doppo mezzo giorno. In acqui nel
Palazzo della gnle Città, e nella solita aula Consulare
posta sotto suoi notarj consorti

Si è radunato l'ordinario Consiglio di questa Città di permissione
dell'Illmo Sig.r Cavaliere Intendente Chilini, e d'ordine
dell'Illmo Sig.r Sindaco Gio Ambroggio Blesi precedenti
li soliti tre segni di campana, e citazioni verbali del
Mesco Bartolameo Mallarino così riferente, in qual
Consiglio oltre d.o S.r Sindaco sono intervenuti gl'Illmi
Sig.ri Consiglieri Carlo Giuseppe Seghini Bruni Baroni
Canusani di Retorto, Girolamo Porta e Ferdinando Lagna
Subina essendo absente gl'Illmi Sig.ri Consiglieri
Conte Francesco Roberti ed avvocato Gioanni Torre
Nel qual Consiglio d.to pres.te Illmo Sig.r Sindaco rappresenta
esserli stato dall'Illmo Sig.r Canonico di questa Cattedrale
Franco Saverio Reggio Teologo della med.ma
e Direttore dello spirito in questa R.a Scuola trasmessa
una lettera con un plico a parte diretto a questa
Città dall'Illmo Sig.r Teologo Gio Batta Valoriondo
Capo delle Morali Conferenze nella R.a Università di
Torino, e Dottore Collegiato di Teologia, e fa instanza

che sia apperto onde vederne e deliberarne sul contenuto

Li prest.mi Sig.ri Congregati fatta apprire la lettera si è

riconosciuto, che la med.ma è diretta a questa Amm.ne

Svazione dal prest.o Sig.r Teologo Morisondo, colla quale

ha dimostrato a questa Città la grazziosa memoria

che egli ne conserva e che sempre costante ha mantenuta

dal tempo che si ebbe la sorte di averlo qui dove

impiegò a beneficio di questa Diocesi i suoi vari talenti

e le sue segnalate virtù morali, quando era la med.ma

governata da S. E. Rev.ma Monsignor Corte, a cui la

Città per questo Soggetto degnissimo professa pure eterne

obbligazioni, e favorisce a questo Corpo Civico il primo

Tomo stampato che contiene li più accertati monumenti

della Civile, ed Ecclesiastica Storia di questa Città, al

quale fava succedere gli altri tre Volumi, tutti relativi

alla stessa Storia. Regno, in cui è quest'opera, sia nel

Regno, che nell'Italia, ed anche appresso tutte le nazioni

colte, che già la conoscono, rende vieppiù prezioso a quest'

Amministrazione l'atto generoso del prest.o S.r Teologo

d'averla favorita, e stimano angiosi che possa per un

così grande beneficio alla Città, col rischiarimento in tal

modo reso indubitabile della sua Storia, compire più

presto

presto, che potrà la grave fatica che ha intrapreso; e nello stesso tempo desiderando di palesarli la riconoscenza rispettosissima, che li protestano, lo pregano a gradirne una tenue testimoniança col Mandato, che in virtù del presente Convocato spedischino e fanno all'Esattore dell'anno prossimo 1790, di pagarli lire Seicento giacche in quest'anno non si è potuto contemplare nul Causato questo oggetto. Conoscono che il merito del Sig.r Teologo autore dell'opera Insigne esigerebbe una molto maggiore corrispondenza ma stanno persuasi che vogliandosi dalla sua virtù in considerazione l'attuale Stato della Città che ha sofferto tante spese in questi anni calamitosi, saprà supplirvi col gradimento dell'animo suo generosissimo. E pregano per fine il prefato Illmo Sig.r Sindaco a volerli fare in nome della Città pervenire la copia di questo Convocato con una lettera di ringraziamento espressa nei termini più efficaci, e mandano che sia qui inserita la sudetta lettera e sia posta, e custodita nei Archivj di questa Città fra gli Monumenti più pregiosi il succennato primo Tomo, e indigi altri tre, che saranno successivamente favoriti, e per i quali intendono con questo Convocato di pure, e con tutta l'intensità del cuore ringraziarlo sin d'ora pienamente

Alla qual risoluzione il pref.to Illmo Sig.r Intendente Caval.r Schilini per la particolare conoscenza, che ha pure

del merito delle Sig.ri Teologo M.o Coriondo, colla più viva
.isoddisfazione, vi appone la sua piena approvazione
e manda all' Esattore dell'anno prossimo, che fa
il pagamento della somma come sopra determina
e si è come sarà nel prossimo causato da lui prescr
E si sono tutti qui sottoscritti

All'originale Gio Ambroggio Blesi Sind.co Carlo Giuseppe
Seghini Bruni Barone Acusani di Retorto
Guido Girolamo Porta Ferdinando Magna Sabino
Can.co Teologo Franco Saverio Reggio, Philini e manu
Carlo Gardini Segr.o dell'Intendenza

Per Copia

N

MONUMENTA AQUENSIA

AD EXCELLENTISSIMUM ET REVERENTISSIMUM VIRUM

JOSEPHUM ANTONIUM CORTE


PRIMO AQUENSEM NUNC MONREGALENSEM EPISCOPUM

ADJECTÆ SUNT PLURES ALEXANDRINÆ AC FINITIMARUM PEDEMONTANÆ DITIONIS PROVINCIARUM CHARTÆ ET CHRONICÆ CUM COLLECTIONE DIPLOMATICA AC TABULIS GENEALOGICIS ANTIQUAS MARCHIONUM MONTISFERRATI SALUTIARUM CEVÆ INCISÆ BOSCHI PONZONI AC ALIORUM ALEDRAMICÆ GENTIS MARCHIONUM ORIGINES ENUCLEANTIBUS.

E MSS. CODD. EDIDIT PRÆFATIONE CATALOGO NOTIS INDICIBUS ILLUSTRAVIT

JOANNES BAPTISTA MORIONDUS D. T. C.

PARS I.



MUNICIPIO DI ACQUI TERME
Inventario Beni Mobili
Reg. Cen. N. 338

TAURINI MDCCLXXXIX.

EX TYPOGRAPHIA REGIA.

EXCELLENTISSIMÆ PARISIOT

EXCELLENTISSIME PRAESUL

Quod jamdiu vehementer optabam, Excellentissime Praesul, publicum aliquod mei erga te obsequii, gratique animi monumentum praebere, illud demum faventibus superis aliqua jam ex parte confectum, absolutumque tibi nunc offerre posse maximopere gaudeo. Ex illo enim die, quo me scholastico adhuc pulvere conspersum, ut tibi, quem tunc Clemens XIV ex Regis nostri sententia Episcopum Aquensem renunciaverat, qua scribendis epistolis, qua theologicis, ecclesiasticisque rebus tractandis inservirem, adsciveras, meaeque nascenti fortunae praesse velle demonstraveras, quid pro tam praestanti in me benignitate responderem coepi mecum ipse cogitare. Quamvis vero intelligerem tantam esse tuorum in me beneficiorum magnitudinem, ut vix aliquam eorum partem pro merito assequi possem: attamen illud muneris mei esse animadverti omnem et tibi gratificandi, et tua in me merita celebrandi occasionem captare, nilque eorum praetermittere, quae fidem, pietatemque erga te meam testari quoquo modo possent. Quae autem alia occasio vel tibi jucundior, vel meis rebus aptior se mihi offerre potuisset, quam hujus operis susceptio, cujus materiam tibi optatissimam, atque in deliciis esse cognoveram?

Memini enim quantam semper antiquorum Ecclesiae temporum notitiae cupiditatem habueris? Cui enim obscurum esset te Ecclesiastica historia potissimum delectari, ex quo vel ipso tui Episcopatus initio anagnostem Clericum designasti, qui prandii hora quotidie aliquid de ipsa te nobisque audientibus legeret? Ex optima hac studiorum tuorum ratione profecta est sollicitudo, qua ducebaris, amplissimae tuae dioeceseos antiquitates cognoscendi. Teneo enim disputationes, quas in familiari sermone serebas de antiquiorum Episcoporum origine, successione, gestis, decretis, synodis, aliisque praeclaris viris, qui eam vel sanctitate, vel doctrina illustrarunt. Cum autem multa caligine obsita cerneres, dolebas adeo pauca temporis edacitate, atque infortuniorum vicissitudine ad nos monumenta transmissa, et ea insuper usquequaque dispersa magna ex parte latere. Teneo etiam quantum operae, ac diligentiae adhibueris in illorum codicum investigatione, quos fama erat Josephum Gattum Aquensem, ac liberalium artium in ea civitate magistrum de Episcoporum gestis conscripsisse. Ferebatur enim ipsi publica tabularia visendi factam fuisse facultatem, ut juxta Ignatii Marucchi, et Iosephi Caprae decessorum tuorum voluntatem novam conderet, ac sinceriorem Episcoporum Aquensium chronotaxim. Qua in re praeclare ab eo multa adinventa atque excogitata egregie fuisse a multis accepi. Profecto acre judicium cum haud vulgari eruditione conjunctum illum habuisse demonstrant inscriptiones, quae mira elegantia, ac brevitate sub singulorum Episcoporum imaginibus a celebri pictore Monferratensi Goltzio in majori Episcopii aula depictis probante Francisco Chionio in Regio Taurinensi Lyceo latinae eloquentiae professore ab eo compositae leguntur. Hujus laus clarius fortasse innotesceret, si vel tantum vixisset, quantum ad ea, quae paraverat, exponenda, edendaque necesse fuisset, vel saltem inveniri, ac in publicam lucem extrahi potuissent. Quod ut tibi e voto succederet, nil intentatum reliquisti. Hoc autem tuum in hac re studium licet per hominum improbitatem fructu suo caruerit, laudarunt tamen omnes et ut singularis erga Ecclesiam tuam, de cujus illustratione agebatur, benevolentiae, et peculiaris in bonas literas amoris argumentum.

Mihi vero, qui eo cogitationes omnes converteram, ut quod tibi placere posse cognoscerem pro viribus conarer, haud fuit diutius de operis, quod tibi arrideret electione deliberandum. Qua propter omne tempus, quod ex officio supererat hujus dioecesis, civitatisque originibus investigandis, ac documentis conquirendis, et interpretandis transmittendum putavi. Quo in studio licet multum mihi laboris, ac patientiae subeundum fuerit, attamen obsequendi tibi voluntas leve reddidit, atque jucundum. Animum addidit etiam complurium ex civitate, ac Clero sententia, qui meum hoc consilium, ut apud eos percrebuit, et statim probarunt, et adjuvare se velle spoponderunt. Inter hos maxima mihi laude celebrandus ille Franciscus a Turri paucos ante annos (1783) maximo et mei, et totius civitatis dolore defunctus, qui ut erat multiplicis eruditionis genere versatus, tum historia potissimum delectabatur. Huic si voluntas haud defuisset, egregiam sane,

ac praeclaram suae patriae nobis dedisset historiam, ut breve illud commentarium, quod Italice de rebus Aquensibus et tibi, Praesul Excellentissime, obtulit, et mihi aliisque communicavit, et epistolae illae doctissimae demonstrant, quas ad Cl. V. Canonicum Chennam Vic. Gen. dioecesis Alexandriae pro tuendis Ecclesiae Aquensis juribus adversum novitiam illius coeteroquin amplissimi viri sententiam scripsit. Hic autem, ut novit me hoc opus adgressum, non modo hortatus est, ut alacriter prosequerer, verum et quae ipse per otium collegerat documenta ad me omnia detulit, tum ad alias conquirendas se omnem operam adhibiturum in posterum est pollicitus, quod sane cum maximo hujus operis emolumento praestitit, ut suo loco est a me indicatum. Quo effectum est, ut intra quatuor annos haud spernendam veterum chartarum syllogen comparatam habuerim. Cum vero spes jam affulgeret illam brevi absolvendam, ad me delatum Regis nuntium fuit, quo juxta Taurinensis Archiepiscopi Francisci Rorenghi a Rorà votum jubebatur a latere tuo discedere, ac ad collationum theologicarum in Regio hoc Athenaeo regendarum praefecturam capessendam Taurinum proficisci.

Haec autem fortunae immutatio tot objecit suscepto operi impedimenta, ut magno me illud deserendi periculo commiserit. Nam et adepti muneris gravitas, quam tantae, ac tam difficilis doctrinae magisterium secum fert, meam omnem operam primis saltem annis in eo collocari oportere monebat; et nimia ab illa civitate disjunctio multis me perficiendae historiae subsidiis privabat. Neque enim haec editis solum libris continebantur, sed privatis, publicisque tabulariis, ex quibus equidem multa in adversaria conjeceram, aliqua integre, pleraque contracte, nonnulla titulo tenus solum excerpta, ratus ubi esset opus e suis loculis extracta in usus meos parata semper habiturum, at haec aliaque commoda, quae in hac specie praesenti adsunt, mihi absenti defutura noveram. At licet fortuna hoc mihi consilium extorquere quasi videretur, haud tamen potuit me a priori sententia dimovere. Nam priora illa impedimenta et temporis mora, ac tua benignitate tolli posse cogitavi. Nec spes vero abfuit. Qua enim benignitate me domi tuae morantem fovisti, eadem me absentem omni officiorum, ac beneficentiae genere prosecutus es. Tu me Fratri tuo tunc a secretis, ac ab interioribus negotiis Regi administro commendatum voluisti, cujus summa in me merita si vellem praedicare, nec dies mihi, nec lingua sufficeret. Non enim solum suo me patrocinio in suscepto officio tueri voluit, sed etiam ut frequens ad ipsum accederem, haud minori benignitate permisit, quod quantam ad hoc meum opus prosequendum excitaverit alacritatis vix dicere possum. Quamquam enim ille primas in Accademia, ubi publice jus docuit, et summas in foro, ubi rationalis curiae patrum Proto-Praeses fuit renunciatus, dignitates amplissimas sane atque honorificentissimas obtinuisset, ac praeterea ad ardua, ac difficillima Regni negotia expedienda a Rege electus, postmodum summi Patriciatus apicem, ac magni Cancellarii supremum omnium munus esset consecutus, ac maximis gravissimisque curis perpetuo esset distentus; attamen, quod in maxima ejus laude ponendum

est, bonarum literarum, ac historiae patriae potissimum, atque ejus antiquitatum ita eximius amator fuit, ut cum ei per intervalla liceret, se ad earum studia referret. Certe illas ita habuit cognitas, ut nulla lex, neque pax, neque bellum, neque res illustris populi Subalpini esset, de qua ipse non apprime dissereret. Quis autem tanti Viri antiquiorum temporum scientia praestantis consuetudine utens non in harum studio accenderetur, non in eo permaneret?

Alterum vero singularis tuae in me benignitatis argumentum fuit cura illa, atque sollicitudo, qua quidquid e re mea fore putabas illud perhumaniter ad me quam citissime transmittebas. Neque enim sine voluptate recordor illius epistolae, qua significabas ab heredibus Laurentii Burgontii Canonici Alexandrini, atque Episcopi Mercurini Arborei Gattinarae Vicarii Generalis, qui totum fere vitae suae tempus Ecclesiae suae, ac civitatis documentis colligendis consumserat, nonnulla ejus Miscellaneorum volumina (VIII. XXXV. LIX.) impetrasse, atque ut ad me deferrentur curasse diligenter. Quantum vero ex illis profecerim, quam amplam ex illis documentorum segetem messuerim, haec mea Aquensium monumentorum collectio palam omnibus facit, quae illorum adjectione ita excrevit, ut parum abfuerit, quin ad sui fere complementum perduceretur.

Hoc autem aberat, ut multa prout superius innui, quae ex Aquensibus tabulariis excerpseram, vel ex imperfectis exemplaribus descripseram, integra extraherem, supplerem, atque ex aliorum, quae ibi invenire facile erat, collatione emendarem, ut nonnisi ad omnem ἀκριβείας, ac sinceritatis lancem pensitata in publicum ederentur, et historia non aliis quam istis accuratissimis, atque indubitatis testibus superstrueretur. At haec aliaque praeterea, qua a tua liberalitate, ac gratia expectare mihi commoda fas erat, ex tui ad Monregalensem Ecclesiam translatione intercepta mihi fuerunt. Laetatus equidem sum haec tibi fauste contigisse. Quis enim in tanta Regis nostri tibi, fratrique tuo gratificandi voluntate, quanta in hac et amoris, et beneficentiae significatione continebatur, haud gauderet? at hinc nova operi objecta impedimenta. Nam et tibi in hac causa mihi juvandi copia, et mihi tuis beneficiis, tuaque propensa in me voluntate fruendi commoditas fuit sublata. Ceterum et aliud quoque ex improviso huic operi cecidit adversi. Cum enim bis Theologiae moralis stadium, quod quatuor annorum curriculo stata lege absolvitur, emensus fuissem, ex Regis decreto ad praefecturam tunc obitu C. V. Jordanae ex Theologorum collegio vacantem in R. Nobilium Accademia, ubi jam sexennio sacris praefueram, regendam accitus fui. Hoc autem munus quantum postulet temporis, ac diligentiae norunt illi, qui ex animi conscientia illo perfuncti sunt. Quid autem agerem, vel quid consilii caperem? differrem ad meliora tempora? at pudebat tamdiu differri opus, et jam tribus ab hinc lustris inchoatum, et in magna exspectatione positum ad tardiorem aetatem prorogare. Insonabant auribus multorum voces, quibus monebar jam ab alio quopiam praeocupatam iri materiam, qui et hanc mihi multis sudoribus, ac vigiliis impensisque haud exiguis prope partam laudem praeripere

gestiebat, jamque prima mihi exilis licet, ac jejuni operis folia typis edita monstrabantur, non esse propterea cunctandum, sed cum festinatione opus adgrediendum. Rumpere itaque moras decrevi, at quoniam per temporis angustias, atque occupationes haud licebat historiam cum monumentis conjungere, placuit monumenta utpote operis summam novo exemplo seorsim edere. Deliberatione facta propositum eo libentius peregi, quo tibi, cujus in hac re voluntati consilium hoc meum ipso initio totum commiseram, probari cognovi. Neque enim ob tuam ab illa dioecesi discessionem aliqua facta est in te voluntatis mutatio, sed quam ante omni benevolentia complectebaris, ejus etiam in posterum rebus juvandis, ac promovendis pro re nata facilem semper te, ac promptum exhibuisti. Movit etiam tui in Episcopatu successoris Catali Burontii Del Signore crebra per verba, deinde per epistolas hortatio, ne ultra differrem, sed manum operi admoverem, cujus sane eximii Episcopi, ac magna eruditionis laude praestantis, tui vero studiosi, ac benevoli auctoritas plurimum apud me valere oportebat.

Hisce itaque obsequi mihi stetit sententia, nec motus imperfectionis suspicione, nec spe longus ulteriori, quae primo parata ad manus venerunt, confestim officinatoribus ad imprimendum tradidi ratus in hisce rebus non tam ejus, quod speratur, quam quod possidetur habendam esse rationem; nec quae habentur incertis, ac fortuitis casibus, qui saepe homines fefellerunt, committendam rem esse. Subibat etiam animum vix quidquam hac in causa integri, perfectique assequi hominem posse, quin novis accessionibus locupletetur, emendationibus illustretur, atque lectores si modo aequi censores esse velint, lucri loco habituros, quod multa proferantur in lucem, quae ignorare necesse fuisset, licet non usquequaque limata, atque absoluta: non omnibus qui hanc spartam ornare suscipiunt eandem esse rationem, aliam ejus, qui civitatis in qua degit historiam scribit, aliam ejus, qui scriptorum penuriae suppetias ferre cupiens, locorum intervallo ab ea est sejunctus; aliam ejus, qui ibi scribit, ubi splendida litterarum fax non in optimatum solum aulas, sed in ipsa secreta tabularia penetravit, atque membranas ipsas, ac chartas in publicum commodum educi docuit, aliam ejus, qui in illis locis, ubi illas videre nec vana quaedam religio sinit, nec timida suspicio permittit, ubi non oculis lustrare, sed aliorum fidei niti necesse est; ac proinde uni ignoscendum, quod aliis vix indulgendum esset, sed aequi bonique consulendum, si quidquid novi e tenebris scriptor extrahit, ut quam rectissime se habeat quae profert pro iis, in quibus versatur temporibus omni sua cura, opera, ac diligentia providit.

Quamquam et huic, quae me admodum sollicitum angebat, curae aliqua ex parte consultum est. Nam cum praeterito anno a Regii Nobilium Collegii Praefectura honestam a clementissimo Rege missionem impetrassem, Aquas profectus complura ex jam editis documentis ad autographa, vel vetusta exemplaria, ac membranas, quae in publicis ejus civitatis, ac Ecclesiae tabulariis servabantur beneficio Eq. Ghilini R. Q., ac I. C. Can. Scoffoni exegi. Quo factum est, ut notae

posteriores emendationes aliasque illustrationes complectentes primae huic parti adjungerentur. Cum itaque hoc quod in votis erat perficere demum mihi fuisset concessum, gavisus admodum sum non modo quod cumulatius, atque pro viribus magis absolutum opus offerre tibi possem, sed quod jam tempus nactus fuissem et magnam tuarum virtutum laudem, et singularia in me merita celebrandi, atque tibi Fratrique tuo benemerentissimo aliquam praebendi grati animi mei significationem.

*Quid enim mihi tot beneficiis devincto agendum supererat, nisi ea praedicare, ac laudibus efferre? Haec unica gratiarum viris in alto dignitatis gradu positis solvendarum via, ut rectissime dixerit ultimus ex gentilitate Romanorum Imperator Julianus *, ingrati viri notam mereri non tam qui mala pro benefactis rependit, quam qui taciturnitate ea silet, nec voce pandit. Atque utinam quantum in me est desiderii, et voluntatis, tantum esset facultatis, ac vis dicendi quam apertus, quam latus laudum tuarum efferendarum campus mihi nunc suppeteret? possem celebrare maximam tui erga Deum pietatem, et cultum, orandi frequentiam, vigilem in officio sollicitudinem, summam erga omnes benevolentiam, et comitatem. Solemne enim, ac tibi quotidianum omnibus praebere aditum, benigne excipere, libenter auscultare, adesse officio, ope juvare ac patrocinio. Quis vero tuam in consiliis prudentiam, ac in deliberando judicii maturitatem satis commendet? Quae enim in dioecesi factio, aut discordia fuit unquam excitata, in qua tua virtus in conciliandis dissidentium animis non emicuerit? Quid vero dicam de tuis in Monasterium, Seminarium, ac Cathedralem Ecclesiam meritis? Ad illud antiquissimum Virginum coenobium a D. Guidone fundatum, ac majoris templi contiguum ita animum, ac mentem initio tui Episcopatus intendisti, ut et propriarum legum observantia, caeterisque virtutibus, quae Deo dicatas Virgines decent, floreret quam maxime, et ut res eorum neglectae, ac prostratae resurgerent, atque aliquod incrementum caperent. Qua in re quod paucis sane obtigit, tua prudentia effectum est, ut victus ibi, ac mensae communio primum induceretur, quod quantum eorum depressae inopiae sublevandae profuerit, compertum fuit postea, quo de novandis monasterii aedibus est deliberatum. Quid de seminario, cujus dimidiam partem fere ex integro e fundamentis reformasti, cubiculis, cellariis, bibliotheca amplificasti, cujus coenaculum situ, ac humiditate depulsa puriori aëri reddidisti. Neque materialium tibi solum aedium cura fuit, sed multo amplius rectae institutionis Clericorum, qui ibi te inspectore, ac duce ad pietatem aeque, ac ad studia informabantur. Quid enim non egisti, ut ad studia incitares, commoda promoveres? Publici professores qua hortationibus, qua officiis, ac liberalitate allecti, ut iis advigilarent, consulerent: assumti magistri, qui privatim lectiones explicarent, exercitationes agerent, publica in Episcopali aede indicta pericula, habitae disputationes. Quid demum de Ecclesia Ca-*

* ἔσιν ὐχ ὁυτος ἀχάρισος μόνον, ὅσις ἐυπαθὼν δρᾷ κακῶς ἢ λεγει, ἀλλὰ κὴ ὅσις σιωπᾶ, κὴ ἀποκρύπτει, λήθῃ παραδιδοὺς κὴ ἀφανίζων τὰς χάριτας. Juliani Orat. pag. 102.

thedrali? ut quaedam pauperrima sacerdotia annuis reditibus ditarentur egisti; ut capella amplissima, ac magnificentissima ad SS. Sacramentum asservandum excitaretur aere tuo curasti. Mirantur illam omnes, et tot peregrinis marmoribus, egregiis picturis, toreumatibus, aureis ornamentis, ita ad omnem elegantiae, ac majestatis formam compositam, ut non solum splendidissimae D. Guidonis Capellae e regione positae optime respondeat, verum etiam ut in illustriorum, quae in nobilissimis civitatibus visuntur, numero haberi merito possit.

Mitto plura in tui laudem efferre, eaque praesertim, quae in Monregalensi Ecclesia te cunctis gratiosum, ac spectatissimum reddunt, tum ne forte hanc laudum tuarum partem historiae Monregalensis Ecclesiae scriptoribus praeripiam, tum ne modestiae tuae ab omni laudatione abhorrentis majorem vim afferam. Illud unum pro certo affirmare possum, in tua semper laude posteros habituros, te auspice ac suffragatore, multa historiae Aquensis, ac finitimarum regionum, eorumque qui ibi civilibus, sacrisque rebus plurimum auctoritate, potentiaque pollebant documenta e tenebris in publicam lucem educta, ac ne ut multa alia casibus incertis perirent, operam, auxiliumque praebuisse. Optarem equidem, ut meus hic labor tui nominis amplitudini, ac dignitati responderet; at quoniam tantum mihi sumere non audeo, illud a te vehementer peto, ut voluntati ac desiderio tibi obsequendi, antiquissimam, ac florentissimam Ecclesiam illustrandi, tibique mei erga te animi, ac beneficiorum tuorum perpetuo memoris aliquod monumentum dicandi, aequi, bonique consulas. Excipe igitur primum mei operis volumen, quod in tuis aedibus coeptum varios fortunae casus subiit, tua liberalitate locupletatum, pertinaci voluntate ad exitum deductum; atque hoc ad Moecenatem suum properans foveto, dum interim ad secundum jam magna ex parte impressum ultimo perficiendum me vertens, ut quam citius comtum, atque ornatum se coram te prodat, qua potero sollicitudine, ac diligentia satagam.

Taurini nonis augusti MDCCLXXXIX.

Obsequentissimus, tuique Addictissimus
Johannes Baptista Moriondus.

MDCCLXXXIX

PRAEFATIO

Cum graves rationes suaserint, ut est in praecedenti Epistola declaratum, monumenta Aquensia ab historia sejungere, atque ab illis exordiri, nunc aliqua mihi praefari necesse est. Neque tamen de hujus collectionis utilitate, ac praestantia verba faciam. Res enim, est in hac qua vivimus litterarum luce adeo omnibus aperta, ac tot scriptorum sermonibus trita, ut eam persequi inutile opus foret. Quin immo praestaret potius rationem aliquam ac normam tradere, qua harum rerum curiosi, ac irrequieti indagatores dirigerentur in eorum delectu habendo, quae utiliora historiae ac scientiarum augmentis fuerint, ne passim omnia, quae in manus venerint edentes confusionem potius, atque obscuritatem inducant, vel ita in immensum augeant, ut non nisi summo, ac prope infinito labore meliora, ac praestantiora documenta secerni ab aliis possint, de qua re alii viderint. Nos enim longe absumus ab hac cura. Si enim detrahas, quae Ughellius in Episcopis Pedemontanis, Guichenonius in Sabaudiae Ducum historia, et Bibliotheca Sebusiana, et editores chartularii Ulciensis, Durandus in multis, quos edidit optimae notae libris, Augustinus ab Ecclesia in Chronologia Episcoporum, et Abbatum Pedemontis, Muratorius in historia Fossanensi, ac Tenivelli protulerunt, quae quidem quam pauca, quam exigua in tanta historiae nostrae obscuritate, varietate, ac saeculorum progressione, et exteri queruntur, et omnes nostri saepe in ore habent; vix alius est, qui huic antiquarum rerum inopiae ad patriae decus atque ornamentum opem ferre voluerit.

Hisce itaque praetermissis illud mihi explicandum ante omnia est, quorsum spectet haec tam multiplicis, ac varii generis documentorum collectio. Facile enim continget, ut lectores tam in operis titulo, quam in ejus prosecutione videntes chartas Aquenses cum Alexandrinis, itemque alia plura ad Marchiones veteres late in Pedemonte Cispadano regnantes illis permixta haereant, causam, qua haec unio fiat, atque consociatio prorsus ignorantes. Quae sane admiratio cessaret, si historia monumentis anteiret. Ex illius enim contextu atque narratione intelligerent perspicue modum, quo singula suum occupant locum, atque rationem utilitatemque illorum ex historia detegerent. At cum nos aliam tenuerimus viam, idcirco necesse prorsus est, ut rationem eorum quae a nobis facta sunt lectoribus exponamus.

Et primo quidem multas ex Alexandriae tabulariis erutas scripturas cum Aquensibus duxi conjugendas, quia ab illius civitatis origine usque ad initium saeculi XIV. ita utriusque rationes fuerunt inter se connexae, ut in multis unam prope utriusque civitatis, et Ecclesiae historiam constituant. Quod licet iis, qui aliquam habent hujus historiae notitiam compertum sit, quia tamen res neque omnibus obvia est, et nonnulli in controversiam deducere student, atque quam maxime ad haec intelligenda necessaria, idcirco brevius

summa ejus capita percurram, ut quisque consilii mei rationem et cognoscat, et probet.

Ac primo si ad antiquas horum populorum origines animum intendamus, nonnulla inpromptu esse possunt argumenta, quibus probetur Alexandriam in antiquae Statiellensium nationis finibus fuisse aedificatam, finitimosque populos, qui ad eam incolendam coiverunt, Statiellenses magna ex parte fuisse. Ad hujus sententiae confirmationem illud solummodo hic referendum puto (nam omnia persequi alterius erit loci) vel ipsos Alexandrinos cives eosque, qui superiori aevo et doctrina et eruditione maxime florebant Statellates se et nomine et re esse gloriatos fuisse. Quod si Statiellenses iidem fuerunt atque Aquenses, quis negabit illos qui Alexandrinos novo nomine se dici voluerunt, Aquenses origine ac natione fuisse?

Quod si ad sequiora tempora nos convertamus, non ne multo haec clariora fient atque probabiliora? Sub Romanis imperatoribus cum Statiellenses ad Christianam religionem accessissent, eis datus rerum sacrarum moderator ac Praeses Episcopus, ac amplae eorum regiones in Dioecesim conclusas fuisse verosimile admodum fit. Quam eorum conditionem ac statum approbarunt Longobardi, cum eis omnibus unum Ducem, et Carlovingi Imperatores unum Comitem rebus civilibus praefecerunt.

Ac ne conjecturis solum niti videamur, illud virorum clarissimorum auctoritate constat totum Alexandrinae Civitatis agrum intra Comitatum Aquensem stetisse. Nam V. C. Durandus in suo Pedemonte Cispadano pag. 222., ubi rem hanc data opera et magna eruditione speciatim versat, Comitatum Aquensem hisce quasi a natura positis confinibus terminari asseruit, niminum ad meridiem et orientem versus Burmia, Jugo Pennino, Amporio et Urba; ad septemtrionem Burmia et Tanaro (ut vero mihi videtur tota etiam illa planitie quae collibus cingitur ad Fubinas et Cuccarum usque) collium jugo ac cacuminibus, quae Belbi ac Tanari valles dispertiunt, et in hujus fluvii ripas molliter desinunt, ac in superiori parte Tinella ubi in Belbum defluit, et addo ego ussone fluvio.

Atque ita totus harum regionum tractus permansit, quousque nova urbs ubi erat Roveretum fuit aedificata. Neque enim moror non nullas, quae per temporum obscuritatem atque necessitatem contigerunt varietates. Vix itaque ad retundendam Friderici I. improbitatem, ac intollerabile imperium declinandum aedificata fuit Alexandria, cum Alexander Pontifex, ut se gratum civibus ostenderet, qui ob ejus jura tuenda adversus Fridericum sacramento se obstrinxerant, ac diuturnam obsidionem perpessi insignem tandem de eo reportaverant victoriam, eorum civitatem Episcopali dignitate ornandam censuit, ac finitimas Dioeceses imminuens plures ex Aquensi Ecclesias detraxit, ut Alexandrinae subderet. Haec autem Ecclesiarum a Dioecesi Aquensi disjunctio, ita Aquensibus fuit molesta, ut ipsi in apertam discordiam erumpentes ad eam impediendam nihil non fuerint aggressi.

Ad haec gravissima duarum civitatum dissidia sedanda a summi Pontificis legatis captum consilium fuit utramque uniendi, quod et S. P. Innocentius III. peculiari diplomate (v. 2. p. col. 21. n. 19.) confirmavit. Rem narro et antiquis documentis testatissimam, et disertis verbis ab Opizzone Episcopo Derthonensi, et Bono Johanne Canonico Vercellensi a S. Pontifice ad utriusque civitatis lites componendas delegatis initio diplomatis, quod in hanc causam ediderunt, relatam. (vide Part. II. col. 16. n. 12.). Sic autem habent:

Cum a b. m. Alexandro tractatum fuisset de instituendo Episcopo in Alexandrina civitate, et in tractatu processum, quod duo fuerunt ibi electi, quamvis munus consecrationis non acceperint propter odium, et scandalum, quod inde oriebatur, quum MULTAE Ecclesiae Aquensis Dioecesis essent Alexandrinae Ecclesiae assignatae. ec. . . . . unde unionem illorum Episcopatuum videlicet Alexandrini, et Aquensis Apostolica auctoritate freti perfecimus ec.

Cum vero Apostolico hoc privilegio ex foedere ab eis inito cum Ottone Imperatore sacris ab Episcopo Romano interdicto indignos se reddidissent, idcirco peculiari alio diplomate ab Inn. III. post plures paraeneticas ad ipsos datas Epistolas, ac causa per Episcopum et Archidiaconum Parmensem cognita fuerunt prorsus eo solemniter, privati (vid. P. II. doc. n. 20. 21. 23. 24.) Quo factum fuit, ut Alexandrina civitas in spiritualem Aquensium jurisdictionem rursus devenerit, atque in hoc statu per duo saecula perseveraverit frustra in contrarium adnitente majoris Ecclesiae Canonicorum Collegio.

Ex hisce itaque perspicuum fit, quo jure multa Alexandrinae Ecclesiae vetera documenta in medium produxerim. Si enim in hac collectione mihi propositum fuit, quidquid ad Aquensem historiam civilem, et Ecclesiasticam illustrandam proxime pertineret in vulgus edere; cur mihi fas non erit Ecclesiae ac Reipublicae Alexandrinae fata ac vicissitudines per chartas patefacere, quae adeo intimam ac necessariam cum varia qua populus Aquensis usus est fortuna connexionem habent? At qualem connexionem? Non illam solum, quae inter finitimas nationes cum vicinis intercedit, sed eam, quae diversos populos, qui uni Rectori subsunt, conjungit, ac copulat. Cur itaque Aquensium populorum historiam scripturo, haud liceat quod in reliquis, quae adhuc uni Praesuli subsunt, nemine reclamante fecit, ita in hac Civitate, quousque uni Episcopo parebat, atque aliquam cum universa Stariellensium natione conjunctionem, ac necessitudinem conservabat, facere.

Quae licet fidenter dicam, attamen haud celabo lectori virum nuper dignitate, et scientia clarissimum in opere ab ipso edito (*del Vescovado d' Alessandria ibi* 1785.) omni ope contendisse, ut hanc cum Dioecesi Aquensi connexionem, ac religiosam ab eo dependentiam vel negaret, vel obscuraret. Ac primo ipse ex sexdecim antiquis oppidis, quibus ut arguit constabat primitus instituta Dioecesis Alexandrina (unum enim ipse in serie p. 6. omisit, scilicet Cuccarum) septem ad Dioec. Astensem, tria ad Derthonensem, vix unum Bergamascum agnovit ad Dioecesim Aquensem certo spectasse, reliquis vel repudiatis, vel in dubium revocatis. Laetor tamen ipsum forte ignorasse quoddam Eug. III. privilegium, quo Abbatia S. Christophori de Bergamasco Episcopo Astensi confirmabatur, alioquin ne unum quidem Aquensibus oppidum sine ulla prorsus trepidatione concessisset.

Neque hic sistit clarissimus auctor, sed praeterea nil non molitur, ut evincat Ecclesiam Alexandrinam ab Innocentii tertii aetate ad usque novam Innocentii VI. Dioeceseos erectionem per se stetisse, nulli subjectam Episcopo fuisse, sed a propriis praepositis capitulo, vel Archidiacono propria potestate rectam, ac gubernatam fuisse; quod idem est atque asserere Alexandrinae ditionis incolas nil quidquam commune unquam habuisse cum Aquensium natione. Nolo nunc singillatim ejus rationes persequi, quod alterius erit loci. At sinat clarissimus vir haec generatim ad veteris sententiae defensionem opponere. Ipse ex Aquensium Dioecesi unum aut alterum oppidum, dumtaxat ab Alexandro detractum af-

firmat, *sed Marchio Montisferrati, Otto de Carreto, multi nobiles Castellani, et fere omnes Abbates, et Archipresbyteri,* (*) qui praesentes erant, rem ut omnibus exploratissimam noverant, non unum aut alterum vicum, vel Ecclesiam, sed narrant, testantur nemine reclamante coram Delegatis Pontificiis MULTAS Ecclesias de Aquensi Dioecesi Alexandrinae, et ejus electo olim assignatas fuisse, atque hanc urgent coram delegatis rationem, ne separatio dioeceseon fieret, sed potius unio, ne si separarentur ob multitudinem Ecclesiarum, quae Aquensibus detrahebantur *destrui Aquensis Ecclesia videretur*; ita videor interpretari posse finem decreti, ut lacunae suppleantur, et sensus ei congruus accomodetur.

Scio equidem ipsum respondere ignorare nos, quae istae Aquenses Ecclesiae fuerint ab Alexandro III. Alexandrino electo concessae: at ajo ego si Forum, si Gamundium, si S. Julianum, si Uvilias, si Roboretum, si reliqua ab ipso relata oppida nullam olim ab Aquensi jurisdictione dependentiam habebant, quae erunt illae multae Ecclesiae Alexandrino electo attributae? Cum ex una parte secus Tanarum Dioecesis Astensis, secus Urbam Terdonensis Ecclesias Aquenses intercipiant, si aliquas dedit et MULTAS, necesse est, ut illas, quae versus Aquas intra quinque vel septem milliaria continentur, dederit, atque ita novitiae istius Civitatis, ac Dioecesis terminos amplificare adamaverit, ut licet amplam Alexandrino electo in valle Burmiae per decem milliaria circiter ditionem jam consignasset, attamen nil tale merente Episcopo Aquensi, qui, ut partes Romani Pontificis tueretur, Januae exulabat, MULTAS adhuc Ecclesias in ipsis foribus Civitatis Aquis positas Alexandrino Episcopo subjecerit, quae an aliquam probabilitatem praeseferant, intelligit quisque.

Quod enim ipse pag. 26. quasi per transennam adjicit Frascarum, Predosam Retortum *posse*, ac *debere* recenseri inter oppida ad Aquensem Dioecesim pertinentia, libenter admittimus; sed ut difficultatem removeret, debuisset quoque probationes afferre oppida haec non recentiora, sed antiqua esse, neque aliorum vetustiorum finibus circumscripta, sed illis temporibus, de quibus disputamus, cognita, et ab aliis separata. Praeterea nonne ipse ex eis quae supersunt antiquis documentis conatus est investigare, quae prima fuerint oppida ac Ecclesias Alexandrinam Dioecesim componentes? Ipso itaque fatente impervia haud erit MULTARUM illarum Ecclesiarum investigatio. Asserere vero alias ex conjecturis cognosci, istas vero minime, ad alias assequendas ac recuperandas toto pectore Alexandrinos, eorumque Archidiaconos incubuisse, ad istas minime, est tum res ab omni specie veritatis aliena, tum manifestum labentis causae indicium.

Quod vero magis magisque hanc tanti viri sententiam a fundamentis convellit, sunt tot tantaeque summorum Pontificum Bullae, in quibus post revocatum a S. P. unionis privilegium Alexandria *Aquensis Dioecesis* appellatur, tum etiam Episcoporum Aquensium susceptа Alexandrinarum Ecclesiarum administratio circa ea omnia, a quibus neque temporum ratio, neque aliorum praevalida manus prohibebat. Cum autem ex hisce documentis maxima hujus quaestionis vis pendeat, necessarium duxi eas omnes scripturas, in quibus Alexandria *Aquensis Dioecesis* asseritur, vel aliquid simile continetur, in medium afferre, iis tamen haud praetermissis, quae clarissimus vir in suae sententiae patrocinium adscivit.

(*) Ghil. ad ann. 1198. & Mon. Aq. par. II. col. 18.

Reponere autem lapsos hac in re quae facti est Pontifices, ut ipse aliquibus sed raris, sed haud aptis, ac congruis exemplis prolatis conatur demonstrare (p. 177.), haud scio an omnibus probetur. Praeterea mihi aliisque videtur illarum Epistolarum, in quibus SS. Pontifices Alexandriam *Dioecesis Aquensis* nuncupant, multo gravius, ac fortius probationis genus suppeditare, quam tot illae litterae quas profert, in quibus illud additamentum praetermittitur. Quis enim ignorat affirmantia licet pauca argumenta silentibus etiam multis praeponi? Quae si vera sit sententia, ut in hisce rebus veram esse communi consensu critici tradunt, quis inficiari poterit sub spirituali Aquensium imperio stetisse eo tempore Alexandrinos, qui tot repetitis vicibus Aquensis Dioecesis fuisse traduntur?

Addo etiam multis ex ipsis Alexandriae civibus hanc ratiocinandi methodum vix forte probatam iri. Et sane si Alexandria Episcopalem obtinuit dignitatem, si ipsi attributa Dioecesis cum finitimorum Episcoporum, ac Diouceseon detrimento, si salva tamdiu, atque incolumis stetit, si Episcopatum recuperavit, si Episcopos virtute sapientia, sanctitate praeclaros habuit (Lumel. col. 625.), id omne a R. Pontificibus est consecuta, qui peculiari voluntate et privilegiorum concessione haec ei ornamenta dederunt. Si itaque hac in re tantum eis conceditur auctoritatis, et gratiae, quidni tot multo majoribus eorum bullis, ac litteris in quibus illam ad Aquensem Dioecesim spectasse affirmant, non par auctoritas, ac fides tribuatur? In illis nullus facti error, nullum vitium; in istis ea ipsis macula adscribitur, errasse turpiter, idque in re alieno juri contraria, atque vix ferenda, nec una vice, sed saepius, neque ab uno Pontifice, sed a multis, sed perseveranter?

Qui vero in eo libro haec licet parum decora supremis Ecclesiae Hierarchis offendet, haud mirabitur, si cum agitur de Episcopo Guidone secundo qui jus dixit in Dioecesi atque Ecclesia Alexandrina, deprehendet eum hanc evàdendi viam invenisse, scilicet injuria fecisse, aliena jura usurpasse: et cum in publica Impetatoris Caroli IV. concione coram Marchione Montisferrati aliisque Cispadanis Marchionibus Guido II. exposuit se Ecclesiarum Alexandriae procurationem gessisse, hic etiam eum solemniter decepisse, rem falsam narrasse, vix ferendam; et cum ipse Imperator nemine repugnante diplomate suo Guidonis expositionem confirmaverit, ignoranter tunc quoque Imperatorem, nec causa cognita fecisse.

Nescio autem an laetandum nobis sit, vel potius lugendum, quod unicum tantum superfuerit Guidonis Chartularii acta quaedam curiae complectentis fragmentum, ex quo quam plura desumsi ejus in Alexandrinos gestae jurisdictionis exempla. Si enim alia aliorum Episcoporum acta alicubi reperirentur, quae frustra per omnes angulos ac tabularia Aquensia perquisivi, vereor ne illam quoque injuriae notam integerrimis atque egregiis illis Episcopis aliquis Alexandrinarum rerum nimius amator affingeret. Tantum enim saepe obest alicujus opinionis praeconcepta sententia. Ceterum ante quam manum de hac tabula removeam, illud unice lectorem monebo, in clarissimi adversarii sententiam omnia historiae fundamenta susdeque loco suo movenda, ut ei congruant: contra veto in veteri receptaque opinione quam tuendam suscepi omnia cohaerere. Iis enim quae ab initio posui semel constitutis jam ratio de omnibus, quae posterioribus temporibus contigerunt, reddi potest. Hinc nos dignoscimus, cur ad Dioecesim Alexandrinam efformandam MULTAE Eccle-

siae a Dioecesi Aquensi fuerint detractae, cur Aquenses prae aliis conterminis populis soli in hac exagitatissima de Episcopatu apud varios judices causa actores compareant, cur tandiu qua forensibus litibus, qua diuturno bello ac acerbissimis praeliis cum Alexandrinis dimicaverint, cur in omnibus fere quae Alexandrini cum Marchionibus ac liberis Civitatibus adversus Aquenses foedera percusserunt, illud imprimis, et speciatim ab ipsis postulaverint, ut eos ad habendum Episcopatum adjuvarent, cur unio facta fuerit in Episcopum Aquensem, minime vero in Astensem vel Terdonensem vel Papiensem, ut in ejus opinione fieri debuisset, cur detracta ab Alexandriae Civitate Episcopali dignitate in Bullis, decretis, Epistolis summorum Pontificum appellatam videamus *Aquensis Dioecesis*; cur in nova Episcopatus restauratione irritam faciat S. Pontifex Innoc. VII. quamlibet ejus cum Ecclesia Aquensi *unionem*; sileat vero de quibuscumque aliis contiguis Dioecesibus, ex quibus tamen tot tantaeque in ejus sententia detractae fuerunt Ecclesiae ad Alexandrinam conflandam. Quod autem ipse respondet agere Pontificem de unione, quae fuisset, non quam adesse reapse putaret, ut indicatum putat per ea verba, *si quae forte reperiretur*. (Vid. Epist. secun. p. 16. Astae talice impressam) est nodum in scirpo quaerere, ut est in proverbio. Haec enim difficultas evanescit, si prae oculis habeantur, quae non sub conditione neque hypothetice, neque dubitanter, sed affirmate et asseveranter initio constitutionis testatus Pontifex fuerat, nimirum Alexandriam *Dioecesis Aquensis terram* esse. Sed praestat ipsa verba adscribere ex ipsa Bulla Part. II. col. 81. n. 33. desumta his verbis. *Hodie si quidem suadentibus certis rationabilibus causis cum fratribus nostris consulta et digesta deliberatione praehabita quamcumque unionem, annexionem seu incorporationem de Ecclesia S. Petri de Terra Alexandriae in Lombardia* AQUENSIS DIOECESIS *Ecclesiae Aquensi Apostolica vel aliaquavis auctoritate sub quibuscumque modo forma, vel conceptione verborum factam, si quoquo modo reperiretur* ec. *penitus dissolventes illam ex nunc revocavimus* ec. In hisce autem quis non videt haec posteriora referenda esse ad praecedentia, inquibus Alexandria Aquensis esse Dioecesis affirmatur sine dubitatione? Consensus autem iste per tot secula, actis publicis Pontificum, Episcoporum, rerumque gestarum serie innixus usquequaque cohaerens sibique ab exordio usque ad hanc revocationis constitutionem per omnia respondens, non erit antiquae ac veteris sententiae firmissimum praesidium, ac proinde ipsius veritatis certissimum indicium? Plura in hanc rem afferre in medium possem, sed ea alterius loci. Haec solum protuli, et ut consilii mei rationem proderem, eamque a praejudicatae opinionis hominibus, qui hujus meae collectionis consilium culpare vellent, in genere vindicarem.

Illud forte longius a meo proposito distare, quis dicet, quod complura documenta collegerim, ad antiquos Marchiones spectantia. Quid vero haec cum historia Aquensi? Plurimum sane. Hospes enim, ac in rebus nostris peregrinus sit oportet, qui nesciat quantum cum historia Aquensi veterum Marchionum notitia conjungatur? Quis enim ignorat quinque illorum vetutissimas propagines in hac Dioecesi sedes suas habuisse, vel ibi late dominatos, quod haud scio an alteri provinciae uspiam obtigerit? Nonne Sezadium, Incisa, Ponzonum antiquissima illius dioeceseos oppida nomina sua diversis Marchionum stirpibus, quibus inter se distinguerentur, largiti sunt? Carrectenses vero, ac Boschenses a finitimis oppidis denominati, quae quantaque hujus Dioecesis loca cum imperio tenuerunt?

quot ex istorum genere ad infulas Ecclesiae Aquensis, ac totius dioeceseos gubernationem assumti? Quot feuda, ac reditus beneficiario jure ab Ecclesia Aquensi non sunt consecuti? Quam partem non habuerunt in diversis Aquensium cum finitimis populis, ac praesertim cum republica Alexandrina concertationibus?

Quid si addam hosce omnes Marchiones unam originem in Aquensi provincia sortitos fuisse, ex eaque ad alias Subalpinae ditionis provincias propagatos? Aledramum Sezzadii ortum, ibique educatum veterum Chronistarum, ac praecipue Jacobi ab Aquis sententia est (s. Georg. initio p. 4.): ab Aquensi Comitatu Saracenos debellasse, expulisse, ac virtute sua ne ultra nocerent prohibuisse, clari ac κριτικώτατοι scriptores Terraneus, et Durandus (*) tradiderunt. Omnia quae supersunt antiquissimorum Regum, et Imperatorum diplomata Aledramo concessa agunt de *cortibus* in comitatu Aquensi sitis, eique dono datis. In celebri Ottoniano diplomate, ubi ejus amplissimae facultates confirmantur, non solum inter primas recensentur illae, quae in *comitatu* Aquensi continebantur, sed ante omnia illi donantur omnes cortes, quae a *flumine Tanari ad flumen Urbae consistebant*. Quis autem ignorat haec duo flumina quasi naturales, ac proprios esse inferioris comitatus Aquensis terminos? Praeterea ejus filii, ac nepotes duo in hac dioecesi monasteria Sezadii, ac Spigni (ad quam hoc olim oppidum spectabat) fundarunt. Quid plura? Nonne quidquid de gestis Aledrami, ejusque nepotum illustre, ac praeclarum novimus per centum, et amplius annos excepta Grassanensi donatione ex historia Aquensi, ejusque tabulariis petendum est? Quae cum ita sint, quis mirabitur monumentorum Aquensium collectorem et illud sibi sumsisse, ut omnem diligentiam adhiberet in investigandis monumentis, quae ad horum Marchionum origines in maxima obscuritate positas, atque a nemine adhuc pro dignitate explicatas evolvendas conducere poterant?

Quod si paulo longius sim progressus, et complura ad Marchiones Monferratenses protulerim, causa in promtu est. Cum propter saevum, ac diuturnum Alexandrinum bellum, ac civium factiones reipublicae Aquensis vires admodum essent debilitatae, nec ad hostium suorum impetum sustinendum sufficerent, subito haec ad Guglielmum Marchionem Montisferrati, cui jam pridem foedere juncta erat, ea tempestate ditissimum, atque potentissimum Principem se convertit; quo factum est ut horum Marchionum familiae, cui fidem difficillimis licet temporibus perpetuo integram servavit, fortunam secuta fuerit; ex quo tempore hujus civitatis, ac multorum agri Aquensis oppidorum historia cum illorum Marchionum gestis conjunctam perpetuo videmus. Haec autem omnium civitatum, quae antea propriis legibus, ac jure suo utebantur, sors fuit, ut cum ad alienorum Principum Imperium pristina extincta libertate transierunt, vix quidquam praeclari, ac illustris habeant, quod cum illis non intime cohaereat. Quamquam si aliorum exemplis niti vellem, possem me recentis, ac clarissimi Tridinensis historiae Patriae scriptoris auctoritate tueri, qui quaecumque

(*) Piem. Cisp. pag. 237. Pagina vero anteriori ex duobus diplomatis ab Hugone, & Lotario ann. 934. & 938. Aledramo concessis de bonis intra dioecesim Aquensem sitis conjecit Comitem civitatis Aquis fuisse, atque intra Urbam, & Tanarum ejus Marcham positam fuisse. Coeterum quoad primum vide Mon. Aq. par. I. col. 10. lin. 8.

ad Marchiones Montisferrati Tridini Dominos rara, atque inedita comperit documenta, licet historiae suae minime necessaria vulgare tamen haud praetermisit.

Caeterum etsi darem studio antiquitatis abductum haud me potuisse continere, quin hac tam opportuna arrepta occasione, nonnulla de aliis Marchionibus Aledramicae stirpis sed pauca ederem, quae nec necessitas postulasset, nec etiam absoluta operis ratio sibi vindicasset, numquid aegre lectori ferendum, quod ista luce publica haud indigna, nec a materia prorsus absona in tanta qua nostris hisce ditionibus laboramus antiquiorum monumentorum penuria e tenebris educantur, ut inde aliarum civitatum historicis, qui exorientur, paretur materia, quae perpetuo fuisset silentio obducta, nisi capta occasio esset ea exscribendi, ac in aliorum beneficium deducendi? Quis itaque indignetur scriptori, qui cum pluribus possit prodesse, si paullulum e via divertat, idque parce ac raro haud facere praetermittat? Quis non indulgeat, non benignus interpretetur? Haec autem eo libentius hic profero, quo magis cupio, ut ea non tam huic primae parti illustrandae inserviant, in qua rara admodum ac pauca interposita habentur hujus generis documenta, quam ut illorum copiam in calce secundae partis conjectam lectores excusent, et in bonam partem accipiant.

Nunc aliquid addendum videretur de mea in hac adornanda collectione diligentia, quo et integrior evaderet, et numeris omnibus absolutior. Sed cum singulis quibusque locis quid a me praestitum sit adnotaverim, supervacaneum puto pluribus de hisce agere. Quantum enim studii ac inquisitionis adhibuerim, ex ipsius lectione facile quisque intelliget. Multa sane aliaque illustrandae historiae medii aevi aptissima monumenta potuissem producere, si publica Aquensia tabularia perstitissent, nec tot tamque gravia detrimenta, ac infortunia passa fuissent. Quis enim non doleat repetens notitiam et illarum scripturarum, quarum solum nudus titulus ad nos usque pervenit, vel librorum ac voluminum de rebus Ecclesiae, vel civitatis tractantium, quae ubi evolaverint, vel delitescant quis poterit divinare? Ex multis nonnulla nominabo, quorum contigit mentionem fieri in quibusdam, quas in earundem tabulariis reperi, notulis, ac libris. Sic in chartis saeculi XIV. nominatum legi volumen inscriptum *liber jurium, et instrumentorum capituli*; aliud sub eodem titulo de *juribus, atque instrumentis Ecclesiae*; item *synodarium Ecclesiae Aquensis. Libros investiturarum* meminit Guido II.

Felicius autem accidit, ut invenirem duas antiquas notulas scripturarum, quae in tabulario Episcopali saeculo XVI. asservabantur. Quamvis enim pleraque eorum, quae ibi recensentur documenta, nunc frustra requireres, attamen et jucundum est scire olim extitisse, et utile etiam ad nonnullae historiae Aquensis facta intelligenda, quae sine hisce adminiculis vix possent explicari. Quo ad alia vero, quae jam cognita habebamus, juvat etiam nosse olim in Episcopii tabulario membranas extitisse, quae nunc absunt. Non enim ibi nisi recentiora in papiraceis voluminibus exemplaria reperias. Posteriorum hic indicem damus per numeros, quibus in nostra editione signantur (*), aliorum vero catalogos ad calcem operis producimus iisdem verbis, quibus fuerunt ea aetate confecti.

Neque harum solum chartarum amissio dolenda, verum et bibliothecae, quae in Ecclesiae Majoris secretario asservabatur. Hujus Bibliothecae omnis fere extincta fuisset apud

(*) 16. 22. 56. 87. 92. 123. 127. 136. 159. 179. 185. 186. 192. 193. 202. 213. 217. 246. 253. 262. 264. 276. 285. 291. 293. 295. 302. 355. 397. 405.

posteros memoria, nisi fortuna inter chartas tabularii capituli, codicum qui ibi aderant indicem a secretarii praefecto initio saeculi decimi sexti confectum reperissem. Quales vero essent illi codices, qua aetate, cujusve pretii, quid speciatim continerent, ex ejus quem hic adscribo (*) lectione vix cognosci potest; adeo enim oscitanter, ac imperite ibi describuntur, ut mirandum non sit ob hanc incuriam ex custodum manibus ita facile evanuisse. Etenim ex tam diviti codicum suppellectile vix unum, aut alterum volumen ad hac tempora pervenit, nimirum *antiphonarium Gregorianum* saeculo X., vel ad summum XI. conscriptum cum notis musicis, quales circa Guidonis Aretini aetatem usurpabantur, cujus in altero opere specimen aliquod edam, ubi ejus differentias cum editis a Card. Tomasio, ac Muratorio singillatim notabo.

Si quis autem quaerat, quomodo factum sit, ut tot pretiosa litterarum ornamenta ammitterentur difficile dictu est. Quis enim inter tot ac tantas saeculorum vicissitudines causam peculiarem ac veram inveniet? Illud novi in decretorum libris sub initio saeculi XV. conscriptis, ac in tabulario civitatis Aquensis asservatis mentionem haberi de quodam libro membranaceo fol. 70. plura civitatis instrumenta continente Jo. Barthol. Sismundo civi ab Aquensibus consulibus mutuato: at redditum iis fuisse haud inveni. Deinde quot in celeberrima causa Montisferratensi coram legatis Imperatoris Caroli V. de Marchionatus successione agitata, fuerunt distracta, ac dispersa Marchionum, civitatum, ac Episcoporum documenta? Ex scripturis tabularii Ecclesiae, et civitatis deprehendi quam plurimas ab Episcopis, et civitate productas chartas, quibus ambae hae partes nitebantur ad primaeva sua jura in civitatem, ac Ecclesiae feuda vindicanda, quae devolutionis, ac postliminii jure ad priores veteres dominos redire oportere contendebant. In hac autem diuturna concertatione, quae extra fines imperii Aquensis modo Mediolani modo Januae fuit agitata, quid illarum dispersione, ac amissione facilius contingere poterat?

Ceterum quid angimur ad causas investigandas, cur in tot annorum periodis, quae a duobus et amplius saeculis praeterierunt, tam multa deperdita sint monumenta, cum a Josephi Gatti aetate qui medio hoc saeculo floruit, multa sane evanuerint, quae ipse legerat, ut ego ipse ex collatione cujusdam indicis ab ipso confecti, et a V. C. Carlevaris ejus provinciae olim R. Quaestore dono mihi dati, cum meorum documentorum catalogo detexi. Quoniam vero multum lucis historiae Aquensi vel solus eorum titulus diffundere potest, idcirco operae pretium duxi, ea, quae in hac collectione desunt, ex ejus indice decerpere, et propriis verbis descripta ad finem operis in publicum proferre.

(*) Inventarium Librorum Capituli de an. 1539. Missalia quatuor Caprinae, & 5. Papiri. Breviarium unum Caprinae, & 3. Papiri. Martyrologium unum Caprinae. Librettus unus Caprinae appellatus bulla indulgentiarum Corporis Christi. Lrbrettus unus a baptizando Caprinae, alius a mortuis Caprinae. Ad Altare s. Mariae Magdalenae Legendarii duo Caprinae. Psalterii duo Caprinae. Epistolarium unum Caprinae. Evangelarium unum Caprinae. Manuale unum Caprinae, aliud Papiri. Liber unus Caprinae a cantu. Libri 3. papiri a cantu. Sanctuarium unum Caprinae notatus. Liber magnus Caprinae notatus, pulcher, copertus corio rubeo cum fuis ornamentis Lotoni. Liber magnus Caprinae a cantu Missarum fodratus corio nigro. Duo libri magni a cantu cum tabulis albis. Liber albus caprinae notatus. Pontificalis liber caprinae, & alius s. Guidonis. Libri caprinae legati in petiis 30 incirca s. Scripturae, inter quos Biblia magna in duobus petiis, Moralia s. Gregorii in duobus petiis, homeliae ejuſdem in aliis duobus petiis. Dialogus, Pastorale erat, sed non reperitur, & alii libri antiqui multi. Quod inventarium traditum fuit Joanni de Scatis.

Haec quidem adhuc extare, nec prorsus periisse certum habeo. Neque enim tam brevi tempore in cineres favillasque abiisse putandum est. Spero enim aliquem exoriturum, qui meliore fortuna et haec quoque deteget, ac recuperabit, qui si et alia ad hanc historiam perficiendam documenta conquirere, nec laboribus, ac sumptibus parcere vellet, plura adhuc e tenebris educenda ipsi superessent, in quibus ille operam, diligentiamque suam non sine magna spe laudis probare posset. Excutienda ipsi essent tabularia, quae in castro s. Angeli asservantur, ubi summorum Pontificum epistolica regesta a saeculo XI., usque ad extrema tempora reconduntur. Quae vero, et quam amplae notiones de rebus ad Episcopos, Marchiones, Abbates, Monasteria, et Ecclesias spectantibus non in pubblicam lucem venirent? Hujus rei testem dabo non sine honoris significatione mihi semper commemorandum C. V. Chennam, qui quinto ab hinc anno notam quamdam nonnullarum Epistolarum SS. Pontificum, quarum mentio in regestorum indicibus habebatur, ad me transmisit. Quoniam vero illarum exemplaria obtinere mihi datum non fuit, eaque nota multarum rerum de Aquen. Episcopis notitiam prodit, quas frustra ab Ughello requiras, visum proinde est ipsis eam verbis, quibus Roma festinanter conscripta ad ipsum fuit transmissa, hic quoque adscribere (*).

Non solum autem haec, sed alia fortasse plura, eaque ampliora in ejus almae urbis tabulariis, ac bibliothecis invenirentur, si quemadmodum Galliarum Rex antiquitatis peritissimos viros Romam misit, ut quidquid ad regnum, ad Ecclesiam Gallicanam pertinere posset conquirerent, et ad Regiam Parisiensem bibliothecam inferrent; ita quoque Regi nostro, quo nemo ad bonas literas fovendas, et propagandas propensior natus, placitum foret, ut aliquis in ea civitate, quae ad Pedemontanam historiam illustrandam, perficiendamque apta inveniret, exscribenda curaret; spes esset tunc non solum peculiarem alicujus provinciae historiam, sed et totius ditionis, ac ipsorummet Sabaudorum Principum origines, ac praeclare gesta in optima luce fore collocanda. Quod si quis aliam adjungeret in finitimis Galliae, ac Italiae civitatum tabulariis, in quae praeteritis saeculis immensa chartarum farrago ex hisce regionibus fuit illata inquisitionem, quanta eruditorum conspectui se offerret pulcherrimarum, atque utilium rerum cognitio?

At quo me patriae amor agit, atque rapit? Satis puto superque patriae historiae consultum foret, si qui ampla possident tabularia liberam facerent doctis, prudentibusque scriptoribus eis fruendi, utendique facultatem. Interim nunquam satis laudandum puto cujusdam in hac civitate nobilium, ac literatorum Virorum societatis institutum, quo sibi proposuerunt non solum quidquid bonarum literarum, et elegantioris doctrinae est diligenter colere;

(*) *Gregorio IX. anno XII. concede al Vescovo d'Aqui la facoltà di rinunciare per esser Vecchio. Lo stesso scrive* Episcopo Terdonensi X. cal. jan. anno XI. Jacobo electo Aquen. II. non. jan. an XIV. Abbati Apostolorum, & n. de Castagnol. & Manfredo de Conzan Canonicis Asten. *sotto lo stesso giorno; e tutte tre rigardano Enrico del Caretto, che pretendeva al Vescovato. Lo stesso Gregorio anno XIV. concede al Vescovo d'Aqui la facoltà di ritenere i beneficj, che aveva per esser povero* (de hoc Chenna pag. 28. *del Vescovato*) *Innocenzo IV. nel* 1251. *commenda il Vescovato d'Aqui ad Alberto de Encisa Capellano Apostolico. Clemente VI. conferisce il Vescovato d'Aqui a Guidone d'Ancisa Decano Gebenense Capellano Apostolico, vacato per la morte d'Oddone nel* 1342. *Gregorio XI.* Jacobino electo Aquen. V. id. maii anno III. *Lo stesso* Francisco electo Aquen. II. cal. decemb. anno III. Clemente VII. Conrado electo Aquen. XVI. cal. octob. anno II, *e debbono essere le bolle della sua provvista del Vescovato, mentre era nell'età d'anni* 27. *Lo stesso* Conrado Malaspina Ord. Fratrum Min. Professori IV. id. septemb. anno II. *Nel* 1403. *trovasi un Vescovo d'Aqui Roberto, ed anche Bonifacio de Corgnato successore del B. Enrico.*

sed etiam vetera Subalpinae ditionis documenta conquirere, ac iis ad patrias antiquitates illustrandas uti; optandum autem omnibus, ut tam illustre, tam praeclarum, ac singulare de patria benemerendi studium, stabile apud illos, ac firmum, et ad seram usque aetatem permaneat. Quot enim uberes, ac praestantes ad gentis gloriam, ad publicum commodum fructus sperari jure poterunt? Ego certe iis omnibus me plurimum debere profiteor; nam ex communi ipsorum consensu nonnulla ex illorum tabulario deducere exemplaria, eaque in hac collectione in vulgus edere laudabili exemplo fuit concessum.

Atque hic esset locus eorum quoque omnium, qui me veterum scripturarum, ac codicum communicatione juverunt liberalitatem efferre, humanitatem praedicare. At cum ad omnia documenta, suisque locis majori qua potui verborum commendatione singulorum auctores nominaverim. Illud unum mihi nunc officium superest persolvendum, scilicet me omnibus devinctum profiteri, eisque maximas agere gratias. Quamvis vero omnium memorem me praestare oporteat, haud possum tamen, quin specialia nonnullorum in me merita peculiari laude prosequar.

Ac in primis mihi est laudandus R. P. M. Cavallerius domo Castri novi Burmiae, atque Minorum Conventualium s. Francisci Alexandrinae Provinciae, cui praefuit, decus, et ornamentum. Is ab eo tempore quo ipsum novi, sanctoque amicitiae foedere sum junctus, pro ea qua pollet eximia antiquitatis, ac in veteribus codicibus interpretandis experientia, quidquid per decem, et amplius annos Alexandriae tabulariis perscrutandis intentus reperit, humaniter ad me transmittit, nec unquam per litteras rogatus abstinuit, sed tantam in nitendum, quod semel admiserat, curam adhibuit, ut non mandatam, sed rem suam agere videretur. Quo factum est, ut ejus benevolentiae major hujus collectionis documentorum pars accepto sit ferenda.

Quid nunc dicam de Gaspare Sclavo humanarum olim literarum in R. Nobilium Academia Professore? Is enim adeo fuit in mea haec studia propensus, ac benevolus, ut pretiosissima, quae ipse non sine ingenti labore, et industria paraverat vetera documenta ad antiquos Marchiones spectantia, maluerit mihi edenda prius conferre, quam ipse iis uteretur ad egregiam, quam adornavit de illis dissertationem, publicandam? Quae quamvis non in hac parte operis, sed in secunda proprium, ac peculiarem suum locum obtineant, malui tamen in antecessum tantorum ejus officiorum memorem hic me, ac gratum exhibere.

Par sane voluntas agit, ut Josephi Pavesii ex Theologorum Collegio Ethices Professoris, ac R. Bibliothecae custodis, atque singularis amici huic meo incaepto gratificandi propensionem extollam. Ipse enim et Fr. Jacobi ab Aquis *chronicon mundi*, et nonnulla clarissimi nostratis scriptoris Thomae Terranei volumina legere concessit, in quibus non solum licuit illius docti, et laboriosi viri diligentiam, ac perspicax judicium admirari, verum etiam multa excerpere ad veterum Marchionum historiam, ac genealogiam illustrandam aptissima documenta, quae ejus nomine in secunda parte proferentur.

Quid vero potero multa illa, atque eximia beneficia silentio praetermittere, quae Cl. V. Antonius Chenna Canonicus, ac Vicarius generalis Ecclesiae Alexandrinae mihi largitus fuit? Quamquam enim sciret me ejus de Archidiaconorum in Ecclesia Alexandrina absoluta potestate sententiae haud acquiescere; attamen quidquid e re mea esse posse novisset, illud se libenter mecum communicaturum per literas monuit. Quod moderationis exemplum quis

non probet? Non summis laudibus efferat? Neque enim solum chartas omnes, quibus ipse in suam movebatur opinionem dedit, sed etiam alia, quae ipsi visa sunt adversa et ultro patefecit, et rogatus consueta facilitate transmisit. In horum numero recensenda videtur Chronica Raphaelis Lumelli, quam praeterito autumno vix speranti tradidit, ut ederem. Quae vero, ac quam praeclara historia? Hujus ego jam aliquam notitiam acceperam ex collectaneis Burgontii, in quibus quaedam folia per annos digesta repereram cum hac inscriptione. *Chronica Raphaelis Lumelli*, tum ex P. Cavallerii epistolis, qui monuit hoc praeclarum esse Alexandrinae historiae monumentum a Ghilino usurpatum ad suorum annalium texendam historiam, ut ipsemet in indice scriptorum huic praemisso testatus est, at rarissima ejus exemplaria Alexandriae existere. Sed quod discrimen inter illud exemplar et illa Burgontii folia? Haec mutila imperfecta; illud vero omni ex parte completum, suisque numeris integrum ac tale, ut prae ceteris publicam lucem in hac collectione mereretur.

Deliberavi autem non in secunda, ubi suus Chronicorum locus fuit assignatus, sed in hac prima operis parte adjicere, ne ob ejus prolixitatem plus justo posterior pars excresceret, nec proinde aequa inter duas partes servaretur voluminis mensura. Quoniam itaque hic locum suum obtinet, necessarium puto de tanto scriptore aliqua hic quoque praefari, ea omnia, quae ad ipsum, ejusque studia atque aetatem cognoscendam conducunt in medium proferre. Floruit ipse sub finem saeculi XVI. Suam enim historiam, quam jam duos ante annos scribebat, ad annum MDLXXXVI. absolvit. Cur vero ad postrema vitae suae tempora, quae ad annum usque MDCVIII. (si fides mei codicis scriptori sit adhibenda) produxit, historiam non perfecerit, obscurum est. Duxit uxorem ex generosis Civitatis familiis Caesaris Lanzavecchiae filiam. Gorretanum rusticum praedium habuit in agro Quadringenti. Laudavit ex amicis ob morum praestantiam Gasparum Bugatum Mediolanensis historiae scriptorem ex ordine Fratrum Praedicatorum, Constantinum Zuccam in Ticinensi Lycaeo Medicinae Professorem ob ejus erga se benevolentiam, ac operam sibi in ea civitate gravi morbo laboranti feliciter navatam.

Volumen confecit, quo vitas clarorum Alexandrinorum ornavit, quod ubi lateat, ignoro. Haud ineleganter tamen fuisse descriptas haec, quae prae manibus habemus commentaria, persuadent, in quibus quidam elocutionis nitor et facilitas, et haud incongruus rerum delectus elucet. Ex auctoribus, quos citat praestantioribus incubuisse perspicitur. Merulam civem suum, Sigonium, Baronium, Bernardum Saccum, qui post renatas literas luculentiori stylo historias contexerunt, ex testimoniis quae ex eis profert ante oculos habuisse constat.

Eorum quoque diligentiam videtur imitatus, ut solum assereret, quae antiquorum monumentorum, vel probatissimorum scriptorum auctoritate niterentur. Primum elucet ex comparatione facta inter res gestas ab eo traditas, ac veteres scripturas, quae in mea collectione ex tabulariis publicavi, ut in notis persaepe animadverti. Saepius etiam librum quemdam *Crucis* inscriptum laudat. Est autem hic codex multa eaque insignia reipublicae Alexandrinae documenta complectens, quem deperditum ann. MCCCCXXVII. Julianus Invitiatus invenit, ac reipublicae obtulit Alexandrinae, ut ipse Lumellus col.596. tradit. Ejus diversam originem ac recentiorem facit Schiavina, qui in suis annalibus MSS. scripto tradidit Jacobum Antonium filium Caroli Guaschi Comitis Gavii, et Marchionis Serraelunghae, qui

circa Lumelli aetatem floruit, scripta omnia reipublicae Alexandrinae, quae nullo habito ordine, ac discrimine in civitatis dispersa scriniis servabantur in uno volumine ordinatim, quod *liber Crucis* dictus postea fuit, exscripsisse, illudque in idem tabularium retulisse perpetuis temporibus asservandum.

Quidquid sit non solum ex hoc libro plura in rem suam derivavit Lumellus, sed ex aliis quoque tabulariis uti apparet ex iis quae profert in libro memorato praetermissis. Illud tamen peccavit (quod tamen erratum aliis ejus aetatis haud vulgaribus scriptoribus excidit) ut antiquam dierum mensis computandi rationem haud fuerit assecutus. Usus est quoque veterum historicorum libris MSS., ut ea, quae ex Genuensium Caffari, Scribae, et Continuatorum Annalibus, et Gulielmi Venturae Astensis, et Gottifredi Chronicis produxit, demonstrant. Statuta etiam et suae et proximarum civitatum versavit. Miror autem de hoc scriptore altum apud majoris operis auctorem et civem suum Schiavinam haberi silentium, cum tamen mentionem fecerit cujusdam Francisci Mariae Lumelli, qui Raphaelis nostri filius fortasse fuit, ejusque miram in pingendo peritiam celebraverit. „ Rem ejus verbis referam. „ Per id tempus floruit Franciscus Maria Lumellus, optimae spei adolescens Alexandrinus, „ cui in pictura, cui se a teneris annis addixit, nullo doctore, nec magistro praeeunte, „ sed sui ipsius tantum studio, et industria, imitationeque exemplarium ejus artis princi- „ pum adeo mirificus evasit, ut facile si vita superstite aetatis reliquum sic ut priores „ annos in ea disciplina posuerit, vel excellentissimo cuique pictori invidiam sit „ facturus. „

Haec de Lumello. Reliquum mihi nunc est veniam lectoribus exorare, si quid in hoc opere tumultuarias inter occupationes magna ex parte confecto humanitus exciderit. Si enim labi facile omnibus est, quanto levius in hac materia, quae et temporum, et morum, et minimarum etiam rerum notitiam expostulat, ne in Chronologia, in nominibus, personis, factis, legibus erretur, praecipue in tanta veterum codicum legendi difficultate, et exemplarium depravatione. Conatus equidem sum plura in notis secundis curis confectis emaculare, alia etiam in Typographicis erratis emendare: at quis certo sibi persuadeat, nil quod egeat amplius correctione superesse? Ego profecto ultro fateor paratum esse quaecumque vel ex repetitis curis, vel amicorum, aliorumque doctorum virorum benigna monitione minus recte scripsisse cognovero, corrigere ac retractare.

IMPRIMATUR

Fr. Vincentius Maria Carras ordinis Præd. S. T. M.
Vicarius gen. S. Officii Taurini.

V. GARRETTI DI FERRERE per S. E. il sig. Conte CORTE DI BUONVICINO
Gran Cancelliere.

SERIES

CHRONOLOGICA DIPLOMATUM, ET CHARTARUM, QUÆ IN HAC PRIMA OPERIS PARTE PRODUCUNTUR.

DCCCXCI. II. Jan. Aquis. Donatio aliquorum praediorum a Grimovaldo facta Bodoni Aquensi Episcopo. Ex Tabulario Aquisextiensi, a quo hoc et nonnulla alia hic relata, mihique tradita exscripsit T. Meyranesius Sambuci Praepositus col. 1. n. 1.

DCCCXCI. prid. id. maii. Papiae. Diploma VVidonis Imperatoris Bodono Episcopo Aquensi concessum. col. 2. n. 2.

DCCCCXVII. XV. Kal. decemb. Papiae. Diploma quo Berengarius Imperator ad preces duorum Marchionum Grimaldi, et Olderici Gariperto Episcopo Novariensi concedit annuales, et hebdomadarios mercatus in quibusdam terris. col. 4. n. 3.

DCCCCXXXVI. VIII. Kal. junii. Donatio a VValperto facta Restaldo Aquensi Episcopo, Ex Tabulario Aquisextiensi. col. 6. n. 4.

DCCCCLXVIII. mense augusti. Aquis. Donatio a VValfrido facta Gothofredo Aquensi Episcopo. Ex Tabulario Aquisextiensi col. 7. n. 5.

DCCCCLXXVIII. XV. Kal. maii. Altesech. Diploma Ottonis II. Imperatoris Benedicto Episcopo Aquensi concessum. Ex Tabulario Capituli col. 7. n. 6.

DCCCCLXXXXI. IV. martii. Vidisioni. Fundatio Monasterii S. Quintini de Spigno auctore Marchione Anselmo Aledrami M. filio, ac VVilelmo, et Riprando Oddonis M. filiis. col. 9. n. 7.

DCCCCXCVI. XII. Kal. maii. Cremonae. Diploma Ottonis III. Imperatoris Primo Episcopo Aquensi concessum. col. 4. n. 8.

DCCCCXCVI. Aquis. Donatio Vilielmi, et Riprandi MM. Ecclesiae Aquensi. col. 17. n. 9.

M . . . . . Vide infra ad ann. MXXV.

MVI. IV. Kal. maii. Actum prato, quod dicitur fontana. Venditio Hildeprandi, et Tete aliquorum praediorum Martino Presbitero. Ex autographo in membrana penes C. V. Jo. Bapt. Vaschum a Bastia. col. 18. n. 10.

MXIII Papiae. Diploma Henrici II. Imperatoris Primo Episcopo Aquensi. col. 21. n. 12.

MXXIV. VII. Kal. augusti. Cariniani. Venditio castri Lesegni facta a Magnifredo Marchione Ajfredo Presbitero. col. 20. n. 11.

MXXV. . . . . Donatio Ecclesiae S. Michaelis facta ab Anselmo, et VVidone Monasterio S. Petri Aq. suppl. col. 457. n. 1.

MXXVII. VII. maii. In vico Laureti. Fundatio Monasterii Wasti Thetis Marchionis. Ex MS. Car. Salutii Com. Paesanae, et Castellarii. col. 24. n. 14.

MXXVII. VIII. Kal. octobris. In castro Focario. Donatio Comitis Gullielmi filii Guidonis, et Aichae uxoris Monasterio Grassani col. 24. n. 13.

MXXX. Kal. mart. In corte Seciadi. Fundatio Monasterii S. Justinae Sezzadii ab Otberto Marchione, et ejus filiis Widone, et Otberto. col. 217. n. 15.

MXXXIX. III. Kal. jan. Ratisbonae. Diploma Henrici II. Imperatoris Ecclesiae Aq. col. 26. n. 16.

MXLI. Donatio B. Widonis Episcopi Aquensis Monasterio B. Petri a D. Dudone Episcopo fundato. col. 28. n. 17.

MXLII. VII. aprilis. Aquis. Donatio Casaenovae facta Ecclesiae Aquensi, et Monasterio S. Petri. Ex MS. membranaceo continente plurima documenta ad Ecclesiam Aquensem spectantia jussu Alberti Episcopi confecto, quod cum olim dominis de Beccaria de Montaldo proprium esset, dein ope C. V. J. C. Franc. Turrii impetratum in Episcopii tabularium illatum a me fuit. col. 30, n. 18.

MXLII. XV. junii. Aquis. Donatio Valteriae B. Guidoni Aquensi Episcopo. Ex archiv. Aquaesextiensi. col. 31. n. 19.

MXLII. VII. id. julii. Radisbonae. Diploma Henrici Imperatoris II. Ecclesiae Aquensi concessum. col. 32. n. 20.

MLV. mense majo. In Padi ripa. Confirmatio Donationis duarum Capellarum S. Petri, et S. Benedicti Villae de Lugo facta Abbati Sylvestro. col. 33. n. 21.

MLVI. XIV. julii. Aquis. Permutatio Ecclesiarum, ac possessionum inter S. Widonem Episcopum Aquensem, et Sigulfum Abbatem Monasterii S. Petri. col. 34. n. 22.

MLVI. VIII. octobris. Aquis. Donatio fundi in Pulcione facta a filiis Oldeprandi Monasterio S. Mariae. suppl. col. 459. n. 2.

MLVII. . . . . Fundatio Monasterii S. Mariae de Campis facta a B. Widone Episcopo Aquensi. col. 35. n. 23.

MLXII. Vid. infra MLXXI. Conventiones initae inter Autbertum M., et populum Saonae. col. 38. n. 26.

MLXIV. XI. decemb. Aquis. Donatio possessionis facta a Deda, et Rofredo filio Monasterio S. Mariae Aquensis *in camera habitationis D. VVidonis.* supplem. col. 460. n. 3.

MLXV. XIV. madii. Donatio Castri S. Stephani, ac aliorum castrorum, et terrarum facta ab Adalasia Comitissa Ecclesiae Astensi. col. 37. n. 24.

MLXX Circiter. Indiculus possessionum, quas Monasterio S. Mariae S. Wido Ep. Aq. aquisivit. supplem. 461. n. 4.

MLXXI. Vide supra MLXII.

MLXXIV. VIII. Kal. febr. Epist. Gregorii VII. ad suffraganeos Eccles. Mediol. suppl. col. 462. n. 5.

MLXXIV. VII. Kal. junii. Aquis. Donatio possessionis in Vidixione facta a Cunizone Presbitero de Ordine S. Aquensis Ecclesiae Monasterio S. Mariae. supplem. col. 462. n. 6.

MLXXIV. XIV. Kal. aug. Aquis. Donatio terrae in agro Meladiensi ab Alsenda facta Monasterio S. Mariae. supplem. col. 462. n. 6.

MLXXV. V. non. martii. Litterae Gregorii PP. VII. ad Laudenses, ut Opizoni fratri B. Widonis Ep. Aq. obediant. Supplem. col. 464. n. 8.

Eodem anno VII. id. octobr. aliae ad suffragan. Eccles. Mediol. ibi col. 465. n. 9.

MLXXVIII. Donatio D. Immillae Ducissae Monasterio S. Petri de Musinasco indicata in not. ad doc. n. 7. col. 14. lin. 42.

MLXXVIII. V. octobris. Vuiliolae. Commutatio possessionum a filiis Quintali inita cum Gisla Abbatissa Monasterio S. Mariae. supplem. col. 465. n. 10.

MLXXVIII. VIII. Kal. decemb. Litterae Gregorii PP. VII. ad Ep. Aq. suppl. col. 467. n. 11. Aliae ejusdem an., et diei de pace facta cum Abbate Clusino juxta sententiam Ep. Ast., et Aq. supplem. col. 467. n. 12.

MI XXIX. IV. julii. Taurini. Donatio Adelaidis Comitissae Monasterio S. Solutoris coram Alberto Episcopo Aquensi, et Widone Marchione de Sezzadio. supplem. col. 467. n. 13.

MLXXXIX. id. junii. Donatio abbatiae S. Dalmatii, et aliarum terrarum facta ab Adalasia Comitissa Ecclesiae Astensi. col. 38. n. 26.

MLXXXX. XI. Kal. augusti. Cevae. Donatio Bonifacii Marchionis quondam Othonis facta Uberto Aquensi Episcopo praedii in Lanerio. Ex archivio Aquaesextiensi. col. 39. n. 27.

MLXXXXIV. Donatio Uberti Episcopi Aquensis Ecclesiae S. Crucis Mortariensis de duabus Ecclesiis loci Lanerii. col. 39. n. 28.

MLXXXXVIII. VII. aprilis Mediolani. Notitia subscriptionis Azonis Episcopi Synodo Mediolanensi. supplem. col. 469. n. 14.

MC. VIII. mensis octobr. Aquis. Jura Ecclesiae Aquensis, et Monasterii S. Petri in Casanova. col. 40. n. 29.

MCI. V. Kal. januarii. Tridini. Donatio Marchionum Vilielmi, et Rainerii Ecclesiae Vercellensi, ex autographo ejusd. Ecclesiae. col. 41. n. 30.

MCI. I. octobris. Aquis. Donatio decimae facta a Bellengerio D. Othae Abbatissae Monasterii S. Mariae. suppl. col. 469. n. 15.

MCVI. XVIII. Kal. februarii. Gamundii. Donatio Brunonis, et Adelaidae populo Gamundiensi. col. 44. n. 31.

MCXVI. X. Kal. junii. Paciliani. Diploma Henrici V. Imperatoris, quo praesentibus Bonifacio Anselmo, et Rainerio Marchionibus Conrado, et Guidoni Cani confirmatur dominium Cellarum, Fraxinelli, Fubinarum, et Cuccari ex R. A. col. 45. n. 23.

MCVIII. Vide infra ad an. MCLXXX.

MCXVII. IV. julii. Sententia Jordani Archiepiscopi Mediolanensis irritas decernentis concessiones clientelares ab Opizone Episcopo Laudensi B. Widonis fratre factas. suppl. col. 471. n. 16.

MCXIX. XIV. Kal. augusti. Inter Occimianum, et Fraxinetum. Fidelitas Marchionis Oberti Landulfo Astensi Episcopo. col. 46. n. 34.

MCXIX. III. mense novembris. Mediolani. Sententia Jordani Archiepiscopi Mediolanensis cum Azone Ep. Aq. supplem. col. 471. n. 17.

MCXXII. VII. Kal. julii. Laterani. Calixti PP. epistola ad Ottonem Palatinum Comitem de Vittelsbach, qua ei novi Monasterii constructionem injungit, eo quod Romae captioni Paschalis PP. II. interfuerit, et ei Azonem Episcopum Aquensem Legatum suum commendat. supplem. col. 471. n. 18.

MCXXV. mense decembr. Sententia Olrici Archiep. Mediol., ubi de Opizone B. Widonis fratre agitur. supplem. col. 472. n. 19.

MCXXVII. VII. id. febr. Aquis. Venditio domus, et possessionum facta ab Oclerio Sagittario Mobiliae Abbatissae de Aquis. supplem. col. 472. n. 20.

MCXXVII. Kal. maii. Roboreti intra claustra S. Andreae. Venditio cujusdam terrae in loco

Roboreti facta ab Otto, Lamperto, et Oberto Joanni Presbitero Ecclesiae S. Andreae. col. 46. n. 35.

MCXXVIII. XVI. Kal. januarii. Uviliolae. Venditio possessionum in Alice. supplem. col. 473. n. 21.

MCXXVIII. Decretum M. Bonifacii, et Agnetis circa donationem factam Monasterio Lirinensi indicatum in notis Post. ad docum. n. 39. an. MCXXIV.

MCXXIX. XI. Kal. maii. Donatio mansi in Calamandrana facta a Gullielmo Monasterio S. Mariae. supplem. col. 474. n. 22.

MCXXX. Breve Innocentii PP. II. ad Hospitalarios inc. *quam amabilis.* V. not. ad doc. n. 63. an. MCLXXX.

MCXXXI. VI. Kal. septembris. Tilieti. Fundatio Monasterii de Tilieto auctore Anselmo Marchione cum Wilelmo, et Manfredo filiis. Ex charta penes C. V. Gasp. Sclavum. col. 47. n. 36.

MCXXXII. VII. Kal. augusti. Brixiae. Privilegium Innocentii II. Papae Monasterio de Tilieto. Ex R. A. col. 48. n. 37.

MCXXXII. Epistola Hermanni Augustani Episcopi ad Ottonem Episcopum Bambergensem, qua ei narrat excidium urbis suae, Azonis Episcopi Aquensis expoliationem per milites Lotharianos. supplem. col. 475. n. 23.

MCXXXIII. V. Kal. aprilis. Montisbelli. Donatio Rainerii, Wilielmi, et Ardezonis Monasterio de Locedio ex R. A. col. 50. n. 38.

MCXXXIV. nonis novembris. S. Albani. Donatio Bonifacii, Oberti, Oddoni, Henrici, et Gullielmi fratrum Ecclesiae Astensi. col. 51. n. 39.

MCXXXV. mense decembris. Mediolani. Sententia Robaldi Archipresbiteri coram Amizone Episcopo Aquensi, et suffraganeis inter Monasterium S. Petri de Cremella, et Ecclesiam S. Johannis Modoetiae. supplem. col. 475. n. 24.

MCXXXVIII. III. Kal. augusti. In castro Colei. Donatio Comitis Amedei Monasterio S. Mariae de Locedio sito in terra Wilielmi Marchionis fratris sui. Ex R. A. col. 52. n. 40.

MCXLI. V. nonas martii. Laterani. Privilegium Innocentii II. Monasterio S. Mariae de Locedio. Ex R. A. col. 52. n. 41.

MCXLII. IV. Kal. januarii. In castro Saonae. Charta divisionis inter VII. Marchiones de Wasto filios Bonifacii. col. 53. n. 42.

MCXLVII. mense februarii. Donatio Comitis Simoni Hospitalis S. Johannis Hierus. de facultatibus Oberti Saonensis in not. ad doc. 25.

MCXLIX. mense augusti. Sententia Milonis subdiaconi S. Mediolanensis Ecclesiae delegati ab Archiepiscopo Oberto cum Henrico Episcopo Aquensi in causa inter Archipresbiterum Modoetiae, et incolas Sexti. supplem. col. 476. n. 25.

MCXLIX. In burgo Secusiae. Donatio Comitis Umberti Monasterio de Locedio sito in terra Marchionis Wilelmi patrui sui. Ex R. A. col. 58. n. 43.

MCLII. II. augusti. In agro prope Ecclesiam S. Trinitatis. Donatio MM. Manfredi, et Gullielmi de Bosco populo Gamundiensi. Ex collectaneis Burgontii. col. 58. n. 44.

MCLV. II. id. novembris. Laterani. Breve Adriani IV. PP. confirmantis jura, et possessiones Capituli Aquensis. col. 59. n. 45.

MCLVII. X. die maii. Conventio Ottonis Marchionis cum Raymondo de Montefòrtì. col. 60. n. 46.

MCLVIII. VI. id. maii. Gazingi. Privilegium Wilielmi Marchionis hominibus Gasingi. Ex R. A. col. 60. n. 47.

MCLX. Litterae, quibus Abbatissa Monasterii S. Mariae significat Wilelmo Episcopo Aquensi se dimisisse e sua potestate sororem ab eo petitam ad alterius praefecturam, nec eam amplius ad Monasterium suum revocaturum. supplem. col. 477. n. 28.

MCLXII. X. Kal. februarii. Anagniae. Confirmatio possessionum, et jurium Ecclesiae S. Martini de Gamundio ab Alexandro III. Canonicis ejusdem Ecclesiae concessa. Ex Collectaneis Burgontii. col. 61. n. 48.

MCLXII. VII. id. junii. Quinciani. Venditio terrae in Quinciano facta ab Ottone Ariberti Abbatissae Monasterii S. Mariae Aquensis. supplem. col. 477. n. 27.

MCLXIV. IX. Kal. octobris. Papiae. Diploma Friderici Imperatoris Gulielmo Marchioni Montisferrati. Ex Collectione Documentorum in causa Monferraten. Typis edita sine anno penes Cl. V. Comitem Durandum a Villa. col. 62. n. 49.

MCLXIV. VI. id. februarii. Januae. Concessio Ecclesiae S. Mariae de Gamundio Monasterio Fructuariensi precibus Gulielmi Marchionis Montisferrati. Ex autographo penes J. C. Math. Boccaccium. col. 65. n. 49. (*hic numerus* 49. *librarii culpa fuit duplicatus*).

MCLXIV. III. non. octobris. In castro Belfort. Diploma Friderici Imperatoris Gulielmo Marchioni Montisferrati. Ex Coll. DD. in causa Monferr. col. 66. n. 50.

MCLXVIII. VII. Kal. novembris. Conventiones inter Anselmum Episcopum Astensem, et Commune Alexandriae circa homines Quargnenti. Ex Collect. Burgontii. col. 67. n. 51.

MCLXIX. In medio mense martii. In Vico Castelletti. Deditio Vici Castelletti populo Alexandrino. col. 68. n. 52.

MCLXIX. Conventio inter Astenses, et Alexandrinos. Ex Collect. Burgontii col. 68. n. 53.

MCLXX. Litterae D. Gualdini Mediolanensis Archiepiscopi, quibus ad Galdinum Episcopum Aquensem formulam juramenti, quod provinciales Episcopi in sua consecratione praestare solent, transmittit versus annum MCLXX. ex Tabul. Capituli col. 69. n. 54.

MCLXXII. X. augusti. Gavii. Conventiones inter homines Alexandriae, et Marchiones Gavii. Ex Collect. Burgontii. col. 69. n. 55.

MCLXXIII. idib. martii. Venditio terrae in Noxeto facta ab Agnete, et Cannacio Monasterio S. Mariae. supplem. col. 478. n. 29.

MCLXXIV. XIV. januarii. Diploma Friderici I. Imperatoris in obsidione Roboreti. supplem. col. 478. n. 30.

MCLXXV. X. mense januarii. Juramentum praestitum a Rectoribus societatis Lombardorum circa defensionem Alexandriae. supplem. col. 279. n. 31.

MCLXXV. Controversia de quodam pistrino inter Galdinum Episcopum Aquensem, et P. Remperge. col. 70. n. 56.

MCLXXVI. Praeceptum Algisii Vide infra MCLXXXI.

MCLXXVII. mense januarii. Donatio vineae in Scalugio, quam Anselmus fecit Ottae Abbatissae Monasterii S. Mariae. supplem. col 479. n. 32.

MCLXXVII. I. augusti. Venetiis. Jusjurandum Friderici I. de observandis in sexennium induciis societati Lombardorum coram Episcopo Aquensi etc. supplem. col. 479. n. 33.

MCLXXVIII. XIII. junii. Appiani. Concordia Gullielmi Marchionis Montisferrati cum civitate Alexandriae. Ex A. R. col. 72. n. 58.

MCLXXVIIII. III. nonas martii. Laterani. Privilegium Alexandri III. Papae Monasterio S. Quintini de Spigno. col. 74. n. 59.

MCLXXX. XII. Kal. julii. Sententia D. Algisii Archiepiscopi Mediolani contra Monacos S. Petri. col. 45. n. 32.

MCLXXX. V. idus julii. Tusculani. Confirmatio possessionum, et jurium Ecclesiae S. Mariae de Foro ab Alexandro III. Ottoni Archipresbitero concessa. Ex Collect. Burgontii. col. 77. n. 60.

MCLXXX. XIII. novembris. Alexandriae. Conventiones inter Alexandriae Communitatem, er Marchiones de Bosco. Ex Collect. Burgontii. col. 78. n. 61.

MCLXXX. Sententia Ugonis Episcopi Aq. de lite inter Canonicos, et Hospitalarios S. Johannis Hierosolimitani. col. 79. n. 62.

MCLXXXI. Kal. augusti. Aquis. Litterae Uberti Episcopi Abbatissae Monasterii S. Thomae de Janua, quibus huic confirmat donationem duarum Ecclesiarum loci Pecetae ejus Monasterio jamdudum factam a Gulielmo Episcopo Aquensi. col. 80. n. 63.

MCLXXXI. Praeceptum Algisii Archiepiscopi Mediolanensis Monachis S. Petri latum, ut sententiae a se dictae obsequantur. col. 72. n. 57.

MCLXXXI. prid. non. augusti. Donatio decimae facta a Pellegrino cum filiis suis D. Ottae Abbatissae Monasterio S. Mariae de Aquis. supplem. col. 480. n. 34.

MCLXXXI. XVII. Kal. decembris. Quinciani. Venditio terrae facta Monialibus S. Nicolai de Quinciano a Vilielmo, et Ottone. supplem. 481. n. 35.

MCLXXXIII. VII. Kal. junii. Constantiae. Acta pacis Constantiae inter Fridericum Imperatorem, et ejus filium Henricum, et Longobardos, ac civitates, inter quas Aquae, initae ab Episcopo Astensi, et Henrico Marchione Saonae. suppl. 481. n. 36.

MCLXXXIV. pridie id. martii. Nuremberg. Reconciliatio Alexandriae cum Imperatore, et Civitatis restauratio. col. 81. n. 64.

MCLXXXIV. IX. Kal. aprilis. Caesareae. Foedus inter Communitatem Alexandriae, et homines de Mirabello. Ex Collectaneis Burgontii. col. 83. n. 65.

MCLXXXIV. IV. id. augusti. Aquis. Venditio domus ab Agnete, et Medico facta Nicolao Jarri. supplem. col. 482. n. 32.

MCLXXXV. XI. Kal. augusti. Aquis. Sententia Consulum Aq. in lite inter Capitulum Aq., et Manfredum Boccaccium. col. 86. n. 69.

MCLXXXVI. II. id. februarii. Veronae. Decretum Urbani III. PP. in Monachos, et Templarios Aq., ne turbent jura parochialia Ecclesiae majoris. col. 84. n. 66.

MCLXXXVI. Charta de agris Vixoni Ecclesiae Aquensis obligatis Vid. not. doc. n. 9. col. 18. lin. 25.

MCLXXXVI. III. Kal. martii. Veronae. Privilegium Urbani III. Papae Monasterio Tilieti. Ex A. R. col. 84. n. 67.

MCLXXXVI. III. non. junii. Urbeveteri. Diploma Henrici VI. Vid. not. post. ad doc. 71. an. MCLXXXVII.

MCLXXXVI. II. non. julii. Veronae. Litterae comminatoriae Urbani III. PP. in Monacos Aquenses. col. 86. n. 68.

MCLXXXVI. XVI. julii. Urbeveteri. Diploma Henrici VI. Vide not. post. ad doc. 71.

Item 1. septembris. S. Miniati ibi.

Item 1. octobris. Bononiae. ibi.

Item 28. octobris. Cesenae. ibi.

Item 28. novembris. . . . . ibi.

MCLXXXVI. Sententia Consulum Aquensium. Vide supra MCLXXXV.

MCLXXXVI. Viceriae. Diploma Henrici VI. Abbati Nicolao, et Monasterio de Tilieto. Ex R. A. col. 88. n. 71. Vide infra MCLXXXVII.

MCLXXXVII. mense junii. Aquis. Sententia Ugonis Episcopi Aquensis adversus Manfredum Boccaccium. col. 88. n. 70.

MCLXXXVII. Diploma. V. supra ad an. MCLXXXVI.

MCLXXXVII. III. Kal. julii. Aquis. Concessio emphiteutica domus facta a Matelda Abbatissa Bertramo Muratori. supplem. col. 482. n. 38.

MCLXXXVII. XVII. septembris. Bononiae. Diploma Henrici VI. V. not. ad doc. n. 72.

MCLXXXVIII. Decretum Ugonis Episcopi Aquensis de juribus parochialibus inter Monacos S. Petri, et Capitulum. col. 89. n. 72.

MCLXXXIX. VI. januarii. Vercellis. Donatio pedagii a Bonifacio Marchione Montisferrati facta Ecclesiae S. Egidii de Varezo Augustani Ducatus. col. 91. n. 74.

MCLXXXIX. Decretum Milonis Archiepiscopi Mediolanensis circa celebrationem Letaniarum ad Monacos S. Petri Aquarum. col. 90. n. 73.

MCLXXXX. Diploma etc. V. infra ad an. MCLXXXXI.

MCLXXXXI. II. septembris. Caesareae. Donatio Nuncii Imperatoris medietatis pedagii de Bassareguzio populo Alexandrino pro viae publicae conservatione, et defensione. col. 92. n. 76.

Alia pro eadem causa ab Abbate S Salvatoris Alexandrinis concessa XIII. septembris Papiae. Ex Collectaneis Burgontii. col. 93. n. 76.

MCXCI. IV. Kal. novembris. Caesareae. Foedus Dominorum de Rivalta de Burmia Vassallorum Marchionum de Bosco cum populo Alexandrino. Ex ejusdem Collect. col. 93. n. 77.

MCXCI. VII. decembris. Mediolani. Diploma Henrici VI. Bonifacio Marchioni Montisferrati col. 91. n. 75.

MCXCI. Sententia Henrici VI. adversus Albertum, et ejus fratres Marchiones de Incisa. col. 94. n. 78.

MCXCII. XIII. exeunte januario. Urbae. Conventiones inter Commune Urbae, et Caesareae. Ex annal. MSS. Alexandriae Schiavinae. col. 95. n. 79.

MCXCII. VII. id. februarii. Laterani. Privilegium Caelestini III. Papae Monasterio S. Justinae de Sezzadio. col. 97. n. 82.

MCXCII. non. martii. Aquis. Investitura filiis Albaldi concessa a Capitulo Aq. Vide not. post. ad doc. n. 80.

MCXCII. II. non. apr. Aquis. Donatio domus Canonicae Aquensi. col. 96. n. 80.

MCXCII. X. exeunte maii. Belmonte. Donatio Castri de Belmonte Communi Caesareae. Ex Collectan. Burgontii. col. 99. n. 83.

MCXCII. V. Kal. octobris. Aquis. Pacta inter D. Henricum, et Pontium MM. de Ponzono, et Commune Aquarum. Ex Tabulario Episcopali. col. 99. n. 84.

MCXCIII. XIII. Kal. martii. Investitura a Praeposito Ecclesiae Astensis facta Marchioni Bonifacio. col. 100. n. 85.

MCXCIII. II. non. decembris. Geisenusen. Diploma Henrici VI. Bonifacio Marchioni Montisferrati. Ex Collectan. Docum. in causa Monferraten. col. 101. n. 86.

MCXCIV. II. id. januarii. Aquis. Conventiones inter Commune Aquarum, et Septebrii. Ex Tabulario Episcopii. col. 102. n. 87.

MCXCIV XII. januarii. Vercellis. Jusjurandum Alexand. et societatis Lombardae de induciis servandis Ex Collectan. Burgontii. col. 104. n. 89

MCXCIV. XIV. januarii. Vercellis. Praeceptum circa inducias Trasardi Imperialis Legati. Ex ejusdem Collectan. col. 103. n. 88.

MCXCV. II. non. maii. Aquis. Venditio duarum possessionum Archipresbitero de Calamania. Ex Tabulario Capituli. col. 106. n. 90.

MCXCVI. XI. Kal. octobris. Forinovi. Diploma Henrici VI. Vide not. post ad doc. n. 72.

MCXCVII. IV. aprilis. Caesareae. Constitutio procuratorum civitatis Alexandriae ad appellandum a sententia Episcopi Terdonensis Delegati in causa Quargnenti ad summum Pontificem. Ex Collectan. Burgontii. col. 106. n. 91.

MCXCVII. pridie non. maii. Aquis. Taxa Curadiae ab Episcopo Aquensi, et a Marchionibus Ponzoni imminuta. Ex Tabulario Episcopali. col. 107. n. 92.

MCXCVII. III. Kal. novembris. Uviliis. Tabulae foederis inter Astenses, et Alexandrinos. Ex Collectan. Burgontii. col. 107. n. 93.

MCXCVIII. II. exeuntis martii. Vercellis. Promissio Vercellensium observandi foedus inter Astenses, et Alexandrinos percussum. Ex ejusdem Collectaneis. col. 110. n. 94.

MCXCVIII. II. aprilis. Paciliani. Conventio hominum Paciliani cum Alexandrinis, Astensibus, et Vercellensibus. Ex ejusdem Collectan. col. 111. n. 95.

MCXCVIII. XV. exeuntis aprilis. Castagnolis. Conventio inter Astenses, et Alexandrinos de acquisitione Castagnolarum. Ex ejusdem Collectaneis col. 112. n. 97.

MCXCVIII. IV. exeuntis aprilis. Vercellis. Juramentum societatis praestitum a Rectoribus Lombardiae. Ex ejusdem Collectan. col. 112. n. 96.

MCXCVIII. VI. exeuntis maii. Ancisae. Conventio Consulum de Lanerio cum Alexandrinis. Ex ejusdem Collectan. col. 113. n. 98.

MCXCVIII. XII. junii. Valentiae. Foedus Bonifacii Marchionis cum civitate Aquensi. col. 113. n. 99.

MCXCVIII. IV. julii. Pomarii Deditio Marchionum de Occimiano Communi Alexandriae. Ex Collectaneis Burgontii. col. 114. n. 100.

MCXIX. IV. aprilis. In ripa Padi. Praeceptum Angeli Fontanae de induciis inter Bonifacium M. Montisferrati, et Alexandrinos, et Astenses servandis. Ex ejusdem Collect. col. 116. n. 101.

MCXCIX. Petitiones Communitatis Alexandriae adversus Marchionem Montisferrati. Ex R. A. col. 117. n. 102.

MCXCIX. Aliae petitiones Bonifacii Marchionis adversus Alexandrinos in praevio pacis tractatu. Ex R. A. col. 118. n. 103.

MCXCIX. XII. junii. Mediolani. Conventio inter Marchionem Bonifacium, Alexandrinos, Astenses, et Vercellenses. col. 122. n. 104.

MCC. VI. exeuntis februarii. Quargnenti. Donatio civitatis Alexandriae XL. familiis Quargnenti. col. 124. n. 105.

MCC. Kal. septembris. Aquis. Concessio emphiteutica cujusdam vineae facta a Bonefortune Abbatissa Monasterii S. Mariae Aquensis. supplem. col. 483. n. 34.

MCCI. IX. junii. Aquis. Donatio dominorum Vassallorum Meladii de suis juribus Civitati Aquensi facta cum consequenti illorum investitura. Ex R. A. col. 124. n. 106.

MCCI. Sententia Consulum Aquensium de terra Capitulo obligata. col. 125. n. 107.

MCCII. IX. januarii. Alexandriae. Fidelitas oppidi Montaldi Reipublicae Alexandrinae. Ex Collectaneis Burgontii. col. 125. n. 108.

MCCII. VIII. martii. Alice. Tabulae foederis inter civitatem Alexandriae, et M. Ottonem de Carretto. Ex eadem Collectione col. 126. n. 109.

MCCII. VII. exeuntis aprilis. Alexandriae. Confirmatio ejusdem D. Willelmi Marchionis Cevae. Ex eadem Collectione col. 128. n. 110.

MCCII. XIII. Kal. junii. Papiae. Appellatio Archipresbiteri S. Dalmatii ab Episcopo Papiensi ad summum Pontificem in causa Quargnenti. Ex eadem Collectione col. 128. n. 111.

MCCII. XIII. julii. Alexandrriae. Procuratio Praepositorum Ecclesiae majoris, et Ecclesiae SS. Laurentii, et Clementis commissa Archipresbitero S. Dalmatii ad appellandum ab Episcopo Papiensi ad summum Pontificem. Ex eadem Collect. col. 129. n. 112.

MCCII. XII. Kal. augusti. Papiae. Appellatio populi, et cleri Alexandrini ab Episcopo Papiensi ad summum Pontificem in causa Quargnenti. Ex eadem Collect. col. 129. n. 113.

MCCII. XII. exeuntis augusti. Alexandriae. Confirmatio D. Puncii M. Ponzoni foederis sanciti inter Alexandrinos, et M. Othonem de Carretto. Ex eadem Collectione. col. 130. n. 114.

MCCIII. IX. februarii. In Ecclesia S. Johannis de Cunchis. Deditio Consulum Aquexanae castrorum suorum Reipublicae Alexandrinae. Ex eadem Collectione. col. 130. n. 115.

MCCIII. X. februarii. Alexandriae. Conventiones Alexandrinorum cum Communi, et negotiatoribus Mediolani circa custodiam viarum. Ex eadem Collectione. col. 132. n. 116.

MCCIII. X. februarii. In Castro de Viginti. Deditio dominorum de Viginti de suo castro Reipublicae Alexandrinae, et consortibus de Aquexana. Ex lib. *Crucis* civit. Alex. col. 132. n. 117.

MCCIII. IV. exeuntis martii. Alexandriae foedus inter Alexandrinos, et Terdonenses. Ex Collectione Burgontii. col. 133. n. 118.

MCCIII. XI. exeuntis augusti. In Valle Granae. Foedus inter Alexandrinos, et Willielmum Marchionem Montisferrati. Ex eadem Collectione. col. 135. n. 119.

MCCIV. VIII. januarii. Noni. Procuratio Gulielmi Marchionis Montisferrati pro viarum instauratione, ac pedagiis. Ex eadem Collectione. col. 137. n. 120.

MCCIV. Additamentum foederi inter Marchionem Montisferrati, et Alexandrinos percussi. Ex eadem Collectione col. 137. n. 121.

MCCV. XVI. februarii. In Castro Cavatorii. Appellatio Cleri Aquensis ab Episcopo Ugone in causa translationis Episcopatus. col. 139. n. 122.

MCCV. XVIII. julii. Aquis. Foedus inter cives Aquenses, ac Oppidanos Grognardi. col. 139. n. 123.

MCCV. XI. augusti. Quadringenti. Possessio Ecclesiae Quargnenti capta ab Ugone Episcopo Aquensi. Ex Collectione Burgontii. col. 141. n. 124.

MCCVI. VII. februarii. Terdonae. Restitutio trium partium medietatis oppidi Boschi facta a Terdonensibus Marchioni Ottoni. Ex Chartulario Terdonensi, cujus mihi legendi copiam fecit et Cl. Ant. Durandus Comes Villae jam altero abhinc anno legentibus musis fatis functo, et C. Ferrerius a Puncilione. col. 141. n. 125.

MCCVI. VII. Kal. maii. Bassignanae. Juramentum Episcopi Aquensis, et Potestatum Alexandriae, Aquarum, et Papiae parendi mandatis Uberti Potestatis Mediolanensis de tregua, ac damnorum restitutione. Ex Collectaneis Burgontii. col. 142. n. 126.

MCCVI. XIII. novembris. Aquis. Concessio emphiteutica domus ad Monasterium S. Mariae spectantis. supplem. col. 483. n. 40.

MCCVII. V. non. maii. Aquis. Foedus inter cives Aquenses, et Dominos, et Oppidanos Meladii. col. 144. n. 127.

MCCVII. IX. augusti. Bassignanae. Juramentum Ugonis Episcopi Aquensis de pace cum Papiensibus, et Aquensibus servanda nunciis Mediolanensibus praestitum. Ex apographo Tabularii Episcopali. col. 145. n. 128.

MCCVII. X. augusti. Alexandriae. Idem juramentum Consuli Aquensi. Ex eodem Tabul. col. 147. n. 129.

MCCVIII. IX. julii. Aquis. *Pro decima Templariorum Ecclesiae majori Aquensi debita.* Ita titulus membranae. Ex Chartulario Alberti. col. 147. n. 130.

MCCIX. VI. exeuntis martii. Aquis. Promissio Consulum Aquensium servandi sententiam Potestatis Albensis de controversiis Aquensibus, et Alexandrinis. col. 148. n. 132.

MCCIX. XI. aprilis. Albae. Appendix sententiae circa honorem, ac jura Aquensis Episcopi in civitate Aquensi debita. Ex apographo Tabularii Episcopali. col. 152. n. 133.

MCCIX. VI. julii. Curtismiliae. Venditio plurium locorum Diocesis Aquensis a Marchione Ottone de Carretto Astensi Reipublicae facta. Ex charta penes Cl. V., C. ac Praesidentem Platzaert. col. 153. n. 134.

MCCIX. IX. decembris. Aquis. Jus Ecclesiae S. Mauritii de Tertio in decimas oppidi. col. 157. n. 135.

MCCX. XV. aprilis. Ponzoni. Donatio D. Pontii Marchionis Ponzoni totius suae terrae Civitati Aquensi. Ex Tabul. Episcop. col. 158. n. 136.

MCCX. XXIII. aprilis. Diploma Ottonis IV. teste Ugone Episcopo Alexandrino, et Aquensi. supplem. col. 483. n. 41.

MCCX. XII. Kal. julii. Terdonae. Diploma Ottonis IV. Monasterio de Tilieto. Ex R. A. col. 158. n. 137.

MCCX. XII. augusti. Taurini. Sententia Jacobi Episcopi Taurinensis, qua condemnantur Clerici de Fiblinis ad obedientiam Episcopo Alexandrino, et Aquensi praestandam. Ex charta penes Cl. V. Ant. Chennam. col. 159. n. 138.

MCCX. V. septembris. Montisboni. Conventio de bannis Casaenovae inter Dominos ejusdem, et Ecclesiam, ac Monasterium Aquense. Ex Chartulario Alberti. col. 160. n. 139.

MCCX. XXIX. octobris. Zebete. Praeceptum Gerardi S. Pontificis Legati factum Ministris S. Mariae, et S. Michaelis, ut visitent Ecclesiam, cogantque Monachas de Zebedo, ut Abbatissae Aquensi pareant. supplem. col. 484. n. 42.

MCCX. I. novembris. Terdonae. Venditio Puzzoli facta a Marchione Ottone Communitati Terdonensi. Ex Chartulario Terdonensi. col. 161. n. 141.

MCCX. VIII. novembris. Terdonae. Confirmatio venditionis Puzzoli a filio Ottonis Marchionis facta. Ex eodem Chartulario. col. 162. n. 142.

MCCX. VIII. novembris. Alexandriae. Apocha debiti a Sindico civitatis Aquis soluti Reip. Alexandriae. Ex Collect. Burgontii. col. 162. n. 143.

MCCX. XXI. mense novembris. Aquis. Litterae procurationis commissae ab Abbatissa Monasterii S. Mariae Aquensis Archipresbitero de Meladio in causa adversus Monasterium S. Michaelis. supplem. col. 484. n. 43.

MCCX. XXII. mense novembris. Boschi. Litterae, quibus Ministri Ecclesiarum S. Mariae, et S. Michaelis referunt Girardo se mandatis ejus paruisse. supplem. col. 485. n. 45.

MCCX. IX. Kal. decembris. Boschi. Electio sororis facta a Monialibus S. Michaelis de Boscho ad agendum in lite cum Abbatissa S. Mariae Aquensis. suppl. col. 485. n. 44.

MCCXI. VI. K.l. maii. Compromissum Ministrae Ecclesiae S. Michaelis de Bosco in G. Albanensem electum de controversiis inter ipsam, et Abbatissam S. Mariae Aq. supplem. col. 487. n. 47.

MCCXI. VI. septembris. Alexandriae. Conventio Terdonensium cum Alexandrinis, ut hi vias Januensibus claudant. Ex Chartulario Terdonensi. col. 163. n. 144.

MCCXI. XVI. novembris. Aquis. Conventio in quadam lite cum Rectore Ecclesiae S. Johannis de Burgo Aquarum. supplem. col. 487. n. 48.

MCCXI. VI. exeuntis novembris. Terdonae. Sententia Canonici Terdonensis Delegati in causa inter Monasterium S. Mariae Aq., et S. Michaelis de Zebedo. suppl. col. 487. n. 49.

MCCXI. Litterae, quibus Girardus electus Novariensis committit Abbati de Locedio cognitionem appellationis interpositae a Comite de Lomello in causa Monasterii S. Michaelis, et S. Mariae Aq. supplem. col. 487. n. 46.

MCCXII. IV. martii. In castro Rochettae Palafeae. Investitura Rochettae Palafeae quibusdam Dominis concessa ab Ugone Episcopo Aquensi. Ex Tabulario Episcop. col. 163. n. 145.

MCCXII. IV. maii. Aquis. Jura Aquensis Ecclesiae in quadam Meladii possessione. Ex Tabulario Capituli. col. 164. n. 146.

MCCXII. V. Kal. junii. Signae. Litterae Innocentii III. Archidiacono Aquensi, ut exequi jubeat sententiam a Canonico Terdonensi latam in lite Monasterii S. Mariae, et S. Michaelis de Zebedo. supplem. col. 488. n. 50.

MCCXII. Boschi. Positiones in quadam causa de quibusdam juribus in Boschi oppido. Ex A. R. col. 164. n. 147.

MCCXII. XI. exeuntis novembris. Alexandriae. Praeceptum Archidiaconi Aquensis delegati Abbatissae S. Mariae Aquensis, et S. Michaelis de Zebedo, ut coram se veniant. supplem. col. 489. n. 51.

MCCXII. mense decembris. Papiae. Appellatio a Gualterio Abbate Papiensi, et Episcopo Cremonensi delegatis in causa Monasterii S. Mariae, et S. Michaelis ad Archidiaconum Aquensem. supplem. col. 489. n. 52.

MCCXIII. IV. non. januarii. Litterae Innocentii PP. III. Vide not. post. ad docum. n. 109.

MCCXV. V. augusti. Aquis. Concessio terrae Ecclesiae S. Caloceri cum reservatione census. Ex Chartulario Alberti Episc. col. 165. n. 148.

MCCXV. VI. decembris. Aquis. Jus Aquensis Ecclesiae in manso Sorani. Ex Chartulario Alberti Episcop. col. 166. n. 149.

MCCXVII. X. exeuntis decembris. Alexandriae. Venditio, ac cessiones jurisdictionis in Canellis, aliisque finitimis castris factae Alexandrinis ab earum Dominis. Ex Collect. Burgontii. col. 167. n. 150.

MCCXVIII. Litterae Honorii III. Vide infra ad an. MCCXX. Harum ordo aliquantisper turbatus, quem in hoc Cathalogo restituere conamur ut diximus in not. post.

MCCXVIII. VIII. septembris. Meladii. Protestatio Consulum Aquensium in Alexandrinos propter occupationem Meladii. Ex ejusdem Collect. col. 168. n. 152.

MCCXVIII. IX. exeuntis octobris. Alexandriae. Alia pro eadem causa. Ex ejusdem Collect. col. 168. n. 153.

MCCXVIII. XIII. Kal. novembris. Venditio D. Wilielmi de Meladio possessionum, et jurium suorum in Bublio, S. Julia, et Cassinasco D. Nicolao de Bublio. Ex Tabulario Ecclesiae majoris. supplem. col. 489. n. 53.

MCCXVIII. Litterae Honorii PP. III. Dat. Laterani XV. Kal. decembris jubentis Abbati, ac Priori de Tilieto, ut Alexandrinos post solutum censum, ac praestitum Papae, ac R. Ecclesiae fidelitatis juramentum absolvant ab excommunicatione, et interdicto. Inc. *vobis.*

MCCXIX. IX. exeuntis martii. Alexandriae. Promulgatio litterarum praecedentium Hon. III. ac Alexandrinorum absolutio. Ex Collect. Burgontii. col. 169. n. 154.

MCCXIX. XI. Kal. septemb. Reate. Litterae Honorii PP. III. circa fidelitatem ab Alex. Regi Siciliae Imperatori electo praestandam. Incip. *devotionis vestrae.* Ex eadem Collect. col. 171. n. 156.

MCCXX. Charta terrae emphiteuticae Eccl. Aq. indicata in not. doc. n. 9. col. 18. lin. 21.

MCCXX. XXV. februarii. Aquis. Unio Plebis de Calamagna cum Archipresbiteratu Ecclesiae Aquensis ab Anselmo Episcopo praescripta. col. 171. n. 157.

MCCXX. XII. Kal. maii. Romae. Litterae Honorii PP. III., quibus Alexandrinos laudat de fidelitate, ac censu S. R. Ecclesiae praestito, ac vetat, ne alii fidelitatem faciant. Incip. *devotionem vestram.* Ex eadem Collectione. col. 168. n. 151.

MCCXX. XII. Kal. maii. Romae. Aliae litterae Honorii PP. III. Alexandriam in suam protectionem recipientis. Incip. *sacrosanctae Romanae.* Ex ead. Collect. col. 170. n. 155.

MCCXX. IV. junii. Charta Anselmi Episc. Aq. Vide not. post. ad doc. n. 57.

MCCXX. VI. octobris. Aquis. Delegatio Boccaccii, et A. Brunae ad curiam Regis. Ex apographo Tabul. Episcop. col. 172. n. 159.

MCCXX. X. Kal. nov. Placentiae. Praeceptum Regis civibus Alexandrinis, ne offendant Civitatem Aquensem. Ex Collectaneis Burgontii. col. 173. n. 160.

MCCXXI. X. aprilis. Alexandriae. Literae Guidonis Poenitentiarii S. Pontificis de Ottoboni absolutione. Ex apographo penes Cl. V. Chennam. col. 173. n. 161.

MCCXXII. Charta permutationis inter Marchiones Cevae, et Episcopum Astensem indicata in notis post. ad doc. n. 39.

MCCXXIII. XXX. octobris. Aquis. Sententia Canonicorum Parmensium in causa delegationis inter Capitulum, et Monasterium Aquense circa jura parochialia. Ex Chartul. Alberti col. 174. n. 162.

MCCXXIII. XXX. octobris. Aquis. Declaratio sententiae a D.Anselmo Episcopo Aquensi prolatae in eadem causa. Ex eodem Chartul. col. 174. n. 163.

MCCXXIII. XXX. octobris. Aquis. Sententia Anselmi Episcopi Aquensis de jure parochiali pro Ecclesia Cathedrali adversus Monasterium S. Petri indicata in not. ad doc. 4. lin. 60., (ubi per errorem ei adscriptus annus MCCXXII.) hic vero relata. col. 157. n. 164.

MCCXXIV. IV. januarii. Aquis. Delegatio Canonicorum Aquensium ob appellationem Abbatis Monasterii S. Petri ad Mediol. Archiep. col. 176. n. 165.

MCCXXIV. X. junii. Mediolani. Capitula in lite de juribus Parochialibus inter Monacos, et Canonicos Aquenses. col. 176. n. 166.

MCCXXIV. Alia Capitula in eadem causa. Ex Capituli Tabulario. col. 195. n. 178.

MCCXXIV. XXVI. julii. Aquis. Juramentum Aquensium erga Alexandrinos. col. 178. n. 167.

MCCXXIV. XXXI. julii. Alexandriae. Juramentum Alexandrinorum erga Aquenses. Ex MSS. Turrii. col. 179. n. 168.

MCCXXIV. III. nonas decembris. Laterani. Mandatum Honorii III. Alexandrinis, ut Ecclesias de Quargnento, Oviliis, et Solerio restituant Ecclesiae Astensi. Ex Collectan. Burgontii. col. 181. n. 169.

MCCXXV. II. februarii. Aquis. Conventio inter Canonicos Aquenses, et Monacos S. Petri de recipiendis depositionibus testium. col. 182. n. 170.

MCCXXV. XXIV. aprilis. Aquis. Mutuatio facta pro Canonicis Aquensibus de quadam pecuniae vi a Marchione Manfredo de Uxetio. supplem. col. 490. n. 54.

MCCXXV. XXI. maii. Aquis. Protestatio obedientiae facta a Priorissa S. Michaelis de Zebeto Abbatissae Aquensi coram Anselmo Episc. supplem. col. 491. n. 55.

MCCXXVI. III. novembris. Aquis. Debitum ab Episcopo Anselmo contractum cum Capitulo Aquensi pro suo itinere ad Concilium Provinciale. col. 183. n. 171.

MCCXXVI. XV. exeuntis novembris. Mediolani. Procuratio a Concilio Provinciali Mediolanensi Episcopis Brixiensi, et Hipporegiensi commissa ad promovenda negotia, quae habet Ecclesia Aquensis in Curia Romana cum Alexandrinis. col. 183. n. 172.

MCCXXVII. II. id. januarii. Romae. Litterae Gregorii IX. revocantis causam Capituli cum Monachis ad Archiepiscopum Mediolanensem. col. 184. n. 173.

MCCXXVII. id. julii. Anagniae. Litterae Gregorii IX. mandantis servari sententiam Episcopi Aquensis in eadem lite jam editam. col. 185. n. 174.

MCCXXVII. IX. novembris. Mediolani. Tabulae paacis inter Commune Alexandriae, ejusque foederatas Civitates, et Communitatem Januae, et Astae. col. 185. n. 175.

MCCXXVII. II. exeuntis novembris. Terdonae. Sententia Episcopi Terdonensis confirmans decretum Anselmi Episcopi Aquensis adversus Monasterium S. Petri. col. 193. n. 176.

MCCXXVIII. VIII. februarii. In castro Uuadae. Mandatum D. Wilielmi Marchionis de Bosco ad capiendam possessionem Murusaschi, et Trexobii. Ex Collect. Burgontii. col. 194. n. 177.

MCCXXIX. Capitula vide supra ad an. MCCXXIV.

MCCXXXI. XV. januarii. Meladii. Fidelitas Dominorum Meladii Potestati Aquensi praestita. Ex Tabul. Episc. col. 196. n. 179.

MCCXXXI. I. martii. Boschi electio Ministrae Ecclesiae S. Michaelis de Bosco facta a Monialibus ejusdem. supplem. col. 491. n. 56.

MCCXXXI. II. augusti. Aquis. Compromissum D. Loterii Praepositi Aquensis, et Totusboni Abbatis Monasterii S. Petri de lite circa jura Parocchiaae in Ottonem Aquensem electum, et Arnaudum Archipresbiterum de Vigesimo, et horum sententia lata II. die exeuntis septembris, qua jus Parochiale in suburbio Aquarum Ecclesiae Cathedrali confirmant. col. 196. n. 180.

MCCXXXII. V. martii. Alexandriae. Testamentum Henrici Canefri pro Ecclesia B. Francisci. Ex charta penes R. P. M. Cavallerium. col. 197. n. 181.

MCCXXXII. III. exeuntis martii. Sexadii. Confirmatio venditionis terrae, quam Jacoba Canefra auctor Monasterii de Banno emerata consulibus Sezadii cum adjecto indice octo et amplius chartarum ad idem Monasterium spectantium. col. 199. n. 182.

MCCXXXIII. VIII. septembris. Januae. Fragmentum pactorum a Marchionibus de Clavesana cum Genuensibus initorum. Ex Cod. MS. Pingoniano penes V. claris. Comitem, ac Praesidentem Platzaert. col. 200. n. 183.

MCCXXXIV. X. exeuntis novembris. Sexadii. Pacta inter Aquenses, et Alexandrinos. Ex Collectan. Burgontii. col. 201. n. 184.

MCCXXXIV. XXI. novembris. Spigni. Monitio Potestatis Aquensis Alberto Marchioni Ponzoni. Ex Tabulario Episcop. col. 201. n. 185.

MCCXXXV. XII. junii. Terminatio confinium nemoris Moirani inter Civitatem Aquis, et Commune Montisboni. supplem. col. 491. n. 57.

MCCXXXV. XV. julii. Aquis. Fidelitas Ottonis Marchexii de Meladio Vassalli Potestati Aquensi. Ex Tabul. Episcop. col. 202. n. 186.

MCCXXXV. VII. augusti. Sententia Ottonis Aquensis Episcopi in Amizonem Potestatem Aquensem. Ex Collect. Turrii. col. 202. n. 187.

MCCXXXV. V. exeuntis octobris. Alexandriae. Sententia de cujusdam terra ad decimam obligata Ecclesiae S. Mariae de Castello Alexandriae. Ex charta penes V. Cl. Ant. Chennam. col. 203. n. 188.

MCCXXXV. I. Kal. decembris. Venditio terrarum hominibus de Bellomonte proposita ab Abbatissa Aquensi cum Episcopi consensu. supplem. col. 492. n. 58.

MCCXXXV. V. decembris. Tarolii. Venditio vineae facta a D. Ottone Rana, et filiis ejus Monasterio S. Mariae de Banno confirmata a D. Willelmo, Manfredo, et Corrado MM. de Bosco. Ex charta penes Cl. V. Ant. Chennam. col. 204. n. 189.

MCCXXXV. XXIII. decembris. Spigni. Praeceptum Potestatis Aquensis Manueli Marchioni Ponzoni. Ex Tabul. Episc. col. 205. n. 190.

MCCXXXV. XXIII. decembris. Spigni. Aliud Alberto Marchioni de Ponzono. Ex eod. Tab. col. 205. n. 191.

MCCXXXV. XXIII. decembris. Spigni. Alind Jacobo Marchioni de Ponzono. Ex eod. Tabul. col. 206. n. 192.

MCCXXXVI. XX. maii. Aquis. Confirmatio pactorum inter Albertum, Jacobum, Henricum, et Manuelem Marchiones de Ponzono, et Aquenses. Ex Collect. Turrii. col. 206. n. 193.

MCCXXXVII. XI. januarii. Jus represaliae datum a Potestate Alexandriae Manfredo Boccaccio in Civitatem Aquensem. Ex R. A. col. 208. n. 194.

MCCXXXVII. IX. martii. Astae. Investitura aliquorum feudorum ab Uberto electo Astensi facta Bonifacio Marchioni Montisferrati. col. 209. n. 195.

MCCXXXVII. XVII. martii. In Monasterio S. Juliae. Litterae Abbatis Monasterii S. Juliae, et et Praepositi Bubii ad Episcopum Papiensem, ut denunciet Comitem de Lomello esse excommunicatum, eo quod de Monasterio S. Michaelis ejecerit Monialem institutam ab Abbatissa Aquensi. supplem. col. 493. n. 59.

MCCXXVII. I. aprilis. Mediolani. Litterae Willelmi Archiepiscopi Mediol. pro Monialibus B. M. Magdalenae de Alexandria. Ex charta penes Cl. V. Vic. Chennam. Vide not. post. ad doc. n. 248.

MCCXXXVII. XI. aprilis. Papiae. Excommunicatio Comitis Lomelli facta ab Episcopo Papiensi. supplem. col. 493. n. 60.

MCCXXXVII. XI. exeuntis augusti. Alexandriae. Sententia Potestatis Alexandriae in lite Civitatis Aquensis cum Manfredo Boccaccio. Ex R. A col. 209. n. 196.

MCCXXXVIII. II. januarii. Alexandriae. Mandatum Potestatis Alexandriae Communitati Aquensi factum, ut possessiones, et bona Manfredo Boccaccio restituant. Ex R. A. Vide not. post. ad doc. 194.

MCCXXXVIII. XV. exeuntis januarii. Alexandriae. Litterae Archiepiscopi Januensis ad Praepositum Humiliatorum Alexandriae. Ex charta penes Cl. V. Ant. Chennam. col. 210. n. 197.

MCCXXXVIII. XII. martii. Aquis. Absolutio ab excommunicatione Consilio Aquensi ab Episcopo data sub certis conditionibus. col. 210. n. 198.

MCCXL. XII. exeuntis martii. Alexandriae. Assecuratio concessa a Republica Alexandrina mansioni S. Stephani de Tabulis, et Monasterio S. Martiani. Ex R. A. col. 211. n. 199.

MCCXL. VII. Kal. maii. Laterani. Litterae Gregorii IX. Ugoni Abbati S. Eugenii Saonae, ut cogat Capitulum Aquense ad recipiendum quendam in eorum fratrem, ac Canonicum. Vide not. ad doc. 201. col. 213.

MCCXL. VI. id. maii. Laterani. Litterae Gregorii PP. IX. Clero, ac Populo Aquensi circa renovationem unionis Ecclesiae Aquensis, et Alexandr. juxta Breve Innocentii III. col. 113. n. 202.

Aliae ejusdem Abbati S. Justinae ob eandem causam; ibi ex charta penes Cl. V. Ant. Chennam.

MCCXL. III. exeunte julii. Aquis. Deputatio Procuratorum facta a Monasterio S. Mariae Aquensis, et a domo Humiliatorum de Frascarolio pro aestimatione, et venditione bonorum S. Michaelis de Zebedo. supplem. col. 494. n. 61.

MCCXL. IX. augusti. Aquis. Praeceptum Manfredi Lanceae Vic. Imp. latum in Communitatem Aquensem pro Manfredo Boccaccio. Ex R. A. col. 212. n. 200.

MCCXL. XIX. augusti. In Monasterio S. Juliae. Subdelegatio Abbatis S. Juliae Praeposito Bubbii in quadam causa inter Abbatissam Aquensem, et Administram Humiliatarum Frascarolii. suppl. col. 494. n. 61.

MCCXLI. XXVI. maii. Aquis. Procuratio Ecclesiae S. Michaelis de Zebede quibusdam Monialibus concessa ab Abbatissa Aquensi, et illarum obedientiae juramentum. supplem. col. 495. n. 63.

MCCXLI. ultima die maii. In Monasterio S. Juliae. De decima Monasterii de Tilieto Ecclesiae Aquensi debita. Ex Tabulario Episc. col. 114. n. 202.

MCCXLII. XV. martii. Papiae. Praeceptum Judicis in causa Ecclesiae S. Michaelis de Bosco cum Abbatissa S. Mariae de Campis. supplem. col. 496. n. 65.

MCCXLII. VIII. id. aprilis. Electio Procuratoris facta a Ministro mansionis S. Michaelis, Frugaroli, et Boschi. supplem. col. 495. n. 64.

MCCXLII. VIII. exeuntis octobris. Alexandriae. Charta Fantini Judicis. Ex R. A. Vide not. post. ad doc. n. 194.

MCCXLII. II. exeuntis octobris. Aquis. Charta Wilelmi Aquensis electi. Ex Tabul. Capit. Vide not. post. ad doc. n. 157.

MCCXLIII. III. augusti. Montisboni. Consignatio sediminum incolarum Casaenovae. Ex Chartulario Alberti. col. 216. n. 204.

MCCXLIII. V. octobris. Aquis. Depositio testium circa possessiones Aquensis Civitatis Ecclesiae clientelares. Ex eodem Chartul. col. 215. n. 203.

MCCXLIIII. II. mense maii. Aquis. Revocatio sententiae lata a Bonifacio Praeposito S. Thomae de Canellis delegato circa jura Monasterii S. Mariae de Aquis in Ecclesia S. Nicolai de Quinziano. supplem. col. 496. n. 66.

MCCXLIV. XIII. junii. Aquis. Donatio Ecclesiae S. Johannis suburbii Aquensis fratribus Minoribus S. Francisci a Canonicis facta. Ex Tabulario Capituli. col. 217. n. 205.

MCCXLV. mense julii. Taurini. Friderici II. Imperatoris diploma, quo Bonifacium Marchionem Montisferrati dimissis offensis in suam gratiam recipit. Ex Collect. Docum. in causa Monferraten. col. 218. n. 206.

MCCXLV. VI. octobris. Breve Innocentii PP. IV. pro Monialibus B. M. Magdalenae de Alex. ex Wading. Tom. III. Bullar. Vide not. post. ad doc. n. 248.

MCCXLVII. Charta Rufini Borelli de decimis Plaxani. Vide not. ad doc. n. 7. col. 14. lin. 23.

MCCXLVII. XXII. februarii. Aquis. Investitura facta a Lotherio Praeposito Canonicae Aquensi Vassallis Septebrii Ecclesiae Aquensi beneficiariis. Vide not. post. ad doc. n. 87. col. 102.

MCCXLVII. XXIV. julii. Aquis. Locatio praediorum agri Cassinensis facta a Capitulo Aquensi. Ex Tabul. Capit. Vide not. post. ad doc. n. 260.

MCCXLVIII. XXII. februarii. Aquis. Decima Ecclesiae de Montecodario Ecclesiae majori debita. Ex Chartul. Alberti. col. 219. n. 207.

MCCXLIX. XXVIII. augusti. Aquis. Donatio Ecclesiae de Praedalibus Monasterio S. Mariae de Latronorio Cisterc. Ord. facta a Guillelmo Aquensi electo. Ex eodem Chartul. col. 220. n. 208.

MCCL. id. decemb. Lugduni. Litterae delegationis Innoc. PP. IV. pro collatione beneficii S. Nicolai de Quinciano Raimundo Praeposito Incisiae. supplem. n. 66. col. 496.

MCCLI. VI. id. junii. Januae. Privilegium Innocentii IV. Monasterio S. Mariae Ord. S. Benedicti Civitatis Alexandriae. col. 221. n. 209.

MCCLI. Kal. decembris. Perusii. Exemtio Capituli Aquensis a generali interdicto ab Innocentio IV. concessa. col. 224. n. 210.

MCCLI. Investitura ab Alberto Episcopo antecessoribus Petri Rotundi de decimis Ulmi concessa v. n. 265. col. 271. ad an. MCCCV.

MCCLII. XXIII. octobris. Aquis. Capitula in quadam causa Canonicorum cum VV. Tabita, ubi plura de horum juribus in Ecclesiam S. Johannis suburbii Aq. col. 243. n. 234.

MCCLIII. VII. junii. Aquis. Donatio Ecclesiae S. Philippi facta ab Henrico Ep. Aq. Monasterio de Latronorio cum reservatione canonis. Ex Chartul. Alberti. col. 224. n. 211.

MCCLIII. XV. Kal. septembris. Alexandriae. Subjectio Ecclesiae S. Syri Ecclesiae majori de Alexandria. col. 226. n. 212.

MCCLIII. XVIII. novembris. Bistagni. Translatio loci Bistagni facta a Domino Henrico Ep. Aq. Ex arch. Episcop. col. 227. n. 213.

MCCLIV. ultima die exeuntis augusti. Alexandriae. Litterae, quibus Archidiaconus, et Capitulum Ecclesiae majoris facultatem concedunt Rolando Mazino procuratori Monasterii S. Mariae de Montebruno dioecesis Taurinensis aedificandi Monasterium in agro Solerii. Ex membrana Capit. Alex. col. 230. n. 215.

MCCLIV. XII. septembris. Alexandriae. Litterae, quibus Leo Archiepiscopus Mediolani fratribus MM. S. Francisci Alexandriae concedit facultatem absolvendi poenitentes. Ex autentico penes R. P. M. Cavallerium. col. 229. n. 214.

MCCLV. XXV. martii. Aquis. Locatio cujusdam possessionis facta ab Abbatissa Monasterii S. Mariae de Aquis. supplem. col. 497. n. 67.

MCCLVI. XVII. januarii. Tertii. Census possessionum Tertii Episcopo annuatim persolvendus. Vide not. post. ad doc. n. 135.

MCCLVI. XVIII. julii Aquis. Concessio Ecclesiae, et Coemeterii FF. Humiliatis secundi ordinis facta ab Henrico Episcopo Aquensi, et Capitulo. Ex Chart. Alberti. col. 230. n. 216.

MCCLVII. XIII. maii. Aquis. Collatio Ecclesiarum S. Nazarii, et S. Mauritii de Praedasco ab Henrico Episcopo Aquensi facta Lanfranco Presbitero ab Anselmo earum Clerico electo. Ex membrana q. Turrii nunc arch. Episcop. col. 231. n. 217.

MCCLVIII. IV. januarii. Aquis. Testatio, qua fratres Minores profitentur jus Parochiae S. Johannis spectare ad Capitulum. Ex Chart. Alberti. col. 232. n. 218.

MCCLVIII. X. januarii. Aquis. Sententia declarans quandam possessionem Meladii clientelarem esse Ecclesiae S. Mariae de Aquis. Ex Chartul. Alberti. col. 232. n. 219.

MCCLVIII. XXIV. maii. Aquis. Particula testamenti D. Henrici Episcopi Aquensis. col. 234. n. 220.

MCCLVIII. XXIX. novembris. Bistagni. Declaratio illorum, qui Bistagni tenentur ad fodrum Episcopo Aquensi praestandum. col. 234. n. 221.

MCCLIX. IX. martii. Aquis. Absolutio Vicariorum Potestatis Septebrii ab excommunicatione. col. 235. n. 222.

MCCLX. V. augusti. Astae. Investitura a Conrado Episcopo Astensi Gullielmo Marchioni Montisferrati concessa. col. 235. n. 223.

MCCLX. V. octobris. Turriculae. Deditio civitatis Aquarum Gullielmo Marchioni Montisferrati a Ghibellinis expulsis facta. Ex R. A. col. 236. n. 224.

MCCLX. XIV. novembris. Aquis. Locatio domus in Civitate Aquensi facta ab Abbatissa Monasterio S. Mariae hac lege, ut sibi illa dimittatur, si propter bellum in aedibus Monasterii tutae esse non possint. supplem. col. 498. n. 68.

MCCLX. XIII. decembris. Alexandriae. Electio D. Basturdini de Montefetrato in potestatem Alexandriae. Ex R. A. col. 237. n. 225.

MCCLXI. X. januarii. Absolutio Incolarum Septebrii ab excommunicatione. Ex Tabulario Capituli. Vide not. post. ad doc. n. 222.

MCCLXI. III. februarii. Aquis. Approbatio Alberti Aquensis Episcopi testamenti, ac legati Henrici quondam Episcopi Aq. col. 238. n. 226.

MCCLXII. pridie Kal. augusti. Papiae. Foedus Alexandrinorum cum Papiensibus. Ex Collect. Burgontii. col. 238. n. 227.

MCCLXIV. I. januarii. Aquis. Constitutio procuratoris facta ab Alberto Episcopo ad recuperandos reditus Ecclesiae Aquensis. Ex Tabulario Episcopali. col. 241. n. 230.

MCCLXIV. VI. Kal. augusti. Apud Urbemveterem. Breve Urbani Papae Episcopo Aquensi, quo fratribus Herem. S. Augustini Ecclesiam Parochialem S. Martini de Gamundio concedit. Ex Regestis hujus Pont. Romae castro S. Angeli servatis. col. 239. n. 228.

MCCLXV. III. martii. Aquis. Solutio canonis Ecclesiae Aq. a Monasterio Tilieti debiti. Ex Tabulario Capituli. col. 241. n. 230.

MCCLXV. non. julii. Perusii. Breve Clementis IV. Papae, quo Abbati Fructuariensi confirmat bonorum omnium antiquas possessiones, ac jura in Diocesi Aquensi etc. Dat. etc. Perusii. supplem. col. 498. n. 69.

MCCLXVI. II. madii. Alexandriae. Induciae per annum Marchioni Montisferrati, ejusque subditis concessae a Potestate Alexandriae. Ex R. A. col. 242. n. 232.

MCCLXVI. Synodus ab Ottone Archiepiscopo Mediolan. celebrata cum Episcopo Aquensi. Vide not. post. ad doc. n. 233.

MCCLXVI. XII. Kal. januarii. Viterbii. Litterae, quibus Archiepiscopus Mediolanensis deligit Joh. Quaglatum Can. Ast. ad colligendas annatas beneficiorum sibia S. Pontifice concessas in Diocesi Astensi, et procurationem a clero Albensi, Saonensi, et Aquensi. Ex Capituli membrana. col. 241. n. 231.

MCCLXVII. XXVIII. januarii. Aquis. Juramentum Sindici Capituli Aquensis parendi mandatis nuncii Archiepiscopi Mediolani. Ex Tabul. Capituli. col. 243. n. 233. Vide not. post. ad doc. n. 233.

MCCLXVII. IV. exeuntis augusti. Aquis. Donatio ususfructus ad vitam duobus conjugibus, qui bona sua Monasterio S. Mariae Aquis dederunt. supplem. col. 499. n. 70.

MCCLXXII. XVIII. octobris. Aquis. Capitula vide supra MCCLII.

MCCLXXIII. Alexandriae. Exceptio in lite coram delegato Archiepiscopi Mediolanensis. Ex Tabulario Episcopali. col. 245. n. 235.

MCCLXXIV. nonis martii. Bistagni. Prorogatio termini pro Diocesi Aquensi ad solvendas decimas indictas in Concilio Lugdunensi. Ex Tabulario Capituli. Vide not. post. ad doc. 233.

MCCLXXV. XXVIII. octobris. Januae. Delegatio in Ubertum Archidiaconum ad eligendum Canonicum in majori Ecclesia facta a duobus Canonicis. Ex Tabulario Capituli. Vide not. p. ad doc. n. 201.

MCCLXXV. Fragmentum testamenti Elenae Moisiae Aquensis. Ex Tabulario Capituli. Vide not. p. ad doc. n. 220.

MCCLXXVI. VII. augusti. Bistagni. Irritatio possessionis captae cujusdam Canonicatus, et in eum alterius immissio facta a Baudicione electo Aquensi. Ex Tabulario Capituli (vide not. ad doc. n. 201.) col. 245. n. 236.

MCCLXXVII. I. novembris. Aquis. Absolutio Arcid. Aq. ab excommunicatione inflicta a Delegatis Archiepiscopi Mediolanensis occasione subsidii Terrae Sanctae. col. 246. n. 237.

MCCLXXVIII. XXV. januarii. Aquis. Testamentum Alberti Scotae. Ex Tabulario Capituli. Vide not. post. ad doc. n. 220.

MCCLXXVIIII. XXV. aprilis. Bergolii. Provocatio Syndici Capituli Aq. ad Archiepiscopum Mediol. contra cujusdam possessionem datam a Canonico Ecclesiae Alex. in Plebe de Calamagna. Ex Tabulario Capituli. Vide not. post. ad doc. 157.

MCCLXXIX. XIII. novembris. Aquis. Charta Uberti Archidiaconi Aquensis. Ex Tabulario Capituli. Vide not. post. ad doc. 157.

MCCLXXX. XXVI. januarii. Alexandriae. Confirmatio jurisdictionis, quam Alexandrini in suam Civitatem concesserant D. Gullielmo Marchioni Montisferrati, atque extensio ejusdem ad quosdam casus. Ex R. A. col. 246. n. 238.

MCCLXXX. XXII. novembris. Aquis. Sententia Fr. Henrici Vicarii Aquensis Episcopatus in Praeceptorem S. Margaritae de Aquis, ut solvat VI. libras olei Capitulo Aquensi. Vide not. post. ad doc. n. 360.

MCCLXXXI. Conventiones inter fratres Praedicatores, et Minores circa praedicationem in Alexandria, et finitimis oppidis. Ex membrana penes R. P. M. Cavallerium. col. 247. n. 239.

MCCLXXXII. II. martii. Aquis. Collatio beneficii S. Felicis de Grognardo a Ruzia Abbate S. Petri Belengino Clerico concessa. Ex membrana Tabularii Episcop. col. 249. n. 240.

MCCLXXXII. IV. augusti. Aquis. Collatio Praeposituraе Collegiatae S. Johannis de Incisa facta ab Henrico Vicario Aq. Eccl. col. 249. n. 241.

MCCLXXXIII. XI. februarii. Aquis. F. Henrici de Locedio Vic. Eccl. Aq. deputatio Pro-

curatorum ad comparendum coram delegato Archiep. Mediol. in lite Clericatus S. Mariae de Uvada. Ex Tabul. Capit. Vide not. p. ad docum. n. 240.

MCCLXXXIII. XVIII. martii. Mediolani. Prorogatio temporis Oglerio electo Aq., et Ruziae nomine Capituli concessa, ut iterum se sistant coram Archiepiscopo Mediolani in causa electionis Oglerii in Episcopum Aquensem. col. 250. n. 242.

MCCLXXXIV. IX. aprilis. Cormorini. Sententia D. Thomae Marchionis Malaspinae circa jus pascendi inter Commune Murbelli, et Cassinellarum. Ex charta penes J. C. Mathaeum Boccaccium. col. 250. n. 243.

MCCLXXXIV. VII. febr. Aquis. Constitutio procuratoris facta ab Uberto Archidiacono in causa Oddonis de Cauro coram Delegato a S. P. Vide col. 628. post. not. ad doc. n. 6.

MCCLXXXV. V. exeuntis februarii. Ponti. Testamentum D. Bonifacii de Carretto Marchionis Ponti etc. Ex charta penes Cl. V. C., ac Praesidentem Platzaert. col. 251. n. 244.

MCCLXXXV. VII. decembris. Astae. Deputatio Procuratoris facta a Praeposito Astensi in Praepositum Aquensem. Ex Tabul. Capit. Vide not. post. ad doc. n. 259.

MCCLXXXV. ... julii. Meladii. Depositiones circa possessiones, quae in oppido Meladii tenentur ad decimam Ecclesiae S. Mariae Aquensis. Ex Tabul. Capit. col. 255. n. 245.

MCCLXXXVI. XXI. octobris. Aquis. Constitutio procuratoris ad agendum Romae in causa nominationis Episcopi Aquensis. Ex Tabulario Capituli. Vide not. post. ad docum. n. 247.

MCCLXXXVII. XVIII. augusti. Aquis. Confirmatio Clericatus Ecclesiae S. Nazarii de Praedasco facta ab Oglerio electo Ep. Aq. Ex Tabul. Episcop. col. 257. n. 246.

MCCLXXXVII. X. novembris. Aquis. Denunciatio excommunicationis in Canonicum, quia non solverat decimas a R. Pontifice impositas pro subventione Regni Siciliae. Ex Tabul. Capit. Vide not. p. ad doc. n. 233.

MCCLXXXVIII.XXIV. augusti. Meladii. Citatio Oglerii electi Aquensis Mediolanum occasione novae electionis Gulielmi Dardanelli in Episcopum Aquensem. col. 257. n. 247.

MCCLXXXIX. VII. id. martii. Romae. Indulgentiae multorum Episcoporum pro Ecclesia majori Alexandriae *Dioec. Aq.* Ex Tabulario ejusdem Ecclesiae. col. 258. n. 249.

MCCLXXXIX. X. sept. Kal. Romae. Indulgentiae Nicolai PP. IV. pro Ecclesia FF. MM. Alex. *Dioec. Aq.* Not. post. ad doc. n. 248.

Aliae eodem die Abbatissae S. M. Magdal. de Alex. *Dioec. Aq.* ibi.

Aliae pro Ecclesia majori Alex. *Dioec. Aq.* V. id. dec. Ex Tabulario ejusdem Ecclesiae. col. 258. ad doc. n. 248.

Aliae hujus anni id. decemb. pro Ecclesia FF. MM. Alex. *Dioec. Aq.* Vide not. post. n. 248.

MCCXC. XII. Kal. aprilis. Aliae ejusd. P. pro Eccl. FF. MM. de Alex. *Dioec. Aq.* vide ibi.

Aliae V. Kal. oct. pro Eccl. S. Nicolai de Alex. *Dioec. Aq.* ibi.

MCCXCI. VI. jan. Sezadii. Deputatio Praepositi Aquensis facta a Praeposito S. Mariae de Sezadio in lite coram O. electo Aq. Ex Tabul. Capituli. Vide not. post. ad doc. n. 259.

MCCXCII. X. januarii. Mediolani. Indulgentiae Othonis Archiepiscopi Mediolani pro Ecclesia majori Alexandriae. col. 259. n. 250.

MCCXCII. X. julii. Alexandriae. Foedus inter Communitatem Rocchae vallis Urbarum, et civitatem Alexandriae. Ex Collect. Burgontii. col. 259. n. 251.

MCCXCIII. ultimo aprilis. Aquis. Locatio Curadiae, et pedagii, et medietatem Beccariae Civitatis Aquarum Jacobo de Serdo ad 7. an. facta ab Oglerio Aquensi electo. col. 260. n. 252.

MCCXCIII. V. junii. Aquis. Renunciatio Presbiteri Lanfranchi Ecclesiae S. Nazarii de Praedasco D. Oglerio electo Aq. Ex Tabul. Episc. col. 260. n. 253.

MCCXCIII. V. junii. Aquis. Confirmatio Presbiteri Andreae in Rectorem Ecclesiae S. Nazarii a D. Oglerio Aquensi electo facta. Ex eodem Tabul. col. 261. n. 254.

MCCXCIII. XXXI. julii. Aquis. Revocatio superioris locationis pedagii, et Curadiae etc. Jacobo Serdo factae. Vide not. post. ad doc. 1293. n. 252.

MCCXCV. VI. junii. Aquis. Induciae indictae inter Marchionem Montisferrati, Communitatem Alexandriae, Aquarum, Caxinarum, et Grognardi ad V. annos. Ex membrana penes R. P. M. Cavallerium. col. 261. n. 255.

MCCXCV. VII. julii. Borgolii. Concessio Parochialis Ecclesiae S. Stephani Alexandriae facta fratribus Servis B. M. V. ab Archidiacono, et Capitulo. Ex charta penes Cl. V. Anton. Chennam. col. 265. n. 256.

MCCXCVI. VIII. junii. Aquis. Electio Procuratoris facta a Capitulo Aquensi in Odonem, ut adeat Episcopos Saonensem, Albensem, Terdonensem ad impediendam consecrationem Oglerii electi. Ex Tabulario Capituli. col. 267. n. 257.

MCCXCVI. XVIII. junii. Aquis. Alia deputatio duorum Canonicorum, ut eadem de caussa adeant Ordinarios Ecclesiae Mediolani. Ex Tabulario Episcopali. col. 267. n. 258.

MCCXCVII. XXVIII. novembris. Sententia arbitrorum circa unionem Ecclesiae S. Mariae Magdalenae, et S. Hippoliti de Nicia cum Ecclesia Aquensi. col. 268. n. 259.

MCCXCVIII. id. januarii. Laterani. Litterae Bonifacii Papae VIII. ad Archipresbiterum Montisbarutii, ut revocet omnes alienationes illegitimas bonorum ad Ecclesiam Parochialem Molariarum spectantium. Vide infra ad an. MCCXCIX. IV. aprilis. col. 269. n. 261.

MCCXCVIII. XXII. aprilis. Aquis. Electio Rectoris Ecclesiarum S. Georgii, et S. Laurentii de Uviliolis facta a Capitulo Aquensi. Ex ejusdem Tabulario. Vide not. post. ad doc. n. 260.

MCCXCVIII. XIII. octobris. Aquis. Libellus, quo Oglerius electus Aquensis duarum Ecclesiarum S. Laurentii, et S. Georgii de Uviliolis collationem a se factam irritam facit. col. 269. n. 260.

MCCXCIX. IV. aprilis. Molariis. Traditio litterarum Bonifacii PP. VIII. Archipresbitero Montisbarutii. Ex Tabulario Capituli. col. 269. n. 261.

MCCXCIX. III. junii. Sententia Archipresbiteri de Cassinis ex compromisso in causa Clericatus Ecclesiae S. Laurentii de Uviliolis. Ex Tabulario Capituli. Vide not. post. ad doc. n. 260.

MCCC. Donatio Solfarellae Capitulo Aq. indicata in not. post. doc. n. 9. col. 18. lin. 8.

MCCC. XVII. Kal. dec. Litterae Indulgentiarum pro Ecclesia S. Stephani de Bergolio in Alex. *Aq. Dioec.* Vide not. p. doc. n. 248.

MCCC. IX. februarii. Bistagni. Assignatio partis fructuum beneficii Parochialis S. Nazarii de Praedasco Clerico Bellexio. Ex Tabulario Episcopali. col. 270. n. 262.

MCCCI. XXV. aug. Pacta conventa inter Marchiones, et Communitatem Ponzoni, et civitatem Aquis. supplem. col. 516. n. 83.

MCCCII. XI. aprilis. Clavasii. Immunitas vectigalis, et pedagii a Johanne Marchione Montisferrati concessa Ecclesiae S. Ursi Augustae. col. 270. n. 263.

MCCCIII. III. Kal. decembris. Litterae Benedicti PP. XI. Bonino de Alexandria Ord. FF. MM. *Dioecesis Aquensis.* Ex Tabulario ejusdem Conventus. Vide not. p. ad doc. n. 248.

MCCCIV. XXVI. februarii. Ursariae. Immissio in possessionem Ecclesiae S. Martini de Ursaria ex delegatione Capituli. Vide not. p. ad doc. n. 236.

MCCCIV. VII. novembris. Bistagni. Electio Rectoris Ecclesiae S. Nazarii de Praedasco facta a Clerico Bellexio, et Ogerii Episcopi Aquensis electi confirmatio. Ex Tabulario Episcopali. col. 271. n. 264.

MCCCV. XXIV. junii. Bistagni. Investitura a D. Oddono Episcopo Aquensi electo de decimis Ulmi Petro Rotundo concessa. Ex Collectione Turrii. col. 271. n. 265.

MCCCV. IV. septembris. Bistagni. Alia Eigerxio de Bublio de parte decimarum Sexami, Monasterii, Cassinaschi, Bublii, Lovazolii, Cessolarum, et Veximi. Ex Collectione Turrii. col. 272. n. 266.

MCCCVI. VI. aprilis. Bistagni. Alia quorumdam bonorum in Rochetta Pelafea D. Simplici de Calamandrana. col. 273. n. 267.

MCCCVII. III. octobris. Pereti. Jus decimas percipiendi in agro Saxelli ab Episcopo Oddone concessum Petro Bertaldo. Ex Tabulario Ecclesiae majoris. supplem. col. 499. n. 71.

MCCCVII. IX. decembris. Cartoxii. Investitura Oddoni Episcopi de bonis in Cartoxio Opicio Mori. Ex Tabulario Episcopali. col. 273. n. 268.

MCCCVIII. IV. Kal. martii. Cortonae. Delegatio Necapoleonis Cardinalis super provocatione Presbiteri Blengii Clerici S. Mariae de Uvada. Ex Tabul. Capit. Vide not. post. ad doc. n. 240.

MCCCVIII. XIX. aprilis. Aquis. Investitura de decimis Galgani, Bruduni, Verdobii, Galvazanae, et Carentini olim a Gulielmo Episcopo Rufino, et Henrico Malcaciato, et Oberto Thedixio, nunc ab Oddono Episcopo Aquensi Jacobo Malcaciato, et Conrado Thedixio prorogata. col. 274. n. 271.

MCCCVIII. XVII. maii. Alexandriae. Nunciatio novi operis contra praeceptum Episcopi Aquensis rursus fratribus Minoribus indictum a fratribus Praedicatoribus. Ex charta penes P. R. M. Cavallerium, ac Cl. V. Chennam. col. 273. n. 269.

MCCCVIII. XXVIII. maii. Curtismiliae. Investitura decimarum S. Juliae D. Thomae de S. Julia ab Oldono Episcopo concessa. col. 274. n. 270.

MCCCIX. Avenione. Litterae Clementis PP. V. in causa FF. MM. de Alex. Ex membrana penes R. P. M. Cavallerium. Vide not. p. ad doc. 269.

MCCCXI. VIII. januarii. Mediolani. Fidelitas praestita ab Episcopo Oddone Henrico VII. Regi. supplem. col. 500. n. 72.

MCCCXI. X. Kal. februarii. Mediolani. Diploma Henrici VII. Oddono Episcopo Aquensi concessum, col. 277. n. 274.

MCCCXI. XV. Kal. februarii. Mediolani. Aliud ejusdem Monasterio de Tilieto. Ex R. A. col. 275. n. 272.

MCCCXI. Kal. novembris. Januae. Litterae ejusdem Mathaeo Vicecomiti pro reducendis in urbem Alexandrinis. col. 276. n. 273.

MCCCXII. XVI. Kal. martii. Breve Clem. PP. V. Archipresbiteris de Alex. Quargnento *Dioec. Aq.* Vide not. p. doc. n. 248.

Aliud ejusdem sine die, ac mense, in quo *Alex. Aq. Dioec.* vide ibi.

MCCCIV. VI. aprilis. In suburbiis Januae. Venditio bonorum duarum Ecclesiarum Ricaldoni facta a Monialibus S. Thomae suburbii Januensis. col. 277. n. 275.

MCCCVI. mense julii. Carmorini. Declaratio Sindicorum Murbelli, et Caxinellarum circa intelligentiam cujusdam articuli sententiae a M. Thoma an. MCCLXXXIV. prolatae. Vide not. ad hoc doc. col. 250. n. 243.

MCCCXX. IV. aprilis. Avenione. Roberti Regis litterae ad populum Bergolii. Ex Collect. Burgontii. col. 279. n. 277.

MCCCXX. VII. decembris. Cartosii. Investitura decimarum Denicis, et Ponzoni Marchionibus de Ponzono. Ex Collect. Turrii. col. 279. n. 276.

MCCCXXI. VI. Kal. maii. Avenione. Litterae Johannis PP. XXII., quibus Ecclesiae Alexandrinae bona ejus Archidiacono cum fuerint vindicata, concedit. Ex charta penes Cl. V. Ant. Chennam. col. 280. n. 278.

MCCCXXI. VI. Kal. maii. Avenione. Aliae ejusdem Episcopis Vercellensibus, et Terdonensibus pro recuperatione bonorum Ecclesiae Alexandrinae. Ex charta penes Cl. V. Ant. Chennam. col. 281. n. 279.

MCCCXXII. Solemnis rescriptio Diplomatis Henrici V. Dominis Fubinarum etc. concessi. Vide col. 45. lin. 51. ad an. MCXVI.

MCCCXXIV. XIII. decembris. Cavatorii. Locatio bonorum Ecclesiae Aquensi in Cavatorio ejus Sindico facta. Ex Collect. Turrii. col. 281. n. 280.

MCCCXXV. Notitia census a delectis viris civitatis Aquensis descripti. col. 283. 281.

MCCCXXVII. XXVII. julii. Bestagni. Libellus, quo Oddonus Episcopus Aquensis revocat, atque abolet investituram decimarum Altexeni, et Castelletti Friderico Marchioni Ponzoni a se antea concessam, et earum emptionem, quam a Capitulo Ecclesiae Saonensi D. Conradenghus de Niella fecerat, confirmat. supplem. col. 500. n. 73.

MCCCXXXIII. XVII. januarii. Montilii. Denunciatio ab Oddono Episcopo facta Theodoro Marchioni Montisferrati de damnis, quae Alexander Asinarius Ecclesiae Aquensis juribus inferebat, et speciatim de possessione oppidi Castelletti ab eo violenter capta cum monitione, ut Ecclesiam Aquensem adversus istum tueatur. Ex Collectione Turrii. col. 283. n. 282.

MCCCXXXIV. XII. februarii. Astae. Excerpta foederis inter Regem Robertum, et Manfredum Marchionem Salutiarum. Ex cod. MS. Cl. V. Com., et Praesid. Platzaert. col. 284. n. 283.

MCCCXXXVI. II. maii. Delegatio Aicardi Archiep. Mediol. Fr. Gilberto Abbati S. Justinae de Sezzadio circa permutationem duorum beneficiorum Eccl. Alex. col. 287. lin. 17.

MCCCXXXVI. II. maii. Alexandriae. Commutatio duorum Beneficiorum ab Oddone Guasco

Archidiacono, et Commendatore Episcopatus Alexandriae approbata. Ex membrana penes R. P. M. Cavallerium. col. 285. n. 284.

MCCCXXXVIII. id. julii. Breve Bened. XI., in quo *Alex. Aq. Dioec.* vide not. p. ad doc. an. 1289. n. 248.

MCCCXL. I. augusti. Aquis. Investitura Castelleti de Aquis facta Johanni Marchioni Montisferrati ab Ottobono Episcopo electo, et confirmato. Ex Tabul. Episc. col. 288. n. 285.

MCCCXL. I. augusti. Aquis. Investitura Rochettae Pelafeae Johanni Marchioni Montisferrati ab eodem Episcopo concessa. Ex eodem Tabul. col. 291. n. 287.

MCCCXL. XVI. novembris. Ponti. Locatio bonorum in Meladio Marchioni Ponzoni. Ex Tabulario Capituli. col. 290. n. 286.

MCCCXLI. non. maii. Breve Ben. XI. *Bergolio Aq. Dioec.* Vide not. p. doc. 1289. n. 248.

MCCCXLII. XVII. novembris. Cavatorii. Investitura decimarum Ponzoni, et Denicis a D. Guidone II. Episcopo concessa DD. Raymundo, Bonifacio, Ottoni, et Theodoro MM. Ponzoni. col. 293. n. 288.

MCCCXLIII. Induciae inter Episcopum Vercellensem, et Dominos Masini *Alex. Dioec. Aq.* imperatae a Gullielmo Cardinali. Vide not. post. ad doc. anni 1289. n. 248.

MCCCXLIII. XXVI. madii. Bestagni. Traditio litterarum Apostolicarum pro liberatione Georgii Marchionis de Carretto Guidoni Episcopo Aquensi. Ex MS. chartaceo, sed synchrono Tabularii Episcopalis. col. 294. n. 289.

MCCCXLIII. XVI. augusti. Bistagni. Investitura de decimis Ulmi Mascaro Mazucho, et Petro, et Gulielmo de Rotundis ab Episcopo Guidone concessa. Ex Tabul. Episc. col. 294. n. 290.

MCCCXLIII. XXVI. novembris. Bistagni. Denunciatio Guidonis Episcopi fratribus Marchionibus de Ponto se paratum esse idoneae personae solvere pecuniam statutam pro recuperatione Castelleti cum expostulatione adversus illorum injustam detentionem. Ex Tabulario Episcopali. col. 296. n. 291.

MCCCXLIII. XXVI. novembris. Castelletti. Praeceptum Guidonis Episcopi Oppidanis Castelletti, ut ipsi, non aliis vectigalia, ac tributa solvant. Ex Tabul. Episc. col. 298. n. 292.

MCCCXLIV. XVII. martii. Bistagni. Juramentum fidelitatis praestitum a nonnullis civibus Aquensibus Guidoni Episcopo. Ex Tabul. Episcop. col. 299. n. 293.

MCCCXLIV. XXIV. martii. Bistagni. Aliud simile praestitum a Percivallo Abbate S. Petri nomine partis externae civitatis Aquarum. Ex A. A. col. 300. n. 294.

MCCCXLV. XVI. julii. Rescriptio solemnis diplomatis Ottoniani sub n. 6. col. 7. jussu Guidonis Episcopi facta. Vide ibi.

MCCCXLV. XXV. novembris. Bistagni. Investiturae de decimis Rochae Ovraniae D. Mathaeo Scarampo. Ex Tabul. Episcop. col. 301. n. 295.

MCCCXLVI. XVIII. martii. Bistagni. Sententia Guillelmi de Oddono Castellani Bistagni pro Aquensi Episcopo. Ex charta penes quondam D. Jos. Nasium. col. 303. n. 296.

MCCCXLVI. VII. id. augusti. Breve Clementis VI., in quo *Alex. Dioec. Aq.* Vide not. post. ad doc. an. MCCLXXXIX. n. 248.

MCCCXLVI. Rescriptio diplomatis Henrici II. sub n. 16. a Guidone Episcopo per IV. Notarios facta. Vide not. post. ad doc. 16.

MCCCXLVI. VI. novembris. Rescriptio autentica diplomatis Henrici III. n. 20. jussu Guidonis II. facta. col. 33. lin. 26.

MCCCXLVI. VII. novembris. Rescriptio solemnis diplomatis Henrici VII. a tribus Notariis, Jacobo Fontana, Francisco Novello, Dominico Culardo, et Goslino de Goslinis de Bestagno praesentibus D. Dominico Mascharo de Bestagno, Gullielmo de Oddonis de Incisa, et Johanne de Dego, ex autographo jussu Guidonis Episcopi facta. Vide col. 277. lin. 13.

MCCCXLVII. XII. martii. Alexandriae. Decretum Vicarii Generalis Archiepiscopi Mediolani pro jurisdictione Ecclesiae majoris Alexandriae in incolas ejusdem Civitatis, penes Cl. V. Vic. Chennam. col. 304. n. 297.

MCCCXLVII. IX. novembris. Abolitio a Registro Astensi castrorum Curtismiliae, Perleti, ac Turris Uxoni Dioc. Aq. ad DD. de Scarampis spectantium. Vide not. post. ad doc. n. 387. an. 1477.

MCCCXLVII. VII. novembris. Alexandriae. Sententia arbitri de patronatu S. Martini de Gamundio. Ex charta penes Cl. V. Ant. Chennam. col. 305. n. 298.

MCCCXLIX. XXIX. januarii. Notitia consilii J. C. Andreici de Fabriano in controversia demolendino inter Episcopum Aquensem, et Enrigonum de Calamandrana. Ex Tabulario Capituli. col. 309. n. 299.

MCCCXLIX. XVI. junii. Rescriptio donationis B. Widonis sub n. 17. a Guidone II. Episc. facta. Vide col. 28. lin. 25.

MCCCXLIX. XX. decembris. Bistagni. Investitura Rocchetae Pelafeae concessa a Guidone Episcopo DD. Oddoni Johannardo ex MM. Incisae. Vide not. post. ad doc. n. 267.

MCCCXLIX. Notitia sententiae circa jura Episcopi Aquensis in communitatem Castrinovii Burmiae. Ex MS. Chart. Tab. Episc. pag. 15. col. 310. n. 300.

MCCCLI. XXIX. martii. Bistagni. Renovatio publicationis instrumenti circa investituram decimarum Ponzoni etc. Marchionibus hujus loci factam, atque ejus sinceritatis defensio. col. 311. n. 301.

MCCCLI. XX. maii. Cavatorii. Jura Episcopi in Cavatorio. Ex Tabulario Episcopali. col. 313. n. 302.

MCCCLI. mense novembri. Charta Guidonis Ep. Aq. Vide not. post. ad doc. n. 64.

MCCCLII. XXIII. januarii. Carmorini. Expostulatio Guidonis Episcopi adversus Oddonem Marchionem de Ponzono circa occupationem possessionum Aquensis Ecclesiae in Meladio. col. 314. n. 303.

MCCCLII. XVII. martii. Bistagni. Declaratio obligationis fodri Ecclesiae Aquensis ab incolis Bistagni debiti. Ex Tabulario Capituli. col. 316. n. 304.

MCCCLII. I. junii. Alexandriae. Publicatio cujusdam constitutionis Benedicti XI. pro ordine Servorum B. M. facta ab Archidiacono Alexandriae. Ex charta penes Cl. V. Chennam. supplem. col. 501. n. 74.

MCCCLIII. VIII. februarii Tridini. Responsio Marchionis Montisferrati ad praesentationem litterarum Archiepiscopi Mediolanensis cuidam de Cassinis. Ex Collectaneis Burgontii. col. 316. n. 305.

MCCCLIII. XIV. augusti. Bistagni. Positiones circa statum oppidi Meladii ante destructionem factam ab Alexandrinis. Ex MS. chartaceo Tabularii Episcopalis. col. 317. n. 306.

MCCCLIV. IV. maii. Tercii. Conditiones a popularibus Tercii Episcopo Aquensi annuatim reddendae. Ex Tabul. Capit. Vide not. post. ad doc. n. 135.

MCCCLIV. XXIII. mense julii. Provocatio Guidonis Episcopi in lite cum Priore S. Johannis Lanerii ad Innocentium PP. VI. Ex Tabulario Capituli. Vide not. p. ad doc. n. 28.

MCCCLV. VII. januarii. Catalogus Ecclesiarum Agri Alexandrini cum earum possessionum aestimatione. Ex charta penes R. P. M. Cavallerium. col. 317. n. 307.

MCCCLV. III. non. februarii. Pisis. Diploma Caroli IV. Marchionibus de Incisa indicatum col. 94. lin. 37.

MCCCLV. III. non. februarii. Pisis. Confirmatio diplomatis Fridericiani ann. 1164. Gulielmo Marchioni Montisferrati a Carolo IV. concessa. col. 63. n. 49.

MCCCLV. VIII. id. febr. Pisis. Diploma Caroli IV. Imp. Guidoni Episc. extensum, sed non absolutum, ac integre perfectum. Vide not. post. ad doc. MCCCLXIV. n. 312.

MCCCLV. XVII. julii. Bistagni. Conditiones ab incolis Meladii Episcopo debitae. Vide not. post. ad doc. n. 146.

MCCCLVII. XXVIII. augusti. Donatio jurium in Tercio ab Ansaudo facta Guidoni Ep. Aq. indicata in charta relata in not. p. ad doc. n. 135.

MCCCLIX. XII. junii. Bestagni. Investitura de decimis S. Juliae, et Niosae Bonifacio, Manfredo, et Georgio MM. de Carretto a Guidone Episcopo Aquensi concessa. Ex Tabulario Episcopali. col. 320. n. 308.

MCCCLIX. III. septembris. Aquis. Terminatio confinium inter civitatem Aquarum, et locum Alicis. Ex Tabulario Civitatis. supplem. col. 502. n. 75.

MCCCLX. X. augusti. Bistagni. Concessio possessionum cujusdam de Bistagno defuncti sine haeredibus ex se natis facta ejus fratri ab Episcopo Aq. Ex charta penes q. D. Nasium. col. 321. n. 309.

MCCCLXI. XVIII. martii. Bistagni. Sententia Guillelmi de Oddono Castellani Bistagni. Ex Tabulario Capituli. col. 322. n. 310.

MCCCLXI. XII. junii. Bistagni. Monitio Vicarii Generalis Episcopi Aquensis facta Abbati Monasterii, ac hominibus S. Juliae, ut se sistant Bistagni coram Episcopo. Ex charta penes q. Nasium. col. 323. n. 311.

MCCCLXIV. Kal. februarii. Pragae. Diploma Caroli IV. Imperatoris confirmantis Guidoni Episcopo, ejusque Ecclesiae omnia privilegia a superioribus Regibus, et Imperatoribus concessa. col. 324. n. 312.

MCCCLXIV. II. non. martii. Pragae. Aliud eidem Episcopo, ac Marchionibus Incisae. Ex R. A. col. 332. n. 313.

MCCCLXIV. X. julii. Bistagni. Litterae commendatitiae pro hospitali loci Bistagni. Ex Chartul io Quiregii notarii Episc. Guidonis ex Tabul. Episc. col. 334. n. 314.

MCCCLXIV. V. augusti. Aquis. Collatio Ecclesiae Parochialis Montisaudi cum unione duorum beneficiorum. Ex Chartulario Quiregii. col. 335. n. 315.

MCCCLXV. I. januarii. Punzoni. Donatio inter viros Ludovici March. Ponzoni quibusdam de Ponzono. supplem. col. 504. n. 76.

MCCCLXV. XXVII. martii. Bononiae. Procuratio omnium Ecclesiarum in Liguria, ac Pedemonte ad Ecclesiam Bethlemitanam spectantium commissa Episcopo Guidoni ab Ademaro Episcopo ejusdem Ecclesiae. Ex Chartul. Quiregii. col. 335. n. 316. Item col. 359. n. 343.

MCCCLXV. XXV. junii. Aquis. Permutatio Canonicatus Aquensis Ecclesiae cum Canonicatu de Incisa. Ex eodem Chartulario. col. 335. n. 317.

MCCCLXV. VII. augusti. Bistagni. Licentia deferendi vestes laicales concessa Martino de Guaschis Canonico Alexandrino ab Episcopo Aquensi. Ex eodem Chartul. col. 337. n. 318.

MCCCLXV. VIII. augusti. Bistagni. Indulgentiae a Guidone Episcopo concessae dantibus eleemosinam pro coemeterio de Russigliono. Ex eodem Chart. col. 337. n. 319.

MCCCLXV. VIII. augusti. Bistagni. Licentia Episcopi ingrediendi *reclusum* in Russigliono cum indulgentiis opem ferentibus ejus constructioni. Ex eodem Chart. col. 338. n. 320.

MCCCLXV. XIV. augusti. Aquis. Facultas F. Ruffino de Alexandria absolvendi a casibus reservatis, et praedicandi in tota ditione Alex. Vide not. post. ad doc. n. 329.

MCCCLXV. XVIII. augusti. Bistagni. Indulgentiae ab Episcopo Guidone largitae eleemosinam dantibus hospitali S. Spiritus Civitatis Aquensis. Ex eodem Chart. col. 338. n. 321.

MCCCLXV. IV. septembris. Bistagni. Litterae commendatitiae pro aliquibus Judaeis ad fidem ingenti quodam miraculo conversis. Ex eodem Chart. col. 339. n. 322.

MCCCLXV. X. septembris. Recognitio Episcopi Diocesani facta a Priore Beltramo cum sua familia ibi.

MCCCLXV. XIX. novembris. Bistagni. Litterae clericalis tonsurae Girardino de Guaschis de Bergolio Aquensis Dioecesis a Guidone Episcopo collatae. Ex eodem Chartulario. col. 340. n. 323.

MCCCLXV. XIX. novembris. Bistagni. Beneficium S. Juliani de Frascheda Clerico Girardino Guasco de Bergolio *Aq. Dioec.* a Guidone Episcopo collatum. col. 341. n. 324.

MCCCLXV. XVIII. decembris. Licentia deferendi vestes laicales duobus Clericis ex Marchionibus de Ponzono a Guidone Episcopo concessa. Ex eodem Chartul. col. 341. n. 325.

MCCCLXVI. IV. martii. Ordinatio Clerici de Alex. sine dimissoriis ab Episcopo Aquensi facta. Vide not. post. ad doc. n. 329.

MCCCLXVI. V. martii. Denunciatio cujusdam Monachi S. Petri de Aquis, qui jura Paroeciae Ecclesiae Cathedralis usurpabat facta a Canonicis Episcopo Aquensi. Ex eodem Chartulario. col. 343. n 327.

MCCCLXVI. XV. junii. Bistagni. Collatio Ecclesiae Parochialis S. Hippoliti de Nicia F. Milano ad praesentationem Canonicorum S. Mariae de Aquis. Ex eodem Chartulario. col. 342. n. 326.

MCCCLXVI. XXVI. novembris. Ast. Sententia ex compromisso circa facultatem Episcopi in visitatione Ecclesiae Cathedralis, et taxam procurationis. Ex Capituli membrana. col. 344. n. 328.

MCCCLXVII. XX. febr. Aquis. Collatio duarum Parochialium Ecclesiarum de Castellatio Fr. Stracarae de Alex. facta ab Episcopo Aquensi. Vide not. p. ad doc. n. 329.

MCCCLXVII. XXVI. februarii. Mandatum Episcopi Aquensis Rectori Carentini. ibi.

MCCCLXVII. XXX. martii. Licentia audiendi confessiones, et absolvendi a casibus reservatis pro Ecclesia Alexandrina data ab Episcopo Guidone Praeposito, et fratribus S. Mariae de Foro *Aq. Dioec.* Ex Chartulario Quiregii. col. 345. n. 329.

MCCCLXVII. II. aprilis. Aquis. Episcopi Aquensis confirmatio electionis Praepositi Ecclesiae de Solerio factae a Canonicis Ecclesiae Collegiatae S. Petri de Alexandria. Vide not. ad doc. n. 329.

MCCCLXVII. X. junii. Facultas absolvendi a reservatis Archipresbitero Fubinarum ab Episcopo concessa. ibi.

MCCCLXVII. XI. junii. Bistagni. Collatio Ecclesiae S. Hippoliti de Nicia Henrico Guarnerio Aquensi electo a Capitulo Aquensi. Ex eodem Chartulario. col. 346. n. 330.

MCCCLXVII. XXI. octobris. Collatio Episcopi Aq. Ecclesiae Felixani. Vide not. ad doc. n. 329.

MCCCLXVIII. XXIII. januarii. Bistagni. Ecclesia Parochialis S. Stephani Castrinovi Incisae Christophoro Arnutio Monacho S. Petri de Burgolio *Aq. Dioec.* ab Episcopo Aq. collata. Ex eodem Chartulario. col. 347. n. 331.

MCCCLXVIII. XXXI. julii. Bistagni. Resignatio clericatus Ecclesiae S. Ambrosii Felizani Episcopo Aquensi, et ejusdem collatio Antonio de Cassinasco. Ex eodem Chartulario. col. 348. n. 332.

MCCCLXVIII. XXV. septembris. Aquis. Electio Antonii Zabreriae de Mursascho in Archipresbiterum de Mollariis facta a Capitulo Aquensi, et litterae Episcopi contra praetendentes. Ex eodem Chartulario. col. 349. n. 333.

MCCCLXVIII. XXVI. septembris. Bistagni. Ordinatio Dominici Lanzavegiae de Alexandria Aquensis Dioecesis facta ab Episcopo Aquensi. Ex eodem Chartulario. col. 351. n. 334.

MCCCLXVIII. XXVIII. septembris. Bistagni. Facultas fratri Francisco Milano de Alex. *Aq. Dioec.* absolvendi a casibus reservatis in Alex., Uguliis, Solerio, Quargnento, Castellatio ab Episcopo Aquensi concessa. Ex eodem Chartulario. col. 351. n. 335.

MCCCLXVIII. X. octobris. Bistagni. Collatio Ecclesiae Parochialis S. Mariae de Mollariis Antonio Zabreriae cum dispensatione circa aetatem. Ex eodem Chartul. col. 351. n. 336.

MCCCLXVIII. XVIII. octobris. Aquis. Renunciatio Ecclesiae S. Petri de Fubinis in Curia Episcopi Aquensis. Vide not. post. ad doc. n. 329.

MCCCLXVIII. XXIII. novembris. Bistagni. Alia de Ecclesia S. Laurentii de Gamalerio *Aq. Dioec.* Gulielmo Bonoxio post renunciationem ab hoc factam Ecclesiae S. Michaelis de Ricaldono. Ex eodem Chartulario. col. 353. n. 337.

MCCCLXVIII. XII. Kal. decembris. Litterae Urbani PP. V. pro consecratione Melchioris in Episcopum Osnabrugensem. Vide doc. n. 341. col. 356.

MCCCLXIX. XIII. januarii. Bistagni. Delegatio Archipresbiteri Gamalerii *Aq. Dioec.* ad dandam possessionem Rectori Ecclesiae S. Stephani Castrinovi Incisae. Ex eodem Chartulario. col. 354. n. 338.

MCCCLXIX. VIII. martii. Bistagni. Collatio Ecclesiae Parochialis S. Martini de Castellatio Dioecesis Aq. F. Bartholomeo de Fidentia Ord. Herem. S. Augustini cum facultate absolvendi a casibus reservatis ab Episcopo Aquensi facta. Ex eodem Chart. col. 354. n. 339.

MCCCLXIX. VIII. martii. Facultas Petro Zucco Ord. FF. Praedicatorum absolvendi, et poenitentias dandi popularibus Alexandriae, et finitimorum locorum *Aq. Dioec.* ab Episcopo Aquensi facta. Ex eodem Chartulario. col. 355. n. 340.

MCCCLXIX. Acta ordinationis D. Melchioris ex MM. de Este in Episcopum Osnabrugensem, in quibus habentur litterae Urbani V. concedentis eidem, ut ordinari possit a quolibet Ecclesiae Catholicae Episcopo cum formula juramenti, quod coram ipso praestare deberet: secundo aliae Guidonis Episcopi, quibus testatur contulisse eidem presbiteratus ordinem die XVII. martii; postea adsistentibus fratribus, ac Episcopis Jacobo Millepotensi, Dalmatio Licomensi, et Nicolao Curlatensi eum ordinasse Episcopum die 18. martii in Ecclesia S. Mariae de Quinzano de Nicia. Ex eodem Chartulario. col. 356. num. 341.

MCCCLXIX. VIII. novembris. Ast. Revocatio collationis Ecclesiae S. Petri Fibinarum factae ab Archidiacono Ecclesiae Alexandrinae, et nova ejusdem institutio ab Episcopo Aquensi facta. Ex eodem Chartulario. col. 358. n. 342.

MCCCLXIX. XIII. decembris. Bistagni. Collatio Ecclesiae S. Laurentii de Occimiano Dioecesis Vercellensis Gulielmo Bavae Canonico Astensi facta ab Aquensi Episcopo sicuti delegato a D. Ademaro Episcopo Bethlemitano per litteras an. MCCCLXV. XVII. martii. Ex eodem Chartulario. col. 359. n. 343.

MCCCLXX. VI. martii. Bistagni. Suspensio interdicti in oppido Incisae, ac finitimis ejusdem locis concessa ab Episcopo Johanni Marchioni Incisae. Ex eodem Chartulario, col. 363. n. 344.

MCCCLXX. VI. martii. Bistagni. Collatio clericatus in Ecclesia SS. Fabiani, et Sebastiani Carentini *Aq. Dioec.* facta Guiscardo Bragio ab Episcopo Aquensi. Ex eodem Chart. col. 363. n. 345.

MCCCLXX. XI. martii. Aquis. Locatio vectigalium civitatis Aquensis ad conficiendam pecuniam pro emtione civitatis Albae ex praecepto Marchionis Montisferrati. Suppl. col. 504. n. 77.

MCCCLXX. XXVII. martii. Bistagni. Litterae pro collata tonsura Bragio de Carentino *Aq. Dioec.* a Guidone Episcopo. Ex eodem Chartulario col. 364. n. 346.

MCCCLXX. VIII. octobris. Bistagni. Facultas absolvendi in locis Alexandriae, Quargnenti, Solerii, Castellatii, Uguliarum, et Casalium *Aquensis Dioecesis* data FF. Ord. Herem. Conv. Alexandriae ab Episcopo Aquensi. Ex eodem Chartulario col. 365. num. 347.

MCCCLXX. XXVIII. octobris. Aquis. Facultas Archipresbitero Fubinarum celebrandi duas Missas concessa ab Episcopo Aquensi. Vide not. p. ad doc. n. 329.

MCCCLXXI. II. septembris. Aquis. Mandatum Notario extrahendi chartam ex registris. Vide not. p. ad doc. n. 281.

MCCCLXXIII. XXV. martii. Bistagni. Denunciatio electionis Vicarii Capitularis post mortem Episcopi Guidonis Canonicis absentibus. Ex Tabulario Capituli. col. 365. n. 348.

MCCCLXXIII. VI. septembris. Tertii. Litterae Jacobi electi Aquen., quibus publicat electionem Ministri Hospitalis de Balneo factam a Capitulo. Vide not. p. ad doc. n. 321.

MCCCLXXIII. XVII. decembris. Bistagni. Ordinatio habita ab Episcopo Megarensi. Ex eodem Tabulario. col. 365. n. 349.

MCCCLXXVI. XVI. Kal. dec. Breve Gregorii PP. XI. Cantori Eccl. S. Petri de Alex. *Dioec. Aq.* Vide not. post. ad doc. an. 1289. n. 248.

MCCCLXXVII. VII. junii. Alexandriae. Collatio Ecclesiae Parochialis S. Stephani Bergolii facta ab Archidiacono Priori ejus Conventui. Ex charta penes Cl. V. Ant. Chennam. col. 366. n. 350.

MCCCLXXVII. XXIV. octobris. Alexandriae. Collatio Canonicatus in Ecclesia S. Petri de Fiblinis facta a Ministro illius Ecclesiae, et confirmata ab Archidiacono Alexandriae. Ex charta penes eundem. col. 367. n. 351.

MCCCLXXVII. XVI. Kal. decembris. Romae. Litterae delegationis Gregorii XI. Cantori Ecclesiae Alexandrinae *Aq. Dioec.* in causa Johannis Beruti cum Episcopo Terdonensi. Ex membrana penes R. P. M. Cavallerium. col. 368. n. 352.

MCCCLXXIX. III. januarii. Montecalvo. Concilium generale Marchionatus Montisferrati ab Othone Duce Brunsvicensi post mortem secundi Ottonis ad deliberandum de rebus ad ipsum spectantibus convocatum. Ex charta penes J. C. Briccam. col. 368. n. 353.

MCCCLXXX. XXIV. octobris. Aquis. Donatio haereditatis Johannis Granduli de Cavatorio mortui sine liberis, ac devolutae ad cameram Episcopi Conradi Belengio Turco ejusdem loci. Ex Tabulario Episcopali. col. 373. n. 354.

MCCCLXXXIII. V. martii. Conventiones inter Civitatem Aquensem, et Commune Alicis. supplem. col. 505. n. 79.

MCCCLXXXIII. XXIX. junii. Commendatio castrorum Bistagni, Castelletti, et Roncozenarii a Ven. Henrico Scarampo Episcopo Aquensi facta Theodoro M. Montisferrati. Ex Tabulario Episcopali. col. 374. n. 355.

MCCCLXXXIV. XXVIII. martii. Aquis. Sententia ad normam deditionis factae a civibus Aquensibus Gullielmo Marchioni Montisferrati. Ex Tabulario Civitatis. col. 376. n. 357.

MCCCLXXXVI. VI. id. aprilis. Januae. Litterae Urbani VI. delegantis Abbatem S. Petri de Burgolio in causa Archidiaconi Alexandriae adversus Monasterium S. Margaritae circa jus visitationis. Ex charta penes Cl. V. Ant. Chennam. col. 375. n. 356.

MCCCLXXXVI. X. decembris. Alexandriae. Earundem litterarum solemnis recognitio. ibi.

MCCCLXXXVIII. XXXI. maii. Bistagni. Locatio decimarum Degi facta Syndicis ejus loci. Ex Tabulario Episcopali. col. 380. n. 358.

MCCCXCII. V. Kal. aprilis. Privilegium Bonifacii IX. Eccl. S. Jacobi Alex. *Aq. Dioec.* Vide not. post. ad doc. n. 248.

MCCCXCII. Aliud ejusdem Pontificis pro ead. Eccl. Alex. *Dioec. Aq.* pridie id. sept. ibi.

MCCCXCIII. XII. maii. Monasterio S. Juliae. Privilegia, et immunitates concessae ab Alberto de Guttuariis Abbate Monasterii S. Juliae popularibus sibi subditis. Ex Tabulario Marchionis de Ruvere. supplem. col. 508. n. 79.

MCCCXCIV. III. februarii. Aquis. Finium terminatio inter Communitatem Aquensem, et Montaboni. supplem. col. 515. n. 80.

MCCCXCV. XIX. aprilis. Bistagni. Absolutio ab excommunicatione concessa cuidam usurario

defuncto a Ven. Henrico Episcopo Aquensi cum indice nonnullarum investiturarum ab hoc Episcopo concessarum. Ex Tabulario Capituli. col. 380. n. 359.

MCCCXCIX. Donatio V. Henrici Episcopi Aquensis Hospitali de Aquis. Vide not. ad doc. 9. col. 18. lin. 28.

MCCCC. non. februarii. Breve Bonifacii PP. IX. Episcopo Papiensi, quo nominatur *villa Fori Dioec. Aq.* Vide not. p. ad doc. n. 248.

MCCCC. die V. februarii. Romae. Litterae Bonifacii IX. ad Episcopum Gulielmum Papiensem, ut transferat Moniales Monasterii S. Martini de Foro Ord. S. Benedicti in Monasterium S. Mariae de Angelis a D. Conrado de Puteo Alexandriae constructum, eisque regulam, et habitum sororum S. Clarae concedat. Ex membrana penes R. P. M. Cavallerium. col. 381. n. 360.

MCCCCII. XXXI. decembris. Alexandriae. Executio litterarum Apostolicarum circa translationem, atque unionem Monasterii S. Martini de Foro, et S. Mariae de Angelis Alexandriae a F. Rostagno delegato ab Episcopo Papiensi peracta, ubi supra.

MCCCCIV. XII. februarii. Aquis. Locatio Commendae S. Margaritae de Aquis cum enumeratione possessionum. Ex Tabulario Episcopali. col. 385. n. 361.

MCCCCV. III. februarii. Januae. Fidejussio Christophori Guaschi Alex., aliorumque nobilium civitatis Januae pro Petrino Guasco, qui a Facino Cane captus fuerat, qua sub poena 10000. flor. auri promittunt non abiturum a loco, ubi Marchio Montisfersati, in quem Duces Mediolani, et Januae fecerant compromissum, eum jubebit manere. Ex charta penes J. C. M. Boccac ium. col. 386. n. 362.

MCCCCVIII. XII. augusti. Charta solutionis in vim cujusdam juris in communitatem Rochaeovrani factae Ven. Henrico de Scarampis Episcopo q. Aquensi nunc Episcopo Feltrensi. Vide not. post. ad doc. an. MCCCLXXXV. n. 359.

MCCCCXIV. XVI. martii. Canellis. Electio Priorissae Monasterii S. Georgii de Canellis confirmata a Praeposito Monasterii S. Baudolini Alexandriae. Ex membrana penes R. P. M. Cavallerium. col. 388. n. 363.

MCCCCXIV. XX. maii. Monasterio S. Juliae. Confirmatio immunitatum facta incolis Monasterii ab Antonio Carretto Marchione Saonae. Ex autographo Tabularii DD. de Ruvere. supplem. col. 515. n. 81.

MCCCCXIV. XXIII. mense julii. Aquis. Locatio praebendae S. Donati facta a Gullielmo Episcopo Bethlemitano Archipresbitero Bistagni. supplem. col. 516. n. 82.

MCCCCXXV. I. julii. Cartosii. Jura Civitatis Aquensis in loco Cartosii. Ex Tabulario Episcopali. col. 390. n. 364.

MCCCCXXVI. XVIII. martii. Conventiones inter Civitatem Aquarum, et Oppidanos Ponzoni. supplem. col. 516. n. 83.

MCCCCXXVII. VI. id. augusti. Romae. Breve Martini Papae V. confirmantis electionem D. Bonifacii in Episcopum factam a Capellanis Ecclesiae Aquensis. Ex Tabulario Capituli. col. 391. n. 365.

MCCCCXXVIII. XXVIII. januarii. Aquis. Indictio Synodi Dioecesanae. Ex eodem Tabulario. col. 393. n. 366.

MCCCCXXXII. XI. septembris. Aquis. Decretum synodale circa subsidium Episcopo solvendum pro ejus profectione ad Concilium Basileense. Ex eodem Tabul. col. 394. n. 367.

MCCCCXXXIV. III. junii. Aquis. Sententia Bonifacii Episcopi pro decimis S. Juliae, et Niosae. Ex Tabulario Episcopali. col. 395. n. 368.

MCCCCXXXIV. XXXI. augusti. Tridini. Testamentum serenissimae Dominae Sophiae de Monteferrato Romanorum Imperatricis. Ex charta penes J. C. M. Boccaccium. col. 398. num. 369.

MCCCCXXXV. Confirmatio venditionis emphiteusos cujusdam possessionis S. Ant. de Balneo facta ab Episcopo Bonifacio. Vide not p. ad doc. n. 321.

MCCCCXXXVI. VI. mense decembris. Charta locationis Ecclesiae S. Jacobi de Spata de Bergamasco. supplem. col. 518. n. 84.

MCCCCXXXVII. XIV. januarii. Alexandriae. Recensio aestimationis possessionum Ecclesiarum civitatis Alexandriae factae anno 1315. supplem. col. 518. n. 85.

MCCCCXXXVIII. Sententia ex compromisso inter Civitatem Aquensem, et locum Tertii. supplem. col. 519. n. 86.

MCCCCXXXVIII. XXI maii. Casali. Conventiones inter Johannem Malaspinam Dominum Tertii, et Cavatorii, et Civitatem Aquarum coram Marchione Montisferrati. supplem. col. 520. n. 87.

MCCCCXXXIX. XIV. februarii. Aquis. Locatio vectigalium Civitatis Aquensis. supplem. col. 521. n. 88.

MCCCCXL. VI. junii. Aquis. Synodus Diocesana pro subsidio *caritativo* Episcopo Aquensi solvendo cum aliquibus aliis decretis Ex Tabulario Capituli. col. 401. n. 370.

MCCCCXLIII. XXIV. octobris. Litterae Marchionis Montisferrati jubentis Monasterio S. Catherinae restitui quamdam possessionem a B. Guidone ei olim relictam, et postea inter bona ad castrum Civitatis Aquarum spectantia relatam. suppl. col. 521. n. 89.

MCCCCXLIV. Litterae Episcopi commendatitiae pro constructione Hospitalis S. Antonii de Uvada. col. 402. n. 372.

MCCCCXLV. IV. jan. Confirmatio conventionis initae a Rectore Hospit. S. Antonii de Balneo. Vide not. post. ad doc. n. 321.

MCCCCXLVI. XXIV. octobris. Litterae Johannis Marchionis Montisferrati praecipientis subditis suis novum pecuniae subsidium pro suae ditionis necessitatibus succurrendis. suppl. col. 522. n. 90.

MCCCCXLVII. XXX. januarii. Decretum Bonifacii de Monteferrato praescribens formam muniendae Civitatis Aquensis. Ex Tabulario Civitatis. col. 402. n. 372.

MCCCCL. V. februarii. Sezadii. Renovatio emphiteuseos facta ab Abbate Monasterii S. Justinae de Sezadio. col. 403. n. 373.

MCCCCL. XXIX. maii. Litterae Bonifacii Marchionis Montisferrati, quibus liberationem Gullielmi fratris a carceribus Papiae in Aquensium notitiam deducit. suppl. col. 522. n. 91.

MCCCCL. pridie id. octobris. Spoleti. Litterae Nicolai V. ad Civitatem, ac Dioecesim Aquensem, nunciantes electionem D. Thomae de Regibus in Episcopum Aquensem. Ex Tabulario Capituli. col. 403. n. 374.

MCCCCL. XXX. octobris. Aquis. Electio D. Thomae de Regibus in Episcopum Aquensem a Capitulo facta. Ex Tabulario Capituli. col. 403. n. 375.

MCCCCLI. XXIX. septembris. Aquis. Ejusdem edictum Clero Aquensi, ut coram se stata die conveniat. Ex Tabulario Capituli. col. 404. n. 376.

MCCCCLIII. XXVIII. octobris. Traditio ornamentorum Episcopalium Capitulo Aquensi facta a Manuele Sismondo pro debito Canonicorum Albinganensium. Ex Tabulario Capituli. col. 404. n. 377.

MCCCCLIV. VI. maii. Augustae. Immunitas pedagii Ecclesiae B. Petri, et S. Ursi concessa a Joanne Marchione Montisferrati. Ex charta penes Cl. V. Eug. Delevis, qui ex Tabulario Capituli S. Ursi exscripsit. col. 405. n. 378.

MCCCCLV. IV. decembris. Aquis. Decreta Thomae Episcopi Aquensis circa residentiam Canonicorum in Ecclesia Cathedrali. Ex Tabulario Episcopali, et Capituli col. 410. n. 384.

MCCCCLV. Declaratio Constitutionis synodalis Episcopi Aquensis super servitute, et residentia Canonicorum, et aliorum Sacerdotum Ecclesiae Aq. Ex Tabul. Episc. col. 405. n. 379.

MCCCCLVI. Notitia pecuniae convertendae in utilitatem mensae Episcopalis. Ex Tabulario Capituli. col. 408. n. 380.

MCCCCLVIII. VI. junii. Bistagni. Solutio MD. duc. auri ab Episcopo Aquensi facta pro redemtione castri Bistagni. Ex eodem Tabulario. col. 408. n. 381.

MCCCCLVIII. IV. octobris. Aquis. Concessio Balnei fratribus Minoribus Conv. Aq. Ex Tabulario Civitatis. col. 408. n. 382.

MCCCCLIX. XIX. Kal. julii. Mantuae. Breve Pii II. Papae confirmans fundationem Conventus Cremolini facta a Marchione Isnardo Malaspina pro fratribus Ordinis B. Mariae de Monte Carmelo. Ex Tabulario Curiae Episcopalis. col. 409. n. 383.

MCCCCLX. XXIV. novembris. Solutio duc. LXIV. facta ab haeredibus Ep. Bonif. D. Thomae de Regibus. Vide not. p. ad doc. n. 380.

MCCCCLXIII. XXVII. aprilis. Approbatio Provincialis FF. B. Mariae de Monte Carmelo Capitulorum, ac conditionum, sub quibus oppidani Cremolini consenserunt, ut ad ipsos Fratres transferantur jura Ecclesiae Parochialia. Vide not. p. ad doc. n. 385.

MCCCCLXIX. XXV. augusti. Privilegium immunitatis concessum a Gullielmo Marchione Montisferrati Episcopo Albensi pro subditis Abbatiae S. Quintini. supplem. col. 523. n. 92.

MCCCCLXXIII. X. Kal. julii. Romae. Litterae delegationis Sixti IV. ad uniendas Parochiales Ecclesias Cremolini Ecclesiae S. Mariae datae fratribus Ordinis S. Mariae de Monte Carmelo. Ex Tabulario Curiae Episcopalis. col. 414. n. 385.

MCCCCLXXV. idibus aprilis. Romae. Aliae ejusdem S. P. ad Episcopum Aquensem, ut colligat decimas pro expeditione contra Turcas ex toto Marchionatu. Ex Tabulario Capituli. col. 416. n. 386.

MCCCCLXXVII. IX. septembris. Aquis. Licentia fratribus S. Francisci, ut deserviant Ecclesiae S. Mariae de Barxeto. Ex eodem Tabulario. col. 417. n. 387.

MCCCCLXXVII. X. septembris. Aquis. Edictum convocationis synodi, ac promulgationis indulgentiae plenariae in Ecclesia Cathedrali. Ex eodem Tabulario. col. 418. n. 388.

MCCCCLXXX. Kal. martii. Romae. Vide infra ad annum MCCCCLXXXVIII.

MCCCCLXXX. V. augusti. Alexandriae. Deputatio Procuratorum facta ab universo Clero Alexandrino in causa contra Clerum Terdonensem. Ex charta penes R. P. M. Cavallerium. col. 419. n. 390.

MCCCCLXXX. X. octobris. Privilegium mercati pro singulis hebdomadis a Gullielmo Marchione Montisferrati Aquensi Civitati concessum. supplem. col. 523. n. 93.

MCCCCLXXXIV. pridie Kal. februarii. Romae. Innocentii VIII. Breve confirmantis concessionem feudalem, aliaque jura a Gullielmo Marchione Montisferrati, et Sixto IV. Johanni a Ruvere in feudis Monasterii, et Bistagni concessa. Ex Tabulario Marchionis a Ruvere. supplem. col. 524. n. 94.

MCCCCLXXXVI XI. octobris. Aquis. Obligatio Canonicorum Aquensium, qua ad congruam officiorum celebrationem, et ad separandam ex suis praebendis portionem residentibus distribuendam Episcopo se obstringunt. Ex Tabulario Episcopali. col. 421. n. 391.

MCCCCLXXXVIII. Kal. martii. Romae. Litterae Sixti IV., quibus delegat Archipresbiterum Ecclesiae Astensis in causa feudorum Vixoni, Tertii, et Cavatorii inter Episcopum Aquensem, et Marchionem Malaspinam. Ex Tabulario Capituli. col. 419. n. 389.

MCCCCXC. VI. septembris. Casali. Litterae, quibus Ill. D. Bonifacius Marchio Montisferrati praecipit D. Francisco de Grossis, ut remittat D. Ludovico Marchioni Salutiarum loca nonnulla, quorum ipse administrationem precariam habuerat. Ex Tabulario Civitatis Augustae. col. 422. n. 392.

MCCCCXCI. Aliae Constantini Marenchi Episcopi Aquensis circa executionem testamenti Johannis Bascheriae ad pias causas. Ex Tabulario Capituli. col. 423. n. 393.

MCCCCXCI. pridie id. aprilis. Praeceptum delegatorum a summo Pontifice factum Danieli Vistarino, ut dimittat haereditatem Johannis Bascheriae in pontis constructionem super Burmidam convertendam. Ex archivio Civitatis. supplem. col. 527. n. 95.

MCCCCXCIV. XIV. octobris. Aquis. Praeceptum Vicarii generalis circa residentiam, et celebrationem Missarum in Ecclesia Cathedrali. Ex Tabulario Episcop. col. 423. n. 394.

MDIII. I. octobris. Inspruch. Diploma Maximiliani I. Imperatoris Ludovico Bruno Aquensi Episcopo. Ex Tabulario Episcopi. col. 424. n. 395.

MDIX. XXI. novembris. Privilegium nundinarum, et facultas pontis super Burmiam construendi Civitati Aquensi concessum. supplem. col. 528. n. 96.

MDXVII. XV. mense novembris. Tridini. Absolutio poenarum, in quas inciderant Aquenses ob invasionem factam in locum castri Rocherii, damnaque illata. suppl. col. 528. n. 97.

MDXXIX. X. septembris. Aquis. Confirmatio conventionis olim a Thoma de Regibus cum Capitulo Aquensi factae circa commutationem census Monasterii de Latronorio cum multis pro absolutione oppressionum infantum. Ex Tabulario Capituli, et Episcopi. col. 425. n. 396.

MDXXXI. Diploma Caroli V. Vide infra ad an. MDXXXVI.

MDXXXII. VII. junii. Aquis. Testamentum D. Dominici Schelini Episcopi Aquensis. Ex charta penes Schelinos Felizani incolas, ac hujus Episcopi gentiles, atque haeredes. col. 429. n. 398.

MDXXXIII. IV. idibus januarii. Romae. Breve Clementis PP. VII. confirmantis fundationem

Monasterii Monialium Ordinis S. Augustini factam a Catharina Comitissa Pollentiae in civitate Niciae, atque ab Episcopo Schelino publicata. Ex Tabulario Episcopali. col. 430. n. 399.

MDXXXIII. IX. julii. Bononiae. Breve Pauli III. Petro Vorstio Episcopo Aquensi pro visitatione Dioecesis. Ex Tabulario Episcopali. col. 433. n. 400.

MDXXXVI. XVI. aprilis. Romae. Diploma Caroli V. Imperatori Petro Vorstio Episcopo Aquensi. Ex Tabulario Episcopali. col. 426. n. 397.

MDLII. I. decembris. Aquis. Alienatio dacitorum Aquensium. Ex Tabulario Civitatis. col. 435. n. 401.

MDLXII. VIII. martii. Ponzoni. Transactio inter Civitatem Aquensem, et Communitatem Bistagni. Ex eodem Tabulario. col. 440. n. 402.

MDLXII. XXVI. decembris. Aquis. Conventio de decimis Rochettae Pelafeae. Ex Tabulario Episcopali. col. 445. n. 403.

MDLXV. XVI. Kal. februarii. Romae. Unio perpetua beneficii Parochialis S. Syri Nitiae Palearum Episcopatui Aquensi. Ex eodem Tabulario. col. 449. n. 404.

MDLXVIII. VI. augusti. Viennae. Diploma Maximiliani II. Imperatoris Petro Fauno Costacciario Episcopo Aquensi. Ex eodem Tabulario. col. 452. n. 405.

MDLXXXI. XIX. februarii. Aquis. Descriptio reliquiarum, quae in Ecclesia Cathedrali asservantur facta a P. Vorstio Episcopo in visitatione Ecclesiae. Ex eodem Tabulario. col. 454. n. 406.

MDLXXXVIII. XXI. febr. Romae. Litterae Rectorum societatis B. M. V. Romae institutae, quibus fratres S. Antonii civitatis Aquarum suo collegio aggregant, omnibusque juribus participes faciunt. Penes D. Lingerium ab actis Civitatis Aquensis. supplem. col. 529. n. 98.

MDXCII. Kal. julii. Erectio archivii a Vincentio Duce Mantuae Aquensi Civitati concessa. Ex Tabulario ejusdem Civitatis. supplem. col. 530. n. 99.

MDXCIV. non. decembris. Casali. Erectio Collegii J.J. CC., et Notariorum cum jure nundinas celebrandi in die festo B. Guidonis, et S. Crucis, et mercatus die martis, et veneris singulis quibusque hebdomadis concessa civitati Aq. a Vincentio Duce Mantuae etc. Ex eodem Tabulario. supplem. col. 530. n. 100.

MONUMENTA AQUENSIS HISTORIAE

PARS I.

Donatio aliquorum prædiorum a Grimovaldo facta Bodoni Aquensi Episcopo.

DCCCXCI.

In nomine Domini amen. Regnante Domino nostro Berengario anno regni ejus quarto, die secunda januarii, indictione nona. (1) Constad me Grimovvald filius quondam Alvvart per hac chartula providisse pro anima mei, & Anselvverte quondam uxoris mei, atque consensu Wiberti consobrino meo &c. . . . filius meus offerre, & dedisse ad . . . . Aquensis cui præesse videtur Dompmus (2) Bodo Episcopus, omnia quæ habere visus sum in curte de Urba, idest casellam curtem castrum orto atque vineola mea prope eodem castro ortoque est per mensuram justa jugia XIII. & . . . ipsa castella cum solario, & cum cella, & terra, & vineola ipsa in prædicto loco omnia in integrum, atque mihi in eumdem loco nihil reservari . . . . . quatenus ab hac die . . . . sit in potestate, & dominatione ipsius prædictæ Ecclesiæ, & prædicti domini Bodonis Episcopi, qui modo est aut . . . . qui postea fuerint habeat potestatem avendi, & usufructuandi . . . . & si nos aut quisquis ex eis quærere aliquid volueritis hunc nos vobis ad parte ipsius Ecclesiæ suprascriptas res defendere debeant, & si ego vel (3) heredibus meis quod absit res de parte ipsius Ecclesiæ, quas dedimus retollere voluerit, vel contendere tunc ad parte ipsius Ecclesiæ da parte illorum tantas, & tales res in consimile loco restituere debeant, & hanc chartulam offersionis pro . . . . animæ meæ, & uxoris mei eo tenore prout superius legitur per VVibertum notarium scribere rogavimus. Actum Aquis præsentia Alvvart (4) Scabino (5).

Signum manus Grimovvaldi, qui hanc chartula fieri rogavit.

Signum manus Wiberti . . . . quondam Grimovvald consensi sicut superius legitur.

Ego Wulphius Scavino rogatus a Grimovvaldo, & Wiberto testis subscripsi.

Ego Adovald rogatus a Grimovvald, & Wiberto testis subscripsi.

Ego Avito sancte Aquensis Ecclesiæ Diaconus rogatus a Grimovvaldo, & Wiberto testis subscripsi.

Ego qui supra Wibertus scriptor post tradita complevi, & dedi.

(1) *Notæ istæ conveniunt inter se, atque indicant annum DCCCXCI. Sed qui fieri potuit, ut Widone jam anno octuagesimo nono juxta Murator. in Annal. & Tiraboschi in notis ad Docum. LI. Historiæ Monast. Nonantul. in Comitiis Ticinensibus in Regem electo in hac Lombardiæ parte Berengarii jam bis devicti per Venetorum castra finesque latitantis epocha chartas notarii signarent? Numquid Berengario exeunte anno mars arrisit? At si Wido mense februario hujus anni a R. Pontifice salutatus imperator fuit, credendum sane est nil hic adversi ei contigisse. At Muratorius diss. III. pag. 85. T. I. Ant. med. ævi jam notavit multis tenebris obsitam esse horum temporum Chronologiam. Has tamen, nonnisi ubere Documentorum veterum, quibus adhuc caremus, ad hæc tempora spectantium segete prolata, dispelli posse sperandum est.*

(2) *En alterum exemplum hujus vocis Episcopis hoc sæculo tributæ cum iis recensendum, quæ ex Bergomatibus archiviis adversus Com. Georg. Julinum protulit M. Lupus in novo Cod. dipl Eccl. Bergom. Hic Bodo undecimus est in meo Elencho Episcoporum Aquensium.*

(3) *Hic deest*: aliquis ex, *vel quid simile.*

(4) *Alium puto ac Patrem Grimovaldi initio chartæ hic nominatum.*

(5) *Scabini, munus a Regibus Francorum inventum, sunt judices seu adsessores Comitum, Mur. diss. X. T. I. p. 498. distinguit a judicibus, quod isti a* Rege seu Augusto constituerentur. Scabini vero a populo cujuscumque civitatis eligerentur. *M. Lupus addit habuisse jurisdictionem ordinariam, causasque in prima instantia audisse ac diremisse. Cod. Bergom. Col. 463. Tiraboschi notat ad chartam an. 871. villas & oppida suos habuisse Scabinos, quod hactenus ignotum fuerat.*

Diploma Widonis Imperatoris Bodoni Episcopo Aquensi concessum, atque a Guidone II. Episcopo ejusdem Ecclesiæ ex autographo per IV. Notarios descriptum. Ex archivio Episcopali.

DCCCXCI. 2

In nomine sanctæ, & individuæ Trinitatis. Wido divina favente clementia semper Augustus. *Cum* suasionibus, & justis petitionibus nostrorum fidelium aures nostræ pietatis accomodamus, id nobis, & ad temporalis imperii regimen profuturum *credimus*, & ad gloriam æternæ beatitudinis promerendam. Quapropter omnium fidelium sanctæ Dei Ecclesiæ, nostrorumque præsentium scilicet, & futurorum comparente industria *notum sit*, quoniam Manfredus (1) nostér fidelissimus comes, & consiliarius nostram imploravit clementiam, quatenus in Episcopatu Aquensi, videlicet

in honorem D. Petri Apoſtolorum Principis dedicato, (2) in quo verius Epiſcopus Bodo precare videtur concedere dignaremur Eccleſiam S. Vigilii (3) cum omnibus ſuis appendiciis, quæ Eccleſia ſita eſſe videtur in villa noſtra Urbe (4) cum decimis dominicatis (5) quæ in eadem Eccleſia conſuetudine antiqua conferri ſunt ſolita, cujus dignam petitionem rectam æſtimantes ob amorem Dei animæque noſtræ remedio jam dictam Eccleſiam S. Vigilii cum omnibus pertinentiis, & adjacentiis ſuis, ſeu familiis utriuſque ſexus ad eam ſpectantibus, vel pertinentibus per hoc noſtræ auctoritatis præceptum jam dicto B. Petro in prælibato Aquenſi Epiſcopatu concedimus & condonamus, & de noſtro jure in ejus jus & dominium in perpetuo transfundimus, & cedimus. Præcipiendo ergo jubemus, ut nullus miniſter publicus ſeu magna, parva *que* quælibet perſona jam dictum Epiſcopatum, deque præfata Eccleſia, ſeu de rebus & familiis ſuis, ſeu decimis inquietare, aut moleſtare deinceps præſumant, ſed liceat prænominatam Eccleſiam prædicto Epiſcopo in perpetuum poſſidere. Siquis autem contra hoc noſtræ auctoritatis præceptum aliquod infringere tentaverit, ſciat ſe compoſiturum auri optimi libras centum, medietatem Cameræ palatii noſtri, & medietatem ſupradicto Epiſcopo, ſuiſque Pontificibus: quod ut verius credatur, & ab omnibus diligenter obſervetur manu propria roborantes, & bullam (7) noſtram in ſignum juſſimus apponi.

Signum (8) Domini Widonis Sereniſſimi Auguſti.

Ego in Dei nomine Morantius Præsbiter, & Cancellarius ad vicem Helbungi (9) Archicancellarii recognovi. Data pridie id. maj. an. Incarn. Dom. DCCC XC (10) anno primo imperii D. Widonis ſereniſſimi Imperatoris Auguſti. Actum Papiæ (11) In Dei nomine feliciter amen.

(1) *Iſte eſt ille Manfredus Comes palatii, & Marchio, qui a Rege Arnulfo ab Abdua cis Padum harum omnium regionum Præfectura donatus fuit, ac ob crimen perduellionis a Lamberto Widonis filio capite damnatus, interiit an.* 896. *Vide Murat. & Julinus ad an.* 892. & 896. *M. Lupus in Cod. Bergomenſi col.* 1055.

(2) *Vetuſtiſſimus eſt in hac Diœceſi cultus erga D. Petrum. Huic dicata erat vetus Cathedralis, quæ olim ut cæteræ in Lombardia extra civitatem, nunc intra eam poſita eſt.*

(3) *Fuit hic Epiſcopus Tridentinus, qui cum reliquias idololatriæ penitus extirpare conaretur a feris, & barbaris hominibus lapidum imbre percuſſus pro Chriſti nomine martirium implevit circa an.* 400. *Hujus memoria ut ego puto, magno olim in honore habita apud Bergomates, qui in proximum montem, ob Eccleſiam ſub ejus titulo ibi conſtitutam, S. Vigilii montem nuncaparunt, ut videre eſt apud M. Lupum. Ex hac autem charta patet apud Aquenſes quoque cultum obtinuiſſe, eumque forteſſe ob felicem operam in extinguenda hiſce regionibus idololatria navatam ab aliquo antiſtite antiquis temporibus inductum.*

(4) *Nunc* Rocca Grimalda.

(5) *Dominicatus*, cenſus, qui a Domino exigitur, *Laurentius in Amalthea.* (6) *Bulla* ſigillum *Laur.*

(7) *Monogramma idem ac vulgatum a Murator. in diplom. hujus imperatoris.*

(8) *Numquid idem ac Helburgus Parmenſis Epiſcopus, cujus meminit placitum Amedei an.* 897. *apud Murat. diſſ. X., & Ughelli in Epiſcopis illius civitatis?*

(9) *In exemplari hujus diplom. inſerto in alio ampliore Carol. IV., & Maximiliani Imperatorum, licet anni numeratio eadem ſit, ac illa hujus apographi; attamen ibi additur indictio nona, quæ hic fuit prætermiſſa; ex qua intelligimus hoc diploma ſpectare ad annum DCCCXCI., eo magis, quia ut ex chartis archivii Lucenſis evidentiſſime probavit Murat. diſſ.* 3. & 34. *Ant. Ital., & ex diplom. a M. Lupo Bergom. Eccleſiæ Codice an.* 1784. *edito conſtat, ſolum anno DCCCXCI. menſe februario Wido Imperator Auguſtus fuit renunciatus, quæ duo amanuenſium noſtrorum oſcitantiam arguunt, ac evincunt addendam hic eſſe unitatem ab ipſis imperite prætermiſſam, ac legendum A. I. D. DCCCXCI.*

(10) *Locus notatione dignus. Huc enim Epiſcopus Aquenſis gratulabundus Imperatori ob imperialis coronæ aſſecutionem acceſſit, prout in more poſitum; niſi quis malit dicere Bodonem Widoni Romam petenti comitem itineri fuiſſe, ac Papiam cum Imperatore regreſſum ab hoc, quem ſibi officii cauſa devinxerat, præſens diploma impetraſſe.*

Diploma Berengarii Imperatoris Gariperto Epiſcopo Novarienſi concedentis annuales, & hebdomadarios mercatus in quibuſdam terris.

Ex archivio Epiſcopali Novar.

DCCCCXVII. 3

In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis Berengarius divina favente clementia Imperator Auguſtus. Imperialem excellentiam ſemper decet, & fidelium ſuorum vota pio affectu audire, & ea, ſi juſte apparuerint, competenti decentia adimplere. Ideoque omnibus ſanctæ Dei Eccleſiæ fidelibus noſtriſque præſentibus, ac futuris notum eſſe volumus, qualiter Grimaldus (1), & Odelricus (2) glorioſiſſimi Marchiones, & amabiles conſiliarii noſtri noſtram ſuppliciter exoraverint manſuetudinem, quatenus paterna remuneratione per noſtri præcepti paginam concedere dignaremur D. Gariperto Reverentiſſimo S. Novarienſis Eccleſiæ Epiſcopo licentiam conſtituendi annuales mercationes, & . . . per ſeptimum videlicet Chalendarum ſeptembrium juxta quoddam (3) . . . . ipſius Novarienſis Epiſcopi, in quo beati Agabii Epiſcopi, & Chriſti confeſſoris (4) Corpus quondam tumulatum fuerat. (5) Simul quoque implorantes, ut eodem modo largiremur facultatem exequendi hebdomadalem mercatum, ſcilicet per omnem Sabbatum in quadam plebe, quæ dicitur . . . . memorati Novarienſis Epiſcopi, & annuale mercatum in Gaudiano nono Calend. novembrium, ideſt per omnem feſtivitatem Beatiſſimi Juliani Chriſti confeſſoris (6), cujus oſſa in ipſa plebe (7) miraculis coruſcare dignoſcuntur. Quorum petitionibus libenter annuimus, hoc noſtrum donativum ſcribi jubentes, per quod memorato D. Præſuli largimur, & in perpetuum donamus licentiam faciendi mercatum in ſupradictis duobus locis ſecundum ſuperius expoſitam petitionem Grimaldi & Olderici, videlicet glorioſiſſimo-

rum Marchionum, ita quidem ut omnem Theloneum (8) & omnem functionem publicam, quæ ad noſtram regiam partem exigi debuit, vel potuit ad partem ipſius Novarienſis Eccleſiæ præſul, qui ibidem pro tempore ordinatus fuerit, ad utilitatem ipſius Eccleſiæ Novarienſis vindicet, & exquirat omni publica repetitione, vel . . . . occaſione remota. Si quis autem hoc noſtræ auctoritatis præceptum violare tentaverit, quinquaginta libras auri optimi componere cogatur medietatem palatio noſtro, & medietatem parti ipſius Novarienſis Eccleſiæ, quod ut verius credatur, diligentiuſque obſervetur, manu propria roborantes ex annulo noſtro juſſimus inſigniri.

Subſcriptum cum ſigno regio videl. ſignum Domini Berengarii invictiſſimi Imperatoris Auguſti.

It. ſubſcriptus Hermenfredus Domini Imperatoris Capellanus ipſius imperiali juſſione recognovi.

Datum XV. Kalen. decembris anno Domini Incarnationis DCCCC XVII. Domini vero Berengarii ſereniſſimi Regis XXVIIII. imperii autem ſui IV. Ind. V. (9) Actum Papiæ in Chriſti nomine feliciter amen.

(1) *Hic, cujus in diplomatis Berengariis frequens mentio*, Marchio Foroiulienſis *fuiſſe exiſtimatur.*

(2) *Hic erat comes ſacri Palatii, ac Marchio, de quo v. Murat. Ann. d' It. an.* 921. *Julinum Mem. Stor. di Mil. T.* 2. *p.* 139. 145. 154. *Hinc corrigendus error Caroli a Baſil. S. Petri, qui in ſua Novaria ſacra p.* 293. *de hoc diplomate verba faciens Adelridum exſcripſit, cum in autentico exemplari, a quo humanitate amiciſſimi viri Dallegre Vic. Gen. Novar. Epiſc. hoc exemplum ſumma fide deſumtum habui, legatur* Odelricus, *ſicuti habent alia Murat., & Jul. prolata.*

(3) *Locus videtur fuiſſe, ubi nunc Eccleſia eſt S. Agabii extra urbem Nov. Sac. p.* 393.

(4) *Secundus poſt S. Gaudentium Epiſcopus Novariæ, ſcilicet ab anno* 420. *ad* 440. *Nov. Sac. p.* 253.

(5) *Cadultus tertius ante Dagibertum Epiſcopus corpus S. Agabii tranſtulerat in Eccleſiam Cathedralem circa an.* 890.

(6) *B. Julianus obiit VII. Id. Januar. an.* 391., *ut habent acta MSS. a Michaele Julino edita in lib. vitae e Miracoli de' SS. CC. Giulio, Giuliano. Ejus feſtum hac eadem die nunc uſque celebratur, ut ex officio Eccleſiæ Novar.* 1762.

(7) *In Eccleſia S. Laurentii Gaudiani, ex qua an.* 1360. *ſacrum ejus corpus in Eccleſiam collegiatam fuit translatum, ex quo patet falſum eſſe Julinum dum cap. VII. p.* 55. *vitæ illorum SS. aſſerit ſub titulo S. Juliani ab anno uſq.* 600. *ædificatam Eccleſiam collegiatam. Ex hac enim charta patet hoc adhuc anno ejus corpus in Plebana S. Laurentii Eccleſia manſiſſe.*

(8) *Portorium, vectigal pro tranſitu, vel advectione mercium.*

(9) *In apographo ſcriptum erat VIII. manifeſto errore, forte quia in primo exemplari erat hic numerus hoc modo notatus IIIII.; unde ex duobus primis lineis factum fuit V., cujus erroris multa paſſim proſtant exempla.*

Donatio a VValperto facta Reſtaldo Aquenſi Epiſcopo.

DCCCCXXXVI.

In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis. Hugo gratia Dei Rex, anno regni ejus undecimo, & Domnus Hlotarius filio ejus . . . octavo Kal. junii, indictione octava feliciter (1). Manifeſtus ſum ego Walpert Clericus filius quondam Falcoaldi eo quod ante multos annos obligatione facta habui cum Bodone Barbano meo, ut . . . . nec ego, nec ex meis hæredibus ſine juſſo ejus, vel de ipſius heredibus de rebus noſtris alienare, aut obligare deberemus, quas ipſe Bodo fecit in Eccleſia ſanctæ ſedis Aquenſis, ubi Dompnus Reſtaldus nunc præeſſe videtur Epiſcopus (2) . . . . . in nullo alio poſſum de rebus meis donare, niſi in ipſa Eccleſia ſupradicta. Ideo ego indignus hodie in Dei nomine do, dono, trado, & offero in ipſum ſanctum, & venerabilem locum quicquid nunc præſenti die habere viſus ſum tam caſa habitationis meæ, quæ eſt in loco fundo Calamagna (3) . . . . terra, pratis, paſcuis, ſalcetis, ſationibus . . . . omnia quicquid habere viſus ſum in ſationibus . . . . omnia quicquid habere viſus ſum in ipſum ſanctum locum . . . . . (*reliqua fugerunt*).

Signum ✠ manus Walpert Clerico, qui hanc chartolam fieri rogavit, & nomen ſuum, & ſignum .. crucis manibus ſuis fecit, & ei relecta approbavit.

Signum manus (*hic deſunt quatuor lineæ*) . . ..

Ego Walpert Notarius, & Judex Sacri Palatii poſt a teſtibus roborata, tradita, complevi, & dedi.

(1) *Notæ iſtæ haud conveniunt inter ſe. Anno enim Hugonis XI. currebat indictio IX. Indictione vero VIII. erat annus X. Cæterum quacumque in re erratum hic ſit; illud tamen in illa alterutra hypotheſi conſtat, quod maxime animadvertendum, hinc erui, quo die plus minus in Regem electus fuerit Hugo, ac in Baſilica Ambroſiana coronatus, quod uſque nunc ignotum fuit. Murator. in Ann. ſolum in genere notavit circa junii tempora vel maii. an.* 926. *in Regem electum. Tiraboſchi vero in notis ad docum. h. a. demonſtravit inter X. Kal. majas & VII. Id. quintilis collocandam electionem eſſe, hic vero conſtat ante VIII. calendas junii illius anni contigiſſe, adeo ut in hac charta juxta præſ. hypotheſim poſt illum diem novus annus regni computaretur: ac ſi libet hoc ſemel poſito ulterius progredi, puto ego coronationem X. vel XI. cal. junii ſtatuendam eſſe; cum enim ſolemnitates iſtæ diebus feſtis celebrarentur, hocque anno in illos dies feſtum Pentecoſtes incideret, ideo veriſimile mihi videtur illis diebus aſſignari coronationem poſſe.*

(2) *In meo Epiſcoporum Aquenſi catalogo XV.*

(3) *Antiquum oppidum in Territorio Morſaſchi ab hoc vix mille paſſuum intervallo diſtans. Sumſit nomen a torrente Calamagna hoc vocabulo ad hæc uſque tempora ab incolis nuncupato. Ex decreto Anſelmi Epiſcopi an.* 1222. *diſcimus, ab Hugone, & Lotario Imperator. Plebem Calamagnæ Epiſcopo Aquenſi ejuſque Eccleſiæ, ac Canonicis diplomate peculiari attributam, quod temporum injuria deperditum dolemus.*

Donatio a VValfrido facta Gothofredo Aquenſi Epiſcopo.

CMLXVIII.

In nomine Jeſu Chriſti Dei æterni, imperantibus dominis noſtris Ottone, & Ottone filio ejus anno imperii eorum ſeptimo, & ſecundo, menſe auguſti, indictione XIII. (1) Dum ego indignus & nimium peccator Walfredo filio bonæ memoriæ quondam . . . . & pro anima conjugi meæ hodie in Dei nomine offero . . . . . Aquenſi, ubi Dómnus Gothofredus Epiſcopus (2) reſidere videtur, integra caſa cum ſuis maſſariciis omnibus, quam habeo in hac civitate Aquenſi cum curte, orto . . . . . omnia in integrum in ipſa ſancta Dei Eccleſia a præſenti offero, & trado ad habendum, tenendum, & faciendum exinde a parte ipſius Eccleſiæ . . . . ſed quod ſemel a me factum, vel conſcriptum, firmum, & ſtabilitum permaneat a parte ipſius Eccleſiæ, quia tali tenore hanc chartulam offerſionis Giſalbertus Notarius ſcribere rogavi. Actum Aquis feliciter.

Signum manus . . . . . .

Ego, qui ſupra Giſalbertus Notarius ſcriptor complevi, & dedi.

(1) *Hic erratum in indictione. Anno enim nongenteſimo ſexageſimo octavo in quem incidunt priores imperatorum notæ, currebat indictio XI.*

(2) *In meo catalogo decimus ſeptimus.*

Diploma Ottonis II. Imperatoris Benedicto Epiſcopo Aquenſi anno 978. conceſſum, ex tranſumto ab Autographo deſcripto an. 1345. juſſu Guidonis Epiſcopi Aquenſis a IV. Notariis coram D. Cuniberto Vic. in ſpir. gen. R. i. X. P. & D. Arnaldi Epiſcopi Aſtenſis, & Comitis.

6

In nomine SS. individuæ Trinitatis. Otto divina favente clementia Imperator Auguſtus. Decet, & oportet imperialem excellentiam Eccleſiarum profectibus aſſidue incumbere eiſque deſervientibus, divinamque militiam exercentibus miſericorditer ſubvenire, ut & temporalibus augeatur ſucceſſibus, & gaudiis perfruatur indeficientibus. Notum igitur eſſe volumus omnium ſanctæ Dei Eccleſiæ noſtrorumque præſentium ſcilicet, & futurorum fidelium intelligentiæ Aquenſi Epiſcopi præſulem nomine Benedictum (1) interventu, ac petitione Teofaniæ (2) noſtræ dilectæ conjugis, & conſortis imperii noſtram adiiſſe miſericordiam, quatenus pro Dei amore noſtræque animæ remedio ſibi ſuæque inopiæ ſubvenientes noſtrique genitoris (3), ſeu aliorum anteceſſorum noſtrorum imperatorum vel regum inſtituta obſervantes inconvulſa per noſtram imperialem auctoritatem jam dictæ urbis diſtrictionem intrinſecus, & extrinſecus circumquaque per tria milliaria concedere, donare, confirmare, & corroborare dignaremur (4). Nos itaque Dei omnipotentis conſiderantes miſericordiam, ejuſque inopiæ Epiſcopi compatientes, ſuamque ſupplicationem benignis auribus exaudientes, jam dicto Epiſcopo in honorem s. Petri dicato, & ejus præſuli Benedicto ſeu quicumque inibi pro tempore præſidenti juxta noſtri bonæ memoriæ genitoris (5), aliorumque noſtrorum prædeceſſorum imperialia decreta quidquid inde noſtræ parti pertinuit publice prout juſte, & legaliter poſſumus, concedimus, largimur ipſique venerabili loco, vel cuicumque inibi, pro tempore præſidenti ſubjugantes confirmamus, & corroboramus, ut per hanc noſtræ conceſſionis, & confirmationis auctoritatem jam dictæ urbis intrinſecus, & per tria milliaria ex omni parte extrinſecus diſtrictio ipſius venerabilis loci, vel præſulis proprio jure ſubjiciatur dominio. Confirmamus etiam, & corroboramus eidem Benedicto Pontifici ſuiſque ſucceſſoribus omnes res, & proprietates ipſius Aquenſis Pontificatus plebes etiam videlicet Oſſimam (6), & aliam ſitam in Scamilaria, & tertiam ſitam in Veximo (7), aliam etiam plebem in loco qui nominatur Cauro (8), & aliam quæ nominatur Seritello (9) cum terris decimis earumque pertinentiis omnibus, ut tam ſupradictam diſtrictionem quam etiam cuncta hæc loca, univerſaſque earum pertinentias jam dictus Benedictus, ſuique ſucceſſores habeant, teneant, atque per hanc noſtram auctoritatem firmiter poſſideant, omni noſtra noſtrorumque ſucceſſorum moleſtatione penitus remota. Præcipientes igitur jubemus, ut nullus Dux Marchio Epiſcopus comes vicecomes Sculdaſio Gaſtaldius (10), nullaque Regni noſtri præpotens, aut parva perſona jam dictum Epiſcopum Benedictum, aut ſuos ſucceſſores de jam dicta diſtrictione a nobis conceſſa ſeu de univerſis rebus, & proprietatibus, jam dicto Epiſcopo pertinentibus inquietare, moleſtare, aut disveſtire præſumat, ſed bene eis per hanc noſtram imperialem paginam eamdem diſtrictionem, atque jam dictas plebes, univerſaſque earum pertinentias tranquillo, ac proprietario jure poſſidere omnium hominum contradictione, & diminoratione penitus remota. Si quis igitur contra hanc noſtræ conceſſionis, & corroborationis auctoritatem aliquid agere, & jam dictum Epiſcopum de prefata diſtrictione inquietare, aut de prætaxatis rebus diſveſtire tentaverit, ſciat ſe compoſiturum auri optimi libras centum medietatem cameræ noſtræ, & medietatem ipſi venerabili loco, & jam dicto Pontifici, ſeu cuicumqne inibi pro tempore Præſidenti. Quod ut verius credatur diligentiuſque ab omnibus obſervetur manu propria roborantes ſigilli noſtri impreſſione inferius juſſimus inſigniri.

Datum XV. Kalen. mai. ann. Domin. Incarn. DCCCCLXXVIII. Regni vero D. Ottonis Imperatoris Auguſti XVIII. Imperii vero ejuſdem XI. Indict. VI. actum autem eſt in corte, quæ dicitur Aſteſech feliciter. Amen.

Signum D. Ottonis Sereniſſimi Imperatoris Auguſti.

Gerbergus Cancellarius ad vicem Huberti Epiſcopi, & Archicapellani notavit.

(1) *In catalogo Ep. Aquenſ. XVIII.*

(2) *Fuit iſta filia Romani Junioris, & Theophaniæ, quæ poſtea nupſerat Nicephoro Phocæ Imperatori*

Græcorum. Cum illa anno 972 *Romæ Otto II. ſolemnes nuptias celebravit, ſuſcepitque ex Theophania Ottonem III. non Ottonem II. natum nuptiarum anno octavo non primo ut male Berti in Breviar. t. 1. p.* 279. *edit Neap.*

(3) *Hinc colligere eſt Ottonem I. Eccleſiæ Aquenſi alia hic nominata jam conceſſiſſe, licet antiquum perierit documentum.*

(4) *Haud magna ſane liberalitas, ſi cum aliis hujuſmodi conceſſionibus comparetur. Nam Otto magnus Epiſcopo Laudenſis civitatis imperium cum* 7. *milliarium ſpatio conceſſerat* (*Ugh. T.* 4. *p.* 660.) *cum quinque Corradus an.* 1031. *Ubaldo Cremonenſi Epicopo ibi p.* 595. *Epiſcopo tamen Novarienſi par contigit ſors: ſcilicet uterque Otto an.* 968. (*non* 969.) *edito diplomate civitatem cum* 24. *ſtadiorum id eſt* 3. *milliarium ſpatio illi donavit.*

(5) *Hinc etiam liquet juriſdictionem in civitatem jam fuiſſe ab Ottone magno Epiſcopis Aquen. contributam.*

(6) *En temporum miſeranda conditio. Quibus Eccleſiæ, inter quas eminebant plebes, a laicis Regibus donabantur, & utinam, ut hic Otto, Epiſcopis ſuis. Sane Arduinus Rex, Petro Novarienſis Epiſcopo iratus ipſi plures plebes ſubtraxit, aliiſque conceſſit ex Nov. ſacr. p.* 313. *Inde orta limitum Diœceſeon perturbartio. Interdum autem quod pejus erat laicis dabantur, ut conqueruntur Patres Concilii Mediolanenſis anni* 864. *Jam antea notavit comes Julinus ad chartam anni* 999. *duplici jure ad Epiſcopum ſpectare potuiſſe plebes vel Eccleſias, vel jure generali, quo gaudet in univerſas ſuæ diœceſis Eccleſias, quo pacto, quæ temporalia erant ſuis Rectoribus, atque Archipræsbiteris cedebant, vel jure ſpeciali, quo plebes Epiſcopo dabantur quaſi in commendam, adeo ut univerſos earum Eccleſiarum redditus ipſe perciperet cum onere idoneos miniſtros inſtituendi, qui earum curam ſpiritualem gererent.*

(7) *Gamalero.*

(8) Veſme *ſecus Burmidam a poſterioribus notariis quandoque Vigeſimum nuncupatum: quidam enim Arnaldus Canonicus Aquenſis & Veximi Archipræsbiter in chartis* 1220-3-5-31. *modo Veximi, modo Vigeſimi Archipræsbiter nominatur.*

(9) *Cauro in Territorio Sexami verſus Monaſterium. Nam in Arch. Cathed. adſunt duæ chartæ ann.* 1284. *in quibus Odo quidem de Cauro Clericus Eccleſiæ Sexami ab Aquenſi Arcidiacono appellat ad Archipræsbiterum delegatum a s. Sede, &c. Cum enim Clerici eo tempore Eccleſiæ eorum parochiali adſcriberentur, hinc conjectura capi poteſt, qua Cauri antiqua poſitio circa Sexami territorium collocetur.*

(10) *Oſimæ, Seritelli, ignotæ mihi ſedes.*

(11) *Duo officia publica a Regibus Longobardis Italiam invecta. Primus a Laurentio in ſuo Onom. pro judice, ac prætore accipitur; poſterius vero erat inſtar comitis, ac ejus abſentia civitates gubernabat, atque iſtos Laurentius cit. ait fuiſſe* curtes Regias præſidentes.

Charta fundationis Monaſterii S. Quintini de Spigno auctore Marchione Anſelmo.

C M X C I.

In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis, anno Incarnationis Domini Noſtri Jeſu Chriſti nongentesimo nonageſimo primo, quarto die menſis martii, indictione quarta. Dum fragilis, ac caduca vita homo in ſæculum vivit, & recte loqui poteſt jucundus erit, ſi res ſuas diſpoſuit bono animo, unde valeat ſervire Altiſſimo Domino, & adquirere felicitatis gaudium, & præmium ſine fine manſurum. Et dum cogitavi tremendum diem judicis impios nefandam retributionem recipiendos, & felicem deſiderabilem vocem audiendos, providimus nos Anſelmus Marchio filius bonæ memoriæ Aledrami, itemque Marchio, & Gisla Comitiſſa jugalibus filiæ Adalberti, ſimilique Marchioque Willielmus, & Riprandus germanis filio bonæ memoriæ Oddoni (1), quæ profeſſa ſum ego ipſa Gisla ex natione mea legem vivere Longobardorum, & nunc pro viro meo legem vivere videor Salica, & juſta lege mea in qua nata ſum una cum notitia Domini Gaidaldi comes iſtius comitatus Aquenſis, de ſub cujus judiciaria etiam invenior in ejus præſentia, vel tertium certa facio profeſſione quod nulla me pati violencia quempiam hominum, nec ab ipſo jugale meo, niſi mea bona, & ſpontanea voluntate noſtra facultate nobis a Dei pietate largita Chriſti fidelibus offerre, ut per eorum ſanctam interceſſionem Deus noſtri miſereatur, & per hoc æternum memoriale ibi nos eſſe ſupernus Judex permittat, ubi juſti ſine fine lætantur. Manifeſti ſumus nos jugalibus, & germanis, patruus, & nepotis, quod prædictus quondam Oddo, qui fuit genitor, & germanus noſter deſideravit conſtruere Monaſterium in loco, & fundo Spigni ad locum, ubi monte S. Quintini dicitur in honore Domini Dei Salvatoris, ſanctique Thomæ Apoſtoli, & B. martyris Epiſcopi Quintini. Quapropter nos qui ſupra jugales, & nos germani filii jam dicti Oddoni, nunc ipſum Monaſterium pro ſalute illius animæ, noſtrorumque atque omnium fidelium in honore Dei Salvatoris, & ſupradictorum Sanctorum in noſtris propriis rebus conſtituimus, atque in ſumtu, & ſtipendiis, uſumque Abbatum, & Monachorum, qui nunc a nobis collocati ſunt, vel qui in antea Deo vocante venturis, necnon & hoſpitum, atque peregrinorum ſuſceptione donamus, & offerimus noſtras res; ſicuti modo per ſingula loca inſeruntur. In prædicto loco Spigni, in circuitu ipſius Monaſterii in ſimul tenente per menſura juges centum decem cohæret eidem duabus partibus percurrit flumen, qui dicitur Burmia, & de reliquis duabus partibus terræ noſtræ eorum ſupra jugales, & germani, quod in noſtra reſervamus poteſtate. Proprietario jure atque offerimus in eodem Monaſterio cortem unam juris noſtri domui cohærent, quæ eſt poſita in loco, & fundo Plana cum caſtro, & capella, & eſt ipſa corte ſuper totum ſimul jugeas quingenti. Offerimus etiam eidem Monaſterio Abbatiam unam juris mei, quam habere viſus ſum in loco, & fundo Pulcherado ſuper fluvio Padi, quæ eſt ædificata in honorem S. Mauri, uti etiam corpore requieſcit cum caſtro inibi habente, & capellas inibi conſtructas, ſeu caſis, marſaritiis, ſive caſtello in loco, & fundo Macingo cum omnibus ad eum pertinentibus, & Albareto (2), atque omnibus rebus ad eamdem Abbatiam perti-

nentibus cum ſervis, & ancellis Aldiones, & Aldianas, Molendinis, piſcationibus, vel omnibus ad eum pertinentibus, & eſt ipſa Abbatia nunc deſtructa, & a Monachis omnimodo derelicta, & nemo ibi Deo, ſanctoque Mauro famulatur deſeruit malorum hominum vaſtatione, atque invaſatione, ſed per hunc noſtrum factum Deo concedente volo, atque conſtituo, ut iterum ibidem Monaci congregentur, & Domino noſtro Jeſu Chriſto, & ſuo fideli B. Mauro ſerviant pro ſalute animarum noſtrarum, atque omnium fidelium, & pauperes, atque peregrini ibi hoſpitalitatem habeant, & per cujus neglectum hoc remanſerit ab eodem S. Mauro, qui illuc requieſcit, detrimentum accipiat. Etiam offerimus in eodem ſupradicto Monaſterio maſſaritios centum triginta, In prædicto loco Spigno maſas decem, in loco, & fundo Vidiſione (3) maſas quinque, in loco, & fundo Veurano (4) maſonnum, in loco, & fundo Pradaſco (5) maſum unum, in loco, & fundo Ragnardo (6) maſos tres, in loco, & fundo Mirbelli (7) manſos tres, in loco, & fundo Pulcionem (8) manſos ſeptem, in loco, & fundo Tripino (9) manſos duos, in loco, & fundo Pereto (10) manſos tres, in loco, & fundo Al. . . . . manſos quatuor, in loco, & fundo Alix (11) manſos tres, in loco, & fundo Linargnano (12) manſos tres, in loco, & fundo Montebaldone (13) manſos octo, in loco, & fundo ubi Roca dicitur (14), & in Nauli manſos quinque, in loco, & fundo Urſariola (15) manſos tres, in loco, & fundo Maſionti (16) manſos duodecim, in loco, & fundo Perleto, & in Ulmo manſos ſeptem, in loco, & fundo Curtemilia manſos decem, in loco, & fundo Dego manſos tres, in loco, & fundo Cario, & in Gabiaſca (17) manſos undecim, in loco, & fundo ubi dicitur Crux ferrea (18) manſos ſeptem, in loco, & fundo, ubi Turre dicitur (19) manſos ſex, in loco, & fundo Ripalta manſos quinque, in loco, & fundo Leveſo (20) manſos quinque, atque offerimus in eodem Monaſterio res illas, quæ fuerunt juri Abbatiæ Dei Salvatoris, quæ fuit conſtructa in loco, & fundo Viſiovallis (21), ſed a perfida Saracenorum gente deſtructa eſt, pro cujus amore reconciliandi hoc Monaſterium cæpit conſtruere, quæ jacent in comitatu Aquenſis, quod nos acquiſivimus per commutationis cartulam ex parte Archiepiſcopus Mediolanenſis Eccleſiæ, quæ ſunt poſitæ in locis, & fundis Beſtagnio, Melacio, Cugnacio, Placiano, Sambalaxo, Septevro, Sezago, Carpeneto, Ovaga, Montigio, Bibiano, Campalo, Caſſine, Capaniano, Montexello, Sine, Artonto (22), eo videlicet ordine de præfatis noſtris rebus hanc facimus donationem, & offerſionem in tali proteſtu, ut perennis temporibus firma, & ſtabilis ſemper maneat, ſicut hic per ſingula loca inſertum eſt, & noſtra decrevit voluntas, itaut faciant ipſi Abbates, & Monachi, qui præſenti tempore in eodem Monaſterio militant, vel in antea Deo ſervierint, ex fructibus prædictarum rerum, & cenſuum, quod Dominus annue dederit, & collectum fuerit ad ſuorum uſu, & ſumptu quidquid voluerint ſine omni mea, & hæredum meorum contradictione, vel repetitione, & abſque aliqua minoratione, aut invaſatione. Nam quod Deus avertat, & fieri non credimus, ſi Præſul S. Aquenſis Eccleſiæ, aut alicujus Eccleſiæ Pontifex, vel aliqua poteſtas ipſum Monaſterium quaſi ad ordinandum, vel regendum cum aliquo dominatu ſuſcipere quæſierint, vel ſi e prædictis rebus, aut frugibus aliqua ſubtratione, aut minoratione Abbati, & Monachis, & ſucceſſoribus facere voluerint, tunc veniat ipſum Monaſterium cum omnibus ad eum pertinentibus ſicut ſupra contulimus in poteſtate propinquioris noſtri, & fortioris parentis, qui illo nefando die fortior, atque ditior, & proſimior viſus fuerit, & tamdiu eumdem cum omnibus rebus regat, & gubernet cum timore Domini, quamdiu bona poteſtas deſcendat, quæ hunc noſtrum factum, & ordinationem ſtare inviolabiliter faciat. Et ſi aliquis ex noſtris parentibus, ſeu aliqua perſona ex ſupradictis rebus, vel decimis, quas ad ipſum Monaſterium conceſſimus Abbati, aut Monachis contradictores exſiſterint, aut ſi eis exinde aliquam minorationem fecerint ex parte S. Petri Apoſtoli maledictionem, & damnationem accipiant, nec habeant abſolutionem illius, ſed in perpetuo cum Juda partem habeant niſi emendaverint. Quod ſi Deo permittente a nemine exinde inquietati fuerint habeant, & teneant Aba, & Monachi ipſam Abatiam cum cortibus, & caſtris, ſeu maſſariciis, & omnibus rebus cum omni integritate, & pertinentia, & eas regant, & ordinent rationabiliter juxta ſuorum voluntatem ſecundum Dominum, ad noſtra conſervanda ſtatuta ſicut eis, ſuiſque ſucceſſoribus ad tenendum, & gubernandum, ſeu fruendum offerſimus, & conceſſimus. Ordinamus etiam ut ſit ipſum Monaſterium in conſecratione Epiſcopi ſanctæ Vadenſis Eccleſiæ ad conſecrationem faciendam, & Criſma dandum. Quod ſi Præſul illius Eccleſiæ Abbati, aut Monachi de conſecratione, & chriſmatis donatione ex conſuetudine aliqua dona quæſiverit, vel ſi contradicere voluerit, tunc ſanctam Apoſtolicam adgrediant Sedem, & cum auctoritate S. Pontificis eligant Abba, & Monachi qualiſcumque voluerint Epiſcopum ad conſecrationem faciendam, vel chriſma recipiendum. Aut ſi illis placuerit perſiſtant in conſecratione ejuſdem Summi Pontificis eo tamen tenore quod ſupra dictum eſt, ut nulla dona, vel munera eis ab iſto requirantur. Et tali ordine per cultellum, feſtucam, nodatum, vvantonem, & vaſonem terræ, atque ramum arboris ad partem ipſius Monaſterii, & Abbatis legitimam facimus traditionem, & corporalem veſtituram, ita nos exinde vvarpivimus, & abſoſitos fecimus, & quietos cum omni ſuarum integritate habendum, & uſumfruendum relinquimus (23). Si quis vero, quod futurum eſſe non credimus, ſi ullus de hæredibus, ac prohæredibus, vel parentibus noſtris, ſeu quælibet aut interpoſita perſona contra hanc noſtram traditionem, vel offerſionem ire quandoque tentaverimus, aut eam per covis genium infrangere quæſierimus tunc inferamus ipſi Abbati, & Monachis, ſuiſque ſucceſſoribus, vel pars ipſius Monaſterii multa, quod eſt pœna auri optimi libras ducenti, argenti pondera quingenti: & quod repe-

tierimus, vel vindicare non valemus. Præsens hanc noſtram offerſionem, & traditionem omnino perpetuabiliter, inviolabiliterque permaneat inconvulſa cum ſtipulatione ſubnixa, & pergamena cum atramentario de terra levavimus, noſtram etiam paginam Gervino Notarius, & Judex ſacri Palatii tradidimus, & ſcribere rogavimus, in qua etiam ſubtus confirmans teſtibus obtulimus roborandam.

Actum infra caſtro Vidiſioni; feliciter.

Anſelmus Marchio in hanc cartam offerſionis a nobis facta ſubſcripſi, & eidem conjus mea conſenſi ut ſupra.

Signum | | manus ſupraſcriptæ Gislæ quæ hanc cartam offerſionis fieri rogavit, & ei relecta eſt.

Signum | | ſupraſcripti Wilielmi, & Riprandi germanis, qui hanc offerſionis cartam fieri rogaverunt, & eis relecta eſt — ſignum | | manus ſupraſcripti Gaidaldi Comes, qui eadem Gisla interrogavit, ut ſupra.

Signum | | | | Rotberti filii quondam Adelberti, & Guntoni filii quondam Walmani ambo lege viventes ſalica teſtes — ſignum | | | | | | manuum Rotoni de Monticlo filius quondam Ildeprandi, & Ingelrami filius quondam Gauſono, ſeu Gotefredi de Laumello filius quondam Aſtulfi, atque Amittoni filius quondam Aldoni de Xeritelingo teſtes F. Wilielmus Judex ſacri Palatii rogatus ſubſcripſi.

A. Peto Notarius S. Palatii rogatus ſubſcripſi.

Ego, qui ſupra Gervinus Notarius, & Judex Sacri Palatii ſcriptor hujus offerſionis poſt tradita complevi, & dedi.

(1) *Ex præclariſſimo hoc monumento jam tuto poſſumus prima Montisferratenſium Marchionum genealogica lineamenta texere hoc pacto.*

Villelmus Comes

Aledramus Marchio = NN. = Gilberga.

Vilelmus Anſelmus I. = *Gisla Otto* ✠ 991. ✠ 961.

Villelmus *Riprandus.*

(2) *Macingo, & Albareto, nomina regionum in territorio Pulcheradæ.* (3) *Nunc Viſone.*

(4) *Nunc Ovrano trans Burmidam.*

(5) *Praſco.* (6) *Grognardo.* (7) *Morbello.*

(8) *Ponzone.* (9) *Turpino.* (10) *Pareto.*

(11) *Alice.* (12) *Hic error irrepſit, & Lintignani legendum puto. Etenim ex privilegio Alexandri III. Rolando Abbati hujus Monaſterii conceſſo conſtat hoc Lintignani nonnullas poſſeſſiones obtinuiſſe, quas ipſi, & Monachis confirmat. Erat autem antiquum oppidum Alici finitimum, nunc dirutum, cujus tamen in chartis olim frequens mentio.*

(13) *Monbaldone ad lævam Burmidæ.*

(14) *Rocca Ovrano a rivo Verano, vel Ovrano nuncupata, ut ab aliis hujus nominis diſtinguatur.*

(15) *Seirole. Inter hoc oppidum, & illud Rocchæ, vel in horum viciniis Nauli poſitionem, ac ſitum quærendum puto, non in civitate hujus nominis Epiſcopali ad littus maritimum ad dominium Reip. Genuen. pertinente.*

(16) *Maſone, oppidum memoratum in diplomate Ottoniano Aledramo conceſſo, & a Durando Piem. Ciſp. p.* 190.

(17) *Gabiaſca vicus olim in territorio Cairi.*

(18) *Coſſeria.* (19) *Tor d'Uſſone.*

(20) *Loveſio parvum oppidum, olim juris Abbatiæ S. Quintini, ac poſtmodum menſæ Epiſcopalis Savonæ, cui monaſterium illud fuit conjunctum, nunc ab Epiſcopo Gentili, Regi Sardiniæ conceſſum. Inter Turrim, & Leveſo quærenda Ripalta.*

(21) *Juſvalla.*

(22) *Ex iſtis alia nota, alia obſoleta. Nota omnibus ſequentia Biſtagno, Melaſſo, Strevi, Sezzè, Carpeneto, Ovada, Campale, Caſſine. Obſoleta, Cugnaxio cujus ſitus inter Meladium, & Plaxanum. Plaxani frequens mentio in chartis Archivii Canonicorum Aquenſium ob decimas, quarum ibi percipiendarum illis jus erat. Erat autem vicus in territorio Pedraschi prope monaſterium Latronorii inter Murſaſcum, & Viſonem. Sambalaxo prope Plaxanum, cujus rei argumentum ſuppeditat charta an.* 1247., *in qua Rufinus Berellus teſtatur in curia Sanbanaſci (quod Omoninum puto cum Sanbalaſcho) adeſſe notitiam de decimis Plaxani. Montigio Vicus in territorio Cremolini ex charta an.* 1477. *Archivii Epiſcopalis. In ea enim fit mentio cujuſdam regionis illius oppidi dictæ de Montegio. Bibiano inter Cremolinum, & Campale. Capanianum, & Artonto videntur Juſvallam, ac Spignum verſus quærenda eſſe. Montexello, plures in chartis agri Aquenſis invenire eſt hujus nominis regiones, quippe qui totus pene monticuloſus eſt. Sine, numquid forte illa erit curtis, in qua Berengarius an.* 916. *diploma conceſſit a Margarino vulgatum, & a Muratorio memoratum ad hunc annum cum hac data:* actum curte Sina? *In finibus Mombaldoni Spignum verſus in via S. Ambroſii adeſt Vicus* Fine *nuncupatus. Per hæc loca, via Aemilia ad vada Sabbatia recta quaſi ducebat.*

(23) *Ritus iſte ex lege Salica proficiſcebatur, ut patet ex donatione D. Immiliæ duciſſæ ſororis D. Adelaidæ comitiſſæ Seguſiæ Monaſterio S. Petri de Muſinaſco an.* 1078. *ubi hæc habentur ad hanc rem ſpectantia* „ Inſuper juxta legem meam Salicam per „ Cultellum feſtucam nodatam Vantonem, & Gaſo„ nem (*hoc verbum apud nos vulgari idiomate uſur„ patum adhuc novimus eadem ſignificatione*) terræ, „ atque ramum arboris ad ipſam baſilicam exinde „ legitimam facio tradicionem & inveſtituram, & me „ exinde foris expuli, & varpivi, & abſentem me „ feci, &c. „

Diploma Ottonis III. Imperatoris Primo Epiſc. Aquenſis conceſſum ex tranſumto ſæc. XIV. Archiv. Capitul. Aquenſ.

CMXCVI. 8

In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis Otto divina favente clementia Rex. Decet, & oportet Regalem excellentiam Eccleſiarum proventibus aſſidue incumbere, eiſque deſervientibus miſericorditer ſubvenire, ut & temporalibus augeantur ſuc-

ceſſibus, & gaudiis perfruantur indeficientibus. Notum eſſe igitur volumus omnium ſanctæ Eccleſiæ, noſtrorumque præſentium ſcilicet, & futurorum fidelium intelligentiæ Aquenſem Epiſcopum præſulem nomine Primum (1) interventu, ac petitione dominæ Sophiæ dilectiſſimæ ſororis noſtræ (2) noſtram adiiſſe miſericordiam, firmiterque poſtulaſſe clementiam, quatenus pro Dei amore, noſtræque animæ remedio ſibi, ſuæque inopiæ ac intollerabili penuriæ (3), miſericorditer ſubvenientes, noſtrique genitoris, ſeu aliorum anteceſſorum noſtrorum Imperatorum, vel Regum inſtituta obſervantes inconvulſa per noſtram regalem auctoritatem jam dictæ urbis, & omnium caſtellorum, atque villarum ad eamdem Eccleſiam recte pertinentium, ſeu omnium hominum ſuper proprietates ipſius Eccleſiæ habitantium tam de Cavatorio, quam communi de Tercio, ſeu de Setebri, atque Caſſine integram diſtrictionem intrinſecus, & extrinſecus circumquaque per tria milliaria concedere, donare, confirmare, corroborare dignaremur. Nos itaque Dei omnipotentis miſericordiam conſiderantes, ejuſque Epiſcopi inopiæ, & magnæ penuriæ ſubvenientes ſuam ſupplicationem benignis auribus audientes jam dicto Epiſcopio in honorem S. Petri dicato, & dicto præſuli Primo, ſeu cuicumque inibi pro tempore præſidenti juxta noſtri bonæ memoriæ genitoris, aliorumque noſtrorum prædeceſſorum Imperialia, & Regalia decreta quidquid inde noſtræ parti pertinuit publice prout juſte, & legaliter poſſumus, concedimus, largimur, ipſique venerabili loco vel cuicumque inibi pro tempore præſidenti ſubjugantes confirmamus, corroboramus ut per hanc noſtræ conceſſionis, & confirmationis auctoritatem jam dictæ urbis, & omnium caſtellorum, atque villarum ad eamdem Eccleſiam recte pertinentium (5), ſeu omnium hominum ſuper proprietates ipſius Eccleſiæ habitantium tam de Cavatorio, quam etiam de Tercio, ſeu de Setebri, atque de Caxinis intrinſecus, & per tria milliaria ex omni parte extrinſecus diſtrictio ipſius Ven. loci, vel præſulis perpetuo jure ſubdatur dominio. Confirmamus etiam, & corroboramus eidem Primo Pontifici, ſuiſque ſucceſſoribus omnes res, & proprietates ipſius Aquenſis Pontificatus plebes etiam videlicet Oſimam, & aliam ſitam in Camiliaria, & tertiam ſitam in Veximo, aliam etiam plebem in loco, qui nominatur Cauro, & aliam, quæ nominatur in Seritello cum cunctis decimis, earumque primitiis omnibus, ut tam ſupradictam diſtrictionem, quam etiam cuncta hæc loca, univerſaſque eorum pertinentias jam dictus Primus, ſuique ſucceſſores habeant, teneant, atque per hanc noſtram auctoritatem firmiter poſſideant omni noſtra, noſtrorumque ſucceſſorum moleſtatione penitus remota præcipientes itaque jubemus ut nullus dux Marchio, Epiſcopus, comes, vicecomes, ſculdaſchio, Gaſtaldius, nullaque Regni noſtri præpotens aut parva perſona jam dictum primum Epiſcopum, aut ſuos ſucceſſores de jam dicta diſtrictione a nobis conceſſa, ſeu de univerſis rebus, ac proprietatibus jam dicto Epiſcopo pertinentibus inquietare, moleſtare, aut diſveſtire præſumat, ſed liceat eis per hanc noſtram Regalem paginam eamdem diſtrictionem, ac jam prædictas plebes, univerſaſque earum pertinentias (4) tranquillo, ac proprietario jure poſſidere omnium hominum contradictione, & diminoratione penitus remota. Si quis igitur contra hanc noſtræ conceſſionis, & corroborationis auctoritatem aliquid agere, & jam dictum Epiſcopum de præfata diſtrictione inquietare, aut de prætaxatis rebus diſveſtire tentaverit ſciat ſe compoſiturum auri optimi libras centum medietatem Cameræ noſtræ, & medietatem Venerabili loco, & jam dicto Pontifici, ſeu cuicumque inibi pro tempore Præſidenti. Quod ut verius credatur, diligenterque ab omnibus obſervetur manu propria roborantes ſigilli noſtri impreſſione inferius inſigniri juſſimus.

Signum D. Ottonis Magni & Sereniſſimi Regis.

Heribergus Cancellarius vice Petri Cumani Epiſcopi, & Archicapellani recognovi. Datum XII. Kalend. maii anno Dom. Incarn. DCCCCXCVI. (6) Regni vero D. Ottonis invictiſſimi Regis XIIII. indict. VIII. Actum in Civitate, quæ dicitur Cremona feliciter amen.

(1) *In mea Epiſcoporum Aquenſi ſerie XX.*

(2) *Ex nonnullis aliis diplomatis hujus Imperatoris hoc anno & ſequenti editis ad preces Sophiæ veriſimile eſt hanc Ottoni Italiam peragranti comitem fuiſſe.*

(3) *Animadvertat lector ingraveſcentem declinante ſæculo X. hujus Eccleſiæ paupertatem. Ante annos XVII. jam* inopia *laborabat, ut videre eſt in diplom. antecedenti Otto. II. Nunc* non inopia, *ſed* intollerabili penuria *vexatam legimus. Hujus rei cauſſa in tanta horum temporum ſcriptorum, ac monumentorum egeſtate haud liquido apparet. Cæterum meminerit lector eorum, quæ Anſelmus Marchio in fundatione Monaſterii Spigni conqueritur, Saracenorum ſcilicet vaſtationes & malorum, ac perfidorum hominum direptiones. Hoc & priore anno populum Mediolanenſem cum Archiepiſcopo Landulfo conflictantem legimus. Sic Johannem XV. & biennium poſt Greg. V. conſanguineum Ottonis III. Imperatoris Creſcentii Romani factione Roma expulſos fuiſſe tradunt Hiſtoriæ, quæ hominum licentia ſi Romanos, & Mediolanenſes Pontifices aggredi eſt auſa, quid non ageret in alios tenuioris fortunæ, & ordinis Epiſcopos? Et ſane dimidium verſus ſæc. XI. S. Guido affirmabat ſe jam a multis annis inchoaſſe Monaſterii S. Mariæ ædificationem, nec potuiſſe, ut in votis erat citius perficere ob* devaſtationes, prædones, ac perſecutores ſui Epiſcopatus.

(4) *Hoc omnium antiquius eſt monumentum, quo oppida nomine* Comunis *appellentur.*

(5) *Ex hac phraſi bis hic repetita intelligere eſt, agi hic non de nova conceſſione, ac inveſtitura, ſed de ſola confirmatione conceſſionis alias Eccleſiæ Aquenſi factæ: Dolendum tamen hanc uti, & alia periiſſe.*

(6) *Duo itaque in hac conceſſione videntur diſtinguenda: civile unum, alterum Eccleſiaſticum; civile eſt caſtrorum, & villarum imperium; Eccleſiaſticum baptiſmalium Eccleſiarum, carumque reddituum conceſſio. Utrumque hic Eccleſiæ Aquenſi ab Ottone confirmatum.*

(7) *Duo antiqua exemplaria alterum archivii capit. alterum inſertum in diplomate Caroli IV. Imperatoris diſcrepant in anni ſupputatione. 1. habet DCCCCXCVI. ind. VIII. ſecundum uno anno alterum excedit. Hujus*

ego lectionem retinui utpote historiæ sinceriori magis consonam. Ex hoc tamen documento discimus, celebrato pridie id. aprilis paschate Ticini, XII. Kal. maii post tredecim dies Cremonam migrasse.

Donatio Vilielmi, & Riprandi Marchionum Ecclesiæ Aquensi ex lacero Archivii Episcopalis autographo an. circiter

DCCCCXCIX.

In nomine Dei, & Salvatoris Jesu Christi. Tertius Otto gratia Dei .... pio sanctæ Aquensis Ecclesiæ ubi nunc domnus Primus Episcopus .... ea nacione nostra lege vivere Salilia, & justa ipsa lege professi sumus plena ..... locis ex suis aliquis contulerit rebus justa Octoris vocem in hoc sæculo cent..... in eodem Episcopio a præsente die pro animæ nostræ mercedis, idest nostram porcio ... De castro, & turre ligneam ibidem constitutis anni nostram porci ..... monte Blamberti quod est eamdem nostram porcionem de prædictis castris rebus in eodem loco ..... de terris arabilis jugies quadraginta de pratis jugies una de silvis jug. jam dict. .... decem de sedimineas, & vineis cum areis suarum jugies trex .. de terris arabilis ..... & rebus in eodem loco & fundo monte Blamberti (1) est pro mensura justa jugies trex & prope dicti castro .... quorum supra germanis in eodem Episcopio a præsenti die per ac chartam offersionis idest .... civitatis Aquis prædictam nostram porcionem de prima petia de terra .... la quarta parte terra ipsius Episcopio jam dictam nostram porcionem .... totum da una parte terra Dondoni de alia parte terra Petri Do.... germanis in eodem Episcopio per ac chartam id est nostram porcionem quod est medie .... visi sumus prope hanc urbem Aquis, & est eadem nostram porcionem de prædio ... Coerit tam ad nostram porcionem, quamque super totum da una parte & uno co..... dica ad quæ etiam donamus nos germanis in eodem Episcopio a præsenti die, quæ .... benevisi sumus in locos, & fundos Sabana (2) & Monticelli (3) Parandaria id est ipsam nostram porcionem de ..... eris nostris supra nominatis una cum accessionibus, & ingressuras earum seu si ..... chartam offersionis ibidem habere habendum, ac confirmamus per cultellum .... imus tradicionem, & vestituram, & nos exinde foris expulimus, serpivimus & absq. .... pie dederit a præsenti die proprietario nomine quidquid voluerit sine ..... vero quod futurum esse non credimus si nos ipsi germanis quod absimus ..... quandoque tentaverimus, aut per covis ingenium infrangere quæsiverimus ..... uncias quadraginta argenti ponderas viginti, & quod repetierimus & in ..... vulsa constipulatione subnixa, & ad nos quem supra germanis nostrisque ..... quali supra legitur in integrum ab omni omine defensare qui rio defendere ..... in dublum ista offersio pars ipsius Episcopio restituamus sicut pro tempore ..... no de terra elevaverunt .... me paginam Ingelramus Notarius sacri Palatii tradi ....., Aquis feliciter.

✠ Willielmus (4) ..... Signum manibus præsbiteri Pradi qui ac chartam offersionis fieri rogavit

Signum manibus Danieli filii qui item Danieli Teboldi. Signum manibus Petri & Iohanni Seulalo & ..... Ego qui supra Ingelramnus Notarius sacri Palatii. (5)

(1) *Hujus montis mentionem mihi videor reperisse in charta Arch. Cathed. an.* 1300. *Aquis in Claustris Ecclesiæ majoris, ubi Theobaldus Sorfarella de Montebarutio donat capitulo Aquensi quasdam possessiones sitas in territorio Aquarum, inter quas vineam in* Monte Alberto. (2) *Ignotus mihi locus.*

(3) *Plura in Aquensibus chartis hujus nominis loca inveniuntur. Præter Montexellum in monum. n. 7. nominatum, in archivio Niceæ Palearum adest charta, qua continetur sententia D. Bonelli de Salutio Vic. Gener. Marchionis Salutiensis in lite de finibus ægri Niceænsis cum aliis conterminis S. Martiani,* Montixelli, *& Mariglani. Inter possessiones oppidi Bistagni Aquensi Ecclesiæ jure emphyteutico obligatas una memoratur an.* 1220. *in regione* Montixelli *posita. Sed ista loca longius distant a civitate Aquis, quam ut hic locum habeant. Præstat potius documenta percurrere, quæ de terris hac civitate circum positis agunt. In archivio Cathedralis Ecclesiæ an.* 1186. *inter plures agros Ecclesiæ redditities Vixoni oppidi nominatur* campus de Ulmo, qui jacet in loco, qui dicitur Montexello. *Item in alia charta an.* 1399. *reperimus, Henricum Scarampi Episc. Aquen. hospitali Aquensi possessionem* in loco, qui dicitur Montexello *positam donasse. Opinionem hanc certam facit locus* Parandaria, *qui Monticello conjungitur. Neque enim ille diversus est a vulgato sub nomine* Lavandara *ad meridiem ultra Burmidam in planitie situs Visonem versus. Hæc autem suadent hic agi de fundis civitati conterminis, adeo ut & hinc locus, ubi* Sabana *sit, facile possit investigari.*

(4) *Willielmus hic idem ac Odonis filius, qui superius N. 7. cum Anselmo monasterium Spigni fundavit. Ex quo consequitur alterum germanum, cujus subscriptio ex pergamenæ laceratione deest, esse Ripprandum. Et sane in laterculo hujus fragmenti, quod in archivio Episcopali adhuc exstat, hæc conspicua sunt literarum vestigia, ac verba:* Villel. .... Ripr. .... ac nepotibus Antelmi.

(5) *De hujus mentione vide in subscriptione testium documenti N. 7.*

Venditio Hildeprandi & Tete aliquorum prædiorum Martino præsbitero.

MVI.

In nomine Domini Dei, & Salvatoris nostri Jesu Christi. Enricus gratia Dei Rex anno regni ejus Deo propicio tercio quarto Kalendas maias indictione quarta (1). Constad nos Eldeprando, qui & Bonefilio filius quondam Grasevertí, & Teta jugalibus filia quondam Constantini, qui professi sumus nos jugalibus ambo, & natione nostra lege vivere Langobardorum, ipso namque Eldeprando jugale, & mondualdo meo mihi consentiente, & subter confirmante, & justa lege, & dictam pagiram una cum noticia de propinquioribus parentibus meis

consentientibus id sunt Alberto, & Joannes presbiter gg., seu Aruini cosinis meis in corum presentia, vel testium certa facio professionem, quod nulla me pati violenciam ad quopiam omine nec & ab ipso jugale, & Mondoaldo meo, nisi mea bona, & spontanea voluntate accepisse in nos ipsis jugalibus comuniter sicuti & in presencia testium accepi ad te Martinus presbiter filius quondam Joanni argentum per denarios bonos, solidos novem & denariis quinque finitum pretium, sicuti comuniter nobis bona voluntate conveni, & pro pecia una de vinea cum area sua, & pecias quatuor de pratis juris nostri quam abere visi sumus nos in loco, & fundo vel teratorio (*territorio*) Cantavena, pecia de vinea cum arca sua jacet ad lacus (*locus*) ubi dicitur subtus Basilica est pro mensura justam tabulas quinquacinta & octo coeret de una parte Alberti, & Joanni presbiter gg., & de alia parte Grosoni de tercia parte in via prima pecia de prato jacet ad Fontana est pro mensura justa tabulas novem coeret ei de duabus partibus Alberti, & Joanni presbiter de alia parte Grosoni, de quarta parte sancti Petri. Secunda pecia de prato jacet ibi prope, est pro mensura justa tabulas duodecim, coeret ei de una parte supradicti Alberti, & Joanni presbiter gg. de alia parte Grosoni, & de duabus partibus sancti Petri. Tercia pecia de prato ibi multum non logne (*longe*) est pro mensura justa tabulas tres coeret ei de una parte Ansolberti, de alia parte Grosoni, de tercia parte sancti Petri. Quarta pecia de prato jacet in Rovoreto, est pro mensura justa tabulas tres coeret ei totum incinctum sancti Petri, & si amplius infrascriptas coerentias, plus inventi fuerit, quam ut supra mensura legitur, per hanc cartam, & pro eodem precio in tuo melius (*tuam*) dictus Martini presbiter, & eredibus tuis, aut cui tu dederis, persistant potestatem proprietario juri, si ibique alii sunt in is omnibus coerentes. Convenerunt supra scriptas pecias una de vinea cum area sua & supra scriptas pecias quatuor de pratis juris nostri, in eodem loco, & fundo Cantavena supra nominatis una cum accessionibus, & ingressoras (*ingressibus*) earum, cum superioribus, & inferioribus earum rerum, qualiter supra mensura, & coerentias legitur in integrum ab hac die, tibi dictus Martinus presbiter pro supra scripto precio, argento vendimus, tradimus, & mancipamus nulli alii venditis, donatis, alienatis, obnossiatis (*obligatis*) vel traditis, si (*nisi*) tibi, & faciamus nos (*faciatis vos*) & inde a presenti die tu, & eredibus tuis, aut cui tu dederis jure proprietario nomen (*eorum*), quidquid volueritis sine omni nostra, & eredum nostrorum, contraditione quidem, & spondimus adque promittimus nos eorum supra Eldeprandi, & Tetani jugalibus, una cum nostris eredibus tibi dictus Martini presbiter, tuisque eredibus, aut cui tu dederis supra scripta venditione qualiter supra legitur in integrum ab omni homine defensare, quod si defendere non potuerimus, aut si vobis exinde aliquot (*aliquod*) per quod vis genium (*ingenium*) subtrahere quæsierimus, tunc in dublum eadem vendita, ut supra legitur vobis restituamus, sicut pro tempore fuerint melioratis (*meliorata*), aut voluerint (*valuerint*) sub estimatione in consimile locis, & nihil nobis expressum precium aliquod redeberis (*reddere debebitis: hic aliquid deest*) diximus roborandum actum in prato, que dicitur Fontana feliciter.

Signum | | | manibus prædictorum Eldeprando qui & Bonefilia, & Teta jugalibus, qui hanc cartam vendicionis, & pro Dei amore rogaverunt, & supra scriptorum precio acceperunt, & ipse Eldeprando eidem Tetani conjus sua ad omnia supra scripta consensi, & eorum (*eis*) relecta est.

Signum | | manibus supra scriptorum Alberto, & Aruinus cosina suorum interrogaverunt ut supra.

Ego Joannes presbiter quæ eidem Tetani cosina sua interrogavi, ut supra.

Signum | | | Algosi, & Atoni, seu Adami testibus. Ego Albertus Notarius Sacri Palatii scriptor cartam vendicionis post tradita complevit, & dedit.

(1) *Indictio denotat annum* 1006., *sed regni epocha annum* 1007. *Nam juxta Muratorium fuit Henricus electus Rex Italiæ pridie id. maii, & coronatus XVI. Kalendas iunii. Hinc IV. Kalendas majas Ind. IV. erat annus secundus Regni ejus, non tertius, ut præfert hæc autographa membrana. Hæc autem consideranti in mentem veniunt duæ chartæ a Muratorio prolatæ ad I. annum* 1004. *in quibus notatur Henrici annus secundus, item alia ad annum* 1005. 8. *Cal. junii, addita epocha anni tertii regni ejusdem. Sed quod maxime interest Terraneus chartas aliquas ex archivio Astensis capituli edidit part.* II. *p.* 53.-4. *Adel. Illustr., in quibus Regnum Henrici in Italia biennio indictione minor est. Muratorius, quasi erratum a notario fuisset, difficultatem dissimulavit. Terraneus expresse adfirmavit mendum a notario commissum. At mea hæc charta, quam autographam putavit harum rerum peritus Cl. J. B. Vascus, qui humanissime eam mihi mutuavit, quæque cum aliis a Muratorio, & Terraneo productis consentiens videtur, legitimam justamque esse illarum lectionem convincit. Cæterum ut hæc inter se concilientur, duæ Italici Regni epochæ sunt distinguendæ, altera an.* 1003., *quo proceres Italici Henricum in Germania versantem invitarunt ad Italicum Regnum capessendum: altera an.* 1004. *quo reapse possessionem regni adeptus sit. Secus enim horum monumentorum epocha nulla ratione poterit explicari; neque enim Italiæ, neque Germaniæ Regni annis congruere potest.*

Venditio castri Lesegni facta a Magnifredo Marchione Ayfredo Præsbitero.

M X I I I. 21

In Dei nomine Cariniani in sala propria Alrici Episcopi, & Olderici, qui & Magnifredi Marchio germani. Data licentia in judicio residebat Adelbertus judex, & missus D. Imperatoris ad justitiam faciendam, & deliberandum. Residentibus cum eo Ayfredus Hieronimus Bonus Filius Grimaldus Ademejrus Judices sacri Palatii, & alii plures. In quorum præsentia Ayfredus præsbiter filius quondam Rodulphi una cum Oddo advocato suo, &

offerente, ibi cartam unam venditionis continentem ut ſubter. In nomine Dei, & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti. Henricus gratia Dei Imperator ſemper Auguſtus, anno Imperii ejus Deo propitio decimo ſeptimo Cal. Aug. Ind. VII. (1) Conſtat me Aldericum, qui & Magnifredus Marchio qui profeſſus ſum ex natione mea lege vivere ſalica accepiſſe, ſicut & in præſentia teſtium accepi a te Ayfredus præsbiter filius quondam Rodulphi in argentum denarios bonos ſolidos centum finitum pretium pro caſtro uno cum tenimento foxato circumdato, & capellas duas foris eodem caſtro recenter ædificatas in nomine ſanctæ Mariæ, & ſancti Nazarii, & rebus aliis juris mei, quas habere viſus ſum in loco, & fundo, qui dicitur Leſegno per menſuram juſtam inter caſtrum, & capellas cum caſis ſediminibus, vineis, campis, pratis, paſcuis, ſilvis zerbis, & buſcalys cum juribus, & pertinentiis jugera tercentum quadraginta. Coherent eidem a tribus partibus terra mea, ut ſupra Oldericus Marchio, qui in mea reſervo poteſtate, in quarta parte fluminis Tanagri. Quæ ſupraſcripta tibi, qui ſupra Ayfredus præsbiter filius quondam Rodulphi, trado mancipo per cultellum, feſtucam, notatum, mattonem (*vantonem*), ravaſionem (*vaſonem*) terræ ramum arboris . . . Tibi exinde legitimam facio traditionem, & inveſtituram, & me exinde foris expuli, & feci tibi poteſtatem ad habendum proprietario nomine quidquid volueritis ſine mea, & heredum meorum contraditione. Si quis vero contra hanc cartam venditionis infrangere . . . . . & præſens charta venditionis diuturnis temporibus firma permaneat cum ſtipulatione ſub annexa . . . actum in villa Cariniani feliciter.

Signum manibus Magnifredi Marchionis, qui hanc cartam venditionis fieri rogavit.

Signum manibus Aylulphi, & Ayfredi omnes lege viventes ſalica. Valpertus Notarius rogatus ſubſcripſi. Et ego Azzo Notarius ſacri Palatii.

(1) *Notæ iſtæ falſæ ſunt. Anno enim Imperii Henrici in Italia X. currebat, indictio XI. ex Murat. in Ann. juxta vero epocham hiſce regionibus adhibitam fuiſſet indictio XII., quemadmodum in autographo fuiſſe ſcriptum puto. Facilis enim eſt hujus notæ V. in duplicem X. commutatio.*

Diploma Henrici II. Imperatoris Primo Epiſc. Aquenſi ex lacero tranſumto ſæculi XV.

12 MXIII.

In nomine Dei Salvatoris, Henricus ordinante divina clementia Rex. Si noſtrorum fidelium dignis petitionibus, maximeque pro Dei cauſa intervenientibus aures noſtræ ſerenitatis inclinamus, devotiores eos in noſtris obſequiis permanere, & ſuper hæc beatitudinis præmia a Domino non dubitamus . . . ideoque notum volumus fieri univerſis ſanctæ Dei matris Eccleſiæ fidelibus noſtriſque præſentibus, atque futuris, qualiter Venerab. Henricus S. Wurtiburgenſis Eccleſiæ Epiſcopus noſtræ dignitatis adiit altitudinem ſupplicans nos poſt . . . quatenus ob reverentiam divini cultus, & de (*ejus*) interventionis obtentu Venerando Epiſcopo Aquenſis Eccleſiæ nomine Primo (1) confirmare, & corroborare noſtris apicibus dignaremur, quidquid ad eundem Epiſcopatum juſte, ac legaliter . . . traditiones, & donationes ſeu confirmantes noſtrorum prædeceſſorum Regum, vel Imperatorum . . . præſentibus annuentes jam dicto Venerabile Epiſcopo, ſuiſque ſucceſſoribus in perpetuum regali auctoritate confirmamus, & corroboramus . . . omnia prædicta caſtella . . . . famulos, vel famulas, & univerſa, quæ eidem Eccleſiæ antiquioribus . . . . . ut hac noſtra autoritate, & defenſione . . . . omnis adverſarius . . . . volumus inſuper, & ordinamus, atque concedimus, ut ubicumque aliqua . . . . concambiis creverit, atque emerſerit . . . & definiendi per pugnam, vel campionem (2) nedui . . . ſed domini manifeſto judicio declaretur omnium . . . . . ut nullus Dux Marchio Epiſcopus comes vice-comes ſculdaſchio gaſtaldius, nullaque regni noſtri præpotens perſona magna, vel parva jam dictum Primum Epiſcopum, vel ſuos ſucceſſores de jam dicta confirmatione, & corroboratione, ſeu conceſſione . . . rebus, & proprietatibus, plebibus, & decimis, atque omnibus appendicibus antiquo, & moderno tempore acquiſitis, vel acquirendis, jam dicto Epiſcopio pertinentibus inquietare, aut moleſtare, aut diſveſtire præſumat, ſed liceat eis per hanc noſtram regalem paginam eandem confirmationem, & corroborationem, ſeu conceſſionem, atque jam dictas plebes, univerſaſque earum pertinentias tranquillo, & proprietario jure poſſidere omnium hominum contradictione, vel diminoratione remota. Si quis igitur contra hanc noſtræ conceſſionis, vel corroborationis auctoritatem aliquid agere, & jam dictum Epiſcopum de præfata conceſſione, & . . . inquietare, aut de prætaxatis rebus diſveſtire tentaverit, ſciat ſe compoſiturum auri optimi libras centum medietatem cameræ noſtræ, & medietatem ipſi venerabili loco & jam dicto Pontifici, ſeu cuicumque inibi pro tempore præſidenti. Quod ut verius credatur, diligenterque ab omnibus obſervetur manu propria roborantes ſigilli noſtri impreſſione inferius muniri juſſimus.

Signum D. Ehrici.

Actum anno Dominicæ Incarnationis MXIII. indict. XII.; anno vero Domini Henrici Regis . . actum Papiæ (3) feliciter amen.

(1) *Jam Imperatorum aliorumque beneficio ab egeſtate aliquantiſper ſublevatum hunc Epiſcopum credi oportet. Nulla enim in hoc diplomate inopiæ ſicuti in pluribus fit mentio. Inde tamen novimus Primum pro Eccleſiæ ſuæ jurium conſervatione admodum laboraſſe, cum hac de cauſa ab Imperatore impetraverit, ut ſi de bonorum Eccleſiæ proprietate, ac dominio ex donatione, venditione,* concambio, *ſive commutatione acquiſito, quæſtio emergeret, poſſet propoſita pugna per advocatos Eccleſiæ, ſive* Campiones *eam definire. In ea ſiquidem incidit tempora optimus cæteroquin Epiſcopus, in quibus legum auctoritas & judiciorum ordo langucbat, & pleraque ferro armiſque, & majori virium impetu dijudicabantur. Manifeſtum hoc ſit ex eo, quod quæ olim rara erant Duella, nec niſi* paucis in caſibus, *& neceſſitate ſuadente, ut Luitprandus Rex lib. VI. leg. LXV. affirmat, permittenda, videamus poſtea frequentiſſima, & novis Ottonum, & Henrici legibus*

ad plures casus extensa: item quæ antiquitus soli Imperatori, vel Comiti S. Palatii, ejus scilicet Vicario erant reservata, adeo ut nonnisi iis præsentibus agitarentur, postea sensim sine sensu comitibus omnibus, ac deinde Episcopis concessa ea celebrandi, adsistendique potestas. Sic in hac Diœcesi primum Aledramo nobilissimo sui temporis Marchioni in Ottoniano diplomate duelli datum jus fuit: quod postea Episcopo Primo a pientissimo Henrico fuit prorogatum. Item quæ olim fuerant solum modo tolerata, exeunte præterito sæculo ab Othone II. jussa, edicta, & imperata *fuerunt, ut constat ex legibus anno* 983. *latis, ac a Muratorio in Rer. Ital. Script. T.* 1, *part.* 2. *recensitis. Demum duellares leges, quæ antea a laicis solum vix aliquibus Episcopis suffragium ferentibus latæ fuerant, undecimi sæculi initio, in publicis Regni comitiis ab Henrico solemniter initis a pluribus Archiepiscopis, atque Episcopis non solum approbatæ, verum etiam magno plausu exceptæ fuerunt, ut in proemio Henricus ipse gloriatur. Ita malum in dies augebatur, tantoque creverat, ut sanctissimo Regi, quoniam penitus tolli supra ejus erat potestatem, laudi vertendum saltem sit, quod legibus, ne latius fureret obstiterit. Fit enim sæpe in politico corpore, quemadmodum in humano, ut pertinaces morbi latentes causas, easque longe antegressas habeant, quæ cum vim suam exeruerint, moderatis consiliis, & felici atque opportuno aliarum causarum concursu indigent, ut per lentas progressiones superari possint, quas si subito impetu velis expellere, nil minus agas, quam veteri malo novum aliud superaddere. Sic barbarorum irruptiones Italicis populis morum ferociam intulerunt, ut jus in armis quærerent. Efferati animi ex diuturna cum illis consuetudine, miti cœli temperie, ac posteriorum Regum, ac Imperatorum ex Carolina progenie legibus, atque disciplina ad mansuetudinem sensim deducti, ab armis recedere cœperunt, atque judiciorum ordinem venerari; sed Germanis Imperatoribus Italiam iterum invadentibus, ac feudale sistemate inducto ortis inter potentes litibus leges quiescere, ac duellaria judicia passim iniri visa sunt, adeo ut necesse fuerit publicis legibus pravam licet consuetudinem moderari ac coercere, quod & Episcopi Henrico persuaserunt. Quamobrem immerito quis hoc illis vitio verteret, quasi perversi moris approbatores extiterint. Nam multi in conciliis hoc damnant, & inter cœteros celebratissimus Atho licet Longobardus genere Episcopus Vercellensis in lib. de presjuris Eccl. editionis Vercell. anni* 1768. *p.* 326. (a) *reprehendit, at isti cum malum quod altas radices egerat, haud possent extirpare sanctionibus quibusdam ad tempus censuerunt coercendum, ac aliquando etiam in suæ necessitatis subsidium usi sunt. Probabile autem videtur eos nonnisi rarissimo exemplo, ac in summo rerum suarum discrimine, ac pro justitia adhibitis primum aliis omnibus mediis, & cum minori certantium vitæ periculo hac potestate usos. Quæ cum ita sint quid mirum si Aquensis Episcopus turbulentam illius aevi conditionem secutus pro Ecclesiæ suæ tuitione, hoc quoque extremum extremis malis remedium imploraverit.*

(a) „ *Addunt insuper, quoniam si aliquis militum sacerdotes [illegible] Dei in crimine pulsaverit, per pugnam hoc singulari certamine esse discernendum. Sed istud judicium quorundam Laicorum solummodo est; nec in ipsis etiam adprobatur; nam sæpe innocentes victi, nocentes vero victores in tali judicio esse videntur .... Hæc tamen omnia, & alia sanctarum scripturarum documenta maligni parvi pendentes, ad pugnam Sacerdotes impingere quærunt, nullam amplius reverentiam ipsis observantes, nisi quod non propriis manibus, sed per submissas personas illis in tali discrimine judicant dimicare, & quibus prohibitum est armatorum cuneis, vel etiam publicis spectaculis interesse ad pugnam producere, heu! nostros compellimur Vicarios, ut vel istorum cæde victi, vel illorum quasi absoluti esse videamur, nec purgari a crimine, nisi perpetrato crimine valeamus. &c.* „

(2) *Vocabulum a Germanico verbo Kampfer, quod pugnator Latine.*

(3) *Hoc anno Italiam secundo petiit Henricus, ac Papiam concessit, ubi brevi commoratus post natalitiam Christi festivitatem statim inde profectus est. Sed quo mense hoc diploma Primo concessum? Quoniam nullæ judicio meo donationes Papiæ hoc tempore cusæ superstites fuerunt, ex hâc ipsa conjectura capienda est. Indictio XII. ad annum* 1014. *spectabat, nec poterat anno* 1013. *congruere, nisi ponamus mense septembri die* 24. *juxta modum Constantinianum, vel decembri* 8. *kal. jan. juxta Romanum indictionem cœpisse, quæ computandi ratio hic erat frequentissima, ut alias animadvertimus. Dicendum ergo circa hæc tempora exeunte anno emissum diploma.*

Donatio Comitis Gullielmi filii Guidonis, & Aichæ uxoris Monasterio Grassani ex chronica D. Joannis Abbatis.

MXXVII. 13

In nomine Dei, & Salvatoris nostri Jesu Christi Cunradus Dei gratia Imperator Augustus anno Imperii ejus Deo propitio primo VIII. cal. octobris indictione undecima (1). Actum in castro Focario ec. Nos in Dei nomine Gullielmus Comes filius Guidi quondam etiam comitis, & Aicha auxiliante Deo comitissa jugales, filia quondam D. Henrici Regis donamus, & offerimus monasterio constructo in honorem Dei Salvatoris nostri, & SS. Victoris, & Coronæ in loco Grassani mansos X. terræ, in loco, & fundo Grassani, ac etiam unum molendinum constructum super emporio, &c. pro animabus nostris, & quondam Guidi genitoris mei Gullielmi, *qui fuit filius Auscharii Marchionis, &c.* Et ego Johannes Notarius Judex S. Palatii scriptor, hoc instrumentum donationis post traditum complevi, & dedi.

(1) *Hinc patet a septembri quandoque indictiones inchoatas fuisse.*

Fundatio Monasterii Vasti Thetis Marchionis.

MXXVII. 14

In Christi Dei vivi nomine amen. *Ego Thetes Marchio filius quondam Anselmi Marchionis considerans sacra verba, quæ clamant quid tribuitur pauperi non esse donum, sed mutuum, quia quod datur multiplicato fructu recipitur. Hinc est, quod ad honorem sanctæ Dei genitricis Mariæ, & Beati Petri Apostoli quandam Ecclesiam a nobis constructam in loco,*

& territorio Vasti donare & locupletare volumus opere & cum effectu remittendo cortes duas scilicet in Sarsole & Pierio cum omnibus pertinentiis suis campis, vineis, pratis, nemoribus & silvis quibuscumque. Item massaritium unum cum casis, & petiam unam prati prout est & usque nunc fuit per nos possessa in dicto loco Vasthi sicut fuit laboratum per Erichum de Cedeno. Item & in ea Ecclesia volumus quod perpetuis temporibus officiantur Monachi, qui regulam S. Benedicti sequuntur, quibus Monachis item providimus in Abatem consecratum justum & devotum virum Landulfum, cui nomine Monachorum suorum facultatem concedimus pro sumtu Monasterii de nostris proprietatibus dictas cortes & Massaritium superius enarratas uti frui & ita per cultellum festucam legitimam facimus remissionem, & investituram. Quod ego Thetes Marchio lege Salica proficiens attendere & observare propono stipulantibus Escherio notario Sacri Palatii, & Argundo etiam notario quos scribere rogavi præsentibus scriptis testibus. Actum in Vico Laureti in portico castri ubi duas oblationis cartas uno tenore scriptas fuerunt traditas anno primo Imperii Corradi septimo mensis maii, indictione decima. Signum Tethi seu Tethonis Marchionis, qui ut supra disposuit. Signum Wiberti, & Ennerici leges insequentes Romanas. Signum Arduci & Stephani Salica lege viventium. Et ego ec.

Fundatio Monasterii S. Iustinæ Sezzadii ab Otberto Marchione, ejusque filiis ex tabulario Congregationis S. Sepulchri Mediolanensis.

M X X X.

In nomine Domini Dei & Salvatoris nostri Jesu Christi. Chunradus gratia Dei Imperator Augustus anno imperii ejus Deo propitio tertio, Kalend. martii indictione tertia decima Nos Otbertus Marchio filius bone memorie Anselmi item Marchionis & Wido seu item Otbertus pater & filii qui professi sumus nos ipsi pater & filii ex nacione nostra lege vivere Salica ipso namque genitor noster nobis consentiente & subtus confirmante. Dum hominibus in hoc seculo vivent . . . . propterea volumus aliquantum de nostra substantia, quam nobis a divina pietate largita est, ordinare & disponere . . . . primus omnium volumus & statuimus quam per hanc cartulam ordinationis nostræ confirmamus, ut petia una de terra posita in loco & fundo Seciadi cum basilica una que ibidem est edificata in honore sancte Justine . . . . cum omnibus ædificiis super se habente coeret ei de una parte via, de alia parte terra de heredes quoddam Petri, da tertia parte terra nostra quod in nostra reservamus potestate proprietario juri. Et petia una de terra quæ dicitur Insula. . .coeret ei de duabus partibus terra ex curte Seciadi, & ex tertia flumen Burmia. Et item omnem nostram portionem de omnibus rebus juris nostris, quod sunt terra Ubaldenga, & est eadem terra Ubaldenga in loco & fundo Casine, & ubicumque invenire potuerint de eadem terra infra comitatu Aquensi, & jam dicta terra Ubaldenga juris nostris . . . & concedimus Deo & Sancte Justine aliquantulum de nostra familia, ancilla una juris nostris nomine Dominica cum tres filias, quarum nomina Ingelberga, & Natalia, seu Olberga, quam cum unum filium suum nomine Rapertus, quam alii filii nomine Johannes, & Dominicus sive cum omni alia sua agnitione . . . . . omnia quæ superius leguntur veniant & sint in potestate Monasterii, quæ est fundatum juxta prefata Basilica Sancte Justine in predicto loco Seciadi Comitatus Aquense, & fuit ipsa Basilica constructa ad bone memorie domnus Luiprandus Excellentissimo Rege, cujus regni Langobardorum, & ad nos institutum est Monasterium. Eo vero ordine, ut superius declaravimus, & nostra decrevit voluntas pro anime nostre & quondam genitore meo tui superius Otberti & genitrices seu parentum nostrorum tam virorum quam mortuorum Catholicorum, quam & pro salute anime jam nominato Domno Presule Luiprando Regem, quam Rodulphi item Rege mercedem. Omnibus jam nominatis rebus & familiis habeant Monachi illi qui in eodem Monasterium ordinati fuerint . . . . & si ei oportuerit commutandi . . . potesta . . . . Abbas ille & videant, ut cum Deo a parte ipsius Monasterii sit ipsa commutatio megliorata . . . . Insuper per cultellum festucum notatum vvantonem, & vvasonem terreque ramum arboris & suprascripte monasterium & Abbate seu Monacorum facimus traditionem & vestituram, & nos exinde foris expulimus . . . . . sed presens hanc cartam ordinationis diuturnis temporibus firma & stabilis permaneat, quam persistat inconvulsa constipulatione subnixa, & bergamena cum atramentario de terra elevavimus hanc paginam Oddoni notarii & judex Sacri Palatii tradimus & scribere rogavimus, in qua subtus confirmamus testibus quam obtulimus roborandam Actum in suprascripte corte Seciadi justa suprascriptum monasterium feliciter.

Ego Otbertus Marchio scripsi
Ego Wido scripsi Ego Otbertus scripsi
Signum ‖ Andreas & Lodovicus ambo lege viventes Salica. Signum ‖ Odoni & Opizo testes. Signum ‖ Rodulphi & Gozo seu Astaldi testes. Ego qui dicor Oddo notarius & judex Sacri Palatii scriptor hujus carte ordinationis & offersionis pro data licentia suprascripti Marchio post tradita complevi & dedi.

Diploma Henrici II. Imper. Ecclesiæ Aquensi.

M X X X I X. 16

In nomine sanctæ, & individuæ Trinitatis. Henricus divina favente clementia Rex. Decet, & oportet regalem excellentiam Ecclesiarum proventibus assidue incumbere, eisque deservientibus, & divinam militiam exercentibus misericorditer subvenire, ut & temporalibus augeatur successibus, & gaudiis perfruantur indefficientibus. Quapropter universæ sanctæ Dei Ecclesiæ, nostrorumque fidelium præsentium, & futurorum noverit industria, qualiter Wido sanctæ Aquensis Ecclesiæ Episcopus per suos nuncios secum nostrorum antecessorum

Imperatorum, Regum, ſcilicet Berengarii, Ugonis, ſecundi, & tertii Ottonis, nec non Henrici præcepta adportantes noſtram, interventu Poponis Patriarchæ venerabilis, & Brunonis noſtri dilectiſſimi Præſulis, atque Kadehohi Epiſcopi, & noſtri dilecti Cancellarii, humiliter adiit clementiam, poſtulantes quatenus nos pro Dei amore, noſtræque animæ remedio, ſibi, ſuæque Eccleſiæ ſubvenientes, omnia bona prædictæ Eccleſiæ, jam ſibi per præcepta noſtrorum anteceſſorum quæſita, vel confirmata, noſtra regali auctoritate confirmare, & corroborare dignaremur. Et inſuper omnia illa prædia, caſtella, vel villas, quæ præfatus Epiſcopus ſcilicet Wido eidem Eccleſiæ dederat, tradiderat, vel conceſſerat. Nos itaque Dei Omnipotentis miſericordiam conſiderantes, ſuamque ſupplicationem benignis auribus exaudientes, prædicto Epiſcopo ſuoque Præſuli inibi pro tempore præſidenti quidquid a noſtris anteceſſoribus, traditum, conceſſum, vel confirmatum eſt, sic caſtellum, quod dicitur Cavatorium, Tertium, Setebrium, ſive Caxinam, cum diſtrictione urbis, atque prædictorum caſtellorum in circuitu per tria milliaria ex omni parte, & cum plebibus, videlicet Oſſima, Gamelarium, Veximo, Foro, Caurro, Seritello, cum terris, & decimis, earumque pertinentiis prout juſte, & legaliter poſſumus, concedimus,& corroboramus ſimilique modo confirmamus capellam unam in honore ſancti Vigilii fundatam in corte Urba cum omnibus rebus, & familiis ſibi pertinentibus, & caſtella Vidixionem, Mirabellum, Gruniardum, Pulſionem, Piretum, Meduliam, cum omnibus ſuis appendiciis. Confirmamus etiam, & omnino corroboramus prædicto Epiſcopio omnia illa prædicta, quæ jam dictus Epiſcopus eidem Eccleſiæ contulit per cartulam donationis, id quidquid habere viſus eſt in eamdem Aquenſem civitatem, & de foris in territoriis eiuſdem civitatis, in Seteuri, & in Melagio, tum in muro, & foſſato circondatam, cum ſua portione ejuſdem caſtelli, & villæ, ſive cum omnibus territoriis ſuis, vel pertinentiis in integrum, cum omnibus ſupraſcriptis rebus, una cum caſis, ſediminibus, vineis, terris cultis, & incultis, pratis ſilvis, montibus, vallibus planitiebus, aquis, aquarum decurſibus molendinis piſcationibus, ſeu cum omnibus rebus mobilibus & immobilibus, ac utriuſque ſexus familiis ad prædictum Epiſcopium, & ad præfatas curtes, & plebes pertinentibus. Præcipientes itaque jubemus, ut nullus Dux, Marchio, Archiepiſcopus, Epiſcopus, Comes, Vice-Comes Sculdaſius, Gaſtaldio, nullaque regni noſtri, magna, parvaque perſona audeat vel præſumat prædictum Widonem ſuoſque ſucceſſores de prænominatis rebus vel familiis inquietare moleſtare aut ſine legali judicio diſveſtire, ſed liceat eis per hanc noſtram præceptalem paginam jam dicta caſtella cum ſua diſtrictione, & prædictas plebes, & Eccleſias, univerſaſque earum pertinentias tranquillo jure poſſidere, omnium hominum contradictione, & diminoratione penitus remota. Siquis igitur contra hanc noſtræ conceſſionis, & corroborationis auctoritatem aliquid agere, & jam dictum Epiſcopum ſuoſque ſucceſſores de prætaxatis rebus diveſtire ſine legali judicio temptaverit ſciat ſe compoſiturum auri optimi libras mille medietatem Cameræ noſtræ, & medietatem prædicto Pontifici, ſeu cuicumque inibi pro tempore præſidenti. Quod ut verius credatur, & diligentius ab omnibus obſervetur manu propria roborantes ſigilli noſtri impreſſione inferius inſigniri præcipimus.

Signum D. Henrici ſereniſſimi, atque invictiſſimi Regis. Kadolonus Cancellarius ad vicem Hermanroni Archicancellarii recognovit.

Dat. tertio Kal. jan. indict. VIII. anno dominicæ incarnationis MXL. anno vero ordinationis domini Henrici XII. regnanteque primo (1). Actum in civitate Ratisbonæ feliciter amen.

(1) *Licet nulla hic de anno ambiguitas ſit: tamen ſi modus annum computandi tunc temporis in Germania uſitatus cum noſtro conferatur, videtur, qui juxta illum eſſet an.* 40. *juxta noſtrum eſſe* 39. *Anni enim inchoatio a nativitate Domini pendebat, ut late demonſtratur in opere: Art de Verifier les Dates troiſieme edit. Paris* 1783. *in notis ad p. IX. Tom.* 1.

Donatio B. VVidonis Epiſc. Aquen. Monaſterio S. Petri a D. Dudone Epiſc. fundato ex autentico apographo anni 1349, 26 *jun. Epiſcopi Guidonis juſſu ab originali a IV notariis extracto, qui teſtantur iſtud manu propria B. Vidonis fuiſſe conſcriptum*

M X L I. 17

In nomine Domini Dei noſtri & Salvatoris Jeſu Chriſti. Wido favente divina clementia ſanctæ Aquenſis Sedis Epiſcopus. Legendo reperimus, quod ab omnipotente Deo, qui cuncta clementia amicali fœdere facit viciſſim ſuccedere, illi homines in cæleſti ſolio largis remunerabuntur præmiis, qui aliquam ſanctam Dei Eccleſiam rebus ditaverit propriis. Hinc ergo exorando talia ſequi cupimus veſtigia priſcorum patrum, in divinis lectionibus audientes exemplum, qui in ſupernis manſionibus eſſe cum Chriſto deſiderantes ferventi amore pſalmographi dicebant ſententiam: *quam dilecta tabernacula tua Domine virtutum, concupiſcit, ſed deficit anima mea in atria Domini*; ſed quia non tantum debet nobis eſſe poſſe, ut in ſpiritali opere deſudemus, & quotidie, quia curis hujus ſæculi implicamur, quarumdam adverſitatibus obſiſtentibus, unum tamen bonum opus, animæ noſtræ corporiſque ſaluti providimus, ut fratribus Deo apud Sanctum Petrum ſervientibus, & ſub norma rectitudinis viventibus victum neceſſarium tribuamus, quo ipſi ad exorandum Deum pro delictis omnium fidelium, & noſtri, nobis debitores ſe eſſe judicentur. Sit ergo notum omnibus Eccleſiis Dei, omnique Lajcorum fidelium conventui, quod Monaſterium ſancti Petri, quod in ſuburbio civitatis Aquenſis, in qua auctore Deo ſedem Pontificalem, quamvis indigne habemus, ſitum ſilicet a D. Dudone bonæ memoriæ anteceſſore noſtro Epiſcopo, in primis aliquid de rebus, quas a genitore noſtro jure proprietatis poſſidebamus pro remedio animæ noſtræ, noſtri genitoris, atque genitricis

perpetuo tenendum per hanc noſtri decreti paginam, contulimus, atque tradidimus ita ut nec nos, nec ſucceſſores noſtri Epiſcopi, vel aliquis ex noſtris propinquis valeant noſtram inſtitutionem legalem, infringere, corrumpere, aut calumniare. Abbati vero, qui ibi pro tempore abbatiam ipſam rexerit, liceat cum ſuis Monachis ibi regulariter viventibus uti & poſſidere res Eccleſiæ ad honorem Dei, & proficuum fratrum, non ad damnum, & detrimentum Eccleſiæ, ſed ad incrementum. Nunc ergo omnibus fidelibus pateat, in quibus locis hæ res conſiſtendo adjacent, quas bono animo dedimus continenter in territorio Aquenſis civitatis, videlicet in Barbada, Monteruſo, Cæſaronia, nec non in loco Settebri, & in Fauſtiola, illud autem quod in territorio prædictæ civitatis, atque in territorio Settebri ex parte noſtri patris habemus, ipſi Monaſterio ſancti Petri poſſidendum concedimus, & inter Melagium, & Cartauſium, atque Caſtrum novum, quod dicitur Falmencianum, manſos quindecim. Item in præfato caſtro Meladio, unam braidam continentem decem jugias, & in Septebrio unum molendinum; res ſiquidem, quas prædeceſſor noſter Dudo Epiſcopus juſte dedit jam dicto Monaſterio, pro remedio, & ſalute animæ ſuæ, ſucceſſorumque ſuorum Epiſcoporum, vel Imperatorum Romanorum, omniumque fidelium Chriſtianorum donando concedimus, eo tenore ut ſucceſſores noſtri Epiſcopi nihil de his minuant, vel auferant ad damnum Eccleſiæ, ſine conſenſu & voluntate regularis Abbatis, & fratrum ibi regulariter viventium, ſed Abbas, qui pro tempore ibi fuerit Paſtor teneat, & provideat res Eccleſiæ ſuæ, non ad detrimentum, ut diximus, ſed ad proficuum Eccleſiæ ſibi commiſſæ. Volumus igitur toti ſæculo præſentium vel futurorum patefacere coetui conceſſiones, quas concedere diximus, in quibus locis conſiſtant; ſex namque Eccleſias cum ſuis pertinentiis, atque decimis volontario animo damus, atque concedimus: prima earum eſt in loco Demeciano, & vocatur S. Thomas; ſecunda eſt in Oviliole, & appellatur S. Andreas; tertia eſt in Septebrio, & nominatur Sancta Crux; quarta in caſtello novo nomine S. Angeli; quinta in Triſobio vocitata S. Steffani, ſexta in Carpeneto poſſidens nomen ſancti Salvatoris. In ſuburbio igitur præfatæ civitatis quatuor jugias juxta cæmeterium ipſius Monaſterii, quibus jugiis in duobus lateribus via facit finem, in tertio latere rivulus, qui dicitur Medrius, in quarto noſtra reſervatio; duos etiam famulos, cum filiis ac filiabus, ac ſuis pertinentiis, quorum unus dicitur Aquideus, alter vero Meretus. Quod autem juſte donatum vel conceſſum eſt prænominato cænobio noſtro a Domino Dudone venerabili Præſule anteceſſore noſtro, & quod juſte acquirere potuit, vel a fidelibus hominibus aquiſierit affirmamus, rectumque factum judicamus, quemadmodum ipſius decretum continet. Sit itaque noſtrum decretum diuturnis temporibus ſtabile, & inconvulſum, ſtatuimus atque ordinamus, ut ſucceſſores noſtri Epiſcopi cum Monacis Abbates in hoc monaſterio ad hoc opus idoneos regulariter ordinent, & ſine pecunia conſecrent. Siquis vero vel ex ſucceſſoribus noſtris, aut aliquis homo diabolicus hanc noſtram infringere, corrumpere, minuere aut calumniare tentaverit inſtitutionem, ſciat ſe compoſiturum auri optimi oncias centum, argenti pondera ducenta medietatem Cameræ Regis, & medietatem ſupraſcripto monaſterio S. Petri. Ut autem hoc decretum ſtabile & inconvulſum permaneat, noſtra manu, & Clericorum noſtrorum, & aliquorum Laycorum confirmavimus. Actum anno incarnationis Domini Noſtri Jeſu Chriſti milleſimo quadrageſimo primo, indictione ſecunda; Enrico regnante anno ejus ſecundo.

Ego Wido Dei gratia Epiſcopus in hoc decreto a me facto ſcripſi. Ego Ribaldus Archidiaconus ſubſcripſi. Ego Joannes Archipræsbiter ſubſcripſi. Ego Atho Præsbiter ſcripſi. Ego Germanus Diaconus ſubſcripſi. Ego Benedictus Subdiaconus ſubſcripſi Ego Lampertus Accolitus ſubſcripſi.

Donatio Caſanovæ facta Eccleſiæ Aquenſi & Monaſterio Sancti Petri.

MXLII. 18

Anno ab Incarnatione Domini noſtri Ieſu Chriſti 1042. 7. aprilis in die 10. monaſterio ſancti Apoſtoli Petri quod eſt ædificato iuxta civitatem Aquenſem & canonica ſanctæ Mariæ quæ eſt conſtructa intra civitatem Aquenſem. Ego Villelmus filius quondam Dodonis qui profeſſus ſum ex natione mea lege vivere Langobardorum offertor & donator ipſo monaſterio & canonica pp. dixi quod quis in ſanctis ac venerabilibus locis de ſuis aliquid contulerit rebus iuxta actoris in hoc ſæculo centuplum accipiet & quod melius eſt vitam poſſidebit æternam. Ideoque ego qui ſupra Villelmus dono, & offero in eodem monaſterio ſancti Petri & in canonica ſanctæ Mariæ ideſt edificata caſtellum & curtem, quæ dicitur Caſanova cum omnibus ſuis pertinentiis ac iacentiis id ſunt caſis capellam pratis paſcuis, vineis, terris ſilvis cum areis ſuis gerbis & terris cultis, & incultis, quæ ſunt in locis & fundis in Cornaleta, in Verdobio, in Buligo, in Pradello, Biniſco, in Pagario, & Araſco, in Valle bona, in Buſcaſale, & in eorum territoriis ac iacentiis & pertinentiis ſive infra hoc Italicum regnum omnia in integrum cum omni honore, ut dictum eſt, caſis, capella quacumque, ſediminibus, vineis, & areis ſuarum, ripis, rupinis, & paludibus, molendinis, & piſcationibus, colitis & incolitis, diviſis & indiviſis, una & finibus, terminis, acceſſionibus, uſibus aquarum, aquarumque ductibus cum omni iure ac iacentiis & pertinentiis ad ipſas locas & vocabula pertinentia in integrum. Quos autem iſtis caſis capellam ſediminibus, vineis, & areis ſuarum, terris arabilibus, cultis & incultis, gerbis, pratis, ſeu fraſcareis, & areis ſuarum, ripis, & rupinis, ac paludibus, molendinis, & piſcationibus & ſtaldieis, ſeu res illas omnis iuris in integrum ſuperius dictas una cum acceſſionibus & ingreſſibus ſeu ſuperioribus & inferioribus earum rerum qualiter ſuperius in integrum ab hac die in eodem monaſterio ſancti Apoſtoli Petri &

in eadem canonica ſanctæ Mariæ dono, cedo, offero, & per præſentem cartam offerſionis proprietario nomine ibidem confirmo. Inſuper per cultellum, per feſtucam nodatam, vvantonem, & vvaſonem terræ, atque ramum arboris in eodem monaſterio, & in eadem canonica exinde facio traditionem, & inveſtituram, & me exinde foras expuli, vuarpivi, & abſens me feci, & in eodem monaſterio, & in eadem canonica, & ad earum proprietatem habendum relinquo faciendum exinde pars ipſius monaſterii, & canonicæ, aut cui pars ipſius monaſterii, & canonicæ dederint legaliter a præſenti die proprietario nomine quidquid volueritis ſine omni mea, & hæredum, & prohæredum meorum contraditione vel repetitione, ſi quid vero, quod futurum eſſe non credo, ſi ego qui ſupra Willelmus, quod abſit aut ullus de hæredibus ac prohæredibus meis, ſeu quælibet oppoſita perſona contra hanc cartam offerſionis ire tentaverimus, aut eam per covis ingenium ſubtrahere quæſierimus vel inferamus ad illam partem, aut aliquam exinde litem intulerimus, mulctaque eſt pœna auri optimi uncias centum argenti pondera ducentum, & quod repetierimus vindicare non valeamus, ſed præſens carta offerſionis diuturnis temporibus firma permaneat atque perſiſtat inconvulſa hac ſtipulatione ſubnixa, & a me qui ſupra Villelmus una cum meis hæredibus; ac prohæredibus eidem monaſterio aut canonicæ aut cui pars ipſius monaſterii & canonicæ legaliter dederint, iſtam offerſionem qualiter ſupra in integrum ab omni homine defenſare qui ſi defendere non potuerimus, aut ſi vobis exinde aliquid per quodvis ingenium infrangere quæſierimus, tunc in duplum eamdem offerſionem ut ſupra, in eodem monaſterio, & in eadem canonica reſtituamus ſicut pro tempore fuerit meliorata aut valuerit ſub extimatione in conſimilibus locis. Hanc cartam enim offerſionis, & donationis, & bergamena cum atramentario de terra elevavi paginam Lanfranchi notarii ſacri Palatii tradidi & ſcribere rogavi, in qua ſubter confirmans, teſtibuſque obtuli roborandam. Actum infra civitatem Aquis prope canonicam ſanctæ Mariæ feliciter. Signum manus infraſcripti Villielmi, qui hanc cartam offerſionis fieri rogavit ut ſupra. Signum manus Anſelmi ſeu Alberti de Lanerio lege viventes Romana teſtes. Signum manus Rubaldi ſeu Gandulfi teſtes. Ego Petrus notarius ſacri Palatii ſicut in carta quondam Lanfranchi notarii, qui eam tradidit inveni, hanc cartam exemplavi. Ego Ogerius notarius ſacri Palatii videns exemplar hujus cartulæ totum ei in ſententia, & grammatica ſimile me ſubſcribo. Ego Vbertus Galea de Aquis notarius Palatinus mandato D. Alberti Aquenſis Epiſcopi ſicut inveni per Petrum ſupraſcriptum notarium & Ogerium ſcriptam hanc cartam ut ſupra, ita & iſto ſcripſi exemplo ec. Ego Bonfilius notarius Palatinus ec.

Donatio Valteriæ B. Guidoni Epiſcopo Aquenſi.

19 MXLII

Die martis, quæ fuit decimaquinta junius anni MXLII. indict. X. chartam donationis fecerunt tibi Domne Wido hujus ſanctæ Aquenſis Eccleſiæ Epiſcopus ſuiſque ſucceſſoribus in perpetuum. Ego Walteria quondam D. Alberti cum filiis meis Giſulfo, & Alberto, & Herzo quod D. Adelprandus qui fuit vir meus de omni eo quod habemus, & poſſidemus aut habere & poſſidere videmur, & quod fuit de mei jure ego qui ſupra Walteria atque meorum in loco & fundo de Viſione, quodque rectum, & laboratum eſt per Walterium, qui eſt liber homo & per Giſalfredum Herzonem, & Radulfum qui ejuſdem filii. Sunt autem per menſura juſta jugia CCC & XX in loco dicto . . . choeret ei da una parte terra Epiſcopatus hujus ſanctæ Aquenſis Eccleſiæ, da alia terra Domini Marchionis detercia, & de quarta terra mei qui ſupra Walteria filiorumque meorum, qui ſupra nominatorum . . . . . faciendum de proventibus ipſius terræ omni anno in perpetuum . . . . . atque officium per Canonicos hujus ſanctæ Aquenſi Eccleſiæ . . . . . qui . . . . . aſſiſtere teneantur . . . . . & in refretorio comuniter (*deſunt 4. lineæ hujus ſcripturæ cum dimidia*) Actum in hac civitate Aquenſi præſentia bonorum virorum quorum nomina . . . . . & ſubter ſcribi juſſimus (*hic in fine evanuerunt 4. lineæ.*

Diploma Henrici Imp. II. Eccleſiæ Aquenſi.

M L I I. 20

In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Heinricus ſecundus divina favente clementia magnus ac triumphator Romanorum Imperator Auguſtus. Si juſtis ſi rectis fidelium noſtrorum petitionibus aures noſtræ ſerenitatis accomodaverimus, promtiores ac devotiores eos fore circa noſtræ fidelitatis obſequia minime dubitamus. Decet enim noſtram Imperialem celſitudinem ſanctarum maxime Eccleſiarum continuam habere ſollicitudinem, ut qui divina diſpenſatione per interceſſionem omnium ſanctorum imperamus (1) & in conſervandis Eccleſiaſticis rebus provida, & ad largiendum promtiſſimi inveniamur. In nullis quippe exercendis negotiis ab omnipotente regum rege adeo confidimus remunerari, & pro talento nobis credito centeſimum recompenſationis emolumentum conſequi, quam ſi Chriſti Eccleſias jugo ſæcularium oppreſſionum ſolutas fieri & ab omni adverſantium noxa (2) liberas manere elaboremus. Quapropter omnium fidelium ſanctæ Dei Eccleſiæ noſtrarumque præſentium ſcilicet ac futurorum comperiat induſtria, quod nos interventu dilectiſſimæ contectalis noſtræ Agnetis, nec non precatu Opizonis Cancellarii noſtri ſanctæ Dei Aquenſi Eccleſiæ concedimus & in perpetuum donamus, & a noſtro jure in jus, & proprietatem ſibi ejuſque rectoribus Epiſcopis funditus transfundimus, ſtatuentes ut in his locorum vocabulis videlicet in Aquenſi civitate, Melaxo, Cartoxio, Caſtro novo quod dicitur Formentiana (3), in Biſtanno, in Tertio, in Alis, in Paternis, in Setebri, in Caſſinis, in Camelario, in Cavatorio, in Foro, in Croniardo, & in terris S. Vigilii placita prædictæ Aquenſis Eccleſiæ Epiſcopi perenniter teneant, diſtrictiones & duella legaliter faciant. Inſuper etiam noſtra imperiali ſanctione ejuſdem Eccleſiæ concedimus Epiſcopis, & perenni jure hac præceptali promulgatione corroboramus,

ut quoſcumque advocatores velint, eligendi facultatem habeant, & omnis publicæ exactionis poteſtatem in prædictis locis exhibeant omni Marchionum Comitum vice-comitum, ſeu quarumlibet perſonarum poteſtate reciſa; ſi vero quod abſit aliquis contradictor hujus noſtri præcepti extiterit, & hanc noſtram imperialem confirmationem irrumpere temptaverit, quingentas libras puriſſimi auri componat medietatem Cameræ noſtræ, & medietatem ſanctæ Aquenſi Eccleſiæ, ejuſque Epiſcopis in perpetuum. Ut igitur hæc noſtra conſtitutio inconcuſſum obtineat vigorem (4) inferius manu propria hujus præcepti paginam confirmantes ſigillo noſtro impreſſo eam inſigniri juſſimus.

Signum Domini Henrici ſecundi Romanorum Imperatoris Auguſti. Opizo Cancellarius vice Herimanni Archiepiſcopi, & Archicancellarii recognovi.

Datum VII. idus jul. anno Dominicæ Incarnationis TLII. indict. V. (5) anno autem Domni Henrici tertii Regis, ſecundi Imperatoris ordinationis ejus XXIIII. imperii VI. actum Radisbone feliciter amen.

(1) *In exemplari D. Gatti* imperatores. (2) Nexa *ita in vetuſto quodam exemplari Archiv. Epiſcop. ex Autographo deſcripto a duobus notariis juſſu Guidonis Epiſcopi Aquenſis anno* 1346. 6. *novembris coram Jacobo Fontana notario Imperiali*. (3) *Apud Gatti* Formentianum. (4) *Apud Gatti additur* per ſæcula.

(5) *In tranſunto Guidonis Epiſcopi MLIII. ind. X. vides ergo quantum hiſce apographis licet vetuſtis fidendum ſit. In hoc Notarii teſtantur diploma habuiſſe ſigillum appenſum*, in quo erat imago deſignata habens pileum in capite, in dextera manu ſceptrum, in ſiniſtra rotundum quoddam cum Cruce deſuper poſita, & in circulo ipſius Imperatoris nomen.

Confirmatio donationis duarum Capellarum S. Petri, & S. Benedicti villæ de Lugo facta Abati Silveſtro ex arch. mon. Savilian.

21 M L V.

In nomine Domini Dei & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti, ſecundo Henrico gratia Dei Imperatore Auguſtus, anno imperii ejus Deo propitio nono, die menſis madii, indictione octava, monaſterio S. Petri conſtructum in villa, quæ dicitur Saviliano. Nos Adila Comitiſſa filia quondam Azonis Marchio, & relicta quondam Anſelmi, itemque Marchio & Anſelmus & Hugo germanis mater, & filii prædicto quondam Anſelmi quod profeſſa ſum ego ipſa Adila ex nativitate mea legem vivere Langobardorum, & nos quem ſupra germanis etiam nationes noſtras lege vivere Salica, ipſi namque filii, & mundoaldi mei mihi conſentiente, & ſubter confirmante promittimus, & ſpondimus quaſi oblicamus nos quem ſupra mater & filii una cum noſtris heredibus, ac proheredibus, ut amodo nulli unquam intereſſe non habeamus licentiam nec poteſtatem agere, nec cauſare, eſt tamen pars ipſi monaſterio, aut cui pars ipſi monaſterio dederit nominative de capellas duas cum omnibus rebus ad ipſas pertinentibus ſeu & omnibus rebus juris ipſi monaſterio, quibus ſunt poſitis in loco, & fundo Lugo, & in ejus territorio: una ex eiſdem capellis eſt ædificata in honore S. Petri, alia eſt ædificata in honore S. Benedicti nominative prædictas capellas, ſeu & omnibus aliis, prædictis rebus ſicut advenerunt ante hos annos ad pars ipſi monaſterio per chartam offerſionis de parte quemdam Ottani, & quemdam Odilo qui & Wido matre, & filii dicendum quod nobis exinde aliquid pertinere debent ſe ex omni terræ exinde taciti, & contenti permaneamus. Quid ſi ambo aliquando terræ nos quem ſupra mater & filii, noſtriſque heredibus, ac proheredibus adverſus pars ipſi monaſterio, aut cui pars ipſi monaſterio dederit de prædictas capellas, ſeu de jam dictis rebus omnibus agere, aut cauſare, vel removere præſumſerimus, & taciti exinde omni tempore non permanſerimus, vel ſi apparuerit ullum datum, aut factum, vel quod libere ſcriptum, quod nos exinde in aliam partem feciſſemus, & claruerit; tunc promittimus quaſi oblicavimus duplis ipſis rebus ſicut pro terra fuerint melioratis, aut valuerint ſub æſtimatione in conſimilibus locis. Inſuper pœna ori optimi oncias centum, argenti pondera ducenti, & in eo tinore ut ſupra latius quidem, & ad hanc confirmandam promiſſionis chartam accepimus nos, quem ſuper mater & filii a Te Domnus Silveſter Abbas ejuſdem monaſterio exinde Launechild Croſna una. Ut hæc noſtra promiſſio ſicut ſupra latius pars ipſi monaſterio, aut cui pars ipſi monaſterio dederit perennis temporibus firma permaneatur quaſi perſiſtatur & Bergamena cum actramentario de terra elevavimus, noſque ſupra germanis paginam Aldeberti notario Sacri Palatii tradidit, & ſcribere rogavi, in qua ſubter confirmans teſtibuſque obtulit roborandam. Factum in ripa Padi in comitatu ....

Permutatio Eccleſiarum, ac poſſeſſionum inter S. VVidonem Epiſcopum Aquenſem, & Sigulfum Abatem monaſterii S. Petri.

M L V I. 22

In die Veneris, quod eſt quarto decima julii in Camera ſolariata, quæ eſt in .... Caſtelletto Epiſcopio ſanctæ Aquenſis, præſentia bonorum hominum, Romanos, & Longobardos, corum ſubter leguntur, per fuſtem, quod ſua tenebat manus dedit inveſtituram Dominus Wido gratia Dei Aquenſis Epiſcopus Sigulfus Abba Monaſterium S. Petri, ſitum foris prope civitatem Aquis nominative de Eccleſia una, quæ nuncupata eſt Capella, cum hominibus, rebus a ſe pertinentibus juris ipſius Epiſcopi, quæ eſſe videtur in loco, & fundo Barbata ſupra fluvio Burmia, quæ eſt ipſa Eccleſia ædificata in honorem S. Quirici; præter ante poſuit tota illa terra, quæ Agiradus Vicedominus per beneficium detinebat ex parte ipſius Epiſcopio; nam alia omnia ut infra. Ita tamen ut faciat ipſe Sigulfus Abba, & ſuos ſucceſſores a parte jam dictum Monaſterium S. Petri, de jam dicta Eccleſia cum hominibus, rebus a ſe pertinentibus, quidquid voluerit, ſine homni contradictione eidem Domini Widoni Epiſcopus, ſuoſque ſucceſſores, præter quod ſup. ante poſitum eſt. Sed præter hoc ipſe Dominus Wido Aquenſis Epiſcopus eidem Sigulfus Abba iſta inveſtita dedit de eandem Eccleſia, cum hom-

nibus rebus a se pertinentibus, præter quod supra ante positum est a parte suum Monasterium, quod ipse Sigulfus Abba eidem Wido Episcopus, suosque successores, aut cui ipse Wido Episcopus dederit, aut ordinaverit, aut contra ipsam institutionem, aut ordinationem, quam prædictus Wido Episcopus fecerit, finem, & refutationem feci tam per se quoque exspondit, se suosque successores. Nominative de Ecclesia una cum hominibus rebus a se pertinentibus, qui juris est isto Episcopio, & esse videtur in loco, & fundo supra rio de Lusiniolo, foris prope civitatem Aquis, & est ædificato in honore sancta Dei Genitrix Virginis Mariæ, quæ dicitur de Monasterium; præter ante posuit ipse Sigulfus Abba in eodem fine, & refutatione Braidam una, quæ fuit deprecaria, quæ est justa Moneta; & similique silva una, quæ ipse Sigulfus Abba detinebat in Casaronia a parte suum Monasterium, & ibi locum, ubi ipse Domnus Wido Episcopus eandem investitura dedit eidem Sigulfus Abba exspondit se suosque successores ut si voluerit alito vero tempore prædictus Sigulfus Abba, aut suos successores, aut suum Monasterium inquietacionem, aut molestacionem, aut subtercionem facere de ista Ecclesia, vel res, quod ei investivi sicut supra jam dictum est, aut si per placitum fatigare quæsierit, & taciti exinde homni tempore non permanserint, vel si apparuerit ullum datum, aut factum, vel collibet scriptum, quod ipse Wido Episcopus ex aliam parte feciisse, & claruerit .... promisi se suosque successores a parte jam dictum monasterium pœna argentum den. bonorum libras centum, & in eo tinore ut supra .... haccepit; ipse Domnus Episcopus Wido ab eodem Sigulfus Abba exinde Launechild crausnam una & pro honore Episcopio suo, nec eis liceat ullo tempore nolle quod voluit, sed quod ab eis semel factum, vel quod scriptum est inviolabiliter conservare promisi ..... stipulatione subnixa, unde duo breves uno tinore scripti sunt. Factum est hoc anno ab incarnatione Domini nostri Jesu Christi millesimo quinquagesimo sexto, imperio vero Domni secundi Henrici decimo isto die Veneris indictione nona.

✠ Ego Wido Episcopus scripsi. Signum manibus Tedixius, & Willielmi, Hieronimi, seu Johannis homines legem viventes romana interfuere testes.

Signum manibus Arnaldi, & Ingoni interfuere testes. Ego Michael Notarius, & Judex Sacri Palatii interfui, & in brevem scripsi.

Fundatio monasterii S. Mariæ de Campis facta a B. VVidone Episcopo Aquensi.

23 M L V I I.

In nomine Domini Dei Salvatoris nostri Jesu Christi. Guido Dei omnipotentis largiente clementia Aquensis Episcopus quamvis indignus sanctorum Patrum vestigia subsequentes, & admonitionis divinæ memoriam assidue recolentes psalmographi dictum ad mentem reducimus non immemores: *mihi autem adhærere Deo bonum est*, rursusque reminiscentes Evangelici sermonis: *qui bona egerunt ibunt in vitam æternam*; statuimus aliquid in præsentiarum, per quod probemus adhærere Deo, & ad vitam æternam festinare illo propitio, qui nostræ salutis cooperator existit sollerti adminiculo. Sit ergo cognitum omnibus Ecclesiæ Dei fidelibus tam præsentibus, quam futuris, seu absentibus, interventu nostrorum fidelium Clericorum, atque Laicorum Nos ædificasse monasterium in suburbio nostræ civitatis Aquensis, in qua pontificali etsi immerito insula auctore Deo resideo Pastor & Rector, & hoc ipsum feciisse in honore S. Dei Genitricis semper Virginis Mariæ, quam vere credimus posse impetrare nobis a suo Filio Domino nostro Jesu Christo veniam omnium delictorum. Perfecimus autem supra memoratum Cœnobium, quod per multa annorum curricula imperfectum fuit ad honorem omnipotentis Dei pro salute Regis nostri Henrici, & Dominæ nostræ Imperatricis Agnetis, nec non pro statu, & incolumitate totius Christianitatis. Enimvero pro animæ nostræ remedio & Patris nostri, ac Deo fidelissimæ matris, omniumque nostrorum successorum, ut petitionibus illi Deo servientium, salutem animæ, & corporis adipiscantur, & obtineant; si autem incœptum opus perficere nequeo, saltem cœpisse proficiat ex integro secundum illud B. Gregorii Papæ. Bonum ergo opus sit in voluntate, nam ex divino adjutorio erit in perfectione. Testor equidem summum Patris Filium Deum, ac Dominum non meis viribus, nec plurimo posse, me inchoasse Cœnobium construere, sed Deo inspirante, qui dixit: *sine me nihil potestis* facere, simulque propheta admonente: *nihil deest timentibus Deum*. Spero enim in Christo Deo, quia qui dedit nobis voluntatem incipiendi, dabit etiam effectum consumandi, & secundum locum augendo amplificabit in spiritalibus rebus, & terrenis Domino nostro Rege adjuvante, succurrente, & Episcopatum nostrum a devastationibus & prædonibus, & persecutoribus liberante: quod vero supra taxato Cœnobiolo de paupertate nostri Episcopii, atque aliqua portione paterni, nostrique prædii, leto animo largimur, volumus notum fieri cuncto sæculo, ac nostrorum præsentium cœtui, ac futurorum fidelium venerabilissimo: Damus igitur, atque concedimus de jure nostri Episcopatus præfato monasterio S. Mariæ de terra arabili jugias duodecim, & sextaria quindecim, de prato vero jugias tres, & sextaria tria, quæ continentur, & jacent, infra duos rivulos prope ipsum Monasterium, quorum unus vocatur Lusignolus, alter vero dicitur fossatum de Moliis, & quidquid deinceps Christo auxiliante ipsi monasterio adquisierimus, & ibi dederimus; de proprietate autem & jure, paterni, nostrique prædii concedentes tribuimus medietatem de una silva, quæ jacet ultra Burmiam, in loco, qui nuncupatur Pallareta, & mansum unum in Melagio, quod est laboratum per Martinum de Calegonia, & filium ejus; alium vero in Cartausio, quod est laboratum per Erinzum, & Petrum; in castro autem Falmenciano alium, quod est laboratum per Widonem: quartam etiam partem de uno sedimine cum area sua, quod fuit quondam Joannis, qui cognominabatur infantulus, nec non & quatuor sextarios de vinea in Fontanelle juris prædicti Joannis; unum quoque modium de vinea ultra

qui fuit laboratus per Maurontum, & Sigvaldum germanos. Hæc autem omnia, quæ in hoc decreto a nobis facto leguntur, atque deinceps Deo adjuvante ipsi monasterio acquisierimus, quodque a fidelibus hominibus sibi juste datum fuerit in sempiternum tenendum, possidendum, regendum, utendum, digna & firma, inviolabilique censura confirmamus absque ulla nostra successorumque nostrorum, vel aliquorum hominum contradictione, diminutione, atque oppressione, eo tamen tenore ut liceat regulari Abbatissæ ipsius monasterii, & sanctimonialibus ejus, ibi Deo regulariter servientibus, ea tenere, possidere, & uti sub obtentu divini servitii cum omni pace, quiete, & securitate ad honorem summi, & ineffabilis Dei, non ad damnum, vel detrimentum Ecclesiæ sibi commissæ, & crediti gregis. Propterea statuentes, ordinamus, & observandum censemus, ut nostri successores Episcopi eligant Abbatissas in hoc Monasterio vita, & moribus probabiles, & ad Dei servitium idoneas, quas regulariter ordinent, & sine pecunia consecrent. Si quis vero (quod absit) vel ex nostris successoribus, aut aliquis ex adversantibus hanc nostram institutionem infringere, diminuere, aut calumniare tentaverit, seu aliquid mali, vel læsionis, aut fraudis intulerit, sciat se compositurum auri optimi uncias ducentas, argenti pondera trecenta, medietatem Regiæ Cameræ, & medietatem suprascripto monasterio S. Mariæ. Ut autem hoc decretum firmum credatur, & stabile permaneat, manu nostra, & Clericorum nostrorum, atque aliquorum bonorum Laicorum confirmavimus. Actum anno Incarnationis Domini nostri Jesu Christi millesimo quinquagesimo septimo, indictione decima. Ego Wido gratia Dei Episcopus Aquensis in hoc decreto a me facto scripsi. Ego Sigulfus Abbas. Ego Ribaldus Diaconus. Ego Joannes Archipræsbiter. Ego Azzo Præsbiter. Ego Bero prior. Ego Germanus Diaconus. Ego Benedictus Subdiaconus. Ego Lampertus Accolitus. Ego Brunus monachus subscripsi. Ego Benedictus Monacus. Ego Agradus scripsi.

Ad instantiam A. Bonifacii de Porta de Tercio, Guido Episcopus Aquensis, & Comes jussit Novello Notario Imperiali ex originali copiam extraheret, quod spectat ut ibi dicitur Abbatissæ, ac Monasterio S. Mariæ de Campis.

Donatio Adalasiæ Comitissæ Ecclesiæ Astensi ex Cartul. ejusdem Ecclesiæ.

24 M L X V.

Instr. rog. Guisemberto Not. Sac. Pal. anno ab Incarn. D. N. J. C. 1065. 14. die mensis madii indict. 3. offertio, sive donatio facta Episcopio sanctæ Astensis Ecclesiæ, ubi nunc D. Girelmus præesse videtur ab Adalasia Comitissa filia quondam Magifredi marchionis de castro S. Stephani cum capella in nomine S. Stephani ædificata; de castro Canali cum capella ædificata in nomine S. Silvestri cum sediminibus, & omnibus rebus ad dicta castra, & capellas pertinentibus, & omnibus rebus in valle Blandinasca, seu in villa S. Michaelis cum capella, & cunctis pertinentiis in Ventroni, & in Vezano cum capella S. Georgii, quæ est in Novelle, in valle Gadoni, Loreto, Carugnano, in Valle Plana, in Cerù, Ceredullo, Cerretto, & in Predariolo cum castro, & omnibus ad castra, & capellas pertinentibus.

Privilegium civitati Savonæ ab Auberto Marchione Savonæ concessum ex Guichenon Bibl. Sebl. Cent. 1. nunc emendatius.

M L X X I. 25

In nomine sanctæ, & individuæ Trinitatis. Notum sit omnibus nostris fidelibus, nostrisque hominibus Saonensis (1) tam præsentibus, quam futuris, quod ego Aubertus marchio promitto, atque spondeo propter fidelitatem, & servitium nostrorum hominum Saonensium retinendum, quod ab hac hora in antea non intrabo in castello Saonæ per nullam vim ingenium, nullaque occasione quod (2) fieri potest, nec ullam albergariam de castello, nec de burgo, nec de civitate si facta fuerit non requisiero nisi sub tectis mansionibus nostros fideles, & caballos nostrorum fidelium majorum seximento (3) personarum, vel de more in castello, sive in burgo, atque civitate si facta fuerit non faciam sine legali judicio, neque a nostris fieri permittemus. Generale placitum nisi semel in anno custodiendi tribus diebus eisdem civibus Saonensibus non imponemus, & hoc generale placitum non requiro nisi de festivitate omnium Sanctorum usque ad se tuagesimæ. Contentionem autem vel litem prædii, vel libellariæ, vel cujuscumque rei si venerit in meis prædictis hominibus habitantibus in castello Saonæ, vel burgo, vel civitate cum sacramentales (4) de rebus, vel libellariis injuste abbatis (5) usurpatione per 20. annos. Nam per duos cives Saonenses qualemcumque litem orta fuerit me definire oportet, quomodo illorum dirigitur consuetudo quidem (6) & spondeo atque promitto ego qui supra Autbertus marchio, vel meos heredes (7) adversus populum Saonensis hæc statuta violare, vel frangere tentaverimus tunc imponamus auri optimi libras centum medietatem Cameræ Regis, & medietatem jam dictis civibus Saonæ anni ab Incarn. Dom. N. J. C. MLXXI. Ind. 15. Ego Auberto, qui hunc testamentum fieri rogavi ut supra ei relicta est testes fuere Astengo, Carbonus, Daniel, judex interfui.

(1) *Comitatus.* (2) *Quoad.* (2) *Forte* sex, vel octo, vel sequimento. (4) *Locus vitiatus, nec correctu facilis.* (5) *Ablatis.* (6) *Item.* (7) *Quod si.*

Donatio Adalasiæ Comitissæ Ecclesiæ Astensi ex ejusdem Ecclesiæ Cartulario.

M L X X X I X. 26

Die jovis idibus junii indict. XII. anno D. Inc. 1089 In nomine sanctæ, & individuæ Trinitatis. Ego Adalasia Comitissa cum nuru mea Agnete, & filia ejus Agnete reddimus, concedimus, & donamus Ecclesiæ S. Mariæ ad partem Astensis Episcopatus, & domno Oddoni ejusdem Ecclesiæ designato Episcopo abbatiam S. Dalmatii, & plebem de Lovoldeso sicut Episcopus Girelmus aliquo tempore eas melius tenuit: silvam etiam de Bannali sicut inveniri potest per incolas Bajennæ, & S. Al-

bani, qui jurejurando obstricti illam indicaverint. Insuper etiam concedimus omnem terram, de qua contentio fuit inter castrum Noni, & Roccam, atque propter illud quod supradicta Ecclesia habet in comitatu Bredolensi, quod nos etiam dicto Episcopo pro beneficio accipimus, donamus ei totam illam terram, quæ glarea dicitur hoc est quidquid habere videmur a medietate Tanagri fluminis usque ad castellum de la Rocca cum 50 lib. ita tamen ut portus semper in nostro jure permaneat. Etsi Episcopus in sua ripa molendina facere voluerit faciat, & portum alium in alio loco si voluerit constituat; nec nostri nostrum ripatum suo portui prohibeant. Remittimus etiam contentionem de la Vicia sicut finitum fuit inter Domnum Petrum Marchionem, & Episcopum Ingonem. Hæ omnia sicut prædiximus, remittimus, concedimus, donamus remota omni nostra, nostrorumque heredum, ac proheredum contradictionem per bonam fidem, & sine malo ingenio.

Donatio Bonifacii marchionis quondam Othonis facta Uberto Aquensi Episcopo prædii in Lanerio.

27 MLXXXX.

Anno Dom. Incarn. MLXXXX. die lunæ quod est XI. cal. aug. in castro de Ceva. Ego Bonifacius marchio filius quondam Othonis, qui professus sum ex natione mea lege vivere Salicha una cum . . . . . præsentia bonorum hominum, quorum nomina subtus leguntur tradiderunt Domno Uberto sanctæ Aquensis Ecclesiæ Episcopo, ejusdemque Ecclesiæ nominative mansum unum situm in loco, qui dicitur Lanerio cum ædificiis, & rebus omnibus ad eum pertinentibus . . . . . cum areis suarum, terris arabilibus, sive omni territorio ad eum pertinente, qui est rectus, & gubernatus per Arpertum, atque Anselmum liberos homines ut faciant ipse Domnus Episcopus, ejusque successores a præsenti die de ipso manso proprietario nomine quidquid voluerint sine omni contradictione ipsorum qui supra Bonifacii marchionis &c. . . . . Actum est hoc anno Dominicæ Incarnationis MXC. indict. XIII. interfuerunt testes Domnus Albertus de Lanerio . . . . . Guido Judex, Domnus Azzo de Rupecula & multi alii. Et ego Anselmus de Tresio Notarius hanc chartam scripsi.

Donatio Uberti Episcopi Aquensis Ecclesiæ S. Crucis Mortariensis de duabus Ecclesiis loci Lanerii.

28 MLXXXXIV.

In nomine sanctæ, & individuæ Trinitatis. Ego Ubertus Dei gratia sanctæ Aquensis Ecclesiæ quamquam indignus Episcopus consilio, & assensu Canonicorum nostrorum, atque Dominorum, & Vicinorum loci Lanerii pro mercede animæ nostræ, & nostrorum, tam prædecessorum, quam successorum tradimus, donamus, & canonice concedimus Ecclesiam S. Johannis, & Ecclesiam S. Michaelis, quæ sitæ sunt in loco, & fundo Lanerii, Ecclesiæ S. Crucis Mortariensis in manu Domini Oberti viri utique Religiosi præfatæ Ecclesiæ præpositi: ut Mortariensis Ecclesiæ tam denominatus Præpositus, quam sui successores habeant, teneant, & quiete possideant, atque sine nostra, nostrorumque successorum, vel alterius spiritualis, secularisque personæ contradictione, aut molestia, eas pro volontate sua disponere facultatem obtineant: salvo tamen jure Aquensi Ecclesiæ, & Christianorum Episcoporum ibidem Deo militantium. Præterea fratres in præfatis S. Joh., & S. Michaelis Ecclesiis pro tempore Deo servientes canonicam vitam ducere, & canonicas institutiones Mortariensis Congregationis servare a nullo prohibeantur. Donationes vero, quas prædicti Domini eisdem Ecclesiis contulerunt, & imposterum ab eis, vel ab aliis collatæ fuerint, vel possessiones, quas juste adquirere poterint laudamus, & Episcopali auctoritate corroboramus, & sub tutela nostra, & successorum nostrorum catholicorum susscipimus. Quicumque autem ausu temerario contra hanc decreti nostri paginam ire præsumpserit, & aliquid eorum tam de jure Ecclesiastico, quam de bonis temporalibus, quæ in eis continentur quoquo modo infringere tentaverit censuræ Ecclesiasticæ terrore corrigatur, & donec resipiscat, Excommunicationis perpetuæ subjaceat, & sicut Apostolus dicit sit anathema, maranatha, & ut hoc firmius teneatur propria manu roboramus, & subscripsimus. Ego Ubertus Episcopus subscripsi. Ego Wido Cantor Præsbiter, & Can. subscripsi. Ego Anselmus Diaconus subscripsi. Ego Petrus Aquensis Ecclesiæ Præpositus subscripsi. Ego Petrus Diaconus subscripsi: *extant ligamenta sigilli in fine.*

A tergo S. Joh., & S. Michaelis de Laneriis Aquensis Diœcesis.

Jura Ecclesiæ Aquensis, & Monasterii Sancti Petri in Casanova.

M C. 29

In nomine Domini, ac Salvatoris nostri Jesu Christi die lunæ qui est octavo mensis octobris. Breve recordationis pro futuris temporibus ad memoriam retinendam qualiter Dominus Azo venerabilis Episcopus Aquensis Ecclesiæ fecit pactum & conventum cum Domino Abbate Ioannis de Monasterio sancti Petri de Burgo civitatem Aquis & monachis, nec non & cum Domino archipresbitero Uberto de Ecclesia sanctæ Mariæ civitatem Aquis, & cum canonicis ejusdem Ecclesiæ scilicet quod Dominus Azo consensu & voluntate prædicti Abbatis, & archipresbiteri dedit, & investivit homines de Casanova de sedimina & pascua & mansibus in loco de Montebono ut habeant a præsenti die libere & absolute sine mea & successorum meorum conditione, & ipsi debeant facere fidelitatem Domino Episcopo ad custodiendum, & defendendum castrum de Montebono, & debeant facere vautam & casticium, & clausuram ejusdem castri, & supradictus Episcopus debet defendere, & custodire supradictos homines quemadmodum & suos. Supradictus Abbas & monachi & archipresbiter & canonici habeant, teneant, & possideant supradictos homines de Casanova pacifice & quiete cum omni honore sicut

habebant in ſupradicto loco de Caſanova, videlicet quod habere debeant fidelitates ſupradictorum hominum, & albergarias, & diſtricta, & inveſtituras, & placita de omnibus offenſionibus, & fructa, & bannos, & iudicantias, & aportum, & fotrum omnia, ut ſupradicta debeant habere, & tenere in loco ſupradicto de Montebono. Ut autem hunc breve firmum, & ſtabile permaneat per manus Oddonis notarii judicis fieri juſſimus, & ad memoriam reduci. Actum in loco civitatem Aquis in camera ſolariata jamdicti Domini Azonis Epiſcopi & in præſentia dicti Abbatis, & monachorum, & Archipresbyteri, & canonicorum anno Dominicæ Incarnationis 1100. inſcripti dies menſis indict. 8. Signum Domini Azonis qui hunc breve juſſit fieri Signum manuum Alinenſi, & Alberti, & Ingilberti. Signum manuum Gargani, & Oberti, & Joannis de Ritorto teſtium. Ego Petrus Notarius Sacri Palatii mandato, & parte Domini Arditionis Archipresbyteri Aquenſis, Villelmi Vagni præpoſiti, & maſſarii S. Petri, ut in brevi quondam Oddonis Judicis, & Notarii qui ipſum tradidit, inveni hoc exemplum, nihil addens, vel minuens exemplavi.

Ego Ubertus Notarius Palatinus de Aquis mandato Domini Alberti Aquenſis Epiſcopi, prædictum breve exemplatum a dicto Petro ſicut ipſum inveni ſcriptum, ita in ipſo ſcripſi exemplo, &c.

Ego Bonfilius Notarius Palatinus, &c.

Donatio Marchionum Vilielmi, & Rainerii Eccleſiæ Vercellenſi ex autographo Archivii ejuſdem Eccleſiæ.

M C I.

Anno ab Incarnacione Domini noſtri Jeſu Chriſti milleſimo centeſimo primo, quinto calendas januarii, indicione nona. Quadrantanæ (1) vinii Eccleſiæ S. Euſebii Vercellenſi, & Epiſcopatu (2). Nos Vuilielmus, & Reinerius fratres, & Marchiones filii quondam item Vuilielmi Marchionis de Ravenna (3), ſeu Otta comitiſſa mater, & filii, & filia quondam Tebaldi de Agldo (4), & relicta jam dicta quondam Vuilielmi Marchionis quondam vir meus, qui profeſſi ſumus ex nacione noſtra lege vivere Salica. Ipſa (5) namque filiis meis Wilielmo Inforſado, & Rainerio mihi conſencientibus, & ſubter confirmantibus præſens præſentibus duximus (6). Quiſquis in ſanctis, ac in venerabilibus locis ex ſuis aliquid contulerit rebus, juſta auctoris vocem centuplum accipiet, & inſuper quod melius eſt vitam poſſidebit æternam, ideoque nos qui ſupra mater, & filii donamus, & offerimus in eadem Eccleſia S. Euſebii, & eadem quadrantinæ vinii hoc eſt manſum unum cum omnibus rebus ad ipſum manſum pertinentibus pro anima ſupraſcripti quondam Vuilielmi genitoris noſtri, & jugalis, juris noſtri (7), quod habere habere viſi ſumus in loco, & fundo Cornale, & in Mataſco, & in eorum territoriis, quod eſt rectum, & laboratum per bonum Johannem filium quondam Leonis Ferrarii, & ſunt per menſura inter ſedimina, & vites cum areis ſuarum (8) terris arabilibus prata jerbia (9), ac ſtallareis cum areis ſuarum (10) adſuper totum jugeas . . . & ſi amplius de noſtris juris rebus inventum fuerit, quam ut ſupra menſuratum (11) per hanc cartam offerſionis, & (12) pro anima patris noſtri, & jugalis mei q. ſ. Otta mercede q. ſ. quondam Vuilielmi in eadem Eccleſia S. Euſebii, & in eadem quadrantina vinii, & parti Eccleſiæ, & quadrantinæ, aut cui pars Eccleſiæ dederit perſiſtat poteſtatem proprietario juris exceptis tria placita, quæ in noſtra poteſtate, & proprietate retinemus, hæc ſunt homicidia, furta, & adulteria. Nam alia omni (13) ut ſupra legitur ut dictum eſt, tam caſis, & ſediminibus vineis cum areis ſuarum (14) terris arabilibus, tam in locis, & fundis, ſeu in pertinencias (15) Cornale, & Mataſco pratis (16), paſcuis ierbis ſilvis, ac ſtallareis, buſcaleis (17) cum areis ſuarum (18), ripis rupinis, ac paludibus, coltis, & incoltis, diviſis, & indiviſis una cum finibus, terminibus, aſceſſionibus, & ingreſſionibus (19) aquarum, aquarumque ductilibus cum medietate molendini unius in flumine Pado (20) in navibus ibidem impoſitum cum piſcacionibus utriuſque ripis venationibus mercato aniſceris, roſcidis, caricis (21) placitis extra præfata tria placita, quæ ſunt furta adulteria homicidia, nam alia omnia in integrum cum omni honore, & redditu ad eumdem manſum pertinentem etiam (22) cum omni jure ajacenciis, & pertinenciis per loca, & vocabula ab ipſis rebus deſignatis omnia vel ex omnibus in integrum. Quod autem ſupraſcriptum manſum cum omnibus rebus ad ipſum manſum pertinentes juris noſtri prædictum una cum acceſſionibus (23), & ingreſſibus earum, ſeu cum ſuperioribus, & inferioribus earum rerum, qualiter (24) ſupra legitur omnia, vel ex omnibus integrum exceptis ſupraſcriptis tribus placitis ab hac die in eadem Eccleſia S. Euſebii, & in eadem quadrantina vinii donamus, cedimus, conferimus, & per preſentem cartam offerſionis ibidem habendum confirmamus ut ſupra legitur, & faciant exinde dicti Epiſcopus Eccleſie (25), & quadrantine vinii, aut (26) cui pars quadrantine dederit quicquit voluerint pro anima quondam ſupraſcripti Vuilielmi jugalis, & genitoris noſtri mercede ſine omni noſtra, & heredum, ac proheredumque noſtrorum contradicione, vel repeticione. Inſuper per cultellum, feſtucam, nodatam, mantonem, & manzonem terræ, atque ramum arboris, parte ipſius Eccleſiæ, aut cui pars Eccleſiæ dederit, & ipſi quadrantinæ dederit ad partem ipſius Eccleſiæ, & quadrantinæ legitimam facimus tradicionem, & inveſtituram, & nos exinde foris expulimus, varpivimus, & abſentes nos fecimus, & ad ipſius proprietatem jam dictæ Eccleſiæ, & quadrantinæ habendum relinquimus facientes Clerici (27) exinde a præſenti die qui ibidem pro tempore fuerint pro anima ſupraſcripti quondam Vuilielmi Marchionis mercede (28) viri, & genitoris noſtri, ſine omni noſtra & heredum, ac proheredumque noſtrorum contradicione, vel repeticione. Si quis vero quod futurum eſſe non credimus, ſi nos ipſi qui ſupra mater & filii quod abſit (29), aut ullus de heredibus, ac proheredibus noſtris, ſeu quelibet obpoſita per-

fona contra hanc cartam offerſionis ire quandoque tentaverimus, aut eam per covis ingenium infrangere queſierimus, tunc inferamus ad illam partem contra quam exinde litem intulerimus mulcta que (30) eſt pena auri obtimi uncias quinquaginta argenti ponderas centum, & quod repecierimus vendicare non valeamus, ſet præſens hanc cartam offerſionis diuturnis temporibus firma permaneat, atque perſiſtat inconvulſa conſtipulacione ſubnixa, & a nobis qui ſupra mater, & filii, noſtriſque heredibus, ac proheredibus in eadem Eccleſia, & cui pars quadrentine dederit, qualiter ſupra legitur (31) in integrum ab omni omine defenſare, quod ſi defendere non potuerimus, aut in eadem Eccleſia, aut cui parti ipſius quadrantinæ dederit exinde aliquid per covis ingenium ſubtraere quæſierimus, tunc in duplum eadem offerſio ut ſupra legitur (32) in eadem Eccleſia, aut cui parti ipſius Eccleſiæ dederit (33) reſtituamus ſicuti pro tempore fuerint meliorata (34) aut valuerint ſub exſtimatione in conſimilibus locis, & bergamena cum atramentario de terra elevavimus. Hanc enim cartam offerſionis paginam Folcaldi Notarius S. Palacii tradidit, & ſcribere rogavit, in qua ſubter confirmans, teſtibuſque obtulit roborandam. Actum infra caſtrum Tridini, quod dicitur burgum novum feliciter. Signum manuum ſupraſcriptorum Vuilielmum Inforſado, & Rainerium germani Marchiones, ſeu Otta comitiſſa mater, & filii, qui hanc cartam offerſionis fieri rogaverunt pro anima quondam item Vuilielmi Marchionis de Ravenna mariti, & genitoris noſtri mercede (35), & ipſi germani Vuilielmus, & Rainerius eidem matri eorum Otte comitiſſe conſenſerunt ut ſupra eorumque (36) relecta eſt. Signa manibus Oberti Marchionis de Monteglarono (37), item Rainerii de Felizano, ſeu Loterii, atque Obizo, ſeu Ozimino (38) Salici teſtes. Signa manuum Anſelmus de Stara, & Obizo de la Monoga (39), ſeu Otto, & Obertus de Odengo (40) teſtes. Et ego, qui ſupra Folcaldus Notarius S. Palatii, qui & Donadeus vocor ſcriptor hujus cartæ offerſionis (41) poſtraditam complevi, & dedi.

Licet hoc documentum jam fuerit ab Irico in Hiſt. Tridin. editum pag. 22., *tamen operæ pretium putamus rurſus edere. Habuit ille præ manibus exemplar mendoſum, cujus nos errata correximus. Quod ut perſpiciatur clarius, ideo hic variantes Irici ſubnectimus.* (1) *Quadrantinæ junii.* (2) *Epiſcopatus.* (3) *Ravennia.* (4) *Agledo.* (5) *Ipſis.* (6) *Deſunt tria verba præcedentia.* (7) *Jugalis veriſimiliter noſtri.* (8) *Suariis.* (9) *Pratis Zerbialibus.* (10) *Suariis.* (11) *Tamen ſunt aliter.* (12) *Eſſe.* (13) *Omnia.* (14) *Suariis.* (15) *Pertinentiis.* (16) *Prædictis.* (17) *Deeſt hoc verbum.* (18) *Suariis.* (19) *Ingreſſibus.* (20) *Padi.* (21) *Carticis.* (22) *Pertinere, & a nobis.* (23) *Aſcenſionibus.* (24) *Ut.* (25) *Clerici, & pars Eccleſiæ.* (26) *Deeſt.* (27) *Clericis.* (28) *Deeſt.* (29) *Quam aliquis.* (30) *Multaque.* (31) *Deeſt.* (32) *Deeſt.* (33) *Dederint.* (34) *Fuerit melioratum.* (35) *Deeſt.* (36) *Omniſque.* (37) *Monte-glaro.* (38) *Deeſt.* (39) *Moringa.* (40) *De Odrago.* (41) *Deſunt omnia verba a* palatii *uſque ad* poſtraditam.

Donatio Brunonis, & Adelaidæ populo Gamundienſi ex tabulario civitatis Alexandriæ.

M C V I. 31

Anno Dominico ab Incarnatione Domini noſtri Jeſu Chriſti milleſimo centeſimo ſexto, octavo decimo calendas februarii, indictione quartadecima. Gamundienſi populo tam majoribus, quam mediis, ſeu etiam minoribus amicis noſtris. Nos Bruno filius quondam Odonis, & Adelajda jugales, filia quondam Guidonis Marchionis, qui ſumus profeſſi ex natione noſtra, nos jugales lege vivere Salica ipſo meo jugale Brunone in cauſis Adelajdæ conſentiente amici, & donatores tui populis diximus. Quapropter donamus nos jugales a preſenti die dilectioni tuæ, & in tuo jure, & poteſtate per hanc cartam donationis in te habend. confirmamus idem quartam portionem de Villa Sezadii, & de caſtello, & noſtram portionem de boſco Sezadii juris noſtri excepto jugera XX. omnia ſupradicta... Quæ omnia per ſucceſſionem Alberti Alamani filii quondam Guidonis Marchionis fratris, & cognati noſtri nobis jugalibus venerunt, quæ omnia ſupradicta ab hac die tibi Gamundienſi populo donamus cedimus, conferimus, & per præſentem cartam donationis in prædicto populo per receptorem ipſius ſcil. Signifredum, & Guidonem filium Moronis de Veronica proprietario nomine habendum confirmamus. Inſuper per cultellum, feſtucam notatam Gauſonem, & Guaſonem terræ atque ramum arboris, & in eodem populo exinde legitimam facimus translationem & inveſtituram, & nos exinde foris expellimus, guarpivimus, & abſentes nos facimus, & ad proprietatem prædicti populi relinquimus faciendo Gamundienſes, & eorum heredes, & ſucceſſores, aut cui dederint jure proprietario nomine quidquid voluerint ſine omni noſtra, & heredum noſtrorum, ac proheredum noſtrorum jugalium contradictione, repetitione, atque defenſione, ſeu reſtauratione ſecus vero quod futurum eſſe minime credimus nos jugales, quod abſit aut ullus de heredibus, ac proheredibus noſtris, ſeu quælibet oppoſita perſona contra hanc donationis cartam quandoque tentaverimus, aut eam per quodvis ingenium infringere quæſierimus, tunc inferamus ad illam partem contra quam exinde litem intulerimus multam quæ eſt pœna auri pret uncias ſexaginta argenti pondera centum viginti, & quæ requiſierimus vindicare non valeamus, ſcilicet præſens hæc carta donationis diuturnis temporibus firma permaneat, atque perſiſtat inconvulſa cum ſtipulatione ſubnixa, & nunquam nobis jugalibus liceat ullo tempore nolle, quod volumus ſcilicet quod a nobis factum eſt, vel conſcriptum inviolabiliter conſervare promittimus cum ſtipulatione ſubnixa, & pergamena cum atramento de terra levavi paginam notariis tradidi, & ſcribere rogavi, in quam ſubter confirmans teſtibus obtuli roborandam. Actum in loco Gamundii in Platea S. Martini præſentibus infraſcriptis hominibus ſcilicet Laudurico, & Lautharioſ fratribus, & Ruſtico ſalici lege viventes, & Balduino Rainaldi filio, & Ottone Guarcino Olrico

Mazola, Berguncio Senioris boni, Gullielmo Liprandi Oberto Petri, Belamonte, & Bambono, Odone Bellize, Guniperto Bolle, Luvardo Bruningi, Berguncio Guinize, & prædictus Bruno, & Adelaida jugalis qui hanc donationis fieri rogaverunt, ut supra.

Subscripsi cum signo tabellionatus ego Petrus qui dico Ferrarius Notarius sacri palatii autenticum hujus instructionis vidi, & legi, & ut in illo reperi in hoc ita scripsi nil addens, vel mutans præter punctum, vel sillabam. Ego Otto notarius sacri Palatii. Ego Vermus notarius sacri Palatii.

Sententia D. Algisii Archiep. Mediol. contra Monacos S. Petri.

32 MCVIII.

In nomine Domini nostri Jesu Christi. Dum causa quædam inter Canonicos Aquensis Ecclesiæ, & in altera parte Abbatem, & Monacos S. Petri ejusdem civitatis, in qua ipsi Canonici universam parochiam Aquensem & majores missas in exequiis defunctorum, tam in ipso monasterio, quam alibi Episcopo ibidem missam non celebrante, ad se pertinere proponebant, coram Domino Uberto Aquensi Episcopo verteretur, & fuisset ventilata, ipsa causa ad Dominum Algisium Dei gratia Mediolanensem Archiepiscopum pro appellatione delata est. Præscripsit itaque Archiepiscopus utramque partem ante suam convocari præsentiam, ac de causa ipsa diligenter cognoscens obbligationes, & attestationes hujusmodi studuit inspicere. Visis igitur utriusque partis attestationibus, & rationibus, & diligenter inspectis, habito quoque fratrum suorum, & aliorum sapientum, tam clericorum, quam laicorum consilio, præfatus Dominus Archiepiscopus universam parochiam Aquensem, & majores missas defunctorum in monasterio S. Petri, cum ipsi Canonici ad exequias fuerint invitati, Episcopo quoque missam ibidem non celebrante, sæpedictis Canonicis majoris Ecclesiæ adjudicavit; ac nequid in fraudem a Monachis, quum supradicti Canonici missam ibi majorem celebraverint, fiat, per suam decrevit sententiam, & sic ea causa finita est.

Anno Domini millesimo centesimo octavo indict. XIII. XII. kalen. julii datum per manus magistri Rolandi Mediolanensis Ecclesiæ Cancellarii. Ego Joseph Scriba notavi, & scripsi.

Diploma Henrici Imperatoris Cunrado, & Guidoni Cani ex apographo anni 1322. coram Alinerio de Casali Potestate Tridinensi rite ex orig. exscripto

33 MCXVI.

Henricus divina favente clementia Imperator, noverit industria Jofredum dilectissimum nostru Vercellensem videlicet Episcopum nostram humiliter exorasse clementiam, quatenus Cunrado, & Guidoni Cani, suisque ejusdem honoris consortibus omnem honorem districtum hominium, abiaticum in curte castrorum, Cellarum, de Fraxinelli, nec non & Fibinarum, & Cuccari nostra Imperiali auctoritate confirmare dignaremur, cujus petitionibus annuentes . . . prænominatum . . . confirmamus . . . largimur insuper . . . ut jam dictis consortibus omnis Arimani, qui in curte . . . ad eorum conveniant placitum, & ita per legem, & pugnam omne placitum tam ipsi, quam sui heredes ante se definiant, quemadmodum ante nostram præsentiam, vel nostri comitis Palatini facere debuerant omni ratione Imperiali salva existente. Præcipiendo itaque jubemus, ut nullus dux . . . prædictos consortes, aut suos heredes, aut dictos Arimanos inquietare . . . aut de suis prædiis disvestire, aut in personis manum mittere præsumat, nec adsaltum super eos facere, nec fodrum tollere, non fictum quærere, nec Mansionaticum potestative accipere audeat . . . . hoc etiam jubentes, ut neque dux, &c. dictos consortes ad suum placitum deducere, aut invitare præsumat, & si aliqua lis, juste definiatur ante nos, vel nostrum comitem Palatinum. Berengarius Canzellarius, & Episcopus, Ardicio Episcopus, Guido comes Palatinus, Bonifacius Marchio, Anselmus Marchio, Rainerius Marchio. Data X. kal. junii indictione nona, anno Dominicæ Incarnationis MCXVI. regnante Henrico V. Rege Romanorum anno X. imperante VI. Actum Paciliani feliciter amen.

Fidelitas Marchionis Oberti Landulfo Astensi Episcopo ex cartulario ejusdem Ecclesiæ.

MCXIX. 34

✠ D. Obertus Marchio, quod possidebat ex parte Ecclesiæ Astensis in loco S. Salvatoris refutavit in manu D. Landulfi Astensis Epicopi, & ipse reddidit ei, quod debet esse fidelis Astensi Ecclesiæ, & ipsi Episcopo, & suis successoribus. Et factum est hoc equitantes per viam inter Occimianum, & Fraxenetum in præsentia bonorum hominum, idest D. Willelmus Montis magni, & Marchio Viarizii, & præsbiter Germanus S. Johannis Modiliani in die sabbati 14. kal. augusti ann. ab Incarnatione Domini nostri Jesu Chisti 1119. indict. 12. feliciter. Ego præsbiter Germanus rogatu ipsorum scribere feci.

Venditio cujusdam terræ in loco Roboreti, facta ab Otta, Lamperto, & Oberto Johanni Præsb. Eccl. S. Andreæ ex Arch. Episcopatus Aquensis.

MCXXVII. 35

Anno ab Incarnatione Domini nostri Jesu Christi millesimo centesimo vigesimo septimo calendis madii, indict. XI. Constat nos Otta filia quondam Vilelmi, & Lamperti, & Oberti germani, filii quondam Ottonis comperti sumus nos omnes ex natione nostra lege vivere Romana accepisse, sicut & in præsentia testium accepimus a te Johannis præsbiter prior, & missus Ecclesiæ sancte Andree argentum denariorum bonorum solidos quadraginta & septem finitum pretium pro pezia una de terra aratoria juris nostri, quam habere visa sum in loco, & fundo Roboreto, & jacet ad locum,

ubi dicitur Ferramenta, & eſt pro menſura juſta perticas legitimas jngealis tres coeret ei ex una parte terra eredes quondam Opizonis ex aliis duabus partibus terra ſupradicta Eccleſiæ S. Andree, ex quarta parte via, ſibique aliæ ſunt coerentes, quam autem infraſcripta pecia una de terra aratoria juris noſtri ſuperius dictis, una cum acceſſionibus, & ingreſſibus ſeu ſuperioribus, & inferioribus ſuis qualiter ſuperius in integrum ab hac die in eadem Eccleſiæ S. Andrea vendimus, donamus, alienamus, obnoxiamus, vel tradimus, niſi in eadem Eccleſiæ, & facias exinde a præſenti die pars ipſius Eccleſiæ, aut cui pars ipſius Eccleſiæ dederit jure proprietario nomine, quidquid volueritis ſine omni noſtra, & heredium noſtrorum contradictione quidem eſpondimus, adque promittimus nos corum ſupra Orta, & Lamperti, & Oberti germani una cum noſtris, pars ipſius Eccleſiæ, aut cui pars ipſius Eccleſiæ dederit infraſcriptam venditionem, qualiter ſuperius in integrum ab omni homine defenſare, quam ſi defendere non potuerimus, aut ſi nobis exinde aliquid per quodvis ingenium infringere quæſierimus, tunc in duplum eandem venditionem ut ſupra vobis reſtituamus, ſicut pro tempore fuerit meliorata, aut valuerit ſub æſtimatione in conſimili loco, & nec nobis liceat ullo tempore nolle, quod voluimus, ſed quod a nobis ſemel factum, vel conſcriptum eſt inviolabiliter conſervare promitto hac ſtipulatione ſubnixa, & nihil nobis ex ipſo pretio aliquid dare debes dico. Actum intra clauſtra S. Andree. Signum manum infraſcriptorum Otta, & Lamperti, & Oberti, qui hanc cartam venditionis fieri rogaverunt, & infraſcriptum pretium acceperunt, ut ſupra. Signum manuum Bonfanti, & Arnaldi, & Genero omnium lege viventium Romanos teſtium. Signum manuum Oddonis, & Enrici teſtium. Ego Albertus Judex, & Notarius S. Palatii ſcriptor cartam venditionis poſt traditam complevi, & dedi.

Carta fundationis Monaſterii de Tilieto, auctore Anſelmo Marchione.

36 M C X X X I.

In anno ab Incarnatione Domini noſtri Jeſu Chriſti 1131. 6. kalend. ſeptembris indictione nona Eccleſia S. Mariæ, & S. Crucis, ideſt monaſterium ſitum loco Tilleti. Nos Anſelmus Marchio filius b. m. Hugonis Marchionis, & Adalaſia comitiſſa filia Ubaldi cum Villelmo, & Manfredo ipſorum filiis, qui profeſſi ſumus nos ex natione noſtra lege vivere Salica. Ipſi namque jugales, & genitores noſtri filiis nobis conſentientibus, & ſupra confirmantibus offertores, & donatores in eadem Eccleſia præſentibus præſentes diximus; quidquid in ſanctis, & venerabilibus locis, ex ſuis aliquid contulerit rebus juxta creatoris vocem in hoc ſæculo centuplum accipiet, & inſuper quod melius vitam poſſidebit æternam, ideoque nos qui ſupra jugales donamus, & offerimus, & præſentem cartulam offerſionis, & donationis ibidem habendum, & confirmandum, Eccle- S. Mariæ, & S. Crucis, ideſt monaſterio ſito in loco Tilieti, pro animæ noſtræ mercede, ideſt boſcum unum cum area ſua, quæ vocatur Teletum, & omnes montes ſicut vergunt aquam verſus monaſterium, & petia una de terra aratoria, ſeu petia una de vinea cum area ſua, ſeu ſedimen cum caſis, & ædificiis, quam habet, ut ſuam in loco, & fundo Boſchi, vel in earum territoriis, jam dicta de terra petia jacet ad locum ubi dicitur Ronco, & eſt per menſuram ad ſeminaturam juxta modios octuaginta, & ſi amplius eſt ex una parte Aledramus Marchio, ex alia parte Vermus, ex tertia parte reſervamus in noſtra poteſtate, jam dicta petia de vinea jacet ad locum, ubi dicitur Croſa, quantum ad nos pertinet, & eſt ex una parte Aledramus, ex alia parte Fulco, ex tertia parte Croſa, jam nominata ſecundum quod ut infra caſtrum, eſt etiam ex una parte murus de caſtro, ex alia parte via, ex tertia parte Gullielmus. Etiam & donamus nos manſum in loco, & fundo Campale eſt rectum & laboratum per Bernardum, & Petrum, & fratrem Gregorii Maſſarii liberi omnes, & inſuper concedimus nos qui ſupra jugales .... & Aledramus ſeu (*deſunt aliqua*) .... atque *Alberto uxor matris Agnes.* (*hic mendum irrepſit, & forte legendum* Berta uxor, & mater Agnes) ideſt manſum unum de vinea cum terra ſuper habente cum area ſua in loco, & fundo Varagie eſt ex una parte flumen Sturi ex alia parte reſervamus.

Ego Anſelmus Marchio ſignum crucis feci ✠, ſignum manibus Avogafore, & Petrus Veſconte, ſeu Petrus Porcio. Signum manibus Vicedianus de Fuſtulis, Anfoſſius notarius S. Palatii ſcriptor. Ego Gandulfus notarius S. Palatii autenticum hujus novi exempli vidi, & legi. Ego Jacobus de Caſtagnolis S. Palatii Notarius autenticum hujus novi exempli vidi, & legi. Ego Paſtor Carienſis Notarius S. Palatii autenticum hujus novi exempli vidi, & legi. 1619. 21. octob. extractum, & exemplatum fuit ſupradictum inſtrumentum per me Jacobum Lanata Notarium, licet aliena manu ex conſimili inſtrumento maximam vetuſtatem præ ſe ferente in pergamena ſcripto exiſtente penes magnificum Pinellum, quondam D. Johannis Auguſtini fratrem perilluſtris, & reverendiſſimi D. Dominici Pinelli, moderni abbatis, & commendatarii abbatiæ S. Mariæ de Tilieto, habentem penes ſe ſcripturas dictæ abbatiæ, & quia facta collatione prætermiſſo unico verbo, quod vetuſtate conſumtum, & correctum legi minime potuit, cujus loco lineam duxi in reliquis ad verbum concordare inveni, ideo ex licentia mihi a ſereniſſimo Senatu conceſſa in hanc publicam formam exemplari, & ſubſcripſi. In fidem &c.

Privilegium Innocentii Papæ Monaſterio de Tilieto.

M C X X X I I. 37

Innocentius Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilecto filio Opizzoni Abbati monaſterii B. Mariæ Virginis, & S. Crucis de Civitacula, ejusque ſucceſſoribus regulariter ſubſtituendis in perpetuum. Ad hoc univerſalis Eccleſiæ cura nobis a proviſore omnium bonorum Deo commiſſa eſt, ut religioſas diligamus perſonas, & placente Deo religionem

religionem ſtudeamus modis omnibus propagare. Nec enim Deo gratior aliquis famulatus impenditur, niſi ex radice charitatis procedens a pravitate religionis fuerit conſervatus. Hoc nimirum charitatis intuitu, dilecte in Domino fili Opizo Abbas, venerabilis fratris noſtri Azonis Aquenſis Epiſcopi, & fratris ejus illuſtris viri Anſermi Marchionis precibus inclinati, ejus juſtis poſtulationibus clementer annuimus, & monaſterium B. Mariæ matris Domini, & S. Crucis, quod nimirum ab eodem Marchione, & matre ſua, nec non fratribus, filiis, & uxoribus ſuis in Aquenſi Epiſcopatu conſtat eſſe fundatum, cui Deo auctore præſides, Apoſtolicæ Sedis patrocinio communimus. Inprimis ſiquidem ſtatuentes, ut ordo monaſticus ſecundum B. Benedicti regulam, & formam religionis fratrum Ciſtercienſis monaſterii futuris temporibus, ibidem inviolabiliter perſeveret. Bona igitur & poſſeſſiones, quæ ad eundem locum in præſentiarum juſte, & canonice pertinere noſcuntur, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis procurante Domino poterit adipiſci, firma ſibi, ſuiſque ſucceſſoribus, & illibata permaneant, quidquid videlicet in loco qui Boſchus dicitur, vel ubicumque a præfato Marchione, ſeu ab aliis Dei fidelibus eidem monaſterio conſtat eſſe collatum. Sancimus etiam, ut nec Marchiones, nec aliquis eidem loco adjacentium regionum occaſione pacis aut guerræ, ſeu regalis fodri monachos, vel converſos in eodem loco commorantes in perſonis, vel eorum ſubſtantiis opprimere, inquietare, vel ab eis aliquid exigere, aut violentiam aliquam inferre præſumat. De vineis quoque, quæ apud caſtrum Varagii ſunt, idipſum auctoritate Apoſtolica conſtituimus. Decimas ſane laborum, quos propriis manibus, aut ſumtibus colitis, & de animalibus veſtris nullus a vobis expetere, vel recipere audeat, interdicimus autem ne monachos, vel converſos veſtros poſt factam in veſtro monaſterio profeſſionem aliquis Epiſcoporum, Abbatum ipſorum, vel aliqua perſona abſque libera veſtra licentia recipere, vel retinere pertentet. Sed tamquam ſuæ profeſſionis prævaricatores redire ad locum ipſum compellantur. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat præfatum monaſterium temere perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut aliquibus vexationibus fatigare, ſed omnia integre conſerventur eorum, pro quorum gubernatione, & ſuſtentatione conceſſa ſunt uſibus omnimodis profutura, ſalva nimirum Aquenſis Epiſcopi juſtitia, ac debita reverentia. Si quis igitur &c.

Ego Innocentius catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus. Ego Guillelmus Prænestinus Epiſcopus. Ego Ubertus Præsbyter Card. tit. S. Laurentii in Lucina. Ego Lucas Præsbyter Card. tit. SS. Joannis, & Pauli. Ego Romanus Diac. Card. S. Mariæ in Porticu. Ego Gregorius Diac. Card. SS. Sergii, & Bachi. Ego W. Diac. Card. S. Mariæ in Via lata. Ego Otto Diac. Card. S. Georgii ad velum aureum. Ego Guido Diac. Card. SS. Coſmæ, & Damiani. Dat. Brixiæ per manum Aymerici Diac. Card. S. Romanæ Eccleſiæ, & Cancellarii VII. cal. aug., indictione X., Incarnationis Domini anno milleſimo &c. 7. Pontificatus vero Domini Innocentii P. P. ſecundi anno tercio.

Donatio MM. Ragnerii, Wilielmi, & Ardezoni Monaſterio de Locedio ex autographo.

M C X X X I I I. 38.

Anno ab Incarnationis Domini noſtri Jeſu Chriſti milleſimo centeſimo trigeſimo tercio, quinto calendas aprilis, indictione undecima, Eccleſiæ, quæ eſt ſita in Epiſcopatu Vercellenſi in nemore quod vocatur Locez, vel ſanctis, qui ibi fuerint veneratis. Nos Marchio Ragnerius filius quondam Willielmi & Gisla jugalis filia quondam Vialii, ſive Willielmus filius jam dicti Ragnerii, nec non & Julitta jugalis filia Lupaldi, atque Ardezonus filius quondam item Ardezonii, qui profeſſi ſumus lege vivere Salica ipſis jugalibus noſtris nobis conſentientibus, & ſubter confirmantibus offertores, & donatores ipſius Eccleſiæ ſupraſcriptæ præſentes præſentibus diximus. Quiſquis in ſanctis, ſeu venerabilibus locis, aliquid de ſuis intulerit bonis, juxta vocem auctoris centuplum in hoc ſeculo, atque in futuro quod melius eſt vitam æternam poſſidebit. Ideoque nos qui S. Marchio Ragnerius, & Gisla, ſive Willielmus, & Julita, atque Ardezzonius Marchio omnes inſimul donamus, cedimus, & offerimus prædictæ Eccleſiæ, quidquid nobis attinet a flumine illo, quod dicitur Galanium, uſque in flumine Pavoni, & uſque ad terram S. Euſebii, & uſque ad foſſatum, deſubter in curtem Cornalii, videlicet montem illum, qui dicitur Gallanium, & totam terram, & vineas, & prata, & boſcum quidquid circa montem illum, & fines nominatos contineri videntur, & piſcarias, ſicuti tenet mons ille, & paſcua hic, & ubique nobis attinentia ſint conceſſa jam dictæ Eccleſiæ, vel ſervitoribus Eccleſiæ, atque ſucceſſoribus illorum pro animarum noſtrarum mercede. Quamobrem infraſcriptam offerſionem, ſicut ſuperius legitur in integrum ab hac die prædictæ Eccleſiæ, vel ſervitoribus Eccleſiæ, vel ſucceſſoribus illorum pro animarum noſtrarum mercede donamus, cedimus, & offerimus, & per hanc cartulam offerſionis jure, & proprietario nomine faciant quidquid voluerint ſine omni noſtra, & hæredum, ac prohæredum noſtrorum contradictione, vel repetitione. Si quis vero quod futurum eſſe non credimus, ſi nos ipſi, qui ſupra Ragnerius, & Gisla, & Willielmus, & Julitta, atque Ardezonius, quod abſit, aut ullus de heredibus, ac proheredibus noſtris, ſeu quælibet appoſita perſona contra hanc cartulam offerſionis ire quandoque tentaverimus, aut ſi eam per quod vultis ingenium infrangere quæſiverimus, tunc inferamus ad illam partem, contra quam exinde ſitam intulerimus, multam quæ eſt pœna auri optimi uncias quadraginta, argenti pondera octoginta. Et quod repetierimus evendicare non valeamus, ſed præſens hæc cartula offerſionis diuturnis temporibus firma, & ſtabiliter permaneat, atque perſiſtat inconvulſa cum ſtipulatione ſubnixa. Inſuper per cultellum,

feſtucam, nodatam, vantonem, & vaſonem terræ, ſeu ramum arboris, & nos exinde foris expulimus vvarpivimus, & abſentes nos fecimus, & prædictæ Eccleſiæ, vel ſervitoribus Eccleſiæ, ſive ſucceſſoribus illorum, & ad Eccleſiæ ſervitutem reliquimus faciendum quidquid voluerit, ſine omni noſtra, & heredum, ac proheredum noſtrorum contradictione, vel repetitione pro mercede animarum noſtrarum, & nec a nobis, vel ab hæredibus noſtris aliquid ineptum fiat, nec albergaria, nec forum, nec avoaria, niſi tantummodo ad regendum, & ad gubernandum Eccleſiam pro mercede animarum noſtrarum, & pergamenam cum atramento de terra elevavimus. Hanc enim cartulam offerſionis paginæ Alberti Notarii tradidimus, & ſcribere rogaverimus, in qua ſubter confirmans, teſtibuſque obtulit roborandam. Actum in caſtro, quod dicitur Monsbellus feliciter. Signa manuum iſtorum Ragnerii, Gislæ, Willielmi, Julittæ, & Ardezonii, qui hanc cartulam offerſionis fieri rogaverunt; ſigna teſtium manuum Ribaldi de Alfiano, Azonis de Valentia, Mori de Barbera, Oberti Cavalli, Othonis de Montecalvo, Opizonis Teſtagavina, Anſelmi de Camino teſtium, Vilelmi de Camino. Ego Albertus Notarius rogatus ſcripſi hanc cartulam offerſionis complevi, & dedi.

Donatio MM. Bonifacii, Oberti, Oddoni, Henrici, & Gulielmi fratrum Eccleſiæ Aſtenſi ex ejuſdem Eccleſiæ chartulario.

M C X X X I V.

39 In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti. Conſtat nos quidem Bonifacium, Obertum, Oddonum, Henricum, atque Guillielmum, nec non & matrem noſtram Alaſiam, cum ſororibus noſtris hoc donationis inſtrumento præſenti die inter vivos ſimpliciter donaſſe, & hujuſmodi cauſa in præſentiarum tradidiſſe Aſtenſi Eccleſiæ B. M. V. in manu Octonis Epiſcopi rectoris, & adminiſtratoris rerum Eccleſiæ caſtrum montis Baxilii cum omnibus rebus ad dominatum ejus pertinentibus videlicet caſis, & ædificiis, campis quoque paſcuis, atque ſilvis, ſimiliter etiam colonos, & inquilinos, atque aſcriptitios, & generaliter ut prædiximus omne jus, & actionem vobis ſuper iis rebus competentem, aut de coetero competituram in præſenti donamus, & concedimus prænominatæ Eccleſiæ, ut ea omnia deinceps habeat, teneat, & poſſideat, & quod ſibi fideliter obſecundantibus placuerit faciant proprio in perpetuum, de dominio vero, vel poſſeſſione alicujus rei, vel juris, aut actionis in hac donatione continentis nullam litem, nullamque controverſiam deinceps a nobis, vel ab aliquo a nobis interpoſito quolibet modo prænominata Eccleſia ſubſtineret (1). Si vero hanc prælibatam donationem ſimplicem in totum, vel pro parte audaci juſſu, quandoque infringere tentaverimus, & eam ſimpliciter inviolatam cuſtodire noluerimus æternam ultionem inprimis expectemus, & quod recipierimus vindicare non valeamus. Actum in loco S. Albani confirmatum in loco Baſilii ann. Incarn. D. N. J. C. 1134. nonis novembrium indict. 12. feliciter.

Prænominati donatores hoc inſtrumentum donacionis, ut ſupra legitur fieri rogaverunt. Hujus donationis Ubertus Bricius ſignifer, Octo Vice-domini filius, Giraldus de Cella, Gullielmus de Septimo, Obertus de Laneris, Oolicus Jacobus de Cella, Tancredus, & Gullielmus de Caraxono, Magnifredus Quaglia, Henricus de Lucerna, Otto Guercius, Amedeus de Manciano cum Raimundo ſuo filio, Amedeus filius Amaldi, Bajalardus, Obertus Craſſus, Rodulfus, & frater ejus, Otto Pellatus teſtes fuerunt, & multi alii cum eis fuerunt Henricus Rivo-brugente hoc donationis inſtrumentum ſcripſit, & confirmavit.

(1) *Suſtinebit.*

Donatio Comitis Amedei monaſterio S. Mariæ de Locedio ex autographo.

M C X X X V I I. 40

Anno ab Incarnatione Domini milleſimo centeſimo trigeſimo ſeptimo, indictione undecima, tertio kalendas auguſti, in caſtro Colei, illuſtriſſimus ac Palatinus Comes Amedeus cum uxore ſua, ac prohæredibus, & principibus caſtellanis, ſive præpoſitis, ſeu Decanis fecerunt donationem S. Mariæ de Loces, monaſterii ſcilicet, quod ſitum eſt in terra Willelmi Marchionis fratris ſui, ut videlicet liceat omnibus, qui de domo præfata ſunt, & ſua ſive pecora, ſive alia ſibi neceſſaria per omnem ſuam poteſtatem ſive per villas, ſive per caſtra, ſive per prata nondum ad ſecandum parata ſine aliquo debito, vel redditu, vel cluſa tranſire, & ſecure iter ſuum agere, quoties voluerint per hanc ſuæ confirmationis auctoritatem ſuis, futuriſque temporibus congregationis prædictæ firmiter, inviolabiliter hanc donationem pro Dei amore, & animarum ſuarum ſalute conceſſerunt, ac ne ab aliquo prædicta donatio violetur, vel conturbetur omnino ſtatuerunt, & præcipue omnibus ſuis defenderetur. Hoc præcepit Caſtellanis de Seguxia, hoc præpoſitis, hoc cluſariis, hoc cuſtodiis pratorum, hoc dominis de Caſellis, hoc Vicecomiti de Baratonia, hoc & omnibus aliis caſtellanis, ſive vernaculi aliis præceperunt, & ut eos ubicumque poſſunt cuſtodirent, & ſubvenirent deprecati ſunt, ut Deus omnibus hoc ſervantibus peccatorum remiſſionem, & gloriam ſempiternam tribuat. Adaldus de Caſellis cum Maria uxore firmavit. Otto, & Amedeus, & Carlo hoc firmaverunt.

Privilegium Innocentii II. monaſterio Sanctæ Mariæ de Locedio ex autographo.

M C X L. 41

Innocentius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilecto filio Ricardo Abbati monaſterio Sanctæ Mariæ de Lucedio, ejuſque ſucceſſoribus regulariter inibi viventibus. In p. p. m. cultus veræ religionis absque integritate mentis non valet integre obſervari. Quando vero ſub occaſione cauſarum forenſium lites, & jurgia oriuntur perturbatus animus, & ſplendor, atque jucunditas contemplationis internæ ſubtrahitur. Ob hoc quia ad pacem,

& concordiam religiosis dandam summopere occurrendum est; ideoque dilecte in Domino fili Ricarde Abbas refutationem de prædio, quod illustris memoriæ Reinerius marchio Montisferrati Anselmo tunc Vercellensi Episcopo confirmante Monasterio B. Mariæ de Lucedio, cui auctore Domino præsides respectu piæ devotionis donavit. Post multas lites, & contentiones ab Othone Ab. S. Januarii, & fratribus ejus factam collaudamus, & eandem possessionem cum aliis bonis, quæ in præsentiarum juste & legitime possides, aut in futurum rationabiliter poteris adipisci tibi, tuisque successoribus, & per vos præfato B. Mariæ Cœnobio in perpetuum confirmamus. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat ec. Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ Episcopus. Ego Albertus Albanensis Episcopus. Ego Gerardus Præsbiter Cardin. S. Crucis in Hierusalem. Ego Anselmus Præsbiter Cardin. tt. S. Laurentii in Lucina. Ego Guido S. Romanæ Ecclesiæ indignus sacerdos. Ego Stamius Præsbiter Cardin. tt. S. Savinæ. Ego Grisogonus Præsbiter Cardin. tt. S. Praxedis. Ego Ribaldus Præsbiter Cardin. tt. S. Anastasiæ. Ego Goizo Præsbiter Cardin. tit. S. Ceciliæ. Ego Otto Diacon. Cardin. tt. S. Georgii ad Velum aureum. Ego Vasallus Diacon. Card. tt. S. Eustachii. Ego Ubaldus Diacon. Cardin. tt. S. Adriani. Ego Thomas S. Romanæ Ecclesiæ Diacon. Cardinalis.

Dat. Laterani per manum Almerici S. Romanæ Ecclesiæ Diacon. Cardin. & Cancell. V. non. martii indict. IIII. Incarn. Dom. an. MCXL. Pontificatus vero D. Innoc. Papæ II. an. XII.

Charta divisionis inter VII. Marchiones de VVasto filios Bonifacii ex Archivio quondam Marchionis Francisci Hyacinti Cevæ a Roascio.

42 MCXLII.

In nomine Domini amen. Hæc est divisio inter Marchiones de VVasto scil. Mainfredum, VVilielmum, Hugonem, Anselmum, Heinricum, Bonifacium, & Oddonem filios quondam Bonifacii marchionis. Et primo volentes ipsi fratres devenire ad infrascriptam divisionem, ordinaverunt, & fecerunt septem partes de tota terra, quam Dominus Bonifacius marchio pater eorum . . . . videbatur in mari, & in terra, in castris villis, planitiebus, montibus, boschis, fodris, ansibus, præstationibus, redditibus, furnis, molendinis, teloneis, aquis, & aquariis, ædificiis, juribus, fidelitatibus, castellaticiis, & hominibus quocumque loco, & modo possint dici, quæ erant dicti domini quondam Bonifacii marchionis, & nunc sunt dictorum fratrum, quæ dictæ septem partes, sive Marchionatus ut infra facta, & ordinari ipsis fratribus, & cuilibet ipsorum de communi consensu pervenerunt ut infra.

Qui quidem fratres in prima parte posuerunt castrum, & villam, quæ appellatur Salucia, salvis juribus Ecclesiæ S. Mariæ de Caramania, de Pinerolio, & S. Crucis de Civitacula, & quidquid sanctis, & venerabilibus locis per ipsos fratres, & anteceſſores ipsorum datum est his retroactis temporibus cum toto districtu cum terris, castris, & villis contentis in quadam lista . . . . per quondam Dominum Petrum marchionem, & (1) . . . . . Raconixii . . . . . de anno . . . . . apud quæ pars appellata fuit Marchionatus de Salutia coherent ex una mons Vetulus a jugo in jusum Sturia flumen, & terra . . . . quond. . . . . tus Bredulensis, quæ pars sicut supra facta, & ordinata devenit Domino Mainfredo de Wasto.

In secunda parte posuerunt locum, qui dicitur Busca cum castro, & tenimento, & quidquid in terris cultis, & incultis, quo . . . . . cum casis, castris, villis, capellis, sediminibus, & a ripa Granæ fluminis ad vallem Macræ, & a Macra per ripam Pellicis, & Chis . . . . (2) stro Forficis (3) ad Roxanam, & ultra sursum per Uraitam, prout hæc duo flumina defluunt (4) . . . . . & præstationibus contentis . . . . . donationis recepto per . . . . . die, & anno præmissis ad quondam Dominum Bonifacium marchionem, & nunc ad ipsos fratres quomodolibet spectantibus. Item (5) super novam villam de Cuni, & terras, & capellas inter Gessum, & Sturiam salvis juribus ad Ecclesiam S. Dalmatii, & (6) coherent huic parti Dominus Mainfredus marchio ut supra, Dominus Anselmus marchio pro sua parte infrascripta, & terra, quæ dicitur Lupazania; & hæc pars obvenit Domino Gulielmo marchioni, & appellata fuit Marchionatus de Busca.

In tertia parte posuerunt castrum, & villam, quæ vocatur Cravexana cum tota terra, salvis juribus Ecclesiæ Sanctæ Mariæ, & Sancti Petri de Ferrania cum locis, & juribus per ipsos dominos fratres dividentes de communi consensu inferius designatis. Nomina autem castrorum, & villarum sunt hæc: videlicet Somanum, Dolianum, Villarium, Lequii, Ugnolio, Monexilio (7) ... avius, Gauta sicca, Camairana, Salxedum, Cingium cum Rocheta, & Burmida, cum territorio Cingii, ubi situm est castrum, & burgus Millesimi, Holatia pars, & territorium Cairi trans Burmidam cum Carreto, Vignariolo, & Vineali . . . . . castrum Crucis Ferree, Biestrum salvis juribus &c. Et insuper quidquid continetur intra limites dictorum castrorum, & villarum cum pertinentiis (8) . . . . . casalibus illorum de Monchier . . . . . viliano, Mur (9) . . . . . Huic parti coherent Domini Anselmus, Heinricus, & Bonifacius ejus fratres marchionis pro partibus eisdem infra designatis, quæ pars ut supra vocata fuit Marchionatus Cravexanæ, prædictus Dominus Ugo de Wasto prelegit, & accepit pro sua.

Insuper pactum, & conventum est inter ipsos fratres marchiones, quod castra, & loca, quæ habent in vallibus Retii, & Coedani cum fidelitatibus, & Vassalligiis Dominorum de Pornasio, & Cusii plebs Almi, & de Lovagna, Aquila, Gavenola, Docii, Castrum album, Castrum vetus, Castrum Zuccharelli, & Balestrini sint, & esse debeant in parte Dominorum Ugonis de Clavesana marchionis ut supra, & Domini Anselmi marchionis ejus fratris, & remanere debeant communia inter ipsos donec aliter &c. cum pacto quod ipsi Domini Ugo, & Anselmus cedant

in partem Domini Heinrici de Wasto marchionis eorum fratris, uti assenserunt Domini Mainfredus, Bonifacius, & Oddo Boverius quidquid juris, & possessionum (10) . . . . . & in com ... Vintimilii, Albiganni, & in Armedano (11) . . . . . eorum aviæ . . . . . uti de facto cesserunt.

In quarta parte autem posuerunt, & designaverunt castrum, villam, & locum, qui dicitur Ceva, salvis juribus S. Mariæ de Pin. . . . . cum villa, & rupe Ciliarii salvis . . . . . S. Dalmatii, Castrum Nigella, Bastitam Caraxoni, Rivofrigido, Ventiperis (12), Castellinum, Marsalia, Iglianum, Roaxium, Torrixelam, castrum, & villam Pallodi, Montem Barcarium, salvis juribus S. Mariæ de Caramania, castrum, & locum Sallarum, salvis &c. Episcopi Savonæ, Montezemoli, & Castrinovi, Castri Montis Basilii, salvis juribus Episcopi Astensis, Lesium (13) castra, & loca Monasterolii, Veolæ, & Scagnoli, castrum Noxeti, castrum Battifolii, Malpotremum, Perlum, Castrum de Baniasco, Maximinum, Murialdum cum decimis, & præstationibus . . . . (*deest linea*) . . . . & jura, quæ Dominus Bonifacius eorum pater habere videbatur in valle Causaliæ (14) usque ad cacumina alpium in loco, & villa Turris S. Michaelis, & S. Pauli, & Lesegni, quæ castra nunc possidet Dominus Obertus de Monteacuto, jura in Prierio, in Garexio, in Podolio (15) usque ad Nava (16), & in Vignolio, jura in Pamparato, in Casalibus de Petra auriola, de Malpotremo &c., & quidquid intra limites ipsorum locorum, & villarum continetur: coherent huic parti D. Gulielmus marchio pro parte sua, D. Ugo pro Marchionatu Cravexane D. Henricus, & Bonifacius marchiones pro partibus inferius descriptis, Tanarus, & Burmida, quæ pars ut supra ordinata de communi consensu, & voluntate prædictorum fratrum de Wasto obvenit Domino Anselmo, & denominata est Marchionatus Ceve.

Insuper in quarta parte posuerunt villam, & castrum, & locum Curtimio cum tenimento, & castris, & locis ut infra facientibus ratam hujus partis de communi consensu designatis, quorum nomina sunt hæc: castrum & locum de Novellis, item de Meanis salvis juribus illorum de Braida, Montisfortis, castrum, & locum B. (17) . . . . . Diani, castrum Rod. . . . . Sinei, castrum Arguelli, castrum Bossolaschi cum pertinentiis, Nigella &c. Castra Serravallis, Albereti, de Boscho, de Casteno, Cessole, Castra de Bubio, de Perleto, de Rupe Overano, de Ulmo, de Gorrino, de Bergolo, turris, & ædificia, quæ erant illorum de Ussono, Castra Gorzegno, de Montebaldono, de Salegio (18), de Gorrino, de Loesio, Turre de Burmea, & possessiones, & jura in Cagna, in Ursariola, in Monteurcino; item loca Seisolii, S. Benedicti, monasterii Niosie, item castra Cerreti, Arguelli, & Cravanzane cum hominibus, masnengis, territoriis, decimis, & reditibus villarum, & locorum, & quidquid intra fines ipsorum, & ipsarum continetur, & si verbaliter non expressorum. Coherent huic parti Dominus Ugo marchio ut supra pro Marchionatu Cravexane ex parte Tanagri flum..., & Com. . . . . Albe, & Burmida ex alia, & Dominus Henricus, & Otto fratres de Wasto pro partibus cuique eorum inferius designatis, quam partem ut supra factam, & limitatam accepit sibi, & elegit Dominus Bonifacius marchio, & appellata fuit pars, seu Marchionatus de Curtimio.

Pro parte vero Domini Heirici de VVasto marchionis posuerunt incipiendo a jugo versus mare castrum, & villam Saone, cum Vasto, Vado, & Lovaniola cum toto districtu versus Toiranum, prout vadit vetus Marca usque ad finem cum hominibus casalibus, pascheriis, & pedagiis locorum Quiliani, Segni, Pertie, Pie, & Arche, castrum Carcherarum cum tenimento, & cum territorio Cairi, quod est trans Burmidam castrum, & locus Altaris cum Mallis, & Palleris, locum, & homines Bardineti, castrum Calixani, & tota terra, & pascheria usque ad ripam Erri salvis juribus Ecclesie S. Petri site in posse Cairi in tenimento Ferrania cum Ferrania superiori, & inferiori: item Urbam cum Dego, & Saxello; item castrum Meolianum, locus, & territorium Pareti, item castrum, villam, & territorium de Spigno, salvis juribus Ecclesiæ S. Quintini, Martini cum omnibus juribus, montibus, pascuis, terris cultis, & incultis, quæ & quas habere videbatur Dominus quondam Bonifacius marchio eorum pater, & possidebat ultra alpes, & in vallibus forestis, & casalibus de Valla, de Montealto, de Castelletto, & de Valderio usque ad Pontem novum de versus Tertium, & prout vergit Burmida Clarasca (19) . . . . . Coherent Domini de Ponzono, & Domini de Incisa a duabus partibus; item jura, & actiones, que & quas habent ipsi fratres marchiones in Albigauno, & in Comitatu Vintimilii eisdem spectantia ex successione, & hereditate eorum Avie (*deest linea*) . . . . . sedimina, pascheria, telonea, & pedagia ipsorum locorum quorumcumque item castrum Nauli, quando recuperatus fuerit, ad quod redimendum, & recuperandum promiserunt dicti fratres marchiones Mainfredus, & Oddo Boverius totis viribus adjuvare prout juraverunt &c., quam partem ut supra sibi de consensu dictorum Dominorum fratrum Marchionum sibi elegit, & tenuit Dominus Heinricus Marchio, & vocata fuit Marchionatus Saone.

In septima parte que assignari debet Domino Oddoni Boerio fratri eorum Dominorum Marchionum descripserunt, & posuerunt primo castrum, locum, & territorium Laureti (20) . . . . . pali cum bastitis, & nevigiis, castra, & . . . . . Barbarisco, Farinerio, de Maturello, de Potino cum Ecclesiis noviter constructis S. Majori, & S. Stephani de Maxeto, castrum Blone, castrum de Cavurro, sax . . . . . vendo, castrum de . . . . Pontem Sparvagium, & Cavaironum, Serruxonum, Tairolum, & Aglanum, Castrumnovum, montem de Gardino, castrum, & tenimentum, quod dicitur Arduinorum, Balango, Axanum, Rupem de Araxiis, & quidquid possessionum, & tenimentorum continetur a Tanaro per Tinellam ad Belbum, eundo per viam magistram deversus terras, & castra Dominorum de Incisa salvis juribus Ecclesie sanctorum Apostolorum, & Episcopi Astensis, &

Albensis. Item quidquid veterum castrorum, & villarum, & podiorum intra dictos limites possidebat juste, vel injuste Dominus Bonifacius marchio pater eorum, & inter Astam, & Albam a dextra parte fluminis Tanagri (21) . . . . . hominibus, domibus, districtis, territoriis, ædificiis, & ruinis dictorum castrorum, & locorum cum casalibus illorum de Utrolio, de Castilliono, & de Canellis; coherent ut supra Tanarus ab una, & Belbus ab alia parte Dominus Bonifacius frater pro parte sua, & communis Ast, & Domini de Incisa, quæ pars obvenit ut supra Domino Oddoni Boverio, & denominata fuit Comitatus de Laureto.

Quibus septem partibus ut supra dictum est de communi consensu sic factis & ordinatis, & per ipsos & singulos ipsorum Dominorum fratrum marchionum electis, & perceptis (22) arbitratoribus unicuique placuit pars, quæ eis supra obvenit, & confessi fuerunt se tacitos, & contentos, sibique ab invicem promiserunt per stipulationem unus alteri, & alter uni vicissim; & juraverunt ad sancta Dei Evangelia se non inquietare, nec molestare, neque inquietari, nec molestari facere, nec de jure, nec de facto, sed prædictam divisionem & pacta in perpetuum grata rata, & firma habere per se ec., eisque nunquam contradicere sub pœna trium millium aureorum . . . . . quando contrafieret, ita ut nequaquam liceat eisdem Dominis fratribus Marchionibus, & singulis eorum, & heredibus quibuscumque amplius nolle quod nunc voluerunt, aut velle quod nunc noluerunt, sed quod ab eis sic factum est firmiter observetur.

Et de prædicta divisione iidem Domini fratres Marchiones de Wasto, & singulis eorum publica instrumenta ejusdem tenoris fieri, & tradi rogaverunt. Acta sunt hæc in castro Saone in Camminata veteri versus mare coram Dominis Petro Astensi, & . . . . . icione Savonensi Episcopis anno Dominice Incarnationis millesimo centesimo quadragesimn secundo, undecimo calendas januarii, indictione sexta. Interfuerunt testes Rubaldus de Lavania, Ugo Embriacetus, Anselmus de Quadraginta, Gherardus Scortia, & Malocellus, Obertus de Bubio pincerna quondam Domini Bonifacii marchionis, M. Quaglia miles Domini Mainfredi marchionis. Et ego Ubercionus Notarius Domini Imperatoris hanc chartam donationis publicavi, & scripsi.

Et ego Petrus notarius rogatus interfui, & scripsi.

Et ego Gulielmus Muralia Notarius Apost. Palatii hanc divisionem, & ea quæ in ea scripta sunt extraxi, & exemplavi ex chartulario instrumentorum quondam Ubercionis Notarii sicut in eo legi, & vidi nihil addens, nec minuens de mandato, & ad opus Domini Henrici Templarii marchionis de Ponzono præsentibus Uberto de Mallo, & Petro de Insula testibus.

(1) *Desunt septem, vel octo lineæ.* (2) *Deest linea.* (3) *Castro Forficis, de quo vide Durandum Piem. Cisp.* (4) *Desunt quatuor lineæ.* (5) *Deest integra linea.* (6) *Deest dimidia linea.* (7) *Deest dimidium lineæ.* (8) *Desunt usque ad* huic parti *duæ lineæ.* (9) *Farigliano & Murra.* (10) *Desunt duæ lineæ.* (11) *Desunt tres lineæ cum dimidio.* (12) *In charta an.* 1295. 22. *Aug. adhærentiæ Marchionis Nani Cevæ cum communi Ast mentio habetur Villæ Ventipheræ.* (13) *Alias Lisium.* (14) *Casotto.* (15) *Nunc Boggiolo vicus Garexii.* (16) *Torrem fere conterminus Genuensium Regioni.* (17) *Bosia, vel Benevelli desunt duæ integræ lineæ cum dimidia.* (18) *Nunc castellum, olim etiam vocatum Saleggio, haud longe a S. Julia.* (19) *Deest una linea cum dimidio.* (20) *Desunt quinque, & amplius lineæ usque ad* Pontem Sparvagium. (21) *Deest una linea cum dimidio.* (22) *Desunt tres, & amplius lineæ.*

Donatio Comitis Umberti Monasterio de Locedio ex apographo autentico an. 1283.

MCXLIX. 43

Anno ab Incarnatione Domini millesimo centesimo XLVIIII., indictione XII., epacta XX. Concr. V. in Burgo Secusiæ. Illustrissimus, ac Palatinus Comes Hymbertus . . . . . ac proheredibus, & principibus, & castellanis, sive præpositis, seu decanis fecerunt donationem Deo, & S. Mariæ de Locedio monasterio, scilicet quod situm est in terra Willelmi marchionis patrui sui, ut videlicet liceat omnes qui de domo præfata sunt, & sua pecora, sive alia sibi necessaria per omnem suam potestatem, sive per villas, sive per castra, sive per prata nondum ad secandum parata sine aliquo debito, vel reditu, vel clusa transire, & secure iter suum facere quotiens voluerint per hanc suæ confirmationis auctoritatem suis, futurisque temporibus congregationi prædictæ firmiter, inviolabiliterque hanc donationem pro Dei amore, & animarum suarum salute concesserunt, ac ne ab aliquo prædicta donatio violetur, vel conturbetur omnimodo statuerunt, & præcipue omnibus suis defendere. Quod si quisquis ex suis violaverit Dei amorem, & suum perdat, & insuper maximam vindictam de ipsis accipiet, nisi quod abstulerant, dupliciter reddiderint. Hoc præcepit castellanis suis de Secusia, hoc præpositis, hoc cusariis, hoc custodiis pratorum, hoc dominis de Casellis, hoc Vicecomiti de Baratonia, hoc & omnibus aliis castellanis, sive vernaculis aliis præceperunt, & ut eos ubicumque possent, custodirent, & subvenirent depreçati sunt, ut Deus omnibus hoc servantibus peccatorum remissionem, & gloriam sempiternam tribuat. Episcopus Lausanensis, Villelmus marchio Montisferrati, Abbas Secusiensis, præpositus S. Laurentii de Oulx, Aimarus de Boisiaco, Aimo de Brianzon, Umbertus Rufus de Aviliana hoc confirmaverunt.

Donatio Marchionum Manfredi, & Gullielmi de Bosco populo Gamundiensi.

MCLII. 44

Anno ab Incarnatione D. N. J. C. millesimo centesimo quinquagesimo secundo, Ind. quintadecima, secunda die augusti. Manfredus filius quondam Anselmi, & Gullielmus ejusdem Anselmi filius ambo marchiones de Bosco fecerunt donationem Gamundiensi populo de terra, quam ipsi habent in plano, atque de montibus præter Pecentum, & Ponzanum, atque Boscum alodia, atque alodia, &

feuda ſimiliter, ut dare potuerunt; tali tamen ordine quod iſti Marchiones debent mittere plauſtra in exercitibus Gamundienſium ad objiciendum arma, & cibaria; & gentem iſtæ terræ mittere debent cum Gamundienſibus in exercitum, & fidelitatem facere; & Caſtellani ſimiliter fidelitatem Gamundienſi populo facere debent, & munire villam Gamundii, & caſtrum vallorum ſecundum partem. Actum fuit hoc inſtrumentum in agro prope Eccleſiam SS. Trinitatis feliciter. Interfuerunt ibi teſtes Gavacinus, & Ramundus de Rivalta, & Malatalia de Campalo, & Ruffinus de Mirabello. Hi ſunt vaſalli Marchionum, Maurus Lecus, Opizzo Paſtor, Fulcus Malus, & Dodus, & Jordanus, Pilatus, & Carlus Tebaldi, Petrus Canefrus, qui tunc erant conſules. Ego Bernardus Not. S. Pal. ecc.

Adriani PP. breve confirmationis jurium, & poſſeſſionum Capituli Aquenſis.

MCLV.

Adrianus Epiſcopus Servus Servorum Dei dilectis filiis Uberto Aquenſis Eccleſiæ Archidiacono, ejuſque fratribus tam præſentibus, quam futuris in ppm. Officii noſtri hortatur auctoritas Eccleſiarum, quieti, & utilitati, præſtante Domino, ſalubriter provvidere, nec Deo gratior aliquando famulatus impenditur, ſi non ex caritatis radice procedens a puritate religionis fuerit conſervatus. Quapropter dilectis in Domino filiis veſtris juſtis poſtulationibus clementer annuimus, & præfatam Eccleſiam, in qua divino mancipati eſtis obſequio, ſub B. Petri, & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti privilegio communimus ſtatuentes, ut quaſcumque poſſeſſiones, quæcumque bona eadem Eccleſia in præſentiarum juſte, & canonice poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum, vel Principum oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis, præſtante Domino, poterit adipiſci, firma vobis, veſtriſque ſucceſſoribus, & illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis. Jus Parochiale, quod habetis in civitate Aquenſi, & ſuburbio, tam in decimis, & primitiis, quam in ægrotantium pœnitentiis, & morientium ſepulturis, & quidquid intra terminos ejuſdem loci poſſidetis, in Eccleſiis, domibus, terris . . . . . nemoribus, molendinis, plebem de Calamagna, & quidquid habetis in Plaxano, plebem de Campali, & decimam ejuſdem Loci, totam Eccleſiam S. Martini de Septebrio, & quidquid habetis in eodem Loco, Eccleſiam S. Georgii in Wivvliola, & quidquid habetis in eodem Loco, quidquid habetis in Pradaſco, & in Caſſinellis, quidquid habetis in Urſaria, vel Ripalta, quidquid habetis in Montebono, ſive Caſa nova, quidquid in Tercio, & Beſtagno, in Melagio, & Cartoxio, Veredino, & Cavatore, in Vidixone, & Caſcinis, quidquid habetis in terra Dominorum de Canello, quidquid habetis in terra Dominorum de Barberio, cenſum Gamundienſium Eccleſiarum, in denariis, & candelis, cenſum olei de Codoleto, cenſum olei de Albengana, cenſum de Eccleſia S. Thomæ de Canello. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat ſupradictam Eccleſiam temere perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu quibuslibet vexationibus fatigare, ſed illibata omnia, & integra conſerventur eorum, pro quorum gubernatione, & ſuſtentatione conceſſa ſunt, in uſibus omnimodis profutura, ſalva Sedis Apoſtolicæ auctoritate, & Epiſcopi veſtri canonica juſtitia, ſi qua igitur ecc. Ego Adrianus Catolicæ Eccleſiæ Epiſcopus. Ego Guido Præsbiter Cardinalis S. Grifogoni. Ego Tebaldus Præsbiter Eccleſiæ S. Praxedis. Ego Octavianus Præsbiter titulatus S. Ceciliæ. Ego Oddo Diaconus Cardinalis S. Georgii. Ego Guido Diaconus Cardinalis S. Mariæ in Porticu. Ego Oddo Diaconus Cardinalis S. Nicolai in carcere Tulliano. Ego Enricus Præsbiter Cardinalis, tituli Sanctorum Nerei, & Achillei. Datum Laterani per manum Rolandi S. R. E. Præsb. Cardin. & Cancellarii: ſecundo idus novembris, indictione V. Incarn. Dom. an. MCLVI. Pont. noſtri V. Dom. Adriani Papæ IV. an. 11.: *quod quidem privilegium erat ſigillatum cum plumbea bulla in eo pendente.*

Conventio Ottonis Marchionis cum Raimundo de Monteforti ex chartulario Eccleſiæ Aſtenſis ſub tit. Anniverſaria *n.* 45.

MCLVII. 46

Inſtrumentum rogatum Uberto Notario S. Palatii anno Domini 1157. 10. die madii, indict. 5. Otto Marchio promittit ſe defenſurum contra omnes homines bona, & res mobiles, & immobiles Ramundi de Monteforti, & ipſe Ramundus inveſtit, ac donat ipſi Marchioni caſtrum, & villam, terras, vineas, paſcua, prata, jerba, & nemora, & omnia quæ habebat in loco, ubi dicitur Urriolum, quæ donatio ſit nulla, ſi pactum ſupradictum non obſervaverit Marchion Otto.

Privilegium Vilielmi Marchionis hominibus Gaſingi ex autographo.

MCLVIII. 47

Anno Dominicæ Incarnationis milleſimo centeſimo quinquageſimo octavo, ſexto idus madii, indictione ſexta. In Chriſti nomine breve recordationis pro futuris temporibus uſque in perpetuum ad memoriam recolendam. Vilielmus Marchio filius quondam Rainerii Marchionis per cartulam, quam ſua tenebat manu præſentia bonorum hominum, nomina ſubter leguntur donavit, & inveſtituram dedit hominibus Gazingi de omni bono uſu, quem habebant in totis finibus Gazingi, ſcilicet in communibus, quæ ſunt ex una parte Padi; & ex alia & in molendinis, & in aliis inſtrumentis ædificandis ſupra dicto flumine, & inſuper dedit, & confirmavit hominibus Gazingi uſum, quem habent homines Valenciæ. In primis ſibi retinuit quatuor placita ſcilicet ſcooxatorem, latronem, traditorem, & homicidium: & ſi ille, qui fecerit homicidium habuerit aliquem amicum, qui ſuſcipiat ipſum homicidam ſuper ſe, donec faciat juſtitiam in tanto, quantum ipſe homicida habet, tunc poſſeſſiones ipſius homicidæ non debent ſaxiri a poteſtate, &

ille qui ipsum homicidium super se susceperit non debet esse sub pœna, nisi in tanto quantum ille homicida habet. Alia omnia placita, de quibus reclamatio venerit ante vicinos, debent esse ad emendandum in potestate vicinorum, & postquam emendatio facta fuerit ante vicinos, non debet removeri a potestate: & si aliquis invenerit aliquem hominem in suo damno, & ille qui damnum dederit, voluerit dare pignus, si ille, cujus damnum est, percusserit eum alapis, aut aliquo flagello, tamen non multum graviter sustinet sibi ipsum dedecus: & totum hoc quod consules communis Gazingi fecerint aliis hominibus ipsius loci ad honorem isti Marchionis, & ad honorem omnium communium Gazingi non debet esse sub occasione potestatis: & illos bonos usus, quos prædictus Marchio hominibus Gazingi dederit, non rumpet nisi legali judicio: & si Rex venerit in Logabardia, & collegerit forium, supradictus Marchio poterit defendere homines de Gazingi, quod non dent forium ad Regem; tunc debent dare prædicto Marchioni pro uno quoque jugo boum, & illi homines qui habuerint quantum bubulcus solid. tres, & manuale debent .... decem, & octo: & homines de jam dicto Gazingo debent facere hostem, jam dicto Marchioni tribus vicibus per annum per tres dies ad illorum conductum, & si ultra tres dies steterint in hostem, debent habere conductum Marchionis. Insuper prædictus Marchio pro se, & suis hæredibus per bonam fidem promisit hoc, quod in hoc breve rumpere non debet hominibus Gazingi. pœnam vero inter se posuerunt jam dictus Marchio, & homines de Gazingo qualis partis ex eis rumperet hoc quod in hoc breve &c., aut rumpere tentaverit, ut componat parti fidem servanti pœnalibus centum argenti denariorum bonorum Secusinorum, & .... denar..... quaque tabul.... meaglam (*medaliam*) unam secusinam, & post pœn..... sol..... hoc breve in suo robore permaneat, factum est hoc in loco Gazingi feliciter.

Signum | | manus ipsius Villielmi Marchionis qui hoc breve fieri rogavit, ut supra.

Archiepiscopus Ebriennensis, Anselmus Valenciæ, Petrus Moltura, item Petrus Bozolini, Vido Boca, Rogerius Moltura, Otto Pius, Otto Gastaldus, Obertus Pelaus, Johannes Asnavius, Nicolaus Jacobus de Calamandrana, ind. sunt testes. Ego Jordanus interfui, & hoc breve ad memoriam recolendam subscripsi.

Confirmatio possessionum, & jurium Ecclesiæ S. Martini de Gamundio ab Alexandro III. Canonicis ejusdem Ecclesiæ concessa.

48 M C L X I.

Alexander Episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis canonicis Ecclesiæ S. Martini de Gamundio tam præsentibus, quam futuris in eadem Ecclesia canonice substituendis in perpetuum. Quoties a nobis petitur, quod religioni, & honestati convenire dignoscitur, animo nos decet libenti concedere, & petentium desideriis congruum suffragium impertiri. Quocirca, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus clementer annuimus, & ad exemplar prædecessorum nostrorum felicis memoriæ Anaxtasii, & Adriani Romanorum Pontificum, prædictam Ecclesiam, in qua divino emancipati estis obsequio, sub B. Petri, & nostra protectione suscipimus, & præsentis scripti privilegio communimus, statuentes, ut quascumque possessiones, quæcumque bona eadem Ecclesia inpræsentiarum juste, & canonice possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis præstante Domino poterit adipisci, firma vobis, vestrisque successoribus, & illibata permaneant, in quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis Ecclesia omnium sanctorum cum parochia, & omnibus pertinentiis suis, Ecclesia S. Lazarii consensu fratris nostri Wilielmi Aquensis Episcopi, & Amici Buacii ejusdem Ecclexiæ fundatoris, & universitatis infirmorum, ut ex scripturis supradictorum manifesta insinuatione cognovimus, cum parochia, & possessionibus ipsius Ecclexiæ fundatoris; vobis concedimus præterea jus parochiale in Ecclexia S. Petri, jus parochiale in Ecclexia S. Jacobi, jus parochiale in Ecclesia S. Mariæ de Campis, jus parochiale in Ecclesia S. Andreæ vobis concessum, jus Parochiale in Ecclesia S. Trinitatis, & in his omnibus supradictis Ecclesis jus parochiale tam in decimis, & primitiis, quam in ægrotantium pœnitentiis, & morentium sepulturis. Ac hæc Apostolica auctoritate inhibemus, ut nulli omnino liceat in parochia Ecclesiæ vestræ novum oratorium sine assensu Diœcesani Episcopi, & vestro ædificare. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat supradictam Ecclesiam temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed illibata omnia, & integra conserventur eorum, quorum gubernatione, & sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salva nimirum Apostolicæ Sedis auctoritate, & Diœcesani Episcopi Canonica justitia. Sique igitur in futurum Ecclesiastica, secularisve persona hanc nostræ Constitutionis paginam sciens contra eam temere venire tentaverit. Secundo, tertioque commonita, nisi præsumtionem suam congrua satisfactione correxerit, potestatis, honorisque sui dignitate careat, reamque in Divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & a Sacratissimo corpore, & Sanguine Dei, & Domini nostri Redentoris Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus sit pax D. N. J. C., quatenus, & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen. Sign.

Ego Alexander Catholicæ Ecclesiæ Episcopus.

Ego Ubaldus Præsbiter Card. tit. S. Praxedis. Ego Manfredus Præsb. Card. S. Sabinæ. Ego Cencius Præsb. Card. S. Laurentii in Piscina. Ego Hyacinthus Diac. Card. S. Mariæ in Cosmedin. Ego Johannes Card. S. Angeli.

Dat Anagniæ per Marium Gratiani Romanæ Ecclesiæ Notarium X. kal. febr. indict. X, Incarn.

Dominicæ MCLXI. Pontif. vero Domini. Papæ Alexandri III. anno tertio.

Cum plumbo impendentis ſigni, videlicet Alexander Imp. III., *& in eo adeſt imago SS. Petri, & Pauli.*

Diploma Friderici Imp. ann. 1164. *Gulielmo marchioni Montisferrati confirmatum a Carolo Imperatore anno* 1355. *Johanni Marchioni.*

49 MCLXIV.

Carolus Dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus, & Bohemiæ Rex. Omnibus in perpetuum Regalis ſublimitatis gloria, quæ in multitudine plebis, & populo honorificato conſiſtit, hanc conſtituit ſibi legem, & per illas ſemitas liberalitatis incedit, ut beneficiorum ſuorum, quorum rivus eſt indeficiens incrementa derivet in ſubditos, & ad eorum procurandi commoda totis conatibus elaboret, nec in iis Regiæ Majeſtatis erat propoſitum ſi hos cæteris in gratiarum diſtributionibus anteponat, quos linea conſanguinitatis, & immotæ fidei, & devotionis conſtantia efficiunt cariores. Sane per parte Illuſtriſſimi Joannis Marchionis Montisferrati Principis, & conſanguinei noſtri dilecti oblata noſtræ celſitudini regiæ petitio continebat, quod cum ipſe nonnullas terras, diſtrictus, civitates, oppida, burgos, caſtra, curtes, villas, poſſeſſiones, & prædia, ac res, & bona, ſeu loca alia, necnon privilegia, & literas, libertates, honores, jurisdictiones, ac civitates, & jura ad Marchionum præfatum ratione Marchionatus prædicti pertinentes, & pertinentia habeat ſibi, & progenitoribus ſuis Marchionibus Montisferrati per plures celebres recolendæ memoriæ Divos Imperatores, & Reges Romanorum prædeceſſores noſtros & ſpecialiter per quondam Federicum Imperatorem, & Conradum ellectum Roman. magnificos donata, conceſſa, & etiam confirmata prout in privilegiis, & literis hujuſmodi, quorum, & quarum examen ſapientibus aulæ noſtræ regalis committere duximus, plenius continetur: prædicta omnia, & ſingula ratificare, approbare, renovare, & de novo concedere de regali clementia dignaremur quorum quidem privillegiorum tenore, & primo Frederici Imperatoris præfati de verbo ad verbum taliter ſubſequit. In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis Fredericus divina favente clementia Romanorum Imperator Auguſtus, Imperiali congruere videtur honori, ut fidelium ſuorum devote, & honeſte Imperium ſervientium præclara benigne reſpiciant obſequia, & qui cæteris fide, & obſequio promptiores extiterunt, cum congruis beneficiis, & honoribus Imperiali largitione ſublimentur; ea propter notum facimus omnibus imperii noſtri fidelibus, tam futuris, quam præſentibus per Italiam conſtitutis, quod nos dilecto fideli noſtro Gulielmo Marchioni de Monteferrato pro magnitudine, & multitudine ſervitiorum, quæ nobis ſæpenumero exhibuit caſtrum Cavagnolium, & Veſternam cum jure, & eorum pertinentiis, cum ſodro, & bando, & omnibus regalibus noſtris, paſcuis, pratis, ſilvis, terris, pratis cultis, & incultis, aquis, moltis, piſcationibus, ripis, ripatiis, molendinis, & cum omni honore, & diſtrictu, & fidelitate hominum conceſſimus, donavimus, & præſentis ſcripti auctoritate ei, & hæredibus ejus confirmamus imperiali auctoritate ſtatuentes, & præcipientes ne aliqua civitas, necnon conſulatus, ſeu alia aliqua perſona parva, vel magna prædictum Marchionem, aut ejus hæredes in hac donatione noſtra de cætero inquietare audeat, vel in aliquo præſumat moleſtare, quod ſi quis auſu temerario contra hoc noſtræ authoritatis præceptum facere præſumpſerit centum libras auri pro pœna componat, medietatem fiſco noſtro, & reliquam medietatem Marchioni, & ejus hæredibus: cujus rei teſtes ſunt Garſidonius Mantuanus Epiſcopus, Lauden. Epiſcopus, Otto major comes Pallatinus, Guido comes Blandraten. Margardus de Grinubach, Vebeardus de Lukembergh, Allo confalonerius, Guido de Schonazario, & alii quamplures. Dat. papiæ, apud ſanctum Salvatorem anno mileſimo centeſimo ſexageſimo quarto, Incarnationis Dominicæ IX. calendis octobris. Nos igitur attendentes dicti Marchionis fidei, & devotionis coſtantiam, ac alia probitatis merita, quibus noſtrum, & ſacri Imperii favorem, & gratiam promeretur, & volentes votivis ſuis, inſtantiiſque a rationis tramite non diſcordant conſcenſu gratioſo favore ſibi, ſuiſque hæredibus præſcripta privilegia, ſeu literas ſecundum omnem modum, & formam eorum, vel earum uti, cum præmiſſis omnibus, & ſingulis locis, terris, territoriis, caſtris, caſtramentis, burgibus, curtibus, villis, aquis, aquarumve decurſibus, paludibus, ſilvis, venationibus, gratiis, immunitatibus, hominibus, ſeu vaſſallis, & quibuſcumque nominibus in eiſdem privilegiis expreſſis, etiam nominentur de noſtra Regali clementia, prout digne poſſumus, approbamus, rattificamus, renovamus, & ex certa ſcientia tenore præſentium confirmamus, ac de novo concedimus, & largimur; noſtris tamen, & ſacri Imperii, & quorumlibet aliorum juribus in omnibus ſemper ſalvis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ approbationis, confirmationis, & conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire; ſi quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem noſtram regiam, & pœnam centum marcharum auri puri componendarum ſe noverit graviter incurſurum, quarum medietas fiſco noſtro regali, reliqua vero medietas paſſorum injuriam uſibus debeat applicari. Decernentes nihilominus irritum, & innane, ſi quid contra præmiſſa vel eorum aliquid a quoquam quavis temeritate contingerit attemptari præſentium ſub noſtræ majeſtatis ſigillo teſtimonio literarum. Dat. Piſis, anno Domini milleſimo trecenteſimo quinquageſimo quinto, octava indictione, tertio nonas februarii, regnorum noſtrorum anno nono. Signatis in angulo per D. Joannem Epiſcopum Luchonium Canzellarium Joannis Auguſtini, ſigillum non erat annexum, ſed datum eſt ſejunctum ab ipſo, quod eſt impreſſum in cera ſui coloris. *Concordat hoc exemplum cum eo originali.*

Princivallus.

Conceſſio

Conceſſio Eccleſiæ ſanctæ Mariæ de Gamundio monaſterio Fructuarienſi precibus Gulielmi marchionis Montisferrati ex autographo.

M C L X I V.

49 Guilielmus Dei gratia Aquenſis Epiſcopus dilecto fratri ſuo Rufino Abbati Cenobii Fructuarienſis ejuique fratribus univerſis divino famulatui mancipatis tum præſentibus, quam futuris in perpetuum. Placuit reverentiſſimo patri noſtro Alexandro Dei gratia Romanæ Eccleſiæ ſummo Pontifici, Domino quoque noſtro Oberto Mediolanenſi Archiepiſcopo interventu precum Guilielmi viri nobiliſſimi marchionis de Montefarrato rogare nos, & propriis litteris perſuadere nobis, quatenus Eccleſiam ſanctæ Mariæ de Gamundio, quæ dicitur de curte, quam vobis præfatus Marchio pro Eccleſia veſtra de Rocha, quam ſorori ejus venerabili contuliſtis, in permutatione dare pollicitus fuerat, vobis concedere dignaremur. Nos igitur attendentes religionem veſtram, quam fraterna karitate diligimus, & in Domino plurimum commendamus confiſi de auctoritate precum dominorum noſtrorum Apoſtolici videlicet, & Archiepiſcopi, precibus quoque Marchionis, & ejus uxoris nobiliſſimæ Comitiſſæ, quas pro hujuſmodi re nobis multimodas porrexerunt, quibus in quantum ſecundum Dominum poſſumus promta voluntate obtemperare deſideramus libentiſſime annuentes præfatam Eccleſiam cum omnibus ad eam pertinentibus vobis, veſtriſque ſucceſſoribus concedimus, donamus, & in perpetuum gubernandum committimus, ſalvo ſiquidem jure pontificali tam in ſpiritualibus, quam in temporalibus, ſicut inferius diſtinguemus, ut conſecrationem, & ordinationes ibidem ſervientium Epiſcopus habeat, Chriſma, & oleum ab eo accipiant, interdicta ejus ſuper univerſitate, vel ſpecialibus populi perſonis ejuſdem loci facta obſervent, ad ſynodum Prior vadat, aut ſi evidenti neceſſitate præpeditus fuerit, aliquem de fratribus ſuis, quem magis idoneum elegerit per ſe mittat. Et quando pro comuni utilitate cleri, vel populi Gamundium vocatus fuerit Epiſcopus, in procuratione ejus partem expenſarum, quæ ſe contingeret, perſolvat, & cum per ſummum Pontificem ad concilium vocatus fuerit, onus collectæ faciendæ pro ſua portione ſubeat. Alias vero executiones omnes ad jus noſtrum pertinentes intuitu pietatis, & veſtre religionis, amore quoque præfati Marchionis, & Comitiſſæ omnino vobis remittimus. Si qua igitur in poſterum Eccleſiaſtica ſeculariſve perſona noſtri fori hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens contra eam venire temere temptaverit ſecundo, tertioque commonita, & legitime citata, ſi non reatum ſuum congrua ſatisfactione correxerit poteſtatis, honorisque ſui dignitate careat, reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & a ſacratiſſimo corpore, & ſanguine Domini noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine divinæ ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem Eccleſiæ hæc donativa ſervantibus ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiat, & apud diſtrictum Judicem æternæ pacis præmia inveniant Am. Am. Am. factum eſt hoc VI. id. febr. Ianuæ in clauſtro S. Mariæ in Vineis, anno Domini milleſimo centeſimo ſexageſimo quarto, indictione undecima.

Ego Guilielmus Aquenſis Epiſcopus propria manu ſubſcripſi. Ego Octavianus Archipræsb. Caſinenſ. Ego Guilielmus Eccleſiæ S. Martini canonicus, & præsbiter. Ego magiſter Anſelmus Eccleſiæ ſancti Martini de Gamundio clericus. Ego Guilielmus Archipræsb. de Dego. Ego Manfredus ſancti Petri Aquenſis Prior. Ego frater Gandulfus Civitatulæ dictus Abb. manu propria. Ego Otto Civitatulæ dictus Prior manu propria.

Diploma Friderici Imperatoris Gulielmo marchioni Montiferrati.

M C L X I V.

In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis. Fridericus divina favente clementia Romanorum Imperator Auguſtus, t. c. excellentiſſima Imperii Romani dignitas abundantia tantæ pietatis, atque bonitatis ita ſemper exuberavit, quod fideles ejus, & in beneficiis pluribus, & in maximis honoribus omni tempore ab ipſo inceperunt incrementum, & tamen Imperialis coronæ glorioſa magnitudo in ſuo ſtatu non ſenſit diminutionem, nec in ſua quantitate paſſa eſt detrimentum. Ea propter cognoſcant univerſi fideles Imperii per Italiam conſtituti præſentes, & futuri, quod nos præclara merita, & magnifica ſervitia fidelis noſtri Vuilielmi illuſtriſſimi Marchionis de Monteferrato in memoria retinentes, & præ oculis habentes quæ ſemper exhibuit fideliter nobis, & Imperio ad augumentum gratiæ noſtræ concedimus, donamus, & noſtra Imperiali authoritate confirmamus, & per rectum feudum inveſtituram facimus prædicto Marchioni de Monteferrato, & ſuis hæredibus de caſtris, & poſſeſſionibus, & villis quorum, vel quarum nomina ſubſcripta ſunt iſta, Uz, Gencianum, Mirabellum, Sarmaza, Turrigia, Guiberron, Terra dominorum de Cella, ſanctus Georgius, Torcellum, Muneſenge, Scandaliza, Regum, Curcavagni, Cunico, Montellio, Broxolo, Rovorbella, Mercolengo, Coconato, Thonengo, Coconilis, Aramengo, Cerretum, & plebs de Marrate, Craville, Paſſairanum, Primelli, Scheiranum, Rivalba, Mainile, medietas de Ripa, quæ non eſt Comitis de Blandrato, Ricroſum, Baldiſsè, Pavairolus, Monbel della fraſca, Zinzanum, Scairanum, Merentinum, ſanctus Sebeſtianus, Montanarium; hæc omnia intercedente, & poſtulante cariſſima conſorte noſtra Beatrice, Romanorum Imperatrice auguſta, largimur, damus, concedimus, donamus fideli noſtro marchioni Vuilielmo de Monteferrato, ſuiſque hæredibus, cum omnibus regalibus, cum omni jure, & honore, & diſtricto, & placito, & utilitate, & cum omni plenitudine, & integritate: Uz in terris cultis, & incultis, ſilvis, pratis, paſcuis, montibus, vallibus, planiciebus, aquis, aquarumque decurſibus, molendinis, piſcationibus, venationibus, albergariis, ripaticis, pedagiis, teloneis, armiannis, & cum omni utilitate, quæ ex omnibus iis

pervenire poteſt, & cum fidelitate excepto fodro regali, & ſalva fidelitate noſtra. Statuentes quoque præcipimus, ut nullus Archiepiſcopus, nec Epiſcopus, nec Dux, nec Marchio, nec Comes, nec Civitas, nec Conſules, nulla poteſtas, nulla perſona magna, vel parva præfatum Marchionem illum ſuos hæredes in hac conceſſione, & donatione, & inveſtitura noſtra de prædictis caſtris, poſſeſſionibus, & villis inquietare, moleſtare, vel in aliquo diſveſtire præſumant. Quod ſi quis facere præſumpſerit pro pœna mille libras auri componat, dimidium cameræ noſtræ, & dimidium præfato Marchioni, ſuiſque hæredibus: hujus donationis, & inveſtituræ teſtes ſunt, Guido comes Blandratenſis, Geneardus de Lukemberch, Marquerdus D'orobach, Ubertus filius comitis de Blandrata, Henricus Mariſcalcus, Arnaldus, Barbavaria, & Lorveardus Pincerna, Bodgerus Caſmarius. Signum D. Federici Romanorum Imperatoris invictiſſimi. Ego Criſtianus Canzellarius vicedomini Reinaldi Colonen. Electi in Italia Archicanzellarii recognovi. Acta ſunt hæc anno Dominicæ Incarnationis 1164. indict 2. regnante Domino Federico Imperatore victorioſiſſimo, anno regni ejuſdem XII. imperii vero X. feliciter amen. Dat. in caſtro Belfort. III. non. octobris. Extractum hoc exemplum a præanotata ſcriptura carente ſigillo, & habente caracteres ſupra annotatos, & pro fide ſubſcripſi.

Principallus.

Conventiones inter Anſelmum Epiſc. Aſten. & Commune Alexandriæ circa homines Quargnenti.

51 MCLXVIII.

Anno Dominicæ Incarnationis MCLXVIII., VIII. cal. novemb. Hic eſt tenor pacti, & conventionis Quargnenti inter Epiſcopum Anſelmum Aſtenſem, & commune Alexandriæ, quod Epiſcopus Aſtenſis debet dare quadraginta de melioribus hominibus, qui ſunt Quargnenti pro habitando in civitate Alexandriæ, qui debent ſubire onera civitatis, in faciendo ponte, & foſſato, & aliis oneribus civitatis, & omnes etiam, qui morantur in villa debent ſubire onera civitatis, excepto quod non debent habitare in civitate Alexandriæ ſine præcepto præſulis, & iſtud facere debent ſalvis juſtitiis, & rationibus, & conſuetudinibus, & diſtrictionibus quas hactenus habuerunt, & ipſe, & prædeceſſores ejus. Si quis vellet contradicere Epiſcopo in ſuis rationibus, & juſtitiis Quargnenti, & Conſules Alexandriæ cum toto Communi civitatis promittunt, & tenentur pro poſſe ipſum juvare. Huic pacto, & conventioni, nec ipſe Epiſcopus Anſelmus, nec aliquis ejus ſucceſſor ullo tempore contradicere debet. Actum eſt hoc in præſentia conſulum Mauri Lechi, & Achati, & Jacobi, & Vermi Fraxonis, & Alirami, & Uberti de Foro, & Germani de Cella, & Vermi Colombi, & Amedei de Fiblinis, & Oberti, & Robaldi de Monte magno, & Manfredi de Viariſio, & Manfredi de Iſola.

Deditio villæ Caſtelletti populo Alexandrino.

MCLXIX. 52

Anno Domini MCLXIX. indict. II. in medio menſe martii in villa Caſtelleti in ſuperiori parte prope Eccleſiam ſancti Innocentii præſentia teſtium, quorum nomina ſubter leguntur. Bernardus Agneia, & Manfredus de Pulte, & Ubertus de Babilonia, & Anneus, & Adalardus, & Opizzo, & Oculus-groſſus, & Racherius donaverunt ex mera liberalitate Alexandrino populo caſtrum Caſtelletti, & villam cum omnibus ſuis pertinentiis ſine omni ſua contradictione, & ſuorum heredum, ac proheredum, ita ut habeat, & teneat in perpetuum &c. Signa manuum Bernardi Agneiæ, & Manfredi, & Uberti.

Signa manuum Alberti de Maxio, Pugni de Gamundio, Uberti de Foro, Manfredi Vicecomiti, Pectine, Caneva, Jacobi de Inveraldo teſtium.

Conventio inter Aſtenſes, & Alexandrinos.

MCLXIX. 53

In nomine Domini, ut omnis fomes diſcordiæ eradicetur, & perpetua concordia conſervetur inter Aſtenſes, & Alexandrinos dictos juxta flumen Tanari habitantes tale pactum ſub juramento inter eos firmatum eſt. Jurant bona fide adjuvare Alexandrinos contra Marchionem Montisferrati, & contra Comitem Blandrati omni occaſione remota, & contra aliquam ſingularem perſonam, vel contra aliquos alios homines. Item jurant bona fide ſalvare, & cuſtodire Alexandrinos, & eorum res, & bona, univerſos cives Alexandrinos, & eorum juriſdictionem prædicta civitate, & ejus juriſdictionem habitantes, & tota juriſdictione ſua, & alibi ubique ſuo poſſe bona fide. Item jurant bona fide facere juſtitiam Alexandrinis Aſtenſium conquerentibus, nec cambium facient excepto a principali debitore, aut fidejuſſore, ſed in perſona nunquam. Item jurant bona fide, quod non accipient pedagium, aut teloneum, ſcilicet curaiam, vel alium honorem ab aliquo Alexandrino in Haſte, nec in ejus juriſdictione. Item jurant quod non vetabunt aliquibus mercatoribus, negotiatoribus, undecumque veniant ſive per terram, ſive per aquam, qui veniant Haſt cum negotiatione ſua eundo, & redeundo. Item jurant bona fide, quod facient Alexandriæ ſemel in anno expeditionem cum militibus, & peditibus, ſi eis ab Alexandrinis imperatum fuerit ſuis expenſis, & amiſſionibus, nec derelinquent eos in expeditione infra menſem unum abſque voluntate illorum, quorum ſubſidio interfuerint, nec dimittent eos in obſidione caſtri obſeſſi utriuſque partis voluntate abſque voluntate eorum, quorum ſervitio extiterint, & quoties Alexandriam mandaverint ſibi cum militibus in adjutorium properare, properabunt, & venient in primo ſero ſuis expenſis, & perditis, & duos menſes ſuis perditis, ſed Alexandrinorum expenſis. Item omnibus locis, aut hominibus, quos communi conſilio Aſtenſium Conſulum, & Credentiæ, & Alexandriæ Conſulum, & Credentiæ, omnium ſcilicet, aut majoris partis acceperint, utrique hoc jureju-

rando teneantur. Et e converso similiter Alexandrini jurant super sancta Dei Evangelia hæc omnia supradicta versus prædictos Astenses bona fide, & absque fraude observare, excepto de Curaia, quæ est Astensis Episcopi, & de pedagiis sub jurejurando ad terminum venditis, sed adveniente termino duorum mensium vir prædictæ Alexandriæ non det in Haste, aut ejus jurisdictione pedagium, aut alium honorem præter prænominati Episcopi Curajam, & hoc jusjurandum semper in capite decem annorum renovetur si ab Alexandrinis Astensibus consulibus, aut ab Astensibus Alexandrinis requisitum fuerit, & hæc omnia inscripta Astenses, & Alexandrinos bona fide &c. Actum est hoc anno Dominicæ Incarnationis MCLXIX. indictione II. Etsi aliquod milioramentum major pars utriusque credentiæ, & consulum facere voluerit, utraque pars teneatur similiter; salvo Imperatore, sic intelligatur quod recedente fortia, ac violentia Imperatoris ab Italia statim hoc jurejurando, utraque pars adversus aliam teneatur. Et si homines Astenses in guerram ierint pro Alexandrinis usque ad finem guerræ non debent eos dimittere, & e converso.

Literæ D. Gualdini Mediol. Archiep. quibus ad Galdinum Ep. Aq. formulam juramenti, quod Provinciales Episc. in sua consecratione præstare solent, transmittit versus annum 1170.

54 MCLXX.

Gualdinus Dei gratia S. Mediolanen. Ecclesiæ Archiepiscopus Apostolicæ sedis legatus Ven. fratri Galdino Aquensi Episcopo salutem, & omne bonum. Postulavit a nobis caritas tua, ut tenorem juramenti, quod fratres Coepiscopi nostri in consecratione sua Mediolanensi Ecclesiæ solent præstare, tibi in scriptis transmitteremus. Noverit itaque caritas tua hunc esse ipsius juramenti tenorem. Ego Gandinus Aquensis Episcopus juro ad sancta Dei Evangelia, quod amodo ero fidelis, & obediens... nec Mediolanensi Ecclesiæ, & D. Gualdino Mediolanensi Archiepiscopo, ejusque catolicis successoribus; & possessiones, quas Aquensis Ecclesia nunc habet, vel si quæ alienatæ, vel occupatæ fuerint, & temporibus meis ad Aquensem Ecclesiam redierint, non vendam alicui, nec infeudabo, nec alienabo, nisi forte per licentiam, & concessionem Mediolanensis Archiepiscopi, & Aquensium Canonicorum totius, vel majoris partis.

Conventiones inter homines Alexandriæ, & marchiones Gavii.

55 MCLXXII.

Anno Dominicæ Incarnationis millesimo centesimo septingentesimo secundo, indictione quinta, decima die augusti in loco Gavii præsentia bonorum hominum, quorum nomina subter leguntur, ideo quod homines Alexandriæ, quæ est posita in loco Roboreti juraverunt per sancta Dei Evangelia marchionibus Gavii contra omnes homines adjuvare, tenere Gavium, Montaldum, Amelium, Taxarolum, Pasturanam, & stratam per locum Gavii. Albertus marchio Gavii filius quondam Guidonis, item marchionis, qui professus est lege Salica vivere una cum filiis suis Johanne Vermo, & Manfredo fecit investituram, & donationem in omnibus habitatoribus Alexandriæ illis, qui modo habitant in ea Alex., aut ab hoc die in antea habitabunt de pedagio, quod tribuebant Gavii istis Marchionibus, quod omnino ab hoc die in antea nunquam ullo tempore nullum pedagium tribuant in loco Gavii, neque in suo districtu istis marchionibus, neque suis nunciis, nec ulli personæ de omnibus suis rebus, scilicet homines Alexandrini, qui modo sunt in ea, aut ab hac die habitabunt, ut supra legitur, sive pax, sive guerra sit inter illos, quod absit Deus, vadant per locum Gavii, & mercatores cum bestiis, & cum omnibus suis rebus ducendo mercatum sine ullo pedagio omni tempore scilicet sint salvati, & tuti in loco Gavii, & in suo districtu isti habitatores Alexandrini ducendo mercatum cum omnibus suis rebus ab istis marchionibus Gavii cum omnibus hominibus Gavii bona fide, suorumque posse.

Signum Albertus marchio iste, qui hanc cartam, ut supra legitur, & istam investituram, & donationem pedagii fecit suis manibus, & fecit jurare Ruffino Trespanes ad sancta Dei Evangelia in anima sua istam donationem pedagii, & omnia pacta infr. infr. ista attendere, & firma tenere, & non infringere, sic Deus illum adjuvet, & S. Dei Evangelia omni tempore. Signum Johannis Vermi, Manfredi ista, ut supra legitur omnia inf. inf. omni tempore juraverunt unusquisque per se ita attendere, sicut pater illorum.

Actum est hoc in loco Gavii in Ecclesia sancti Jacobi in assumtione B. Mariæ. Testes adfuerunt Episcopus de Montemoresino, Trencherius de Gavio, Ottus Forcelli, & Corsus Jardinus, Balduinus Gustaldus, Vermus Campestrus, Guido, Azo Algerius, Johannes Canis, Bonifacius Bucardus, Henricus Clappe, & Guido Uberzoni, Guido Agnis, Marsus Ugellus, Henricus Vacrus, Pugnus Rochæ, Penatrinus de Plovera, Beneglorius de Turre, Manfredus Plazæ, Simon Coraii, Otto de Anzano, Porcus, Ruffinus Bazzarius.

Controversia de quodam molendino inter Galdinum Epis. Aq., & P. Remperge ab anno 1771. *ad* 1776. *circiter.*

56 MCLXXVI.

Constat controversiam fuisse inter D. Galdinum Aquensis Ecclesiæ Episcopum, & Petrum Remperge de Molendino de Pontone, dicebat namque D. Episcopus molendinum de Pontone, quod Petrus Remperge tenet, suum proprium, & Dominicum esse, idcirco ejus restitutionem postulabat. Petrus vero dominium, & proprietatem molendini Episcopi esse confitendo dicebat, sed in prædicto molendino jus habere ideo, quia D. U. de Melegnano quondam Aquen. Episc. illud patri suo in emfiteusim dedit, & ei, ejusque heredibus solvendo singulis annis Aquensi Episcopo VII. modios frumenti, & IV. modios speltæ ad mensuram sextarii

conceſſæ Epiſcopi in perpetuum poſſidere conceſſit, ſuper quod publicum inſtrumentum proferebat. Prædictus vero Epiſcopus dicebat licet molendinum a dicto Epiſcopo ei datum fuiſſet, nihil tamen ſibi prodeſſe cum ipſius Epiſcopi vita talis fuit, ut a B. M. D. Eugenio quondam Apoſtolico legitima, & ſolemni accuſatione præcedente merito, & canonice depoſitus fuerit, adeo enim res omnes, & poſſeſſiones Epiſcopatus malevivendo, quod & nefas eſt dicere diſſipavit (1), & conſumpſerat, quod non ſolum Epiſcopus, ſed nec etiam unus capellanus de toto Epiſcopatu neceſſaria habere poterat, quod ſanctus prædictus Apoſtolicus in veritate ita eſſe cognoſcens, miſeriæ, & deſolationi Aquenſis Eccleſiæ compatiens omnes alienationes a præfato Epiſcopo factas conſilio Cardinalium, & D. O. Mediolan. Archiepiſcopi, (2) & univerſorum Lombardiæ Epiſcoporum, qui tunc cum eo erant, & aliorum multorum ſapientum caſſavit, & ad irritum deduxit, & omnibus, qui ab eo res Epiſcopatus quocumque alienationis titulo acceperant, ut eas prædicto Epiſcopatui reſtituerent ſub pœna excommunicationis firmiter præcepit, & ad hoc probandum publicam, & communem famam introducebat. Allegabat inſuper præfatus Epiſcopatus, quod Petrus Resperge coram D. U., qui tempore Imperatoris adminiſtrationem Aquenſis Epiſcopus habebat, & pro Epiſcopo habebatur, confeſſus eſt, & convictus fuit prædictum molendinum proprium, & Dominicum eſſe Aquenſis Epiſcopi, & quod poſſet auferre, & pro velle ſuo, vel ſibi retinere, vel alii dare, & ſe nihil juris in prædicto molendino habere, ſive adminiſtrationem, (3) & nec fictuario nomine, nec aliquo alio modo, niſi quantum placuerit Aquenſi Epiſcopo in prædicto molendino amplius petere, & ſi quid juris in eo habebat in manibus D. Ug. finem, & refutationem fecit, & ut non liceret (4) ei hoc ullo tempore negare per manus Hugonis notarii inſtrumentum fieri rogavit, quod inſtrumentum una cum pluribus teſtibus præfatus Epiſcopus producebat. Petrus e contrario dicebat hujuſmodi finem, & refutationem, ſive conceſſionem (5) nihil ſibi præjudicare, quam vi, vel metu eam potius quam ſponte præſumendum eſt feciſſe. Dicebat quoque D. Gulielmum Aquenſis Eccleſiæ Catolicum Epiſcopum poſt quam rediyit ab exilio, quo erat tempore Imperatoris prædictum molendinum nominatim ſibi inveſtiviſſe, & ipſe plures teſtes habebat. Ad hæc Epiſcopus dicebat inveſtituram iſtam minime valere, tum quia a Domino Mediolanenſi Archiepiſcopo . . . . . conſecrationem ab eo accipere debuit exigentibus Aquenſibus clericis, ne res Epiſcopatus ullo modo alienarentur, quod etiam ipſe Epiſcopus propria manu obſervaturum jurejurando promiſit, tum quia ejuſmodi inveſtitura . . . , abſque conſilio clericorum, & vaſſallorum facta fuit; tum quia tempore hujus peſſimæ inveſtituræ Eccleſia immodice læſa, & enorme damnum paſſa fuit, & ſuper hoc plures inducebat teſtes.

(1) *Diſſipaverat ſic in vet. exempl.* (2) *Non alius certe quam Obertus, qui ex Ughello p.* 150. *fuit Archiep. Mediolan. ab an.* 1145. *ad* 1155. (3) *Sine adminiſtratione.* (4) *Licet.* (5) *Confeſſionem.*

Præceptum Algiſiſii Archiep. Mediolan. Monachis S. Petri, ut ſententiæ a ſe latæ obſequantur ex Arch. Cap. Aquen. ab an. 1176 *ad* 1185. 57

Epiſcopus Alg. Dei gratia ſanctæ Mediolanen. Eccleſiæ Archiepiſc. dilecto fratri HL. Abbati S. Petri Aquenſis, ejuſque fratribus ſalutem, & omne bonum. Grave gerimus, & moleſtum intelligentes, quod cum nos inter vos, & canonicos Aquenſes ſuper parrochia Civitatis, & Suburbii noſtram jam pridem dederimus ſententiam, parrochiam, & jura parrochialia canonicis adjudicantes, vos contra ſententiam latam venire non timentes, ea, quæ ipſis canonicis adjudicavimus, illicite uſurpatis. Quoniam igitur non eſt tutum falcem in alienam ponere meſſem, præſentibus ſcriptis vobis præcipiendo mandamus, quatenus ſententiæ latæ pareatis, nec in pœnitentiis, ſeu viſitationibus, vel aliis, quæ ad jus parrochiale pertineant de parrochianis illorum vos intromittatis, nec noſtræ ſententiæ in aliquo præſumatis derogare.

Concordia Gulielmi Marchionis Montisferrati cum civitate Alexandriæ ex apographo an. 1320. 1. *decembris coram Ottone de Rivara Judice Clavaſii ex originali deſcripto.* MCLXXXVIII. 58

Anno Dominicæ Incarnationis milleſimo centeſimo LXXVIII. die martis, quæ eſt XIII. menſis junii indictione XII. Breve concordiæ, & pacis factæ, & compoſitæ inter D. Guillelmum marchionem Montisferrati, & ejus filios, & ex altera parte homines Alexandriæ civitatis per eorum miſſos D. Hubaldum de Boslerio poteſtatem eorum, & Petrum Canefrum, atque Balerinum eorum conſules; quæ pax, & concordia talis eſt. Ipſe enim D. Marchio per ſe, & prænominati poteſtas, & conſules Alexandriæ, & per omnes homines ſuæ partis, & per ſe, & Alexandrinos, & per omnes homines ſuæ partis fecerunt invicem finem, & pacem de omnibus maleficiis hinc inde uſquemodo perpetratis a quocumque, & qualicumque facta forent. Inſuper dictus Marchio juravit ad ſancta Dei Evangelia, quod bona fide ſine fraude tenere habet amodo firmam pacem per ſe, & per ſuos homines omnibus Alexandrinis, & omnibus hominibus ſuæ partis in perſonis, & rebus eorum omnium, & quod bona fide ſalvare, & guardare habet omnibus hominibus Alexandriæ omnes eorum res, & bonas uſancias, quas habebant tempore, quo D. Fridericus Imperator primum venit Tertonam, & quod laudare, & confirmare habet ſtatum civitatis Alexandriæ, & quod bona fide, & ſine fraude, & malo ingenio dabit operam ad ſuum poſſe, ut Dominus Fredericus Imperator hæc omnia laudet, & confirmet ſpecialiter ſtatum Alexandriæ, ut eam in civitatem laudet, & confirmet, & quod omnes qui ſunt, vel fuerunt de VII. locis, ex quibus Alexandria conſtat eſſe ædificata, ſive ſibi, ſive dicto Friderico Imperatori fidelitate, vel concordi cuſtodia teneatur penitus abſolvet, & abſolvi faciet uſque ad proximum feſtum S. Petri. Nec de cætero aliquem Alexandri-

num in habitatorem excipiet, nec fraudulenter de Civitate abſtrahet, quatenus habitaculis Alexandriæ civitas unquam minuatur, & quod Uberto de Fredona bona alodia, & feuda, quæ non a Marchione tenet, quiete ubique relinquet, quæ non clara fuerint. Et ſi dubium fuerit, per conſules, & per alios homines cognoſcant. De feudis vero, quæ a Marchione tenet, ſi inde erit controverſia de omnibus in curia ſua decidatur infra duos menſes proximos, & quod per eum non ſtabit, quatenus cauſa illa finiatur. Guaſco vero Guillelmo de Belmonte, & ejus hominibus idem faciet, & obſervabit quod faciet hominibus Portæ Gamundi, & Marenci. Conſortes vero eorum cum ſuis hominibus redeant per eorum loca ſalvis juſticiis eorum, & Marchionis. Item idem faciet Guillelmo Bogerio, & conſortibus ſuis, & filiis eorum, & hominibus de Caſino, quod faciet hominibus portæ Gamundi, & Marenci. Simul vero omnem rationem dimittet faciente eo omnibus rationem. Item juravit quod faciet filios ſuos hoc idem Sacramentum facere, & tantos de ſua Curia, quantos Alexandrini voluerint, & Dominam Comitiſſam uxorem ſuam ſua nobili fide promittere, ſeu attendere ex ſua parte, & addidit in Sacramento, quod ſi Dominus Fridericus Imperator noluerit hoc confirmare, nec treguam Alexandrinis tenere, ipſe Marchio bona fide ſine fraude adjuvabit Alexandrinos, quantum alios ſuos homines. Alexandrini autem facient fidelitatem Marchioni, & uxori, & filiis ejus, & jurabunt ſalvare, guardare Marchionem, & uxorem, & ejus filios contra omnes homines, & adjuvare eum pro poſſe ad tenendum omnia ſua. Homines vero Gamundi, & Marenchi, & Fori jurabunt fidelitatem Vaſſalli, & Vaſſalli, cæteri autem ut Pagiſani. Homines vero Bergolii, Roboreti, Solerii, Uviliarum, Quargnenti jurabunt fidelitatem contra omnes, ſalvis fidelitatibus, & juſticiis Dominorum ſuorum, & omnes Alexandrini jurare debent tenere firmam pacem Marchioni, & ejus filiis, & marchioni Alberto de Inciſa, & ſenioribus de Lanerio, & omnibus aliis hominibus ſuæ partis Lombardis, & quod non recipient amodo aliquem Comitem, nec Marchionem, nec Caſtellanum in habitatorem excepto marchione Malaſpina, & Marchione de Cravexana, & illo de Palolde, & alios, quos jam receptos habent, & quod nullum ex terræ Marchionis hominibus accipient in habitatorem abſque ejus parabola, & jurabunt, quod non facient juramenta cum Aſt, cum Terdona, non cum Papia, & quod dabunt Marchioni ſuum quartum, & ſua ficta, & omnes ſuas rationes, & juſticias, & pedagium, & curadiam civitatis, excepta decima pedagii, & curadiæ, quæ eſt Archiepiſcopi Mediolanenſis. Quinque vero placita contilia totius civitatis habeat Marchio, & pontaticum foris (*al. pontis*) tanagri excepta decima, quæ eſt Archiepiſcopi, & tertia parte, quæ eſt marchionis Malaſpinæ, & quod facient ei unicum exercitum per annum pro communibus eorum expenſis, Imperatore non habente guerram cum Lombardis, vel eo non morante in Lombardia, & excepto ſi Papienſes eſſent in eo exercitu pro communi. Item facient ei Palacium unum in Alexandrina civitate, & quod bona fide dabunt operam, ut Dominus Apoſtolicus, & Rectores Lombardiæ hæc omnia laudent, & confirment, & adjuvent illam partem, quæ obſervare voluerit iſtam pacem, & cum conſules Alexandriæ conſtituentur per ſingulos annos debeant jurare, ſalvare, & cuſtodire Marchionem, uxorem, & ejus filios, & omnia ſua, & ſi de aliquo capitulo iſtorum aliquo orirentur diſcordiæ inter Marchionem, & Alexandrinos reformetur, & decidatur per Magiſtrum Hoſpitalis Jeruſalem, & per Abbatem monaſterii S. Mariæ de S. Andrea de Seſto. Hæc omnia jurabunt Alexandrini ſalvis rationibus, & juſticiis, & concordiis Archiepiſcopi Mediolanenſis, & ſalva concordia ſocietatis Lombardiæ, ſicut jurarunt, & tenentur de ſtatu, & unitate Lombardiæ, & ejus ſocietatis, & ſalvis conventis, & concordiis, quas habent cum marchione Malaſpina, quia ſic inter eos convenit quidem, & ad hanc pacem, & concordiam confirmandam, & laudandam interfuerunt Malfilius de Menulfis, & Willielmus de Oſſa conſules communis Mediolanenſis, Obertus de Bonefacio conſul communis Placentiæ, & Gregorius Noxatus conſul communis Novariæ legati Rectorum Lombardiæ, qui ad Archiepiſcopum Mediolanenſem convenerant, unde plures chartæ ſunt rogatæ ſcribi uno tenore. Actum in territorio Apiani feliciter. Signa manuum infraſcriptorum Marchionis, & Poteſtatis, & conſulum Alexandriæ, qui hanc chartam, ut ſupra fieri rogaverunt, & infraſcriptorum legatorum, qui adfuerunt ut ſupra. Interfuerunt teſtes Bernardus Marchio de Occimiano, Albertus marchio de Inciſa, Eleuterius (*Eleemoſina*) Archipræsbiter de Quargnento, Ugo de Parma filius Thebaldi, Paſtoronus de Vignale, Ferrarius de Valencia, ac alii.

Ego Sicus Joannes Notarii Sacri Palatii juſſu prædictorum Marchionis, & Poteſtatis, & Conſulum Alexandriæ rogatus ſcripſi, & interfuerunt alii multi, ibique de curia marchionum juraverunt idem Sacramentum, quod fecit Marchio, Paſtor, Jac. Refantus, Ferrarius de Valentia, Cutus fori, Henricus de Caburro, Acatapanus Mutus, & Raimundus de Felizzano, Manfredus Saza, Guadalupus, Oglerius de Caſtronovo, Nicolaus, ac Præsbiter de S. Salvatore, Gullielmo Scazop, Germanus de Cabmagna, Jacob Paſtoran, Abbus, & Albertus, & Aſelerius de Cotendenderio, Guillelmus de Pocopallea, Guillelmus Zica, Obertus de Orzano, Guidoputalea, Caſulis de Falerio, Rufinus Guaſcus, Petrus Abbas, Joannes de Cedona, Azus de Cazulino, Joannes de Montogromerii ex parte dictorum Alexandrinorum jurarunt, ſicut ſtatutum eſt Poteſtas Canefrus, Willielmus, Obertus, Nata, Acata, & alii plures.

Privilegium Alexandri III. Papæ Monaſterio S. Quintini de Spigno ex autographo penes I. C. Matteum Boccaccium.

MCLXXVIII. 59

Alexander Epiſcopus Servus Servorum Dei dilectis filiis Rollando Abbati Monaſterii S. Quintini de Spigno, ejuſque fratribus tam præſentibus, quam

futuris regularem vitam profeſſis in P. P. M. Officii noſtri nos hortatur auctoritas pro Eccleſiarum ſtatu ſatagere, & earum paci, & tranquillitati ſalubriter auxiliante Domino in poſterum providere. Dignum namque eſt, & honeſtati conveniens eſſe cognoſcitur, ut qui ad Eccleſiarum regimen aſſumti ſumus eas, & a pravorum hominum nequitia tueamur, & Apoſtolicæ Sedis, ac B. Petri patrocinium muniamus. Ea propter dilecti in Domino filii veſtris juſtis poſtulationibus clementer annuimus, & præfatum Monaſterium, in quo divino eſtis obſequio Mancipati ſub B. Petri, & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti privilegio communimus. Imprimis ſiquidem ſtatuentes, ut ordo monaſticus, qui ſecundum Domini, & B. Benedicti regulam in eodem Monaſterio inſtitutus eſſe dignoſcitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter obſervetur. Præterea quaſcumque poſſeſſiones, quæcumque bona idem Monaſterium in præſentiarum juſte, & canonice poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione regum, vel principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis præſtante Domino poterit adipiſci firma vobis, veſtriſque ſucceſſoribus, & illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis. Eccleſiam S. Ambroſii, videlicet quæ eſt in caſtro Spignio, Eccleſiam S. Agnetis in eodem loco, Capellam S. Quintini juxta Monaſterium, Eccleſiam S. Angeli, Eccleſiam S. Mariæ in Tripplino, Eccleſiam S. Michaelis in Malovicino, Eccleſiam S. Georgii in Monteclaro, Eccleſiam S. Mariæ de Rochetta, Eccleſiam S. Michaelis in Curte Milia, Eccleſiam S. Nicolai de Marana, Eccleſiam S. Pauli de Vivello, Eccleſiam S. Andreæ in Taxillo, Eccleſiam S. Salvatoris de Gamudio, Eccleſiam S. Evaſii in Cornale, Caſtrum quod dicitur Plana cum Eccleſia S. Coronæ, Villam, quæ dicitur Viſvalla cum Eccleſia S. Salvatoris, Elleram cum duabus Eccleſiis, Eccleſiam S. Mariæ in Campo regio, Villam, quæ dicitur Sandalum, villam, quæ dicitur Urſariola cum Eccleſia S. Laurentii, Caſtrum S. Juliæ, villam, quæ dicitur Salegium cum Eccleſia S. . . . . (1), & jus, quod habetis in villa, quæ dicitur Cagnia, & Loiſio, & in Curtemilia, & in Rocca, & in Vigeſimo, & in Perleto, & in Turri, & in Ulmo, & in Montebaldonis, & in Denis, & in Beſtagnio, & in Lintigniano, & in Alice, & in Runco Aldonis (2), & in Bonovicino, & in Roboreto, & in Petra Pavonis, & in Plaſſano, & in Pulſone, & in Monteclaro, & in Pereto, & in Veragino, & in Albuzzola, & in valle Pica, & Pertica, in Bochilo, in Carcaris, & in Cario, in Viniariolo, in Nidioſa, & Dego, in Monoſilo, in Pruneto, in Leves, & Waſco, in Turri de Burmia, in Cruce Ferrea, in Rochechta de Cingulo, in Cerreto, & in Montebarucio. Sane novalium veſtrorum, quæ propriis manibus, aut ſumtibus colitis, ſive de nutrimentis veſtrorum animalium nullus omnino a nobis decimas, vel primitias exigere præſumat. Liceat quoque vobis clericos, vel laicos a ſæculo fugientes liberos, & abſolutos ad converſionem recipere, & in veſtro monaſterio abſque contradictione qualibet retinere. Prohibemus inſuper, ut nulli fratrum veſtrorum poſt factam in loco veſtro profeſſionem fas ſit de eodem loco abſque Abatis ſui licentia, niſi obtentu arctioris religionis diſcedere. Diſcedentem vero ſine communium literarum veſtrarum cautione nullus audeat retinere. In parrochialibus autem Eccleſiis, quas tenetis, liceat vobis Præsbiteros eligere, & Epiſcopis præſentare quibus . . . (3) fuerint, Epiſcopi curam animarum committant, ut ipſis de ſpiritualibus reſpondeant, vobis vero pro rebus temporalibus ad veſtrum monaſterium pertinentibus debitam ſubjectionem impendant. Cum autem generale interdictum terræ fuerit, liceat vobis clauſis januis non pulſatis campanis, excluſis interdictis, & excommunicatis ſuppreſſa voce divina officia celebrare. Sepulturam quoque ipſius loci liberam eſſe concedimus, ut eorum devotioni, & extremæ voluntati, qui ſe illic ſepelire deliberaverint, niſi forte excommunicati, vel interdicti ſint, nullus obſiſtat, ſalva tamen juſtitia illarum Eccleſiarum, a quibus mortuorum corpora aſſumuntur, ad hæc antiquas, & rationabiles conſuetudines, poſſeſſiones, & jura, quæ fundatores eidem monaſterio veſtro contulerunt, ſicut ipſa pacifice poſſidetis, integra, & illibata præſenti decreto manere ſancimus. Prohibemus inſuper, ut nulli liceat idem monaſterium indebitis exactionibus fatigare (4), vel in vos excommunicationis, aut ſuſpenſionis abſque manifeſta, & rationabili cauſſa ſententiam promulgare. Obeunte vero te nunc ejuſdem loci Abate, vel tuorum quolibet ſucceſſorum nullus ibi qualibet ſubreptionis aſtutia, ſeu violentia proponatur, niſi quem fratres communi conſenſu, vel fratrum pars conſilii ſanioris ſecundum Dei timorem, & B. Benedicti regulam providerint eligendum. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat præfatum monaſterium temere perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu quibuslibet vexactionibus fatigare. Sed omnia integra, & illibata ſerventur eorum, pro quorum gubernatione, & ſuſtentatione conceſſa ſunt, uſibus omnimodis profutura, ſalva Sedis Apoſtolicæ auctoritate, & Dioceſanorum Epiſcoporum canonica juſtitia. Ad indicium autem hujus a Sede Apoſtolica perceptæ protectionis, aureum unum nobis, noſtriſque ſucceſſoribus annis ſingulis perſolvetis. Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica, ſeculariſque perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens contra eam temere venire temptaverit ſecundo, tertioque commonita, niſi reatum ſuum digna ſatisfactione correxerit, poteſtatis, honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & a Sacratiſſimo Corpore, ac Sanguine Dei, & Domini Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eodem loco ſua jura ſervantibus ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.

In medio. Ego Alexander Catolicæ Eccleſiæ Epiſcopus. Ego Ubaldus Hoſtienſis Epiſcopus. Ego Theodinus Portuenſis, & S. Ruſinæ Epiſcopus. Ego Petrus Tuſculanenſis Epiſcopus. Ego Henricus Al-

banensis Episcopus. Ego Bernereus Prenestinus Episcopus. Ego Joannes Præsbiter Card. S. Johannis, & Pauli, & Pammachii. Ego Joannes Præsbiter Card. tt. S. Anastasiæ. Ego Joannes Præsbiter Card. tt. S. Marci. Ego Vivianus Præsbiter Card. tt. S. Stephani in Lelio monte. Ego Cinthius Præsbiter Card. tt. S. Ceciliæ. Ego Ugo Præsbiter Card. tt. S. Clementis. Ego Arduinus Præsbiter Cardin. tt. S. Crucis in Hierusalem. Ego Matthæus Præsbiter Card. tt. S. Marcelli. Ego Jacobus Diaconus Card. S. Mariæ in Cosmidyn. Ego Ardicio S. Theodori Diac. Card. Ego Laborans Diac. Card. S. Mariæ in porticu. Ego Reinerius Diac. Card. S. Georgii ad Velum aureum. Ego Gratianus Diac. Cardin. SS. Cosmæ, & Damiani. Ego Joannes Diac. Card. S. Angeli. Ego Rainerius Diac. Card. S. Adriani. Ego Matthæus Diac. Card. S. Mariæ novæ. Ego Bernardus Diac. Card. S. Nicolai in carcere Tulliano. Dat. Laterani per manum Alberti S. Romanæ Ecclesiæ Cardinalis, & Cancellarii III. nonas maji Indict. XII. Incarn. Dominicæ anno MCLXXIX. pontificatus vero Domini Alexandri Papæ III. anno ejus XX.

(1) *Hilarii.* (2) *Ricaldone.* (3) *Hic abrasum verbum fuit, quod tam ex litera initiali* S., *quæ adhuc fugiente nota apparet, quam ex eorum temporum disciplina videtur fuisse* subjecti. (4) *Vel vexare.*

Confirmatio possessionum, & jurium Ecclesiæ S. Mariæ de Foro ab Alexandro III. Ottoni archipresbitero concessa.

60 MCLXXX.

Dilectis filiis Ottoni Archipresbitero, & Clericis S. Mariæ de Foro tam præsentibus, quam futuris canonice substitutis. Cum nobis sit quamquam immeritis omnium Ecclesiarum cura, & sollicitudo commissa, officii nostri debito cogimur pro universarum Ecclesiarum statu satagere, & ut esse possint a malignantium impugnatione quietæ, eas nos convenit apostolico patrocinio communire. Ea propter dilecti in Domino filii vestris justis postulationibus clementer annuimus, & Ecclesiam S. Mariæ de Foro, in qua estis divinis officiis mancipati sub B. Petri, & nostra protectione suscipimus, & præsentis scripti privilegio communimus, statuentes, ut quascumque possessiones, quæcumque bona eadem Ecclesia in præsentiarum juste, & canonice possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum, vel Principum oblatione fidelium, seu aliis justis modis operante Domino poterit adipisci, firma vobis, vestrisque successoribus, & illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis Ecclesiam de Carentino S. M., & SS. Fabiani, & Sebastiani, Ecclesiam S. Petri de Lucu, Ecclesiam S. Mariæ de Mellenazo, Decimam de Ponzono, Decimam de Foro, & quartam partem Castrinovi de Ancisa cum omni ditione sua, vineas de Monte Baruccio, atque alias possessiones, quas ibidem habetis, quidquid habetis in Rocheta Marchionis de Incisa, quidquid habetis in Carentino, & Albareto, & Oviliis, atque Runco, quidquid habetis in Rumcaudono, in monte Cordario, in Ponzono, & in Montesasco, quidquid habetis in Curia Ripaltæ, in Plovera, in Pezeto, quidquid habetis in Curia de Foro, in Castronovo desuper Burmia, quidquid habetis in territorio Capriatæ, in Dedues, & in Mazo; prohibemus insuper ne infra parocchiam Ecclesiæ vestræ aliquis Ecclesiam, vel Oratorium sine vestro, & Diocesani Episcopi assensu ædificare præsumat, salvis privilegiis Romanorum Pontificum. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat præfatam Ecclesiam vestram perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere præsumat, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia integra, & illibata serventur eorum, pro quorum gubernatione, aut sustentatione concessa sunt usibus omnimode profutura, salva Sedis Apostolicæ auctoritate, & Diocesani Episcopi canonica justitia. Ad inditium autem hujus ab Apostolica Sede perceptæ protectionis, unum bisantium nobis nostrisque successoribus annis singulis persolvetis. Siqua igitur in futurum Ecclesiastica, secularisque persona hanc nostræ constitutionis paginam sciens contra eam temere venire tentaverit secundo, tertiove commonita nisi reatum suum condigna satisfactione correxerit potestatis, honorisque dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, ac a Sacratissimo Corpore, & Sanguine Dei, & Redentoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultionis subjaceat. Cunctis autem ea suo loco servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum judicem præmia æternæ pacis inveniant.

Ego Alexander Catolicæ Ecclesiæ Episcopus. Ego Joannes SS. Ioannis, & Pauli Præsbiter Card. tit. S. Damasi. Ego Vivianus Præsbiter Card. tit. S. Stephani in monte Cælio. Ego Cinthius Præsbiter Card. tit. S. Ceciliæ. Ego Nas. Præsbiter Cardin. tit. S. Clementis. Ego Gratianus SS. Cosmæ, & Damiani Diac. Card. Ego Rainerius Diac. Card. tit. S. Adriani. Ego Laborans Præsbiter Card. SS. M. trans Tyberim. Ego Ubaldus Hostiensis & Veletrensis Episcopus. Ego Theodinus Portuensis & S. Rufinæ sedis Episcopus. Ego Veneredus Prænestinus Episcopus. Ego Iacobus S. Mariæ in Cosmedyn. Diac. Card. Ego Ioannes Diac. Card. S. Angeli. Datum Tusculani per manus Alberti S. R. E. Præsbiteri Card., & Cancellarii V. Id. julii Ind. XIII. Incarn. Domin. an. MCLXXX. Pontificatus vero D. Alexandri PP. III. an. XXI.

Conventiones inter Alexandriæ Commune, & Marchiones de Bosco.

63 MCLXXX. 61

Anno Dominicæ Incarnationis MCLXXX. indictione XIII. mensis novembris in civitate Alexandriæ, præsentia bonorum hominum, quorum nomina subter leguntur. Talis concordia facta est inter Marchiones de Bosco, scilicet Dominum Anselmum, Dalfinum, & Ardizonem filios quondam Domini Vermi item Marchionis de Bosco, & homines Alexandriæ per consules ipsius civitatis,

ſcilicet Petrum Canefrum, Vermum Platum, & Rubaldum Saccum. Inprimis Alexandrini reſtituunt Marchionibus poſſeſſionem Braidarum, & omnium terrarum ſuarum Dominicarum cultarum, quas ante conſtructionem Alexandriæ tenebant, & ſi de iis eſſet controverſia per unum ſapientem communi conſenſu electum decidatur, excepto ſi de his terris alligata eſſet in ſediminibus, quod de ea alibi darent cambium, vel ſcontrum. Item Alexandrini reſtituunt Marchionibus poſſeſſionem quartorum fictorum, & conditionum, & ſi de his aliquid fuerit detentum ſub juſta æſtimatione reſtitui facient. Item omnes Alexandrini facient fidelitatem Marchionibus a quatuordecim annis ſupra, & ſeptuaginta infra, & omni anno conſules. Et e converſo Marchiones dant in feudum Alexandrinis ſtatum terræ, & civitatis, & caſtrum, & villam Ponzani cum tota ejus curte, & Marenzanam, ſimiliter tali modo quod abſolvunt Caſtellanos, & Paiſanos utriuſque loci a fidelitate ſua, & tantum Alexandrinis teneantur, ſi Alexandrini fidelitatem ſervaverint. De regaliis vero Alexandrinis nullam faciunt Marchiones donationem, nec feudum in Alexandrinos, & propter hoc, quod Alexandrini non reſtituant Marchionibus ipſa regalia, nihil juris in his perdant Marchiones, nec propter hoc quod Alexandrini, vel alii ea teneant, non poſſint de infidelitate accuſari. Item permittunt Alexandrini Marchionibus, quod non facient concordiam cum Domino Vermo ſine ipſorum parabola. Item Marchiones omni quarto anno habebunt, & capient fodrum in Ponzano lib. 50., & non plus, & in Marenzana lib. 25, & non plus, & ſi Alexandrini non obſervaverint, nec attenderint Marchionibus, ut ſupra legitur, promittunt eis pœnæ nomine denariorum Papienſium 1000 libras, & ſi Marchiones non obſervaverint, nec attenderint Alexandrinis, ut ſupra dictum eſt, remittunt eis ſtatum Civitatis, & confirmant. Et hæc omnia iſta qualiter ſupra legitur infraſcripti Marchiones attendere, & obſervare promittunt iſtis conſulibus nomine totius communis Alexandriæ; & verſa vice iſti conſules nomine totius communis Alexandriæ promittunt iſtis Marchionibus, & inde ambæ partes duas cartas ejuſdem tenoris ſcribi juſſerunt. Interfuerunt teſtes rogati Dominus Otto Alexandrinus Electus, Carbonus de Puteo, Malatalia de Bonvicino, Præsbiter de Aliano ec.

Ordinatio facta per D. U. Aquenſem Epiſcopum inter canonicos, & hoſpitalarios ſancti Joannis Hieroſolimitani.

62 MCLXXX.

In nomine Domini. Ego U. Dei gratia Aquenſis Eccleſiæ Epiſcopus de controverſia, quæ vertebatur inter Canonicos Sanctæ Mariæ ex una parte, & hoſpitalarios Sancti Joannis ex altera parte ſic ſtatuo, quod Miſſa omnium mortuorum, qui debent ſepeliri apud Eccleſiam Sancti Joannis (ſancti Caloceri) debet eſſe Canonicorum, ſive fuerint invitati, ſive non, & omnes oblationes, quæ in prædicta Miſſa fuerint, a nuncio canonicorum, & hoſpitalariorum ſine fraude colligantur, & ſine fraude duæ partes aſſignentur canonicis, & tertia detur hoſpitalariis: illis mortuis exceptis, qui profeſſionem, & habitum converſi, vel hoſpitalarii receperint. De quibus liceat hoſpitalariis ſepellire ſecundum beneplacitum ſuum. Si vero aliquis in extremis agens habitum Religionis ſumſerit, vel profexionem fecerit hoſpitali, ſi infra tres dies mortuus fuerit, eamdem portionem oblationis Canonici habeant, ſicut prædictum eſt (duas partes oblationum Canonici habeant, ſicut dictum eſt). Si vero poſt tres dies mortuus fuerit, hoſpitalarii liberam habeant facultatem ſepeliendi eum ſicut ſuperius dictum eſt. De hoſpitalariis vero, & converſis, ſi nuncius Sancti Joannis (Sancti Caloceri) ad viſitandum aliquem invitatus fuerit non liceat ei (ſibi) pœnitenciam dare, donec a Canonicis, ſive ab eorum Capellano pœnitenciam accipiat (1).

(1) *In archivio Canonicorum Aquenſium, unde hoc decretum extraxi, aliud repperi prorſus ſimillimum pro Eccleſia Sancti Caloceri, cujus variationes hîc ſuis locis inſerui, ne ſeparatim edendo actum agerem.*

Confirmatio donationis D. Uberti Epiſcopi jam dudum a Gulielmo Epiſc. Aquen. factæ monaſterio S. Thomæ Januen. duarum Eccleſiarum loci Pecetæ.

MCLXXXI. 63

Ubertus Dei gratia S. Aquenſis Eccleſiæ humilis Epiſcopus dilectæ filiæ Belendæ Januenſis monaſterii B. Thomæ Abbatiſſæ, ſororibusque ſuis in Chriſto, nec non canonice ſibi ſuſtituendis imperpetuum. Cognoſcentes donationem duarum Eccleſiarum noſtri Epiſcopatus, quarum una eſt fundata in honorem B. Martini in loco, qui dicitur Peceta, alia vero in caſtro ejuſdem loci in honorem B. Ægidii, tibi dilectæ filiæ in Chriſto Belendæ Jan. Mon. B. Thomæ Abbatiſſæ a D. Gulielmo B. M. quondam Aquen. Catholico Epiſcopo prædeceſſore noſtro, comunicato conſilio fratrum ſuorum Aquenſium factam eſſe cum omnibus poſſeſſionibus ſuis, omnibuſque pertinentiis, rebus mobilibus, & immobilibus, decimis, & primitiis, ſeu quibuslibet aliis rebus eiſdem Eccleſiis pertinentibus in integram, & liberam adminiſtrationem, proprietatem, dominium, & poſſeſſionem, quibus & per omnia tibi dediſſe, conceſſiſſe, inveſtiviſſe vice, & nomine jam dicti monaſterii B. Thomæ per ſe, & ſuos ſucceſſores in perpetuum intuitu pietatis .... & pro magna, & utili neceſſitate ſua, ſive ſervitio tempore ſchiſmatis ſibi devote impenſo, & in perſonam noſtram, tempore noſtro eandem infraſcriptam donationem comunicato conſilio fratrum noſtrorum Aquenſium canonicorum per nos, & noſtros ſucceſſores, & canonicos noſtros approbamus, & confirmamus, & inſuper omne jus, quod in utraque Eccleſia habemus auctoritate Dei, & noſtra, & totius noſtri capituli, illo eodem intuitu prædicto pietatis .... & memorato cum in perſonam prædicti bonæ memoriæ prædeceſſoris noſtri, tum in perſona noſtri ſervitio impenſo tibi prædictæ Belendæ Abbatiſſæ, & ejuſdem honeſtate, bonitate, ac religione conſororum ſuarum ejuſdem monaſterii, & con-

& conventus, ut effectus bonorum morum, & operum evidenter demonstrat, satis notorium est, & oculari fide pespeximus per nos, & nostros successores, & canonicos donamus, & concedimus plenam potestatem, & liberam administrationem in jam dictis Ecclesiis disponendis, ordinandis tam in clericis, quam in laicis, masculis, & fœminis introducendi, ejiciendi, mutandi, substituendi tibi omnibusque tuis successoribus concedentes prout est, quod præfatas Ecclesias per nos, aut nostros successores, & canonicos Aquenses liberas, immunes, & absolutas esse volumus ab omni nostra, & successorum nostrorum, & canonicorum nostrorum exactione . . . . fotro, collecta, albergaria, sinodalibus exactionibus, & omnibus aliis rebus nihil nobis in modo dictis Ecclesiis reservantibus, nec occasione D. Papæ, nec Cardinalium, nec Archiepiscopi, seu cujuslibet alterius personæ, præter quod tu debes servare interdictum Aquensis Episcopi, venire ad capitulum, ad baptismum, & synodum, & omni anno in festo B. Martini persolvere Aquensi Episcopo octo solidos, denarios bonos Papiensium alborum monetæ, Aquensibus vero Canonicis quatuor solidos ejusdem monetæ, & nihil aliud. Denique pro concessionis stabilitate, ne quid a nobis communicato consilio prædictorum Canonicorum fratrum nostrorum sponte consentientibus semel solemniter factum . . . aliquatenus unquam annullari possit nostro sigillo communimus subscribentes, & in præsentia bonorum hominum clericorum, & laicorum testium ad hoc specialiter vocatorum, quorum nomina subter leguntur per manum Ugonis Not. Sac. Pal. præcepimus scribi. Ego Ubertus Episcopus Aquen. Ego Anselmus ejusdem Ecclesiæ Archidiaconus per manum prædicti notarii me subscribi jussi. Ego Ardicio Archipresbiter ejusdem Ecclesiæ per eundem notarium me scribi feci Gulielmus præpositus me scribi feci. Ego presbiter Azo me scribi jussi. Ego presbiter Eliseus me scribi præcepi. Ego Anselmus subdiaconus me scribi feci. Ego Nicolaus subdiaconus me scribi feci. Signum Henrici Abbatis monast. S. Petri de Aquis. Anselmi prioris, Bergoni monachi, Anselmi Præpositi Ecclesiæ B. . . . . de Gamundio, & Archipresbiter Ecclesiæ B. Johannis de Aquis, Arnaldi Judicis de Aquis, Dodonis Bellexii, Ugonis, & Alberti Arnaldi, Uberti de Burgo . . . . . de Burgo, Gulielmi Guiliæ, Blancæ, Aquidei Benzonis testes, qui interfuerunt, & manu prædicti Notarii testis se subscribi rogavi. Factum est hoc in burgo Aquis, in claustro monasterii B. Petri anno Dei MCLXXXI., indict. XIV., die sabbato in calend. augusti. Ego Ugo notarius S. Palatii vocatus interfui, & hinc rogatus hoc privilegium mandato prædicti D. Uberti Episcopi, & Canonici scripsi.

Reconciliatio Alexandriæ cum Imperatore, & civitatis restauratio ex annal. manuscr. Schiavinæ.

64 MCLXXXIV.

Sub hac forma recipit D. Fridericus Imperator homines de Cæsarea, quæ posita est super ripam Tanari, in gratiam suam, & bonam voluntatem. Prædicti homines tradunt se in potestatem Domini Imperatoris sub hoc tenore. Exibunt omnes a civitate tam masculi, quam fœminæ, & manebunt foris, quousque Nuncius Imperatoris reducat eos in civitatem, & civitatem eis reddat auctoritate Imperatoris, & Imperator fundat hanc civitatem ex septem locis, scilicet ex Gamundio, Marinco, Bergolio, Roboreto, Solerio, Oviliis, & quadraginta familiis Quargnenti, & imponet ei nomen Cæsarea. Dominus Imperator habebit theloneum Pontis super Tanarum, & pedagium civitatis, & curariam rerum venalium, & omnia jura, & regalia extra civitatem, jura etiam, & possessiones, quas Marchiones juste ab Imperio tenuerunt; & homines civitatis masculi a quatuordecim annis supra ad septuaginta annos jurabunt fidelitatem Imperatori Frederico, & Henrico filio ejus Regi, pacem, & concordiam facient, & guerram movebunt ad mandatum Imperatoris, & ejus nuncii, & post quoslibet annos renovabunt Sacramentum fidelitatis, & recipient honorifice Nuncium Domini Imperatoris, qui colliget intra civitatem regalia, & jura Imperatoris, & omnia jura ejus extra civitatem, sicut supra dictum est. Nuncius quoque Domini Imperatoris præstabit conductum per terram, & dabit tutores pupillis, & curatores & restituet minores, & appellationes fient ad ejus audientiam, & duella, quæ firmantur ante Consules, fient in præsentia nuncii, & Consulum. D. quoque Imperator remittit eis offensas, & reddit eis gratiam suam, & fautoribus eorum, specialiter hominibus de Cassino, & Bellomonte, & dat Cæsareæ statum civitatis, eo tamen tenore, quod nulli civitati, nulli loco, nulli personæ sua jura tollat, seu diminuat, cuilibet scilicet suo jure servato. Imperator dabit eis Consules, qui jurabunt civitatem conservare, & regere ad honorem Imperatoris. Illi facient justitias intra civitatem, & bonas consuetudines exercebunt, & punient maleficia. Imperator amicos, & fideles suos, qui in vicinia Cæsareæ sunt, faciet jurare, quod ipsi Cæsareæ præstent auxilium, & Cæsarea versa vice jurabit præstare illis auxilium. Sunt autem hi, Papienses, Derthonenses, Hastenses, Aquenses, Albenses, homines de Casali, Marchiones de Vastis, Marchiones de Bosco, Marchiones de Occimiano. Imperator Cæsaream Civitatem, & homines eam inhabitantes ad manus suas, & ad usum suum tenebit & nullum Marchionem, Potestatem, seu dominium habebit in civitate. Consules eligentur a Communi, qui annuatim recipient Consulatum ab Imperatore, vel a filio ejus Rege, si alteruter eorum fuerit in Italia. Si neuter eorum erit in Italia, accipient investituram consulatus a Nuncio Imperatoris annuatim sine remuneratione. Si vero Nuncius non erit in Italia quinque tantum annis ibunt in Teutoniam accipere investituram ab Imperatore. Cæsarea vero non recipiet homines Papienses, nec de civitate Papiæ, nec de terra Papiensium specialiter homines Guidonis de Petra, & illos de Sala, & illos de Bassignana, & quos nunc tenet, dominis suis debita servitia exhibere permittet. Similiter Papien-

ſes, & Guido non recipient homines de Cæſarea, niſi ex beneplacito utrorumque. Item Magiſter Anſelmus de Conzano, & Thebaldus Vaſcus (1). Nuncii civitatis Cæſareæ juraverunt fidelitatem Friderico Imperatori, & filio ejus Henrico Regi, quod obſervabunt ea, quæ ſupradicta ſunt, & facient concives ſuos jurare, quod obſervabunt ea quæ præſcripta ſunt. Item Rodulfus Camerarius ex mandato Imperatoris, & Henrici filii ejus Regis juravit in animam ipſorum, quod conſervabunt hominibus Cæſareæ ea, quæ præſcripta ſunt in hoc Chirographo, quamdiu Cæſarea ipſis fidelitatem ſervaverit. Hujus rei teſtes ſunt Fridericus Dux Suevorum, Rodulfus Imperialis aulæ Protonotarius, Comes Albertus de Curſtem, Conradus Caſtellanus de Nuremberg, Henricus Comes de Aſſidorf, Albertus de Clemente, Filippus de Caſali, Gerardus de Novaria, Lafrancus de Cuma, Sirus Salimbenus de Papia, Pallinerius de Oſſana, (2) Petrus de Viſconte, Malevaſci de Brixia, Picelmilia de Vella, & alii quamplures. Actum in Palatio Nuremberg anno Incarnationis Domini Noſtri MCLXXXIV., indictione II., pridie idus (3) martii.

(1) *Al. in alio exemplari* Vaſonus.

(2) *In alio* Oſaſena. (3) *In alio exemplari, quod erat penes Can. Laur. Burgontium per errorem erat ſcriptum*, Ind. I.

Fœdus inter Commune Alexandriæ, & homines de Mirabello.

65 MCLXXXIV.

Anno Dominicæ Incarnationis MCLXXXIV. indictione ſecunda, die ſab. IX. kal. aprilis. In nomine Domini. Hæc eſt concordia habita inter Conſules, & homines Cæſareæ, & inter Dominos de Mirabello. In primis homines Cæſareæ ſcilicet Conſules, & tanti de conſilio, quantos homines de Mirabello voluerint, & Saltarius in Arengo in animas populi jurabunt, quod ſalva fidelitate D. Imperatoris Friderici, & Regis Henrici filii ſui, & ſalvis eorum præceptis eorum miſſi, qui ſit Teutonicus, adjuvare habent Dominos de Mirabello, & eorum conſortes, qui in hac concordia ad præceptum, & voluntatem Conſulum Cæſareæ intervenerint de omnibus ſuis juſtitiis, & rationibus ſalva fidelitate Dominorum ſuorum, & ſalvis ſacramentis ſuorum juratorum, ſcilicet Januenſium, Caſſinenſium, Aquenſium, & Marchionum de Pulzono in eorum juſtitiis, & rationibus tantum. Item quod de omnibus eorum guerris quas ad præceptum, & voluntatem Conſulum Cæſareæ incepeſint, eos adjuvabunt a ſua, & eorum caſa; nec de eorum guerra ſine parabola illorum Dominorum omnium, vel ſaltem duorum ex illis pacem facient, neque treguam, neque guerram, recreditam. Et hoc attendere habent in perpetuum renovando Sacramenta per unumquodque quinquenium: & hoc Sacramentum fecerunt omnes Conſules, & totum conſilium ad Campanam collectum, & Saltarius in Arengo in animam populi. Illi vero de Mirabello jurabunt, quod ſalva fidelitate D. Imperatoris, & ejus præceptis, & ſui certi miſſi, qui ſit Teutonicus, & ſalva fidelitate Marchionum de Boſco, & ſalvis Sacramentis ſuorum juratorum, ſcilicet Marchionum de Pulzono in eorum juſtitiis, & rationibus tantum, homines Cæſareæ, & eorum, res cuſtodient, ſalvabunt, & ſua parte adjuvabunt. Item quod de omnibus guerris, quas homines Cæſareæ, quoquo modo contra aliquem inceperint, vel movebunt, eos omnibus modis adjuvabunt, & a ſua, & eorum caſa, & quod per ſe de ea guerra ſine parabola Conſulum, & ſane omnium, vel majoris partis, nec pacem facient, nec treguam, nec guerram recredutam. Item quod hominibus Cæſareæ ſemper, & quandocumque voluerint alicui guerram facere a civitate Cæſareæ dabunt caſtellum, & locum de Lelma ad faciendam pacem, & guerram cui voluerint, ita tamen, quod eum locum, & caſtellum non perdant, nec jura, quæ in eo habent, diminuantur. Item quod non renovabunt Sacramentum illis de Campali ſine parabola Conſulum Cæſareæ, & filiorum Vermi Trazoni. Et hoc totum generaliter, ut ſupra legitur, in univerſum attendere habent in perpetuum renovando Sacramenta per unumquodque quinquennium: & de Dominis de Mirabello fecerunt hoc Sacramentum Ruffinus, & Rainerius de Mirabello fratres, Anſelmus, & Baldezonus, & Jacobus de Lelma, & quod bona fide alios Dominos hoc idem facient jurare. Actum fuit hoc in Cæſarea civitate in Eccleſia ſancti Petri feliciter. Interfuerunt teſtes rogati Vermus, & Amicus de Vililiis, Dodus de Quargnento, Jacobus Rodecauda, Giſlerius Aureus, Manfredus de Dulfo, Petrus Canefrus, & alii plures.

Decretum Urbani PP. Monachis, & Templariis Aquen. ne turbent jura Parrochialia Eccleſiæ majoris Aquenſis.

MCLXXXVI. 66

Urbanus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis, monachis, & fratribus militiæ templi, & hoſpitalis Hieroſolimitani in Aquenſi urbe, vel ſuburbio commorantibus ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Quanto de favore Eccleſiaſtico commoda nobis majora proveniunt, tanto ne Eccleſiarum jura temere perturbetis nobis immine[t] ſollicitius providendum. Ideoque præſentium vobis auctoritate mandamus, & diſtricte præcipimus, quatenus terminos parochiæ Aquenſis civitatis, & ſuburbii, quæ Aquenſi Eccleſiæ per ſententiam D. bonæ memoriæ quondam Mediolanenſis Archiepiſcopi adjudicata fuiſſe dignoſcitur, nullatenus infringatis, nec aliquem de parochia illa in pœnitentiis publicis, & exequiis defunctorum, vel aliis parochialibus admittatis, quia grave nobis exiſteret, & moleſtum, nec poſſemus æquanimiter ſuſtinere. Datum Veronæ II. id. febr.

Privilegium Urbani III. Papæ monaſterio Tilieti ex chartulario ejuſdem Abbatiæ.

MCLXXXVI. 67

Urbanus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilectis filiis ſuis Nicolao Abbati monaſterii S.

Mariæ de Civitacula, ejuſque fratribus tam præſentibus, quam futuris, regularem vitam profeſſis in perpetuum. Religioſam vitam eligentibus Apoſtolicum convenit adeſſe præſidium, ne forte cujuslibet temeritatis incurſus, aut eas a propoſito revocet, aut robur, quod abſit, ſacræ religionis infringat. Ea propter dilecti in Domino filii, veſtris juſtis poſtulationibus clementer annuimus præfatum monaſterium S. Mariæ de Civitacula, in quo Divino mancipati eſtis obſequio ſub B. Petri, & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti privilegio communimus. In primis ſiquidem ſtatuentes, ut ordo monaſticus, qui ſecundum Dei, & Beati Benedicti regulam, atque inſtituta Ciſtercienſium fratrum in eodem loco inſtitutus eſſe dignoſcitur perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter obſervetur. Præterea quaſcumque poſſeſſiones, & bona idem monaſterium juſte, & canonice poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum, vel Principum oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis præſtante Domino poterit adipiſci firma vobis, veſtriſque ſucceſſoribus, & illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis, locum ipſum, in quo præfatum monaſterium ſitum eſt cum omnibus pertinentiis ſuis, locum molendini, quem in flumine Urbe... grangiam Caſtri Veteris cum pertinentiis ſuis, caſtagneta Noveleti, caſtagneta Gorreelli, domum quæ in valle Marchionis ſita eſt cum pertinentiis ſuis, domum Caxæ cum pertinentiis ſuis, domum Campelli cum pertinentiis ſuis, caſtagneta Dondanine cum pertinentiis ſuis, cellarium de Varagine cum pertinentiis ſuis. Sane laborum veſtrorum, quos propriis manibus, aut ſumtibus colitis, ſive de nutrimentis animalium veſtrorum decimas a vobis nullus extorquere præſumat. Liceat quoque vobis clericos vel laicos omnes e ſeculo fugientes liberos, & abſolutos ad converſionem recipere, & eos ſine aliqua contradictione retinere. Prohibemus inſuper ne ulli fratrum veſtrorum poſt factam in loco veſtro profeſſionem fas ſit ſine Abbatis licentia de eodem loco diſcedere, diſcedentem vero abſque communium literarum cautione nullus audeat retinere. Quod ſi quis eos forte retinere præſumſerit, liceat vobis in ipſos monacos veſtros, ſive converſos ſententiam regularem ex noſtra auctoritate proferre. Paci quoque, & tranquillitati veſtræ paterna ſollicitudine providere volentes Apoſtolica auctoritate prohibemus, ne infra clauſuras locorum, ſive grangiarum veſtrarum ullus rapinam, vel furtum committere, ignem apponere, hominem capere, vel interficere aliqua temeritate præſumat. Sane ſi Epiſcopi aliquid ab Abbatibus veſtri ordinis præter obbedientiam debitam, vel principes terræ contra libertatem ordinis a prædeceſſoribus noſtris, & a nobis indultam expetierit, liberum ſit eiſdem Abbatibus, auctoritate Apoſtolica denegare quod petitur, ne occaſione iſta prædictus ordo, qui hactenus liber extitit ullatenus ſervitutis laqueo illigetur. Quod ſi ipſi Epiſcopi aliquam propter hoc in Eccleſias veſtras, vel perſonas ſententiam promulgaverit eamdem ſententiam tamquam contra Apoſtolicæ ſedis indulta prolatam ſtatuimus irritandam. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat præfatum monaſterium temere, perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre vel ablatas retinere, minuere, ſeu quibuslibet vexationibus fatigare, ſed omnia integra conſerventur eorum, pro quorum gubernatione, ac ſuſtentatione conceſſa ſunt uſibus omnimodis profutura, ſalva ſedis Apoſtolicæ auctoritate. Si qua igitur &c.

Ego Urbanus Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus. Ego Conradus Sabinenſis Epiſcopus, & Maguntiæ ſedis Archiepiſcopus. Ego Theodinus Portuenſis, & S. Rufinæ ſedis Epiſcopus. Ego Henricus Albanenſis Epiſcopus. Ego Theobaldus Oſtienſis, & Velletrenſis Epiſcopus. Ego Joannes Præsbiter Cardinalis tit. S. Marci. Ego Laborans Præsbiter Cardin. tit. S. Mariæ trans Tiberim S. Calixti. Ego Pandulfus Præsb. Card. tit. duodecim Apoſtolorum. Ego Molior SS. Joannis, & Pauli tit. Pammacii Præsb. Card. Ego Ardicio Diaconus Cardin. ſancti Theodori. Ego Gracianus Ss. Coſmæ, & Damiani Diac. Cardin. Ego Rolandus S. Mariæ in Portica Diac. Card. Ego Petrus S. Nicolai in carcere Tullian. Diac. Card. Ego Radulfus S. Georgii ad velum aureum Diaconus Card. Dat. Veronæ per manum Tranſmundi Romanæ Eccleſiæ Notarii, tercio kal. marcii, &c. Pontificatus vero D. Urbani Papæ tertii anno primo.

Aliæ literæ comminatoriæ Urbani PP. in monachos Aquenſes.

M C L X X X V I. 68

Urbanus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei Ven. F. U. Aquen. Epiſcopo ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Conquerentibus dilectis filiis noſtris canonicis tuis, de dilectis filiis noſtris Abbati, & Monachis S. Petri Aquen. meminimus mandaviſſe, ut terminos parochiæ Aquenſis civitatis, & ſuburbii, quæ Aquenſi Eccleſiæ per ſententiam, & bonæ memoriæ Algiſius quondam Mediolan. Archiep. adjudicata eſſe dignoſcitur, nequaquam invaderent, nec aliquem de Parochia illa in pœnitentiis publicis, & defunctorum exequiis, vel aliis parochialibus deberent admittere, vel quolibet alio modo ſuper eandem parochiam eis injuriam, vel gravamen inferre. Quia igitur ſicut ex eorum replicata querela accepimus, mandatum Apoſtolicum contemnentes a perturbatione juris ipſorum hactenus non ceſſarunt, fraternitatis tuæ præſentium auctoritate mandamus, quatenus præfatos Abbatem, & Monachos S. Petri ſententiam jam dictam juxta tenorem mandati Apoſtolici obſervare, & ab ipſorum fratrum inquietatione ſuper parochia illa deſiſtere auctoritate Apoſtolica appellatione remota compellas. Datum Veronæ II. non. julii.

Sententia Conſulum Aquenſium in lite inter capitulum Aquen., & Manfredum Boccacium.

M C L X X X V I. 69

Conſtat controverſiam fuiſſe inter Canonicos Aquenſes, & Manfredum Bocacium. Canonici dicebant, quod decimæ omnium adquiſitionum

quas ipſe, aut pater, aut frater ejus fecerant in loco de Vidiſione erant, & debebant eſſe canonicorum, ſicuti erat ante ipſam adquiſitionem.

Ad quod Bocatius reſpondebat, quod habebat in feudum ab Epiſcopo Aquenſi decimam totius ſui poderii de Vidiſiono, aut omnium adquiſitionum, quas ipſe, aut ſui poſſent ibi facere.

Item dicebant Canonici, quod debebant habere quartum, & decimam in Gerba de Campo, quem tenent illi Hugone Maginis, qui jacet juxta Eccleſiam Calamagnæ (1), cui coheret via a duabus partibus & ex alia parte terra Eccleſiæ de Vidiſiono; & dicebant præfati Canonici, quod debebant habere quartum, & decimam unius campi, qui eſt in Caſanova (2), & fuit Arnaldi Amalgoſi, & aliarum terrarum, quas Bocatius antiquitus habebat ibidem (3), & hoc in gerbis cui coheret via, plebs Calamagna, & Boccatius, & Wilielmus Blancus. Item dicebant quod debebant habere quartum, & decimam campi de Ulmo, quod jacet in loco, qui dicitur Montexel.

Ad quod Bocacius reſpondebat, quod Canonici nunquam habuerant quartum campi Amalgoſi, & terræ quam tenent illi Ugonis Maginis, nec habere debebant. Campi vero de Ulmo, & aliarum terrarum, quas habet in Caſa nova dicebat quartum fuiſſe Canonicorum, ſed pater ejus in feudum ipſum acquiſierat a maſſariis Canonicorum, quos maſſarios Canonici conſtituerant jurantes firmum, & ratum habere quidquid facerent.

Ad quod Canonici reſpondebant, ſe non credere quod maſſarii unquam dediſſent prædictum quartum Patri Boccacii in feudum, & ſi dediſſent, nihil valuiſſet de jure, & caſſatum eſſet per ſententiam datam a curia inter Aquenſes cives, & Canonicos. Campo de Ulmo coheret ab una parte terra illorum Gilii, ab alia Vilelmus Blancus, & ab alia via.

Super hac controverſia nos O. R. B. O. I. A. Aquenſes Conſules viſis utriuſque partis allegationibus, ac diligenter inſpectis conſilio A. Aſſeſſoris noſtri, & aliorum plurimorum ſapientum ſententiam dedimus prædictum Boccacium ad reſtitutionem infraſ. decimæ, & quarti condemnantes, & ut ea de cœtero Canonicis quiete dimittat præcipientes. Dat. ann. Incarn. Dom. MCLXXXVI., ind. III., die lunæ XI. calend. aug. Actum in civitate Aquis in Canonicæ clauſtro feliciter amen. Interfuere teſtes Dodo Bellerii, Ugo Amaldus de Porta, Agras, & Aicardus, & multi alii. Et ego Petrus Notarius S. Palatii &c.

(1) *Ex antiquioribus Diœceſis Eccleſiis erat iſta. Etenim, ut ex decreto Anſelmi Epiſcopi Aquenſis, quod poſtea ſuo loco proferam, hæc a Regibus Hugone, & Lotario Eccleſiæ Aquenſi fuerat donata. Cœterum nunc obruta ruinis jacet vix conſpicienda.*

(2) *Hæc ſicuti præcedens ſita eſt in finibus oppidi Morzaſchi, atque ipſi contermina. Vicus olim erat haud obſcuri nominis, cujus tamen veſtigia temporis vetuſtas jam dudum delevit. Solum anno* 1578. *a DD. Lodronis ejus loci Toparchis prædium eo loci ruſticum veteris ſtructuræ ædificatum fuit, quod adhuc remanet.*

(3) *Ex Boccacciorum gente extat adhuc una, aut altera familia in hoc oppido Morzaſchi. Ad hanc referri poſſunt duæ chartæ, in quarum una an.* 1554. 15. *april. rog. Verzellus de Planis aſſeritur poſſeſſionem quandam in Caſanova, olim Aloyſii Boccaccii emtam fuiſſe, ac prædio ruſtico unitam a Com. Johan. Bapt. Lodrono, in earum vero altera antiquiore anni* 1479. 6. *maii, rog. Sebaſt. Lemuggi habetur D. D. Aloyſium, & Capitaneum Innocentium ex Boccaciis conſtituiſſe quendam Joannem Buffam* ſuum procuratorem villicum, & collectorem omnium terrarum, & rerum, quas ipſi pater, & avus eorum antiquitus habuerunt libere in Burgo, ſeu Burgis Vidixoni Muriſaſchi, & Trixobii.

Sententia Ugonis Epiſcopi Aquenſis adverſus Manfredum Boccacium.

MCLXXXVII. 70

Dum cauſa quædam verteretur coram conſulibus de Aquis, inter Canonicos Aquenſes, & Manfredum Boccacium, quod Canonici proponebant decimas omnium adquiſitionum . . . quæ prædictus M. nolens confiteri, & a præfatis Conſulibus condemnatus ab eorum ſententia ad D. Ugonem Aquenſem Epiſcopum appellavit. Prædictus itaque Epiſcopus auditis utriuſque partis allegationibus, & prout potuit diligenter inſpectis conſilio Henrici aſſeſſoris ſui, & aliorum plurimorum ſapientum confirmans ſententiam Conſulum Manfredum ad reſtitutionem omnium condemnavit. Dat. Aquis ann. Dom. Nativit. MCLXXXVII. ind. V. menſe junii. Et ego Petrus Notarius S. Palatii præſente Henrico aſſeſſore, Præsbitero Villelmo Capellano, Ottone Scriba, & Henrici de Coturbia teſtibus rogatis juſſu ſupradicti D. Ugonis Epiſcopi Aquenſis hanc confirmationem ſcripſi.

(1) *Hic ſummatim repetuntur ea, quæ in charta ſuperiore prolata jam fuerunt, quæque propterea conſulto ommittimus.*

Diploma Henrici VI. monaſterio S. Mariæ de Tilieto ex chartulario ejuſdem monaſterii.

MCLXXXVII. 71

In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis Henricus VI. divina favente clementia Romanorum Rex Auguſtus. Ea quæ ad Deo famulantium munimen, atque tutelam impoſterum providentes pia ſollicitudine decretalis paginæ præceptione ſancimus ad noſtræ videlicet ſalutis, noſtrorumque ſucceſſorum, ac totius Imperii promotionem proficere nullatenus dubitamus. Quapropter noverit univerſorum tam præſentium, quam futurorum Domini Dei, ac ſacratiſſimi Imperii noſtri fidelium ſagacitas, quod nos pro amore Beatæ Dei Genetricis, Virginiſque perpetuæ Mariæ, ac petitione Nicolai Venerabilis Abbatis monaſterii Civitaculæ, cum omnibus rebus, ac poſſeſſionibus ad ipſum pertinentibus in protectionem, & tutelam noſtram ſuſcipimus, & univerſa, quæ nunc habet, aut poſſidet, ſeu in futurum Deo propitio juſte acquieſcere poterit, eidem monaſterio præſenti reſcripto concedimus, & confirmamus, videlicet ſedem ipſius moſterii, & quidquid ei in montibus, aut in alpibus a Marchionibus, vel quibuslibet aliis proprietario,

vel usuario nomine donatum est, aut concessum, seu aliter ipsi monasterio acquisitum, ut habeat, cum omni jure plantandi, novellandi, roncandi, pascendi, ligna cedendi, fœnum faciendi, & cum cœteris usibus suis in integrum. Præterea confirmamus quidquid habet in Curtibus Veragine, Campalis, Cassinelle, Bruxede, & in curtibus Castri veteris, Castelletti, Capriatæ, & in curtibus Boschi, Felegaroli, Urbe novæ, & quidquid habet in Frascheda, Ecclesiam S. Leonardi de Gamundio cum omnibus pertinentiis suis, usum boschi de Roboreto, quantum ei necesse fuerit, & molendina de Gamundio, & Veragina, & de Bosco, & Castro vestri, & quidquid habet ad S. Evasium; præterea usum maris, & fluminum, fontium quoque, ac stagnorum, quæ eidem monasterio sunt opportuna ipsi concedimus, & confirmamus in piscationibus, in aquæ ductibus, ac derivationibus, in molendinis, aut in aliis instrumentis utiliter faciendis. Postremo universum jus, quod ad nos pertinere dignoscitur in bonis ipsius monasterii pro remedio animæ nostræ ipsi condonamus, atque remittimus, statuentes ut nullus Archiepiscopus Marchio, Dux, Comes, Vicecomes, aut alia Ecclesiastica, Laicalisque persona parva, vel magna suprascriptum Monasterium, aut res ejus nominatas, quas habet, aut possidet munificentia Principum, largitione Pontificum, donatione Marchionum, vel Comitum, sine quorumlibet fidelium ei collatas, aut aliter acquisitas, seu acquirendas audeat ullatenus imminuere, aut aliqua vexatione gravare, concedentes ipsum esse liberum, resque ejus liberas ab omni fodro, & ab omni exactione sub publica functione a pedagio quoque, & ab omni tributo in terris, aut in aquis intra fines Italiæ. Si quis vero hanc nostræ præceptionis paginam violare præsumserit centum libras auri optimi componat, medietatem Cameræ nostræ, medietatem vero ipsi Monasterio persoluturus, præsente pagina manu propria roborantes sigillo nostro jussimus insigniri. Hujus rei testes sunt Millo Taurinensis Episcopus, Otto Bobiensis Episcopus, Rodulfus Imperialis aulæ Protonotarius, Marchio Opizo de Ossa, Marchio Moruellus, Marchio Puncisius, Comes Guifredus de Lumello, Arnoldus de Ovemberg, Drushardus, Marquardus dapifer, Philippus a Rolando.

Signum D. Henrici VI. Romanorum Regis invictissimi. Ego Joannes Imperialis aulæ Cancellarius vice Philippi Colonensis Archiepiscopi, & Italiæ Archicancellarii recognovi. Datum Viceriæ in Episcopatu Terdonensi anno Domini millesimo &c. regnante Domino Henrico sexto Romanorum Rege glorioſissimo anno regni ejus VI. (1) XVIII. &c. feliciter. Amen.

(1) *Corrige II.*

Decretum Ugonis Episcopi Aquensis de juribus Parochialibus inter Monachos S. Petri, & capitulum.

72 MCLXXXVIII.

In nomine Domini. Ego Ugo Dei gratia Aquensis Episcopus de controversia, quæ vertitur inter Canonicos S. Mariæ ex una parte, & Monachos S. Petri ex altera sic statuo. Quod Missa omnium mortuorum, qui debent sepeliri apud Ecclesiam S. Petri debet esse Canonicorum, sive fuerint invitati, sive non. Si vero Abbas noluerit cantare Missam, ante majorem Missam cantet Missam cum Diacono, & Subdiacono si sibi placet non pulsatis campanis, quod est signum majoris Missæ, omnesque oblationes, quæ fuerint in Missa majore, & in Missa Abbatis nuncius Canonicorum, & Monacorum nuncii colligant, & sine fraude consignent duas partes de toto Canonicis, & tertiam Monachis. Illis mortuis exceptis qui per professionem, & habitum Monachi, vel Conversi receperint, de quibus liceat Monachis sepelire secundum beneplacitum suum. Si vero aliquis in extremis agens habitum religionis sumserit, vel professionem fecerit in Monasterio, & infra tres dies mortuus fuerit, majorem Missam, & duas partes oblationum Canonici habeant, sicuti supradictum est. Si vero post tres dies mortuus fuerit, Monachi liberam habeant facultatem sepeliendi eum sicut superius dictum est de Monachis, & Conversis. Si vero constiterit quod Capellanus Monasterii fecerit obedientiam Episcopo, & majori Ecclesiæ, liberam habeat facultatem visitandi, & pœnitentiam dandi sicut consuetum est; sin autem, aut obediat, aut abstineat a prædictis. Omnes autem Capellani, qui pro tempore ibidem fuerint, teneantur de obedientia Domini Episcopi, & majoris Ecclesiæ. Et ego Jacobus Imper. aulæ not. auten. hujus exempli sigillo cereo cum mu.. sigillatum in quo continebatur Hugo Aquensis Episcopus ec.

Decretum Milonis Archiepiscopi Mediol. circa celebrationem Letaniarum ad Monachos S. Petri Aquarum circa an. 1189.

MCLXXXIX. 73

Milo Dei gratia S. Mediolanensis Ecclesiæ Archiepiscopus dilectis fratribus Abbati, & Conventui monasterii S. Petri Aquensis salutem, & omne bonum. Ex relatione Ven. Fr. nostri Hu. Episcopi . . . . . intelleximus, quod cum olim vos de modo celebrandarum Letaniarum, & aliis quibusdam capitulis, quæ in præjudicium, & honoris diminutionem majoris Ecclesiæ vestræ contra fas, & licitum videbamini attentare ex suo officio redargueret, & super hoc literas capituli nostri vobis destinari fecisset, de bona responsione vestra facta tam literis jam dicti capituli nostri, quam & correctione ejusdem Episcopi vestri gratiarum vobis exolvimus actiones. Commendandi etenim sunt, & debitis laudibus prosequendi qui a rectitudinis via licet aliquoties deviaverint bono zelo tandem, & spiritu ducti compunctionis ad rectam semitam redeunt, & sui commonitione prælati satisfactione condigna transgressionem suam laudabiliter emendare procurant. Cum igitur in benedictione candelarum in festo Purificationis B. Mariæ, & Olivarum in Dominica de Ramis Palmarum, atque solemniis letaniarum celebrandis quondam minus bene feceritis, tam nos, quam dictus Episcopus quod in parte ista a vobis retrograde factum est, paterna mansuetudine

æquanimiter tolerantes, literis præsentibus devotioni vestræ mandamus, atque præcipimus, quatenus pro celebratione letaniarum ad aliam Ecclesiam extra Monasterium vestrum de cetero minime accedatis, benedictionem quoque olivarum, & candelarum cum præfatus Episcopus, seu fratres ejus sicut dicitur statutis diebus id in persona propria apud Monasterium vestrum adimpleant, nullatenus deinceps celebretis.

Donatio Pedagii a Bonifacio Marchione Montisferrati facta Ecclesiæ S. Egidii de Varezo Augustani Ducatus.

MCLXXXIX.

74 Anno Dominicæ Incarnationis millesimo centesimo LXXXVIIII. die VII. januarii indict. VII. confessus fuit Bonifacius filius marchionis Montisferrati, quod pater suus fecerat donum Ecclesiæ S. Egidii de Verezo de Pedagio Castelli Ugucionis. Quod donum ipse Dominus Bonifacius confirmando investituram finem, & datum facere nomine donationis pro anima sua, & suorum prædecessorum in manu D. Aimonis præpositi ejusdem loci de Verego, ut nullus de ipsa domo de Verezo amodo, & in loco Castelli Uguccionis pedagium tribuat, nec ullus ad colligendum pedagium constitutus ab aliquo de ipsa domo de Verezo transeunte cum suis rebus pedagium exigere audeat. Quia sic ejusdem Bonifacii bona voluntas fieri decrevit, & suo sigillo confirmari præcepit. Actum in Vercellis in casa Conrradi de Posterula. Interfuerunt testes Ferrarius de Valenza, & Guillielmus de Grafagna, atque ego Joannes Notarius jussu ejusdem D. Bonifacii hoc breve scripsi . . . . . Preria.

Extracta ex archivio Canonicorum Regularium S. Egidii de Varezio in Ducatu Augustano ab erudito viro De-Levis, qui perhumaniter eam mihi communicavit.

Diploma Henrici VI. Bonifacio Marchioni Montisferrati.

MCXC.

75 In nomine sanctæ, & individuæ Trinitatis. Henricus sextus Dei gratia Romanorum Imperator, & semper augustus. Fidelium suorum justis petitionibus Imperialis Majestas clementer debet annuere, præsertim vero illorum, quorum fidem, & diligentiam rerum didicit experimentum, & erga imperii honorem sæpius est probata devotio. Tuam itaque fidelitatem, & quondam patris tui reverentiam, & obsequia, quæ imperio semper exhibuit diligenter attendentes, honores, & jura tua volumus tibi cum integritate servare, in quibus & possumus feudum tuum ad imperii honorem augere. Notum itaque volumus omnibus fieri, quod nos tibi Bonifacio dilecto fideli Principi nostri Marchioni Montisferrati, tuisque successoribus in perpetuum loca Gamundii, & Marengi cum omnibus honoribus, & omni jure, & omnibus districtis, & universis regalibus, tam super terris, quam super earum, & nunc, & quondam, & in futurum cultoribus, & habitatoribus, & quibuslibet detentoribus cum integritate in feudum concedimus, restituimus, & imperiali auctoritate confirmamus, locum etiam Fori, cum omnibus pertinentiis suis, & honoribus cunctis, & districtis, omnia etiam castra, villas, possessiones, honores, jurisdictiones, & jura, & universa regalia, quæ tu tenes, vel possides, aut pater tuus tenuit, vel possedit, & insuper omnia, quæ in privilegiis tuis continentur tibi libere, plenarie, hac imperiali pagina concedimus, & confirmamus. Statuentes, & authoritate Imperiali prohibentes, ut nullus Dux, Marchio, Comes, Vicecomes, nullus nuntius noster, nullum Commune civitas, nulla persona magna, vel parva huic nostro indulto contradicere, vel aliqua occasione contraire præsumat. Si quis autem temerario ausu contradicere præsumpserit, centum libras auri, dimidium Cameræ nostræ, dimidium Marchioni, vel hæredi suo componat, hujus rei testes sunt Milo Mediolanensis Archiepiscopus, Wilielmus Ravennas Archiepiscopus, Albertus Vercellensis Episcopus, Bonifacius Novariensis Episcopus, Ubertus Comes de Blandrato, Willelmus Comes de Lomello, Robertus de Durno, Henricus de Lutre pincerna, Henricus de Calendino mareschalcus, & alii multi signum domini Henrici Sexti Romanorum Imperatoris invictissimi. Acta sunt hæc ab Incarnatione Domini MCLXXXX., indict. X. regnante domino Henrico Romano Imperatore glorioſissimo, anno Regni ejus XXIII. imperii vero III. Dat. Mediolani octavo die mensis decembris.

Hoc exemplum extractum fuit a præannotata scriptura carente sigillo, & non habente alias signaturas quam supra annotatas, ac habente caracteres supra descriptos, & pro fide subscripsi, relictaque sunt in albo aliqua, quæ bene intelligi non potuerunt. Princivallus.

Donatio Nuncii Imperatoris, & Abbatis Monasterii S. Salvatoris pedagii de Bassareguzio populo Alexandrino pro viæ publicæ conservatione, & defensione.

MCXCI. 76

Anno Dominicæ Incarnationis millesimo centesimo nonagesimo primo Indictionis VIIII. die lunæ II. intrantis septembris in nomine Domini nostri Jesu Christi amen. Ad honorem Dei, & B. Mariæ Virginis, & omnium Sanctorum, ad honorem, & servitium Domini Imperatoris Thomas Castellanus de Nono nuncius Imperatoris Henrici in voluntate & beneplacito ipsius Imperatoris dedit dono nomine Communis Consulibus Cæsareæ, scilicet Oberto Spande Domini Ruffini Garobaldi, Manfredo de Valentia, Oberto Moiscio, Armano Sacco, Anfusso de Trafono, Opizoni Stromeo, Gulielmo Plato Ganducio medietatem medietatis totius pedagii de Bassareguccio, quam ipse Dominus Imperator tenebat, & possidebat, & hanc chartam donationis tradidit, ut deinceps Commune Cæsareæ teneat, & possideat, & suam de eo modis omnibus faciat voluntatem sine ipsius impedimento, & contradictione, & molestia, & versa vice prædicti Consules, & pro Communi Cæsareæ promiserunt ea custodire,

mantenere, & defendere ſtratam Illam pro poſſe bona fide. Infraſcriptus Thomas inde hanc chartam fieri rogavit ut ſupra. Actum in Cæſaræa in domo Conſulum fideliter; interfuerunt teſtes rogati Obertus Natta, Petrus Canefrus, Jacobus Rodecauda, Manfredus de Stulto, Samuel Rubeus, Stephanus Judex Guaſtavinus.

Anno Dominicæ Incarnationis milleſimo nonageſimo primo Indictione nona, die Veneris 13. intrantis ſeptembris præſentia teſtium, quorum nomina ſubter leguntur. Ad honorem Dei, & Beatæ Mariæ Virginis, ad honorem, & ſervitium Domini Imperatoris Henrici. Dominus Ioannes Abbas Monaſterii S. Salvatoris de Papia voluntate, & conſenſu Monachorum, ſcilicet Magni, Vermi, Alberti, Ruffini, Præsbiteri Lantelmi, Ottonis, Anſelmi Boni, & Joannis auctoritate, & conſenſu conventus prædicti Monaſterii fecit donum Ganducio Conſuli Cæſareæ nomine Communis ipſius Cæſareæ quartæ partis totius pedagii de Baſſareguccio, ut faciant de cætero quidquid voluerint ſine alienatione. Item dedit ei tale jus in Baſſareguccio, & Frixonaria, quod nemo poſſit colligere pedagium in prædictis locis, neque in eorum territorio ſine licentia ſua, & Communis Cæſareæ. Infraſcriptus Abbas auctoritate, & conſenſu Conventus promiſit infraſcripto Ganducio nomine Cæſareæ, quod de cætero hoc donum datum, & firmum tenebit, nec de eo Commune Cæſareæ aliquo modo impediet, & ipſe Ganducius promiſit ei pro Commune Cæſareæ tueri, & defendere ſtratam bona fide ſi aliquis turbaret eam. Item defendere, & mantenere partem illius ad proficuum ipſius. Actum in Clauſtro S. Salvatoris feliciter. Infraſcriptus Abbas cum prædictis Monacis, & Conventu hanc inde chartam fieri rogaverunt ut ſupra. Interfuerunt teſtes rogati Adam Monacus S. Petri de Celo aureo, Eloca filius Petri Malevolæ, Iacob ſapientis, Gruotus.

Fœdus Dominorum de Rivalta de Burmia Vaſſallorum Marchionum de Boſco cum populo Alexandrino.

77 MCXCI.

Anno Dominicæ Incarnationis milleſimo centeſimo nonageſimo primo, Indictione nona, die Iunæ in feſtivitate SS. Simonis, & Iudæ, die quarto calend. novembris in Cæſarea juxta Eccleſiam Beati Petri concordes fuerant Conſules Cæſareæ Obertus Spande, D. Ruffinus Garobaldus Ganduccius, & Armanus Saccus, Tubaldus Guerra, Gilius Carolus Manfredus de Valentia, Obertus Moicius, Opizo Straneus, Armanus Morus, Anfuſſus de Trazono, Balerinus, & Vermus Platus, & domini Caſtri de Rivalta de valle Burmiæ. D. Bonaccius, Anſelmus Guarcinus, Nicolaus, Petrus filius Guidonis Guarcini pro ſe, & pro conſortibus ſuis omnibus de prædicto caſtro, quod prædicti domini de Rivalta ſalva fidelitate domini Imperatoris Henrici, & omnium ſuorum dominorum anteriorum debent facere pacem, & guerram, ubi voluerit Commune Civitatis Cæſareæ. Item debent facere duas perticas foſſati civitatis Cæſareæ, & ire, & facere expeditionem, ubi voluerit Commune ejuſdem Civitatis, niſi cum ibunt in expeditionem D. Imperatoris, & tunc debent ire in comitatu Civitatis Cæſareæ, ſi Commune Cæſareæ erit in illo exercitu, & hæc omnia infraſcripti Domini de Rivalta pro ſe, & ſuis conſortibus ejuſdem caſtri promiſerunt, & juraverunt ſuper ſancta Dei Evangelia attendere, & obſervare omni tempore iſtis Conſulibus Cæſareæ nomine, & vice Communis Cæſareæ ſtipulantibus, & Sacramenta recipientibus. Item infraſcripti domini de Rivalta fuerunt confeſſi ſe non eſſe Vaſſallos marchionis Montisferrati de Caſtello Rivalta. Verſa vice infraſcripti Conſules promiſerunt, & juraverunt nomine conſilii Cæſareæ adjuvare eos, & mantenere ab omni homine excepto Imperatore, & exceptis Marchionibus de Boſco, ſcilicet Anſelmo, & Delfino, & ſalvis anterioribus juramentis ſuorum amicorum, tali modo quod ſi anteriores amici Cæſareæ nollent obtemperare, & facere concordiam cum illis de Rivalta de aliqua diſcordia, ſi emergeret inter eos quod abſit Commune Cæſareæ, ſcilicet Obertus Spande, dominus Ruffinus, Garobaldus, Ganducius, Armanus Saccus, Rubaldus Guerra, Gilius Carolus, Manfredus de Valentia, Obertus Moicius, Opizo Straneus, Armanus Morus, Anfuſſus de Trazono, Balerinus, & Vermus Platus, & domini de Rivalta ſcilicet Bonaccius, Anſelmus, Guarcinus, Nicolaus, & Petrus, inde hanc chartam fieri rogaverunt ut ſupra. Actum in Cæſarea feliciter. Interfuerunt teſtes rogati Albertus Natta, Anſelmus de Campo, Nigrinus, Berninus, Ottobonus de Foro, Vermus Felix.

Sententia Henrici VI. adverſus Albertum, & ejus fratres Marchiones de Inciſa, ex quodam Dipl. Caroli IV. 1355. 3. non. febr. datum Piſis.

78 MCXCI.

In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis. Henricus VI. Divina favente clementia Romanorum Rex, & ſemper Auguſtus maleficos ſuorum debet pœna ſcelerum comitari; fideles autem, ac devotos ſuæ meritum devotionis ampliari. Noverit itaque omnium fidelium imperii tam præſens ætas, quam ſucceſſura poſteritas, quod Alberto, & fratribus ſuis de Anciſa, quia publici erant aggreſſores viarum (1), nec ad ſuorum accuſationem facinorum aliquam habuerunt accuſationem, nec ſe venerunt defendere in Curia noſtra, quum eos marchio Bonifacius accuſaret de proditionis crimine tam in perſonis, quam in rebus Curiæ noſtræ ſententia condemnatis pœnam banni infliximus, & omnia, quæ ante tempus condemnationis tenebantur, ſive eſſent allodia, ſive prædia Bonifacio marchioni Montisferrati, & hæredibus ſuis in rectum feudum dedimus, ſcilicet caſtrum Montisalti cum pertinentiis ſuis, caſtrum Rochettæ cum pertinentiis ſuis, caſtrum Anciſæ cum pertinentiis ſuis, Caſtrumnovum cum pertinentiis ſuis, Cerretum cum pertinentiis ſuis, Bergamaſcum cum pertinentiis ſuis, & quidquid ſupra dicti malefici tenebant in Cerrano, in Ritorto, Caſtronovo, ſeu Caſſina, & quidquid habebant in duobus Car-

panetis cum omnibus pertinentiis ſuis omnium ſupradictorum locorum. Præcipimus etiam, ut omnes Vaſſalli prædictorum condemnatorum poſtquam fuerint admoniti infra dies 30. Bonifacio marchioni Montisferrati jurent fideliter. Quod ſi non fecerint feuda ſua ſibi adjudicata eſſe noverint, & ablata, & ſæpe dicto Bonifacio marchioni donata, & applicata, & eum omnia illa feuda defendere juvabimus bona fide, & obtinere; quæ conceſſionis hujus conſtituti ut firma in eum permaneat, præſentem inde paginam juſſimus conſcribi, & eam nominis noſtri ſigillo communiri præcipientes, & regali edicto ſancientes, ut nulla perſona humilis, vel alta, ſæculariſque, vel Eccleſiaſtica hanc conceſſionis paginam audeat infringere, aut ei auſu temerario contraire. Hujus rei teſtes ſunt.

Godofredus Aquilegienſis Patriarca. Wilielmus Aſtenſis Epiſcopus. Otto Friſingenſis Epiſcopus. Bonifacius Novarienſis Epiſcopus (2). Bernardus Parmenſis Epiſcopus. Gerardus Bononienſis Epiſcopus(3). Sigifredus Mantuenſis Epiſcopus. Arditio Mutinenſis Epiſcopus. Petrus Regienſis Epiſcopus. Conradus dux de Rotenbergo. Opizzo Marchio de Eſte. Petrus Præfectus urbis, Reinerius (4). Comes de Blandrate, Henricus Teſta, Mareſcalcus, & alii quam plures.

(1) *Hæc ex Marchionis Bonifacii accuſatione, eo quod legatos Januenſes per ſuam terram iter habentes comprehendiſſent* (*Caffari annal. ad hunc annum*) *ſed de his, aliiſque quæ hanc ſententiam conſecuta ſunt, latius alibi.* (2) *Novarum.* (3) *Berardus.* (4) *Remenſis.*

Conventiones inter Commune Urbæ & Cæſareæ.

79 MCXCII.

Anno Domini Incarnationis milleſimo centeſimo nonageſimo ſecundo indictione X. die martii exeuntis januarii in Caſtro de Urba præſentia bonorum hominum, quorum nomina ſubter leguntur Otto de Tamna, Vermus de Ner, & Guido Scaranus Conſules de Urba in plena concione & conſilio, & conſenſu Oberti Jarmanæ, Manfredi Gabbi, Johannis Maltrotti, Vermi Graſſi, Mauri Draconis, Manfredi Bajoni, Magiſtri Anrici Fulconis, Bacevetulæ, Manfredi Zamotei, Gilii Cavalli, Jacobi Guarnerii, Uberti Alamani, & Anfredi Gaverii, Vermi de Archipresbitero promiſerunt, & convenerunt Bonello, & Vermo Franciſco Conſulibus Ceſareæ nomine, & vice Communi Ceſareæ ſalvis rationibus dominorum ſuorum ſcilicet Hoſpitalis domini Opizonis, & nepotum ejus Iurconi, & Scorgnæ, quod faciunt quatuor perticas foſſati in Albareto, & manutenebunt illas, & remundabunt illas cum expedierit, & murabunt illas quatuor perticas, ſi alia foſſata civitatis murabuntur. Item promiſerunt ſe fodrare ſemel in anno ſi tota Civitas Ceſareæ frodabitur, & dato de illo ſpodro lib. octo den. bon. pap. Communi Ceſareæ. Item debent facere pacem, & guerram, cum Commune Ceſareæ fecerit, & facere voluerit. Item debeant facere hoſtem & exercitum ſicuti Commune Ceſareæ. Et inſuper omnes iſti juraverunt omnia qualiter ſupra legitur ſuper ſancta Dei Evangelia per ſuum Saltarium attendere obſervare prædicti Otto de Tama, Vermus de Ner, & Guido Scarranus conſules, & eorum conſiliarii hanc chartam fieri rogaverunt ut ſupra. Interfuerunt teſtes rogati Ganducius Orcus, Rubaldus Tapinus, Ruffinus Buccaccius, Rubaldus de Donna amandula, Vermus de Trinchis, Goldanus de Amedeis.

Eodem anno & ibidem die Dominico VI. exeunte januario in Ceſarea in platea majori in præſentia bonorum hominum, quorum nomina ſubter leguntur: Petrus Canefrus, Manfredus de Stulto, Otto Durcus, Bonellus Rubeus, Thebaldus Guaſonus, Coniggia de Verro, Anricus Viſagius, Vermus Franciſcus, & Manfredus Zaccarellus Conſules Ceſareæ in plena concione promiſerunt, & convenerunt Ottoni de Toma, Vermo de Ner, & Guidoni Scarrano Conſulibus de Urba nomine, & vice Communi de Urba . . . . (1) & eorum res, & rationes, & juſtitias, ſi aliquis horum veniet ex Urba ad habitandum in Ceſarea, vel alio iret ad habitandum teneretur dare fodra, & facere expenſas & alia ſicuti alii homines de Urba de hoc quod habet, vel haberet in pertinenti de Urba. Item ſi Commune Ceſareæ faceret aliquod conquiſtum pecunia, ut homines de Urba ſolvent ſuam partem pecuniæ, habebunt ſuam partem pro rata. Et ſi homines Communis Ceſareæ facerent aliquod conquiſtum per forciam, & homines de Urba interfuerint, debent habere partem conquiſti pro rata. Item ſi homines velint venire ad habitandum in Ceſarea, vel in Caſalibus promiſerunt quod recipient illos. Iſti Conſules juraverunt ſuper ſancta Dei Evangelia per ſuam porcionem omnia iſta attendere, & obſervare. Et inde hanc chartam fieri rogaverunt ut ſupra. Interfuerunt teſtes rogati Obertus Sarmanus, Manfredus Temeteus, Manfredus Bajonus, Maurus Draco, Manfredus Gambarutus, Vermus de Archipresbitero, Ganducius.

(1) *Hic apud Schiavinam nulla apparet lacuna, quam certo adeſſe & ſenſus, & ratio evincit.*

Donatio domus Canonicæ Aquenſi.

MCXCII. 80

Anno Dom. Nat. MCXCII. Indict. X. die ſab. 4. non. menſis aprilis in civitate Aquenſi Johannis Sagner donat, & relinquit Canonicis de Aquis in manu Domini Ardicionis Archipresbiteri, Azonis Cantoris, & Agradii Maſſariis, & Iordanis Canonicorum ſuam domum inferiorem verſus calidam, & frigidam cum omnibus ſuis adjacentiis a Medrico uſque ad rivulum calidum, & ipſi adſociant eum in omnibus ſuis beneficiis. Interfuere teſtes Otto Carracia, Petrus Scau, & Rubaldus ejus filius, Petrus Attoninus, Ugo Avenæ, Ogerius Bergugnus, Rubaldus Jurtus, Oneſcalcus, Ubertus Henricus Oca, Petrus de Burgo, & Salitina. Ego Mauro Not. S. P. videns protocollum Petri Notarii juſſu, & auctoritate Conſulum ann. 1207. ec. . . . . .

Privilegium

Privilegium Cœleſtini III. Papæ monaſterio S. Juſtinæ de Sezadio ex Archiv. Congreg. Oblat. Mediolani.

82 MCXCII.

Cœleſtinus Epiſcopus Servus Servorum Dei dilectis filiis Domino Abbati S. Iuſtinæ, ejuſque fratribus tam præſentibus, quam futuris religionem ſuam profeſſis . . . . . Quoties a nobis petitur quod religioni, & honeſtati convenire dignoſcitur animo noſtro decet libenti concedere, & juxta petentium veritatem conſentaneum rationi congruum ſuffragium impertiri. Ea propter in Domino dilecti filii veſtris juſtis poſtulationibus clementer annuimus, & præfatum Monaſterium S. Juſtinæ, in quo divino eſtis obſequio mancipati, quod ad Romanam Eccleſiam nullo pertinet mediante ſub B. Petri, & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti privilegio conſtituimus. Imprimis ſiquidem ſtatuentes, ut ordo monaſti . . . . . qui ſecundum Deum, & B. Benedicti regulam in eodem loco noſcitur inſtitutus perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter obſervetur. Propterea quaſcumque poſſeſſiones, quæcumque bona idem Monaſterium in præſentiarum juſte, & canonice poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum, vel Principum oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis Deo propitio poterit adipiſci firma vobis veſtriſque ſucceſſoribus, & libera permaneat, in quibus hæc propriis duximus exponenda vocabulis, locum ipſum, in quo præfatum Monaſterium ſitum eſt cum poſſeſſionibus, familiis, hominibus, & juribus ad ipſum pertinentibus, Monaſterium S. Stephani de Alexandria cum omnibus poſſeſſionibus, decimis, & primitiis ſuis, Eccleſiam S. Michaelis in eadem Civitate conſtructam cum omnibus pertinentiis ſuis, Eccleſiam S. Salvatoris de Ritorto, Eccleſiam S. Mariæ de Fontanigallo, Eccleſiam S. Mariæ de Borio (1), Eccleſiam S. Nicolai de Cannova cum omnibus pertinentiis earum, Eccleſia S. Michaelis de Puzol, Eccleſiam S. Juſtinæ de Danavetæ, Eccleſiam S. Benedicti de Coloniga, Eccleſiam S. Juſtinæ de Pertice cum omnibus pertinentiis earum, poſſeſſiones, & omnia jura, quæ habetis in vico Sezadii, jus quod habetis in Eccleſia S. Mariæ in ipſo vico conſtructæ, decimas quartum, & fictum in eodem loco, Eccleſiam S. Jacobi de Caſtronovo cum pertinentiis ſuis quidquid habetis in uno Carpeneto, & in altero, & in Borio (2), in Caſtronovo, & in Fontanigallo, in Ritorto, in Danaveta, & in Perticis. Sane novalium veſtrorum, quæ propriis manibus, vel ſumtibus colitis, ſive de nutrimentis animalium veſtrorum nullus a vobis decimas exigere, vel extorquere præſumat. Liceat quoque vobis clericos, vel laicos liberos, & abſolutos e ſæculo fugientes ad converſionem recipere, & eos abſque contradictione aliqua retinere. Prohibemus inſuper ut nulli ex fratrum veſtrorum poſt factam in Monaſterio profeſſionem fas ſit niſi meliore religione obtenta de eo abſque Abbatis ſui licentia diſcedere. Diſcedentem vero abſque communium literarum cautione nullus audeat retinere. Chriſma vero, vel oleum ſanctum conſecrationes altarium, ſeu baſilicarum ordinationes monachorum, vel clericorum, qui ad ſacros ordines fuerint promovendi a Dioceſano ſuſcipiatis Epiſcopo, ſiquidem Catholicus fuerit, & gratiam, atque communionem Sedis Apoſtolicæ habuerit, & gratis vobis, & ſine pravitate aliqua voluerit exhibere; alioquin liceat vobis Catholicum quemcumque malueritis adire Epiſcopum . . . . & communionem Apoſtolicæ Sedis habentem, qui ſua fultus auctoritate vobis quod poſtulatis impendat. Cum autem generale interdictum terræ fuerit, liceat vobis clauſis januis excluſis excommunicatis, & interdictis non pulſatis campanis ſuppreſſa voce divina officia celebrare. Interdicimus etiam, ut nulli liceat in vos, vel Eccleſiam veſtram ſine mandato Romani Pontificis excommunicationis, vel interdicti ſententiam ferre ſeu novis, & indebitis moleſtationibus fatigare. Præterea & immunitates antiquas, & rationabiles conſuetudines Monaſterio veſtro conceſſas, & hactenus obſervatas ratas habemus, & perpetuis temporibus illæſas permanere ſancimus. Sepulturam præterea ipſius Monaſterii liberam eſſe decernimus, ut eorum devotioni, & extremæ voluntati ſepeliri deliberaverint, niſi forte excommunicati, vel interdicti ſint, nullus obſiſtat, ſalva tamen juſtitia illarum Eccleſiarum, a quibus mortuorum corpora mittuntur. Obeunte vero ex nunc ejuſdem loci Abbate, vel ſuorum quilibet ſucceſſorum nullus in qualibet ſubreptione aſtutia, ſeu violentia proponatur, niſi quem fratres communi conſenſu, aut fratrum majori parte conſilii ſanioris, & ſecundum Dei timorem, & B. Benedicti regulam providerint eligendum. Decernimus ergo, ut nulli hominum liceat præfatum Monaſterium temere perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, ablatas retinere, eximere, ſeu quibuslibet vexationibus fatigare, ſed omnia integra conſerventur eorum, pro quorum gubernatione, ac ſuſtentatione conceſſa ſunt, uſibus omnimodis profutura, ſalva Sedis Apoſtolicæ auctoritate, & in prædictis Eccleſiis Dioceſanorum Epiſcoporum conſueta. Ad inditium autem hujus perceptæ a Sede Apoſtolica libertatis biſanzium unum nobis, noſtriſque ſucceſſoribus annis ſingulis perſolvetis. Siqua igitur in futurum Eccleſiaſtica, ſeculariſque perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſcienter contra eam venire temere temptaverit ſecundo . . . . . commonita, niſi reatum ſuum digna ſatisfactione correxerit, poteſtatis, honoriſque ſui careat dignitate, reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat a Sanctiſſimo Corpore, & Sanguine Dei, & Domini noſtri Ieſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem ſua jura ſervantibus ſit pax Domini noſtri Ieſu Chriſti, quatenus & hic bonæ actionis meritum percipiant, & apud diſtrictum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.

Subſcriptum ſignatum ſub ſigillo Pontificatus. Ego Cœleſtinus Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus. Ego Albinus Albanenſis Epiſcopus. Ego Joannes Prænestinus Epiſcopus. Ego Landulfus Præsbiter Cardinalis Baſilicæ XII. Apoſtolorum. Ego . . . . S. Johannis, & Pauli Præsbiter Cardinalis. Ego H. S. Clementis Cardin. Tuſcanenſ. Ego Romanus tit. S. Anaſtaſiæ

Præsbiter Cardin. Ego C. SS. Cosmæ, & Damiani Diac. Cardin. Ego Gerardus Diac. Cardin. Ego Bernardus S. Mariæ novæ Diac. Cardin. Ego Gregorius S. Georgii ad Velum aureum Diac. Cardin. Ego L. SS. Sergii, & B. Diacon. Cardin. Ego R. S. Marthæ Diac. Cardin. Datum Laterani per manum Moysi Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Subdiaconus Lateranensis Canonicus VII. id. aprilis Indict. X., Incarn. Dominicæ anno MCXCII., Pontificatus vero D. Cœlestini P. III.

(1) *In alio exempl. de* Olico.
(2) *In alio exemplari* Mebio.

Donatio Castri de Belmonte (nunc regio intra fines civitatis Niciæ) Communi Cæsareæ.

83 MCXCII.

Anno Domini Incarnationis millesimo centesimo nonagesimo secundo, indictione X., die Dominica X. exeuntis maii in loco Belmontis præsentia testium, quorum nomina subter leguntur. Domini de Belmonte, Bertoldus de Marrana, Gulielmus Boccaccius, Oglerius Gallus, Surleonus, Dominus Guido de Brune, Vermus de Marrana, Anricus Mascarus, Ugo de Gasco, Gualla coram populo ejusdem loci in plena concione fecerunt donationem Bonello de Rubeis Consuli Cæsareæ nomine, & vice Communis Cæsareæ de castro Belmontis cum suis pertinentiis honore, & jurisdictione sua quod castrum, & curiam cum prædictis accessionibus prædicti domini promiserunt custodire, & salvare ad honorem suum, & ad honorem, & statum, & utilitatem Communis Cæsareæ, ita quod nec de feudo debent ipsum castrum, & prædictas pertinentias alicui personæ vendere, permutare pignori, vel ullo alio modo alienare sine parabola communis consilii civitatis Cæsareæ. Et insuper juraverunt ad Sacra Dei Evangelia sic attendere, & ratum, ac firmum tenere scilicet Alexius Guàragius, Arnaldus Gastaldus, Gandulfus de Gajano, Arnaudus Manfredus, Ubertus Bononus, Ubertus de Axenderio, Petrus de Gajano, Vermus vetulus, Johannes de Bono, Obertus de Bulgaro, Petrus Realdus, Singultus de Gajano, Anricus Ruminascus, Jacobus de Ghisulpho, Belmont, Ruffinum de Vallono, Vermus de Ansuma, Aribaldus, Petrus Ferrarius, Rubaldus Segnorinus, Vermus de Monte, Vermus Batalia, Obertus de Lorco, Amicus Bajonus, Oglerius Alamanus, Vermus Ferrarius, Jacobus de Zerbo Ghisulfus, Petrus Zenevra. Prædicti Domini cum prædictis hominibus hanc chartam fieri rogaverunt ut supra. Interfuerunt testes rogati Otto Lanza vetula, Vermus de Monte, Obertus de Lorco.

Pacta inter D. Henricum, & Pontium MM. de Ponzono, & Commune Aquarum.

84 MCXCII.

Anno Dominicæ Incarnationis MCXCII. ind. X. die Dominicæ V. calendas octobris. In capitulo Canonicæ de Aquis consilio pleno, & ideo congregato Domino Andrea Uberto Moizo, Jacobo Bocazio, Ugone Mantea, & sociis existentibus consulibus Dominus Henricus, & Pontius Marchiones de Ponzono confessi sunt, quod Avus eorum D. Aleramus, & Avia domina Alaxa, item D. Ugo pater eorum, item D. Henricus, & Petrus patrui eorum omnes marchiones Ponzoni investiverant consules Aquenses, & commune cum vexillo de Ponzono de tota sua terra habita, & habenda ec. Item eosdem inde investiunt ad præsens asserendo, quod licet sui majores non investivissent, ut supra legitur, tamen ipsi investirent de omnibus ut supra. Item confitentur se teneri pluribus stipulationibus facere pacem, guerram pro communi Aquensi contra omnes homines, excepto Imperatore, de Ponzono, & cætera sua terra, pacem, nec guerram, nec trevam, nec recreutam sine communis Aquensis voluntate nunquam alicui facturos. Castrum Ponzoni, & reliquam terram suam guarnitam, seu munitam, neque scaritam Aquensibus pro pace, & guerra facienda omnibus ut supra legitur nunquam vetituros. Boscaticum, pascaticum, pedagium per omnem terram suam donant, tradunt, & perpetuo concedunt omnibus Aquensibus. Toto tempore Guerræ cum duobus adminus militibus, & pacis tempore saltem uno mense, nisi voluntate Consulum, & Consilii steterit Aquis, stare promittunt, stipulantur, & pro cunctis Aquensium negotiis expendere quantum domus quondam Ottonis Sac. Et hoc totum faciunt tam pro suo consanguineo D. Petrino quondam Jacobi, cujus paterni sunt testamentarii tutores, quam pro se ipsis. Ibidem consules memorati cum omni suo consilio confessi sunt suos priores in feudum reddidisse infrascriptis donatariis Ponzonum, & aliam terram suam in præsentiarum investiunt istos D. Henricum, & Ponzium, & per eos suum consanguineum memoratum de omni terra prædicta. Et insuper de civitate Aquis, & tota ejus terra habita, & habenda pro pace, & guerra omnibus hominibus, excepto Imperatore, semper facienda. Præterea confitentur se teneri jam dictis cunctis marchionibus facere pacem, & guerram, ut supra contra omnes homines, nec facere pacem, guerram, recreutam sine Marchionibus, nec facere cambium aliquod super hominibus pro Marchionibus, neque ulla alia occasione, quam super Aquensibus civibus, & habitatoribus. Ego Petrus Notarius Palatii interfui, & inde hanc ec. Ego Ubertus ec. Ego Petrus ec. Ego Henricus ec.

Investitura Ecclesiæ Astensis facta marchioni Bonifacio ex MS. capituli Astensis inscripto anniversaria *n.* 104.

MCXCIII. 85

Instrumento rogato Rodulfo Imperiali notario anno Domini MCXCIII. Indictione II. 13. kal. marcias. D. Almosna Astensis Præpositus investit Bonifacium marchionem Montisferrati de omnibus terris, & rationibus, quas Astensis Ecclesia habebat in Montecalvo, & in toto pertinente, & ipse Marchio promittit reducere Ecclesiam Astensem in possessionem dictorum castri, & terrarum, quandocumque rectores dictæ Ecclesiæ darent Marchioni lib. 100. Astenses.

Diploma Henrici VI. Imperatori Bonifacio Marchioni Montisferrati. Ex Collectione documentorum edita in causa Monferrati.

86 MCXCIII.

In nomine sanctæ, & individuae Trinitatis. Henricus sextus Divina favente clementia Romanorum Imperator semper Augustus. Ex consueta benignitatis nostræ clementia, quam circa fideles nostros tenemur ostendere, diligentiam nostram merito apponere debemus, ut eos, qui ad honoris nostri exaltationem, fidem indefessam, & præclara virtutis suæ obsequia constanter exhibent liberalibus feudis, & congruis honoribus ditemus, præcipue cum ad beneficium nostrum amor sanguis, quo excellentiæ nostræ sunt astricti, serenitatem nostram ardenter inducat, & hortetur. Quapropter notum facimus universis imperii nostri fidelibus præsenti bus, & futuris, quod nos attendentes puram fidem, constantem devotionem, & indefessa obsequia, quæ dilectus consanguineus noster Bonifacius Marchio Montisferrati ad exaltationem gloriæ nostræ ferventer exhibuit, & in posterum intendit certissime exhibere ad honoris, & dignitatis suæ augumentum, imperiali clementia ex consilio, & voluntate principum, & fidelium imperii jus suum recognoscentes, damus ei, & filio suo Wilielmo, & in rectum feudum concedimus, oppidum nostrum Cæsaream cum omnibus, & universis pertinentiis suis in theloneo, portu, silvis, pascuis, aquis, aquarumque decursibus, terris cultis, & incultis, cum omni honore, servitio, & jure, quod imperium in prædicto loco, & suis pertinentiis dignoscitur habere. Statuentes, & imperiali sancientes edicto, ut nullus Episcopus, Dux, Marchio, Comes, Vicecomes, nulla Civitas, nullum Commune, nullaque omnino persona humilis, vel alta, sæcularis, vel Ecclesiastica prædictum consanguineum nostrum Marchionem, & filium ejus Wilielmum in hac Majestatis nostræ concessione gravare audeat, vel aliquo modo præsumat molestare. Quod si quis attemptaverit mille libras auri purissimi pro pœna componat, quarum medietatem Fisco nostro, reliquam vero partem injuriam passis volumus persolvi. Ad cujus rei certam in perpetuum evidentiam præsentem paginam inde conscribi jussimus, & Majestatis nostræ sigillo aureo insigniri. Hujus rei testes sunt Gualterius Trojanus Episcopus, Bertoldus Cicensis Episcopus, Corradus Palatinus comes Reni, Otto Palatinus comes Burgundiæ, Albertus Dux de Tetke, comes Bartinan. de Kirebe, comes Diepoldus de Kerse, comes Albertus de Spanehim, Merlo de Plozach, Cuno de Mincenbe, Hartianus de Budingen, Walterius de Echelbe, Engelardus de Winsberre, Masquardus Dapifer, Henricus Pincerna de Lut., & alii quamplures. Signum Domini Henrici sexti Romanorum Imperatoris invictissimi. Acta sunt hæc anno Dominicae Incarnationis MCXCIII., indictione XI. regnante Domino Henrico sexto Romanorum Imperatore glorioſissimo, anno regni XXV., imperii vero tertio. Dat. apud Geisenusen per manum Sigelloi imperialis aulæ protonotarii ij. non. decembris.

Conventiones inter Commune Aquarum, & Septebrii.

MCXCIV. 87

Breve recordationis de societate, & vicinio Aquensium, & hominum de Septebrio, & de hominibus Aquensis Civitatis, quia homines de Septebrio juraverunt consulibus Aquensibus, & eorum civibus. Juraverunt siquidem Revellus Turchus, Petrus Niger, Ribaudus Sagner, Arnaudus de Ponte, Guido Diucie, Petrus Zucha, Wilielmus Sclavus, Arnaudus Filiberti, & Ruffinus Testa, & alii de Septebrio habitatores Aquenses, & omnia communia Aquensis civitatis, & nominatim fodrum dare si contigerit, quod communiter accipiatur in civitate Aquensi, murare, fossa dare, & alia fortia Civitatis, & nominatim juvare cives Aquenses, & eis valere omnibus modis sicut vicinis, & sociis; in hostem cum Aquensibus civibus ire, & hæc omnia homines de Septebrio pro suo posse juraverunt pro se, & pro liberis. Item eodem juramento tenentur annuatim ferre dimidium totius suæ nare (*forte* blave *ex docum. n.* 88. *col.* 104. *lin.* 4.), & eam recondere in Aquis, & omnes tenentur habere domum in Aquis, ita quod saltem inter, & non plures decem unam simul habeant, & unicuique unam liceat habere. Et ad invicem dominus Joannes Resterius, Obertus Rabia, Ubertus de Burgo, Ajcardus, Manfredus Guastarava, & Ruffinus Done consules, & alii cives Aquenses juraverunt hominibus de Septebrio juvare eos, & eis valere modis omnibus, quibus poterunt, sicut habitatoribus, & civibus suis, & annuatim eis mandare, quod decem eorum ad minus ad electionem consulum veniant, & qui unum de Septebrio consulem eligant, qui cum aliis Aquensibus sit consul de Septebrio, & de Aquis. Pro societate vero, & vicinio eorum de Septebrio habendo consules, & Aquenses cives redemerunt a Domino Ugone Aquensi Episcopo fodrum quod homines de Septebrii soliti erant dare Aquensi Episcopo, & eos a præstatione fodri liberos, & absolutos effecerunt pretio, seu quantitate trecentarum librarum Papiensium propterea data, & absoluta Episcopo infrascripto. A præstatione quoque Curadiæ debent esse homines de Septebrio immunes pro ista data quantitate, qui domum in Aquis habuerint, ex quo habuerint. Pro ista præstatione Curadiæ evitanda liceat eis inter decem, & decem unam domum simul habere, sed non pluribus decem liceat simul habere. Et hæc omnia cives Aquenses, & homines Septebrii per se, & omnes suos hæredes sub pœna centum marcarum argenti dandi Cameræ Imperatoris, & totidem parti fidem, & istum juramentum volenti servare super sancta Dei Evangelia de cætero rata, & firma tenere bona fide, & sine fraude juraverunt. Factum est hoc anno Dominicæ Incarnationis MCXCIV., indictione XII., die lunæ IIII. idus januarii in capitulo Canonicorum Aquensium. Ego

Petrus Notarius ſacri Palatii juſſu prædictarum partium duo brevia inde ſcripſi, & eas per a, b, c, d diviſi. Ego Ubertus ecc. Ego Henricus ecc.

Edidit Malacarnes haud indiligenter exceptis aliquibus omiſſionibus lin. 21. & l. 56. & 57. Quod in hoc documento dignum mihi animadverſione videtur eſt fodri jus, quod Aquenſes ab Epiſcopo redemerunt. Quod ſane oſtendit Septebrium ſub Eccleſiæ Aquenſis dominio hoc tempore ſtetiſſe. Equidem fateor per hanc Ep. Hugonis fodri venditionem jura Eccleſiæ in hoc oppidum imminuta admodum fuiſſe, at non ita, ut ſupremam in illud juriſdictionem amiſerit, quam per plures annos adhuc retinuiſſe diſcimus ex renovatione inveſtituræ facta a Lotherio Præpoſito Eccleſiæ Vaſſallis, quam hic in anteceſſum exhibeo deſumta ex autographo Tabularii Capituli.

Anno Domini MCCLVII., indictione V., die Veneris XXII. februarii. In Aquis Ugo Montananus de Septebrio, Rufinus filius quondam domini Petri, Reſonatus & Johannes de *Galono* ejuſdem loci eorum nomine, & nomine aliorum ſuorum conſortum de Caſtello de Septebrio fecerunt & juraverunt fidelitatem D. Loterio Præpoſito Aquenſi majoris Eccleſiæ nomine S. Mariæ recipienti nomine dictæ Eccleſiæ de illo feudo, quod ipſi tenent a dicta Eccleſia, vel ſui anteceſſores viſi erant tenere in Septebrio, vel alibi ſecundum quod continetur in capitulo fidelitatis, & D. Loterius nomine dictæ Eccleſiæ ipſos inveſtivit de toto illo feudo, quod ipſi, vel ſui anteceſſores tenerent, vel viſi erant tenere a dicta Eccleſia, vel pro dicta Eccleſia, qui D. Loterius Præpoſitus præcepit, ut ipſi reddant prædictum feudum in ſcriptis, qui ſupradicti Vaſſalli dicunt, & manifeſtant ipſi D. Loterio, quod omnes decimæ eorum poderiorum, & eorum anteceſſorum ſunt de illo feudo, & a dicta Eccleſia prædictas decimas tenent. Item & inſulam de vado Rubeorum, cui cohærent Bruni de Septebrio, & Burmia. Item in valle Urbiis in loco ubi dicitur Vinaſtus petiam unam terræ, & de qua terra habent, & habere debent omni anno ad ſeſtarium Canevæ ſeſt. XII. vini, & confitentur prædicti Vaſſalli, quod de eorum campo de ſancto Stephano de Septebrio reddunt, & reddere debent dictæ Eccleſiæ S. Mariæ de Aquis ſtar. IIII. frumenti ad juſtam menſuram Aquis, quando eſt meſſis, vel eſſe debet. Unde duas cartas fieri rogaverunt ejuſdem tenoris. Interfuerunt teſtes Ubertus Matohes, Ogeriotus de Vibiano rogati. Ego Henricus de Porta Notarius Palatinus ecc.

Tregua Traſardi Legati Imperialis.

88 MCXCIV.

Anno Dominicæ Incarnationis milleſimo centeſimo nonageſimo quarto, indict. XII., XIV. die menſis januarii. Ego Traſardus legatus aulæ Imperialis ſtatuo, & præcipio firmam treguam eſſe omnibus, & inter omnes civitates, & loca, quæ juraverunt ſtare mandatis domini Imperatoris, & meo, & ſuper diſcordiis, & guerris, quas habebant ad invicem, ita ſcilicet ut homines omnium prædictarum civitatum, & locorum ſecure vadant, & redeant per aquam, & terram in rebus, & perſonis, & mercatis, & quocumque voluerint, & nullus offendat alterum. De Blava vero quod ſtatuerunt Civitas unaquæque de ſuo, non mutamus omnino, ſed ſi aliqua perſona de prædictis civitatibus, & locis noluerit ducere Blavam aliunde per terram, & Epiſcopatum alterius civitatis non prohibeatur. Si qua vero de prædictis civitatibus, vel locis fregerit hanc treguam, præcipio ut reſtituat læſis omnia ablata, & damna infra XV. dies, & inſuper ſolvat centum Imperiales mihi, vel certo nuncio meo infra menſem poſtquam fuerit requiſitus pro pœna perſolvat. Quod ſi perſona ſpecialis, vel perſonæ hanc treguam fregerint præcipio, ut civitas, vel locus, de cujus diſtrictu eſt illa perſona, vel perſonæ, reſtituat læſis omnia ablata, & damna illata infra XV. dies. Sed ſi talis perſona fregerit treguam, quæ non habet unde reſtituat, de perſona illius juſtitiam faciant, quam ſi habere non poſſent, banno ſupponant, nec relaxabunt bannum, donec ſatisfactum fuerit damnum paſſis. Præterea ſi quod caſtrum, villa, vel locus, vel perſona alicujus prædictarum civitatum, vel locorum treguam hanc fregerit, præcipio, ut civitas, vel locus, de cujus diſtricto eſt illud caſtrum, villa, vel locus, vel perſona, quæ treguam fregit infra XV. dies reſtituat damnum paſſis omnia ablata, & damna. Quod ſi civitas, vel locus, ad quem pertinet reſtitutio infra XV. dies, ſicut ſtatutum eſt, eam non fecerit, ipſa civitas, vel locus ſolvat nobis, vel certo nuncio noſtro libras 100. Imperiales pro pœna infra unum menſem poſtquam inde fuerit requiſitus. Idem ſtatuo de Marchione Montiſferrati, & ejus terra, atque hominibus. Item præcipio, ut omnes captivi ruſtici, & alii, qui oſtiatim mendicant, & omnes alii, quos conſules prædictarum civitatum, vel locorum cognoverint, vel bona fide crediderint ita pauperes eſſe, ut in captivitate ſe non poſſint de ſuo procurare . . . . . infra quatuor dies poſtquam fuerint domi præfati conſules libere, & abſolute dimittantur. Omnes autem quicumque fuerint capti infra tempus treguæ, quam ſtatui, abſolute, & omni occaſione remota libere dimittantur tam pauperes, quam divites infra quatuor dies. Hanc enim treguam ſecundum prædictum tenorem qualiter ſupra legitur per omnia obſervari præcepit præfatus D. Traſardus, & ſub debito Sacramenti videlicet Mediolanenſibus, Placentinis, Cæſarienſibus, Cremenſibus, Gradonenſibus, Demaxinis (*forte* de Caxinis) Clavenſibus, Papienſibus, Cremonenſibus, Laudenſibus, Bergomenſibus, & Cumanis, qui ibi erant in ſua perſona, & juraverunt ſtare ſuo mandato, ſicut inſtrumentis inde factis continetur. Actum in Palatio Vercellenſis Epiſcopi præſentia D. Alberti Vercellenſis Epiſcopi. Interfuerunt teſtes de civitate Vercellarum Guido Advocatus, Bemundius, Martinus Biſcherius, Gulielmus de Biogracano, Rombellus, Buſſanus, Nicolaus de Fontaneto, Joannes de Oliva, Arditio Alzatus, Landricus Caraita, & multi alii, qui ibi erant in plena Curia.

Juramenta de tregua ſervanda.

89 MCXCIV.

Anno Domini milleſimo centeſimo nonageſimo quarto XII. die menſis januarii, indictione XII. Hoc eſt juramentum pacis, & concordiæ factæ ſub domino Traſardo legato domini Henrici Dei gratia invictiſſimi Romanorum Imperatoris ſuper guerris, & diſcordiis Lombardiæ. Ego juro ad ſancta Dei Evangelia, quod bona fide, & ſine fraude, & malo ingenio obſervabo, & attendam omnia præcepta, quæ dominus Henricus Dei gratia invictiſſimus Romanorum Imperator, & ſemper Auguſtus, vel dominus Traſardus ipſius Domini Imperatoris in Italia legatus faciet mihi ſuper guerris, & diſcordiis, quæ habet cum Papienſibus, Cremonenſibus, Laudenſibus, Bergomenſibus, Cumanis, Parmenſibus, Marchione Montisferrati, & Marchione Moruello, & omni eorum parte, ſcilicet de pace, & tregua, & juſtitia facienda, & rebus ablatis, & damnis datis tempore treguæ factæ per ipſum dominum Traſardum reſtituendis. Inſuper omnia alia præcepta, quæ faciet mihi pro prædictis omnibus obſervabo. Præterea obſervabo, & attendam omnia præcepta, quæ mihi faciet de ſtratis aperiendis, & mercatis ducendis tam per aquam, quam per terram, & hoc Sacramentum faciam fieri ab omnibus, quos voluerit de civitate, & terra, & loco meo. Hoc autem Sacramentum fecerunt ſicut ſupra legitur pro hominibus de Mediolano Bertrammus Scaccabarocius, Roglerius de Lampugnano, Roglerius de Rollate Conſules, & Guido Vicecomes, Ugo Camerarius, Albertus de Lampugnano, Laurentius Corbus Paſſaguerra, & Præaneus Conſul negotiatorum &c., & de Placentia Gulielmus Scorpia Conſul, & Guido de Runcoveteri, Arnaudus Strictus de Cæſarea, Balduinus, & Bonifacius de Cremona, Antonius de Granzis, & Benzonus de Domaſio, Martinus Judex de Grabadona, Thomas Porta de Graveria, Obertus de Rovaglia. Actum in palatio Vercellenſis Epiſcopi præſentia domini Alberti Vercellenſis Epiſcopi, & ipſius domini Traſardi. Interfuerunt teſtes dominus Ottobonus, Bazzanus Vercellenſis Eccleſiæ Canonicus, & Magiſter Ugo Novarienſis Canonicus, Presbiter Rubaldus Mortarienſis Canonicus, Frater Jacobus de Laude, & multi alii, qui ibi erant in plena Eccleſia. Unde plures chartas uno tenore ſcripta ſant.

Venditio duarum poſſeſſionum Archipresbitero de Calamania.

90 MCXCV.

Anno Dominicæ Incarnationis MCXCV., indictione XIII. II. nonas madii, die Sabbati, Trexerius quondam filius Aicardi Placiana jugali jurante, & omni ſuo juri ſcilicet hypothecario, & Senatus Conſulti Vellejano renunciante, & omni tempore ratum, & firmum tenere promittente, & per hanc cartam venditionis tradimus tibi Domino Jordano Archipresbitero de Calamania duas pecias terræ, quæ jacent in terratorio Placiani una ubi dicitur Foſſaellus ecc. pretio finito denariorum papienſium ſeptem libras, & quinque ſolidos ecc. Actum in planis Placiani feliciter. Teſtes Manfredus de Calamania .... Ubertus Gener venditoris.

Conſtitutio procuratorum civitatis Alexandriae ad appellandum ad ſummum Pontificem a ſententia Epiſcopi Terdonenſis delegati in cauſa Quargnenti.

MCXCVII. 91

Anno Domini milleſimo centeſimo nonageſimo ſeptimo, indictione XV., die Veneris IV. aprilis præſentia teſtium, quorum nomina ſubtus leguntur, dominus Vermus de Puſterla Cæſareæ poteſtas communicato ejuſdem civitatis conſilio in hoc convocato nomine communis conſtituit procuratores dominum Theobaldum, & dominum Ruffinum Scaculum, & ſindicum ad appellandum ad Sedem Apoſtolicam ab executione ſententiæ poſſeſſionis Quargnenti, de quo quondam vertebatur queſtio inter Epiſcopum Aſtenſem actorem, & Cæſarienſes ſub domino Imperatore a ſummo Pontifice commiſſa domino Ottoni Terdonenſi Epiſcopo, & ab omnibus literis a Curia Romana directis eidem Epiſcopo, ſive ab Epiſcopo Aſtenſi impetratis ſuper facto Quargnenti, & generaliter ab omni gravamine, & præcepto, & interlocutione, & ſententia, & interdicto, & prohibitione: & eodem modo ad appellandum, ſi quid ſuper proprietate fuerit ei directum, ſive ab Aſtenſi Epiſcopo, ſive ejus nomine impetratum, & ad petendum apoſtolos cum inſtantia, & dicimus prædicta omnia veritate tacita per mendacium, & per obreptionem fore ab Aſtenſe Epiſcopo impetrata, & pro hoc facto prædictus Vermus Poteſtas Cæſareæ nomine communis iſtius civitatis ſpecialem, & delegatum ad ſummum Pontificem direxit, & hodie iter arripuit pro redarguendo mendacio reſcripti, ſive literarum impetratarum, & pro commiſſione cognitioni hujus cauſſæ facienda. Actum in Cæſarea feliciter. Ulterius dominus Vermus Poteſtas Cæſareæ nomine communis civitatis iſtos procuratores, ſive ſindicos conſtituit, & inde hanc cartam fieri rogavit ut ſupra. Interfuerunt teſtes rogati dominus Jacobus de Brixia Judex, ac Oliverius de Puſterla cives Mediolani, & Stephanus Judex civitatis Cæſareæ.

Taxa Curadiæ ab Epiſcopo Aquenſi, & a Marchionibus Ponzoni imminuta.

MCXCVII. 92

Anno ab Incarnatione Chriſti MCXCVII., indictione XV., die martis pridie nonas madii apud dominum Ugonem Aquenſem Epiſcopum, & Ubertum de Burgo, Enricum de Porta, Morandum, Johannem judicem, Enricum Peſtarozam, & Jacobum Boccaſii ecc. Conſules Aquenſes. Cives Aquenſes partes marinas frequentantes ſæpiſſime

conquerebantur ex eo, quod dominus Enricus, & Pontius Marchiones de Ponzono, & alii per quorum partes ibant, pedagium importabile ſibi auferebant conquerentes ad invicem de nimia, & indebita curadia, quæ in foro Aquenſi a Vicariis Epiſcopi hominibus auferebatur. Igitur memorati Conſules ad hanc lamentationem intendentes diligenter cum domino Enrico Marchione a majeſtate, & clementia domini Epiſcopi poſtularunt, & bonitate ſua, & quia modus rationis videbatur (*poſtulare*) factum curadiæ ad æquitatem, & menſuram ſolitam (*redigere*) dignaretur. Ille vero petitionibus, dictis eorum conſentiens, cum ipſis ſimul viros antiquos elegit Bucazium, & Gandulfum Rugerii, Ogerium Vicenti, Manfredum Guerzi, Ottonem Carlevarium, & Enricum Ferrarium, veluti noſcentes uſum curadiæ, dictis quorum ex ea (*ipſe*) ſtare promiſit qui æque concordantes reſponderunt, quod omnis beſtia quadrupes vendita in foro Aquenſi, & Arcivolo debet curadiæ in duobus denariis ab emtore, totidem a venditore. De agnis, & hædis nihil ſicut & e fructibus, & ovis, & de his omnibus, quæ brachio portantur. Idem de pullis, & piſcibus recentibus. De Caballo tamen den. XII. De onere pullorum ovorum den. I. De faſce hominis circulorum mealia (*al.* uvæ alia) datur. De faſce boum den. II. Celarii (*al.* Tellarii) habentes piſces, negociatores drappi, & ferri, & mercium vendentes in foro ut ſedeant, unuſquiſque den. II. curadiæ debet. De torta lini den. II. dantur. De ſoma lebetum idem. De faſce ſcutellarum, & ſcyphorum idem. Artifices ſitularum, & ſitulorum omni anno ſitulam debent, & ſitulum. Ferrarii cultellum, & menſuram. Facientes conchas, lanceas, & juga idem. De faſce bailorum (*al.* baglorum) I. den. De carro lignorum II. den. De barrocio I. den. De carro, & barrocio vini II. den. De faſce ollarum, & teſtarum (*idem*). De aſino veniente onerato in foro nihil; ſi egreditur oneratus I. den. De mezena I. den. Sextarium vero capiendum eſt ad pugnum venditoris. Ex his omnibus prædicti memorati antiqui æque concordaverunt, niſi quod Enricus dixit curadiam ubique per civitatem Aquisfore capiendam, & de carro vini den. IV., & ne prave intelligatur, Aquenſes, & illi de Ponzono inde excentantur. Ego Mattheus Notarius Sacri Palatii interfui, & inde hanc cartam complevi, & ſcripſi.

Hoc documentum juſſu Conſulum Aquenſium Aicardo Truchi, Oberto Rabia, Ottone Ver, & Alberto Fuſnino anno MCCVIII., indictione XI., die Veneris XIV. menſis martii iterum a Mattheo Notario editum, atque ab Uberto, & Petro, & Henrico Notariis approbatum coram teſtibus Belengerio Andreæ, Guaſtarava, Gulielmo Dodonis, Arnaudo Brune, & Marrone, ut ex membrana Capituli colligitur.

Tabulæ Fœderis inter Aſtenſes, & Alexandrinos.

93 MCXCVII.

Anno Dominicæ Incarnationis milleſimo centeſimo nonagenteſimo ſeptimo, indictione decima quinta, die Jovis tertio Kalendas novembris. In Eccleſia S. Agatæ de Uviliis. In nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti. Amen. Forma pacti, & Sacramenti facti inter Aſtenſes, & Alexandrinos hæc eſt. In primis jurant Aſtenſes, & in civitate Aſt. habitantes a XIV. annis ſupra uſque ad LXX. niſi parabola conſulatus, & poteſtatum utriuſque civitatis, vel eorum miſſi ad hoc conſtituti remanſerit bona fide, & ſine fraude ſalvare, & cuſtodire, adjuvare, & defendere univerſos cives Alexandriæ, & ejus juriſdictionis, & in ea civitate, & juriſdictione habitantes, & res eorum contra Marchionem Montisferrati qui nunc eſt, vel pro tempore fuerit omni occaſione remota, & contra quamlibet aliam ſingularem perſonam, & contra omnes alios homines, ita quod nullum pactum, nullus conventus, nullus contractus, nulla concordia, quod, quem, quam faciat Marchio Montisferrati cum aliquo loco, vel cum aliqua civitate, vel cum aliquo homine, vel cum aliquibus, obſtringat Aſtenſes, & Alexandrinos, ad invicem tenere ſe adjuvare contra Marchionem Montisferrati omni occaſione remota, his exceptis, qui inferius excipiuntur per terram, & per aquam in omni eorum juriſdictione, & alibi ubicumque poterunt bona fide omni tempore. Item jurant bona fide juſtitiam facere omnibus Alexandriæ, ejuſque juriſdictionis hominibus, & in ea civitate, ejuſque juriſdictione habitantibus de ipſis Aſtenſibus conquerentibus, vel de hominibus in Aſta, & ejus juriſdictione habitantibus ſecundum jus, & mores civitatis Aſtenſis ſcriptos, vel approbatos, & hoc in ſecularibus cauſis tantum. Item cambium non accipient aliqua occaſione ab aliquo prædictorum, nec etiam a principali debitore, vel fidejuſſore ſine licentia Poteſtatis, vel Conſulatus, qui pro tempore fuerint in Aſtenſi civitate, qui nullatenus dare poſſint licentiam cambium capiendi, præter quam a reo, vel principali, vel a fidejuſſore a teſto ſancti Michaelis in antea, ſcilicet abhinc uſque ad ſanctum Michaelem faciat, & teneat ſecundum formam Sacramenti ſui regiminis. Item jurant, quod non vetabunt alicui negotiatori undecumque veniat ſive per terram, ſive per aquam, quin eat, & redeat cum ſua negotiatione ab Aſta Alexandriam, niſi fuerit de aliqua terra, cum qua Aſta, vel Alexandria guerram habeant, ſalvo interdicto ab Aſtenſibns facto, vel faciendo ſuper quamlibet negotiationem, & eo ſalvo, quod poſſint prohibere cuilibet negotiatori ire cum negotiatione ſua per civitatem, & juriſdictionem eorum ad illam terram, quæ interdixerit Aſtenſibus ſuam negotiationem, & alienam per ſuam civitatem, & ſuam juriſdictionem. Item jurant, quod bona fide facient Alexandrinis bis in anno exercitum per eorum commune, & cum eorum communi cum militibus, & peditibus, cum ſagittariis, ſi a communi Alexandriæ, vel ejus nuncio ad hoc conſtituto fuerit eis requiſitum cum expenſis, & amiſſionibus ipſorum Aſtenſium, nec relinquent Alexandrinos in illis exercitibus infra menſem unum abſque voluntate poteſtatis Alexandriæ, vel conſulatus eorum, qui pro tempore fuerint, & Credentiæ eorum ſimul coadunatæ ibidem. Item jurant, quod non relinquent

Alexandrinos in obsidione alicuius castri obsessi voluntate utriusque partis, absque voluntate illorum de Alexandria. Item jurant, quod venient in succursum Alexandrinorum, & auxilium eorum cum tot militibus, quot ab eis petierint, vel exegerint, si eos habuerint, & si eos tot non habuerint, venient cum ipsis omnibus, quos habuerint, & hoc facient bona fide, & quoties potestas, & consulatus eorum Alexandrinorum eis mandaverit, vel dixerit expensis, & perditis ipsorum Astensium, & hoc facient ad diem, & terminum ab Alexandrinis ei præfixum bona fide, & sine fraude. Item jurant incipere guerram Marchioni Montisferrati, qui nunc est, vel pro tempore fuerit, & cuilibet alii singulari personæ, & omnibus aliis personis, quibus Alexandrini per commune guerram habent, vel habuerint infra viginti quinque dies, postquam eis per potestatem, vel consulatum Alexandriæ, vel eorum nuncium ad hoc constitutum denunciatum fuerit; & ea incepta ulterius facere vivam (1) guerram per commune eorum, nec exinde pacem, nec treguam recredutam absque voluntate, & consensu potestatis, vel consulatus Alexandriæ pro tempore existentis, & eorum credentiæ per campanam collectæ totius, vel majoris partis, his exceptis, qui inferius excipiuntur. Item jurant, quod non permittent eorum negotiatores ire cum negotiatione per stratas Marchionis Montisferrati, qui nunc est, vel pro tempore fuerit, quas nunc habet, vel pro tempore habuerit in terram ejus, ubi pedagium, vel teloneum ab ipso Marchione, vel ejus nuncio accipiatur, dum ipsi Astenses, vel Alexandrini guerram cum eo per commune habuerint, & totam illam negotiationem eorum, quæ nunc est extra, bona fide facient domum redire, nec ulterius negotiationem, vel alia, dum guerra eorum, vel Alexandrinorum per commune duraverit per prædictas stratas redire *per mensem* (2). Item jurant renovare hæc Sacramenta in capite quinque annorum, si a potestate, vel consulatu Alexandrinorum pro tempore existente per se, vel eorum nuncium ad hoc constitutum eis requisitum fuerit, vel autem si Astensibus, vel Alexandrinis placuerit, & hoc facient nisi voluntate, & parabola potestatis, vel consulatus Alexandriæ pro tempore existentis remanserit, hæc omnia jurant Astenses attendere, & observare bona fide, & sine fraude, & malo ingenio omni tempore salvo eo, de quo ipsi Astenses infrascriptis locis, atque hominibus speciali juramento tenentur. Qui sunt hi: Albenses, Vercellenses, Carienses, Derthonenses, Episcopus Taurinensis, Otto de Rivalta, illi de Montecucco, Obertus de Coconato, illi de castro Airaldo, Marchio de Saluciis, Savilianum, Romanisium, homines de Gorena, Pollentium, Rubaldus de Braida, Dominus Vermus de Ceva, Marchiones Incisæ, excepto Anrico, homines Masii, homines Lanerii, Dominis exceptis, homines Montaldi de ultra Tanarum, Henricus de Montebersario, Tiburcius de Malamorte, & Januenses, & salvo Mediolano; ita quod commune de Asta contra commune Mediolani, ex hoc juramento nullatenus teneatur, & salvo eo, quod potestas, vel consulatus Astensis, & Alexandrinus pro tempore existens in prædictis omnibus communi consilio, & eorum voluntate, & eorum credentiæ per Campanam collectæ totius, vel majoris partis possint addere, vel diminuere, ita quod de addito teneantur, & de diminuto sint absoluti; & sicut Astenses jurant Alexandrinis in omnibus istis, ita Alexandrini eodem modo in omnibus, & per omnia jurant Astensibus, & salvo, quod ex hoc jurejurando commune Alexandriæ contra commune Mediolani nullatenus teneatur, & salva fidelitate Anselmi, & Dalfini marchionum de Bosco, & salva pactione Marchionum de Gavio, & communi de Gavio, & salvo eo, de quo commune Alexandriæ teneatur pactione, & juramento, communi de Cassinis, & salva concordia civitatis Januæ, & Marchionum de Anciſa, & hominum de Masio. Hæc autem omnia ista D. Albertus Fontana potestas Astensis pro communi Astensi, D. Vermus a Pusterla potestas Alexandriæ pro communi Alexandriæ bona fide, & sine fraude juraverunt supra sancta Dei Evangelia observare, & facere tempore eorum regiminis, & facere jurare quisque eorum homines suæ civitatis secundum formam præscriptam, & facere jurare potestates, vel consules intrantes post eos hoc idem observare, & quod alias potestates, & consulatus hoc idem jurare facient, ita ut omni anno potestates, vel consulatus pro tempore existentes futuros consulatus, vel potestates hoc Sacramentum subire facient, & sicut supra legitur. Subscripti prædicti Vermus de Pusterla, potestas Alexandriæ vice communis Alexandriæ, & Albertus de Funtana potestas Astensis vice communis de Asta, alter alteri stipulanti attendere promisit. Actum isto loco feliciter .... Interfuerunt testes rogati Dominus Oliverius de Pusterla, Guifredus de Pusterla, Ebbus Frigidus, Burgundus de Domino, Edo, Arnaldus Bucca, Borellus, Arnaldus de Rufino, Bucca.

(1) *Al. miram.* (2) *Forte* permittent.

Conventio Vercellensium cum Astensibus & Alexandrinis.

MCXCVIII. 94

Anno Dominicæ Incarnationis millesimo centesimo nonagentesimo octavo, indictione prima, die lunæ secunda exeuntis martii in civitate Vercellarum, in domo communis, præsentia testium, quorum nomina subter leguntur. Consules communis Vercellarum, videlicet Bonifacius de Ugozono, Ubertus Rubeus de Arborio, Bernardus Belevolus, Brixianus Advocatus, Archinus de Centorio: Item consules justitiæ ejusdem civitatis, videlicet Jacob Vicecomes, Joannes Oculus bellus, Nicolaus Porcella nomine communis Vercellensis promiserunt, & supra sancta Dei Evangelia juraverunt attendere, & observare pactum, & societatem nuper factam inter Astenses, & Vercellenses, & Alexandrinos, prout in cartulis inde factis continetur. Infrascripti consules inde hanc cartam fieri rogaverunt, ut supra. Interfuerunt testes D. Vermus Selvaticus de Ast, Jacobus Boretus de Ast.

Conventio hominum Paciliani cum Alexandrinis Aſtenſibus, & Vercellenſibus.

95 MCXCVIII.

Anno Dominicæ Incarnationis MCXCVIII. ind. I. die Jovis II. aprilis in campis Paciliani. Talis eſt forma pacti, & conventionis facti, vel factæ inter homines de Paciliano nomine communis vel univerſitatis ejuſdem loci ex una parte, & ex altera homines Alexandriæ, & Aſtæ, & Vercellarum pro communi univerſitatis uniuscujuſque iſtarum civitatum, videlicet quod univerſi de Paciliano, tam Burgenſes, quam Domini debent ſalvare, & juvare, & manutenere, & cuſtodire, & defendere omnes homines iſtarum civitatum univerſaliter, & ſingulariter, & res eorum in Paciliano, & ejus poderio, & juriſdictione, & ubique ad ſuum poſſe, & quod facient vivam guerram omnibus hominibus, & univerſaliter, & ſingulariter, & nominatim Marchionibus Montisferrati, & hominibus de Caſali, eorumque complicibus, & auxiliariis, & exinde non facient treguam, pacem, pactum, colluſionem aliquam, neque treguam, neque guerram recreutam, neque convenentiam, niſi conſenſu, & parabola poteſtatum, vel conſulum pro tempore in iſtis civitatibus exiſtentium, & credentiam, vel majoris partis, ita tamen quod conſules, vel poteſtas alicuius civitatis, prædictarum civitatum non poſſit convenentiam, vel conſenſum, vel parabolam dare ſine conſenſu, & voluntate duarum aliarum civitatum, & duæ non poſſint dare convenentiam, vel parabolam ſine tertia, & dabunt munitiones, & caſtra univerſaliter, & ſingulariter unionis prædictarum civitatum, quocumque voluerint ad offenſionem, & defenſionem, & tuitionem, & guerram faciendam cuicumque voluerint excepto monaſterio B. Ambroxii, cui exhibent debitam reverentiam, & ſalva fidelitate Vaſſallorum, Marchionum, qui ab eis tenent feudum ante guerram inceptam, id eſt ante guerram Gamundii; ita tamen quod nullo modo offenderent aliquem prædictarum civitatum communiter, & ſingulariter, niſi ad tuitionem Marchionum, & in terra eorum, & alibi ubique tenebunt prædictis civitatibus, ſicuti cœteri hoſtes de Paciliano, & exercitum, & expeditiones, & cuſtodias facient unicuique prædictarum civitatum. Hanc autem concordiam Ardicio Meglarius, Jolandus Curteſus, & Guido conſules Paciliani juraverunt ſupra ſancta Dei Evangelia, & omnes communis Paciliani, & promiſerunt Alberto de Fontana poteſtati Aſtenſi ad partem communis Aſtenſis, & Jacobo de Briſſio Vicario Domini Vermi de Puſterla poteſtatis Cæſareæ ad partem communis Cæſareæ, & conſulibus Vercellenſibus vice communis Vercellarum ſtipulantibus tenere firmum, & perpetuo attendere, & obſervare, & non removere ullo tempore de cœtero, nec per ſe, nec per ſubmiſſas perſonas, & quod facient jurare homines Paciliani eamdem conventionem, & pactum tenere firmum, & perpetuo obſervare, & attendere, & quod dabunt opem, & fortiam, & virtutem, ut perpetuo, ut ſupra legitur attendatur ſalvo honore monaſterii ſancti Ambroxii de Mediolano. Infraſcriptus Obertus poteſtas Aſtenſis, & Jacobus Vicarius Vermi de Puſterla poteſtas Cæſareæ, & conſules Vercellarum, & conſules Paciliani hanc cartam fieri præceperunt. Interfuerunt teſtes rogati Rolandus Bergognonus, Manfredus Cavazonus, Rolandus, Petrus Notarius Cæſareæ, Raimundus Iudex, Petrus Canefrus Alexandriæ, & multi alii. Petrus de S. Georgio.

Juramentum ſocietatis ad an. 30. præſtitum a Rectoribus Lombardiæ.

MCXCVIII. 96

Anno Nativitatis Domini Noſtri Jeſu Chriſti MCXCVIII., indictione I., die lunæ IV. aprilis. In Palacio Epiſcopi Vercellenſis, & in Verona in præſentia Domini Corradini Ylaſienſis Judicis de Verona, Domini Antonini, Domini Agrii, Domini Fulernis, Rami de Placentia, Domini Deſiderii, Domini Joannis de Guxao de Brixia, Fanellæ de Rivalta de Mantua, de Petri Judicis, Odemarii de Novaria, D. Guidonis de Ricavallo Poteſtatis Novariæ, Alemani, M. Barnabæ de Regio, Morani de Villa, D. Panterii, D. Uberti de Mandello de Mediolano, D. Bartholomæi de Vercellis, & aliorum. Ibi Dominus Martinus de Turri Rector Mediolani, D. Enricus Conſalonerius Rector Brixiæ, D. Bonaventura Judex Rector Mantuæ, D. Jacobus Rector Vercellarum, D. Gandulfus de Caſtello novo Rector Veronæ, D. Philippus de Seſſi Rector Novariæ, & D. Madius Carniſii juraverunt &c.

Conventio inter Aſtenſes, & Alexandrinos de acquiſitione Caſtagnolarum.

MCXCVIII. 97

Anno Dominicæ Incarnationis MCXCVIII., ind. I. die Jovis XV. exeuntis menſis aprilis, in villa de Caſtagnolis, juxta Eccleſiam ſub territorio Poteſtatis de Aſt. D. Albertus de Fontana Poteſtas Aſtenſis voluntate, & conſenſu conſilii de Aſt promiſit D. Jacobo de Brixio Vicario, Domini Vermi de Puſterla Poteſtatis Alexandriæ nomine ejuſdem civitatis, &c. Facta communione Caſtri de Caſtagnolis, & rerum in eo captarum, quod non faciet aliquod pactum, vel concordiam cum Marchione Lanza ſine conſilio, & voluntate hominum conſilii de Alexandria, vel majoris partis, ſalvo jure Aſt in medietatem Comitatus Laureti, ſi quod jus habet in eo, & communiter debent iſtum Caſtrum, & res captas habere, & ipſum marchionem Lanzam tenere in carcere in civitate de Aſt nomine communis de Aſt, & de Alexandria, & totum proficuum, quod de captione iſtius Caſtri, & rerum in eo captarum proceſſerit, debet eſſe communis Alexandriæ, & Aſt, & homines Alexandriæ debent tenere milites ipſius Lanzæ, qui capti fuerunt in ipſo Caſtro in carcere nomine communis, & Aſt, & proficuum, quod inde proceſſerit debet eſſe commune. Infraſcriptus D. Albertus, & conſilii de Aſt, & Dominus Villelmus &c. hanc cartam fieri rogavere.

Conventio

Conventio consulum de Laneriocum Alexandrinis.

98 MCXCVIII.

Anno Dominicæ Incarnationis MCXCVIII., ind. I., die Martis VI. exeuntis madii, in campis Anciſæ. Petrus Bonus, Mainerdus Serentus, Enricus de Coxano Conſules de Lanerio promiſerunt Domino Vermo Poteſtati Alexandriæ, & Domino Alberto Poteſtati Aſtenſi nomine communis Alexandriæ, & Aſtæ &c. ſalvare, & defendere, & quoties homines Alexandriæ, & Aſtæ mandaverint eis, ut veniant in eorum expeditionem debent eis mittere triginta novem pedites, & duos milites ſuis expenſis &c. Item ſi Alexandrini, vel Aſtenſes fuerint in terris Lanerii in expeditione, homines Lanerii dabunt eis mercatum, & nominatim ad Anciſam, & ad Montem Barucium, & ab hodie in antea non dabunt mercatum, nec auxilium hominibus Montis Barucii, & Anciſæ, nec hominibus Marchionis Montisferrati, vel Quarterii Alexandriæ, & Aſtæ, donec guerra duraverit, exceptis illis, qui habent terras in Lanerio, quibus liceat eis reddere fructus &c. Item illi, qui ſunt vaſſalli cum Marchione poſſint adjuvare Marchionem in terra ſua, ita tamen &c. & hæc omnia juraverunt &c. ſalvo jurejurando, quod fecerunt homines de Viginti. Ad invicem D. Vermus, D. Albertus promiſerunt cuſtodire homines Lanerii in Aſta, & Alexandria, & circumquaque per quatuor milliaria in Lanerio, & ejus juriſdictione, & res eorum ſimiliter &c. Interfuerunt teſtes rogati Petrus Canefrus, Vermus Bellatus, Balduinus de Baxano, Teobaldus Vaſonus, Rufinus de Riva Judex.

Fœdus Bonifacii marchionis cum civitate Aquenſi.

99 MCXCVIII.

Anno Dominicæ Incarnationis MCXCVIII., die Veneris XII. menſis junii, indictione prima, in loco Valentiæ Dominus Bonifacius marchio Montisferrati juravit manu ſua propria ad ſancta Dei Evangelia eſſe civis Aquenſis, & tutator civitatis, & quod ipſe debet emere in ejus territorio tantam terram, in qua debet dare quinque centum libras denariorum bonorum Papienſium, quam ipſe Marchio non debet vendere, nec infeudare, nec ullo modo alienare. Eſſe debet ipſa terra empta uſque ad S. Martinum proximum, niſi quantum remanſerit per parabolam conſulum ipſius civitatis, per guerram, quam ipſa civitas modo habet cum Alexandrinis, vel per aliam, quam haberet in alio tempore cum Alexandria. Ipſe Bonifacius marchio, vel ejus filius debet ſtare, & manere in ipſa civitate Aquis cum viginti militibus, niſi quantum remanſerit per parabolam conſulum ipſius civitatis, qui tunc erunt, & ſi opus fuerit ipſi civitati, ipſe Marchio debet ire cum toto ſuo auxilio, & quod debet facere guerram de tota ſua terra Alexandrinis, & omnibus aliis ſuis inimicis Aquis, & D. Ugonis Epiſcopi, eo quod debet adjuvare, defendere, & manutenere Aquenſem Epiſcopum, & civitatem, & totum Epiſcopatum, & quod non debet facere pacem, nec treguam, nec guerram recreutam, nec cum aliis inimicis civitatis Aquis abſque parabola eorum. Homines Marchionis citra Tanarum debent jurare adjuvare Dominum Epiſcopum Aquenſem, & totum Epiſcopatum, & quod Marchio omnia, ut ſupra legitur, obſervabit ſuo poſſe. Homines citra Tanarum, & ultra, quos Aquenſes voluerint, debent jurare, & Conſulibus, & communibus civitatis. Ipſe Marchio debet dare tantum, quantum ditior domus, quæ ſit in Aquenſi civitate, & conſilium dare conſulibus ipſius civitatis bona fide credentiam tenere. Item ſi aliquis civis Aquenſis querimoniam faceret de aliquo, quin moram faciat in terra Marchionis, vel res aliquas ibi habeat, vel per terram ipſius tranſitum faciat, de quo Aquenſis civis juſtitiam habere non poſſit, Marchio debet ei denunciare, ut juſtitiam ei faciat, alioquin res illius, quæ ſunt in terra ſua Marchio debet ſaxire, donec Aquenſis civis juſtitiam conſequatur. Et de his, quæ pertinent ad Aquenſe commune, vel ad Aquenſes cives per conſules Aquenſes juſtitiam faciat, & quod debet eos adjuvare verſus Imperatorem, & hæc omnia, ut ſupra legitur, ipſe Marchio obſervare juravit in perpetuum in præſentia Domini Gulielmi marchionis de Boſco, & Domini Benzonis Cauſidici, & Guillelmi filii Dodonis de Belexia, & Guielmi Petri Luponis nunciorum, & procuratorum ſuper his Domini Hugonis Epiſcopi Aquenſis, conſulum, & civium Aquenſium. Prædictus Dominus Bonifacius marchio hanc cartam fieri rogavit, ut ſupra. Interfuerunt Dominus Albertus marchio Malaſpina, Ferrarius Vicecomes, Rainerius de Grana, Guillielmus Capitaneus, & alii plures rogati teſtes. Ego Nicolaus S. Palatii Notarius interfui, tradidi, & hanc cartam ſcripſi. Ego Ubertus Notarius S. Palatii videns, & legens autenticum hujus exempli, ſicut inveni, & ita in ipſo ſcripſi. Ego Henricus &c. Ego Petrus &c.

Deditio Marchionum de Occimiano communi Alexandriæ.

MCXCVIII. 100

Anno Dominicæ Incarnationis MCXCVIII. ind. I. die Sabbathi V. julii, in campis Caſtri Pomarii, ubi dicitur Campagnola, præſentia teſtium ad hoc ſpecialiter vocatorum, quorum nomina ſubter leguntur. Dominus Anſelmus, & Vermus, & Conradus fratres Marchiones de Occimiano dederunt, & inveſtiverunt nomine recti, & legitimi feudi Dominum Vermum de Puſterla Poteſtate civitatis Alexandriæ nomine, & ad partem communis Alexandriæ, nominative de medietate pro indiviſo villæ, & caſtri Praſchi, & totius quod habent in villa, & caſtro Videxoni, & Trexobii, & Alicis, & Barberii cum omni jure, & jurisdictione, & honore ipſis Marchionibus competentibus in jam dictis locis, & caſtris, & eorum territoriis, & pedagiis, & cunctis vaſſallis, & feudis, & fidelitatibus, & pedagiis, quæ habent in ipſis locis, & dominis, qui habitant in prædictis locis, & caſtris, ſeu qui feudum in prædictis locis, & caſtris ab ipſis Marchionibus tenent, & generatim de medietate pro indiviſo totius, quod habent, vel habere poſſunt

ultra Tanarum, seu possident, vel ab aliquo detinetur eorum nomine, vel non eorum nomine, & de omni jure, & actionibus realibus, & personalibus, &c. sibi reservantes in prædictam medietatem jurisdictionem rerum vassallorum, & tenore, quo modo in antea &c. possidere debeat commune Alexandriæ, &c. & facere exinde secundum morem recti, & legitimi feudi, quidquid sibi utile fuerit sine contradictione prædictorum Marchionum, & eorum hæredum. Citra Tanarum mittent homines Alexandriæ nomine communis, & quos commune voluerit in fortia, & in castro, & villa de Occimiano ad faciendam guerram, & pacem Marchionibus Montisferrati, & generaliter omnibus hominibus, locis, castris, & civitatibus, quibus commune Alexandriæ guerram facere voluerit, vel fecerit, & semper mittent in ipsum castrum, & fortiam, & villam de Occimiano munitum, & scaritum commune Alexandriæ quandocumque, & quotiescumque requisiti fuerint a communi Alexandriæ, videlicet a potestate, vel consulibus, qui pro tempore fuerint vel eorum misso, & ipsi personæ cum hominibus suis facient deinceps vivam guerram Marchionibus Montisferrati, & generaliter, & specialiter omnibus personis villis, & oppidis, civitatibus, quibus commune Alexandriæ guerram fecerit ad diem, & terminum, quem potestas, vel consules, qui pro tempore fuerint, eis præceperint, nec pacem, vel treguam, &c.

Præfati secundum formam prædictam investiverunt nomine recti, & legalis feudi, & pro indiviso de medietate earum rerum, & rationum, quas Marchio Montisferrati eis tenet, Dominicis exceptis, & de medietate villæ, & castri Pomarii, & jurisdictionis, & honoris, & castri, & villæ S. Salvatoris, & jurisdictionis, & honoris, & castri villæ Vignalis, & alterius castri, quæ Marchio tenet eis, Dominicis exceptis, &c. & hæc omnia promiserunt per stipulationem sub hypotheca bonorum suorum eidem Domino Vermo stipulanti nomine communis Alexandriæ per omnia sic attendere, &c. ad hæc debent esse cives, & habitatores civitatis Alexandriæ, & expendere pro civibus in fodro pro mille quingentis libris Papiensibus, & sic attendere, & observare promiserunt eidem Domino Vermo nomine, & ad partem communis Alexandriæ dare nomine pœnæ 2000. marcharum argenti, & pro omnibus prædictis attendendis, & pro illa præstanda Ubertus de Foro, Nicolaus de Foro, Ubertus Advocatus de Paciliano, Vermus de S. Georgio constituerunt se fidejussores quisque in solidum &c. Ad invicem infrascriptus Dominus Vermus Alexandriæ Potestas pro isto feudo juravit, quod faciet commune Alexandriæ sic attendere: & commune Alexandriæ pro isto feudo juravit eis fidelitatem a quatuordecim annis ad septuaginta annos, salva fidelitate Anselmi, & Dalphini marchionum de Bosco, &c. Et de hac guerra non facient homines Alexandriæ neque pacem, neque treguam cum Marchionibus Montisferrati, quin ponant istos Marchiones in eadem pace, vel tregua, & adjuvabunt eos bona fide ad recuperandum sua, & quasdam possessiones suas, quas Marchio Montisferrati eis detinet. Item adjuvabunt istos Marchiones de omni guerra salvis sacramentis Astensium, & Januensium, & Cassinensium, & Vercellensium, & salvo Mediolano, & specialiter de guerra, quam Marchio Montisferrati inciperet super eos, nec exinde facient pacem, treguam, pactum, guerram recreutam absque istis Marchionibus, & non recipient homines eorum de Occimiano, de Sarmazza, & Mirabello, & Vicoburono pro habitatoribus Alexandriæ, & si recipient terram eorum, quam habent in prædictis locis, remaneat istis Marchionibus. Propterea commune Alexandriæ debet dare istis Marchionibus duo sedimina vacua in partibus duabus Alexandriæ ultra Tanarum, & non in Pozolasca. Actum in isto loco feliciter. Amen.

Infrascripti Dominus Anselmus, & Vermus Monacus, & Anselmus Camar, & Vermus, & Conradus fratres de Occimiano, &c. Interfuerunt &c.

Præceptum Angeli Fontana de Tregua inter Bonifacium marchionem Montisferrati, & Alexandrinos, & Astenses.

M C X C I X. 101

Anno Dominicæ Incarnationis MCXCIX. indict. II. die Dominico IV. kal. aprilis. In ripa Padi non longe a Ponte de Sturia infrascriptis testibus præsentibus. Cum Dominus Bonifacius marchio Montisferrati, & Gullielmus ejus filius, & plures de eorum curia, & pro eis ex una parte, & potestas, & credentia de Alexandria, & potestas, & credentia de Vercellis, & Berlamonte de la Plazza, & Vermus Gardinus, & Jacobus de la Curte, vel de Domina Roliata nomine potestatis, & credentiæ de Ast vice, & nomine communium earum civitatum ex altera parte juraverunt sub Gotesino Mainerio, & Guiffredo Tragrossello Ambaxiatoribus Mediolanensibus, & Angelo de Fontana, & Joanne de Bonacrana Placenrinis Ambaxiatoribus, qui eos vice communis Mediolani, & communis Placentiæ receperunt standi præcepto, & præceptis communis Mediolani, & communis Placentiæ, & Rectorum earum civitatum, sive nuntiorum de omnibus discordiis, quæ inter ipsos patrem, & filium ex una parte, & prædictos cives ex altera parte vertebantur. Ipsi vero Ambaxiatores Mediolani, & Placentiæ colloquium ibi statuerunt. Ibi quoque colloquio in simul collecto præfato Marchione, & filio præsentibus, & dictis Ambaxiatoribus de Ast vice communis, & Uberto Fantino, & Ruffino de Bellono Alexandriæ, & Jacobo vicecomite, & Alexio de Benivolo Vercellensibus Ambaxiatoribus, jam dictus Angelus parabola, & voluntate, & mandato prædictorum, &c. districte sicut potest injunxit sæpe dictis Marchioni, & filio &c. & præfatis Ambaxiatoribus de Ast, de Vercellis, atque de Alexandria vice ipsarum civitatum, &c. a modo ad octavam resurrectionis Domini proxime ad invicem firmam treguam in personis, & rebus teneant, & observent, & præfato Domino Bonifacio specialiter, ut det in virtute communis Mediolani, & communis Placentiæ, aut missis Castrum S. Salvatoris, & illud de Lugo,

atque illud de Vignale, quandocumque voluntas Rectorum ipsarum civitatum, vel eorum missi fuerit &c., quibus auditis, & intellectis istæ partes ibi præsentes omnia servare dixerunt, & promiserunt. Interfuerunt testes Guido Mainerius, Guidonus Incressus de Mediolano, Ardizzonus Gambarutus, Ugoccionus de Puteo, Joannes ejus filius, Ruxantus de Ruxantis de Vercellis, Petrus Pocardus, Faba Piceus de Novaria, Fulcus de iniquitate de Placentia, Rainerius Grana, Otto de Carretto, Comes Rainerius de Blandrate, Ferrarius, Rainerius Capitaneus, & Alexius de Valentia, Andreas de Benzo de Aquis, Vermus, Rodulphus, atque Anselmus, qui dicuntur Pastores, & alii.

Petitiones communis Alexandriæ adversus Marchionem Montisferrati circa an. 1199.

102 MCXCIX.

Responsum de pet tionibus, quas facit commune Alexandriæ Marchioni de Monteferrato. In primis petit partem, quam habebat in Maxio cum cortili, & omni jurisdictione, quam partem commune Alexandriæ quiete tenebat, & quam ipse in tempore hujus guerræ occupavit, & inspiciantur instrumenta de acquisitione consignata per A., & etiam sententia si opus fuerit, quæ instrumenta cum sententia sunt quatuor, quæ pars est undecim partes de decem octo partibus de toto.

II. Item petit castrum Castelletti, & villam cum omni contili, & jurisdictione, & pertinentiis, & super his inducantur instrumenta signata per B., quæ sunt duo.

III. It. petit libras DCCC. Papienses cum omnibus usuris, & expensis a tempore debiti citra, & inspiciantur instrumentum signatum per C., vel restituatur castrum Lugi communi Alexandriæ.

IV. Item medietatem castri, & villæ S. Salvatoris, & villæ, & castri Pomarii, & castri, & villæ Vignalis, & jurisdictionem, & honorem ipsorum castrorum, & villarum ex cessione facta, & datione a Marchionibus de Oximiano communi Alexandriæ, ut continetur in instrumento signato per D., quod est unum.

V. Item petit emendam damni dati, & facti in villa Uviliacum, quam ipse Marchio invasit, & destruxit contra præceptum Rectorum, & sine diffidatione eo tempore, quando homines Alexandriæ erant in servitio communis Albæ voluntate, & præcepto Rectorum societatis Lombardiæ, & Marchiæ, & Romagnæ permanente pace tunc inter commune Alexandriæ, & Marchionem; ita quod commune Alexandriæ nihil offenderat Marchionem, & respiciatur instrumentum signatum per E., quod damnum ponit in decem millia marchas argenti.

VI. It. petit quod Dominus Marchio restituat communi Alexandriæ castrum, & villam de Rocha, quæ dicitur Constantinorum de valle Urbarum.

VII. It. petit quod homines Alexandriæ, & districtus possint, & debeant ire cum omnibus mercimoniis suis, & ducere merces suas per villam, & poderium Felizani tam per aquam, quam per terram, sine pedagio, & aliqua dacita, & præstatione, & quod liceat item hominibus Alexandriæ per aliam terram Marchionis ad medium pedagium, & restituatur hominibus Alexandriæ illud totum pedagium, quod fuit ablatum hominibus Alexandriæ per aliam terram Marchionis, quod pedagium ablatum ponit in libras mille Papiensium, & inspiciatur instrumentum signatum per F.

VIII. It. petit, ut Marchio solvat omnia debita, & guiderdonis, & expensis, quas ipse, & pater ejus, & avus, & proavus tenebatur hominibus, & civibus Alexandriæ, & tenetur dare.

IX. Item petit, quod prædictus Marchio restituat Dominis Uberto, & Opizoni filiis quondam D. Nicolai de Foro terram, & castrum cum hominibus, & poderio, & jurisdictione, & contili de Momberario, sicut D. Wilielmus marchio, ejus quondam pater investiverat, & dederat isti Domino Nicolao; item quod tenebant ab eo in Juglano, ut in instrumento signato per G.

X. Item petit, ut restituatur hominibus Bozonis filii quondam Uberti de Uviliis feudum de Castro, & villa Mombaruzii, & de tota curte, & districtu, & godimento, & honore pertinente ipsi Castro, quod feudum Dominus Willelmus marchio quondam Montisferrati dedit D. Bozoni, ut continetur in instrumento signato per H.

XI. Item petit, quod restituat Galeis de Solerio feudum, quod tenere consueverunt ad Veschobanum, (*forte* Vesolanum), & ad Ludum, & alibi a Marchione Montisferrati, & qualiter restituat omnibus civibus, & hominibus Alexandriæ omnia feuda, quæ ipsi cives, & homines Alexandriæ tenere consueverunt a Marchione Montisferrati.

XII. Item petit emendam damni dati, & facti ante guerram inceptam, & priusquam Marchio juravit præceptum Rectorum ad Conzaanium, & in villa, & rebus Dominorum Conzaani, & emendam dapni dati ad Belmontem, & ad Calamandranam, & ad Garbazolam, & ad Lanerium, & in villis, & rebus hominum istorum locorum eo tempore, quando Dominus Boccacius potestas Alexandriæ cum militibus, & peditibus Alexandrinis erat in servicio Albensi præcepto, & voluntate Rectorum, quod damnum datum fuit contra præceptum Rectorum, permanente pace inter commune Alexandriæ, & Marchionem, quam mendam ponit in quinque millibus marcharum argenti.

Petitiones Bonifacii marchionis adversus Alexandrinos in prævio pacis tractatu circa annum 1199.

MCXCIX. 103

In nomine Domini. Amen. Istæ sunt petitiones, quas facit D. B. marchio Montisferrati coram rectoribus societatis Lombardiæ, Marchiæ, & Romagnæ de commune Alexandriæ, & de hominibus ejusdem civitatis.

In primis petit, ut homines Alexandriæ per ipsum D. Marchionem sese distinguant in omnibus & per omnia tamquam per Dominum suum, quia omnis honor, & jurisdictio illius civitatis, seu universitatis ad prædictum Marchionem cum omni

integritate pertinet ſecundum quod in privilegiis conceſſionum continetur, & legatur huc privilegium ſicut Dominus Imperator anteceſſoribus ſuis conceſſit Cæſaream, quæ modo Alexandria appellatur cum habitatoribus, & cultoribus, & omni jure ad eandem Ceſariam pertinente, ſecundum quod melius concedere potuit. Legatur etiam hic privilegium conceſſionis Marenghi, Gamundi, Fori, Solerii, de quibus fundata eſt Alexandria, & ſunt ſignata per A, & legatur etiam carta ſecundum quod Wilelmus marchio Palodo dedit Domino Bonifacio quondam Solerium, & Apianum.

II. Item dicatur hic, ſecundum quod anteceſſores ipſius Marchionis tenuerunt, & poſſederunt quiete prædicta loca, de quibus fundata eſt Alexandria uſque ad tempus, quo ipſi civitatem fecerunt cum injuria Marchionis, & hoc publicum eſt, & notorium, & poſſet etiam per multos teſtes probari. Et ſi Alexandrini dicunt, quod ſuper his facta eſt pax inter patrem ipſius Marchionis, & commune Alexandriæ petit D. Marchio, ut pax illa ſibi ſervetur. Et quod factum eſt contra formam ipſius pacis . . . . debeat reparari, & reſtitui ſcilicet, ut medietatem omnium regalium, quæ D. Imperator quondam habebat in illa civitate intus, & extra, ſibi in pace dimittant.

III. Item ut dimittant totius Sezaine ſcilicet medietatem pro indiviſo Sezai, Ritorti, Caſtri novi, & utriuſque Carpaneti, & Canovii cum omni integritate, & honore.

IV. Item petit, ut pro alia medietate rerum prædictarum, Alexandrini omnes ad XV. annis ſupra, & LXX infra ei fidelitatem faciant ſecundum formam prædictæ concordiæ, & ſecundum quod fecerunt quondam patri ſuo ſemel, & bis; & quod quilibet poteſtas Alexandriæ, qui fuerit pro tempore ſuo, ſi non fuerit civis Alexandriæ debeat jurare ipſum Marchionem cuſtodire, & ſalvare in perſona, & rebus ſecundum formam dictæ concordiæ; & legantur hic duæ cartæ, vel tenor ipſarum concordiarum ſignatæ per B.

V. Item petit idem Marchio, ut homines Alexandriæ, homines Apiani, Ritorti, Felcarolii, qui erant homines Marchionis, & ſi quos alios receperunt in vicinos, vel habitatores de terra ipſius Marchionis debeant licentiare, & ad priſtina loca abſolutos facere redire ſecundum formam dictæ concordiæ.

VI. Item petit, ut homines Alexandriæ, quæ quondam Robaldus Borſa, vel aliquis pro ipſo Marchione tenebant in caſtro, & poderio de Alice, quæ omnia prædicti Alexandrini occuparunt injurioſe: & quia turrim, & domum ipſius Robaldi quondam radicitus deſtruxerunt petit pro damno marcas D. argenti.

VII. Item petit, ut Albertum de Alice, qui erat homo ipſius Marchionis debeant abſolvere, & deliberare ſecundum formam dictæ concordiæ.

VIII. Item petit, quod non impediant ipſum Marchionem, quin teneat, & poſſideat feudum, qui ipſe Albertus tenebat in Sezagio ab ipſo Marchione ſecundum quod ejus legalis curia judicavit.

IX. Item petit, ut ei reſtituant turrim, & domum & alia jura, quæ habebat in Lanerio in illum ſtatum in quo erant prædicta, quando Marchio ea accommodavit, ſeu præſtavit Ambaxiatoribus communis Mediolani, qui Ambaxiatores ei convenerunt & promiſerunt reddere in eo ſtatu, in quo erant tunc cum omni damno, & ad intereſſe; & legatur hic inſtrumentum promiſſionis ſignatam per H, vel ſolvant ei IIM. marchas argenti pro damno dato in deſtructione prædictæ turris, & domus.

X. Item petit, ut caſtrum de Briduno novo malo ordine occupatum eidem reſtituatur.

XI. Item petit, quod tenent in Gonzano, & in Montecaſtello, quod factum eſt de caſtello, & villæ Ponzani; & legatur hic privilegium conceſſionum Gonzani, Ponzani, Montiscaſtelli ſignatum per A, & carta ſignata per D.

XII. Item petit medietatem Marenzanæ, & medietatem turris Lintignani, quæ occupaverunt, quæ quondam fuit Belengerii, & fratris; & legatur hic carta acquiſitionis ſignata per C.

XIII. Item petit, ut homines de Quadringento debeant dimittere terras, quas acquiſtaverunt de poderio, ſeu de curte Appiani, vel ea ſerviant, ſecundum quod veteres tenitores ſervire ſolebant.

XIV. Item petit, ut poteſtas, & commune Alexandriæ faciant rationem hominibus Marchionis de hominibus Alexandriæ de contractibus, & aliis querimoniis, quæ inter eos vertuntur, & ſpecialiter Opicioni Bonezano, & fratribus, & quod non impediant ipſum Opicionem, & fratres tenere, & poſſidere res, quas quondam Albertus, & Opizo de Forio (1) tenebant, vel habebant in Gonzano, quas ab eis habent pignori obligata.

XV. Item petit pro damuo dato in villa, & caſtro Filizzani, quod combuxerunt, & deſtruxerunt, antequam Marchio eos offenderet IIM. marchas argenti,

XVI. Item prætendit pro damno dato in villa de Lu, & poderio, quod combuxerunt, & deſtruxerunt IVM. marchas argenti,

XVII. Item petit pro damno dato in villa, & poderio Capagnæ, & poderio Vignalis, & Caſortii, & Grazani, & Pontis Sturiæ, & Terriculæ, & Brioni, & Mombarucii, & Rocaldoni VIIIM. marchas argenti.

XVIII. Item quod ipſi Rectores debeant ſe intromittere, & cognoſcere de facto fidelitatis, & regalium, quod Marchio debet habere in Alexandria, non obſtante interlocutoria ſententia, quæ data eſt per ipſos, ita probamus. Quia poſtquam Marchio ſocietatem juravit, requiſivit fidelitatem a communi, & hominibus Alexandriæ ab eis incipiendo tamquam a majori vaſallo, qui uſque ad illud tempus fideles extiterant propter fidelitatem, quam fecerant patri ſuo ſemel, & bis; & de plano in poſſeſſione, ſeu quaſi poſſeſſione erant fidelitatis, & regalium . . . . . tunc demum ei injuriam facere cœperunt, & illud fuit principalis cauſa præſentis guerræ; & ſi de hoc dubitaretis ex officio noſtro cognoſcatis per nuncios Marchionis, & etiam per milites L., vel LX., qui interfuerunt prædictæ requiſitionis fidelitatis.

XVIII. Quod dicimus de facto Felcarolii, quia per homines Felcarolii, & per alios ejuſdem terræ

cognoscere potestis ex officio nostro qui sunt homines Marchionis, & quod Alexandrini eos receperunt in cives, vel habitatores postquam Marchio juravit societatem, & etiam per instrumentum pactionis, quod ab eis extraxerunt, & etiam per aliud instrumentum, in quo continetur quod Potestas Albæ præcepit Potestati Alexandriæ ut expediret, & expeditos, & absolutos dimitteret homines Felcarolii cum rebus suis usque ad diem Dominicam venientem, & est subsign. per B.

XIX. Idem dicimus de facto Alicis, quia constat per eorum confessionem, quod illam turrim, & domum destruxerunt tempore præsentis guerræ.

XX. Quod dicimus de facto Lintignani, & Merenzani, quia constat per eorum confessionem, quod illam partem, quam dicimus nos habere in prædictis dicunt se munisse in præsenti guerra, quæ nunquam alias per eos fuit munita.

XXI. De facto Bajoni non laboramus, quia illud advenit a V. mensibus infra. Nam Marchio de illo castro guerram faciebat Alexandrinis; & Alexandrini in præsenti guerra villam, & poderium Bajoni combuxerunt, & destruxerunt.

XXII. Item dicimus de facto Lanerii . . . . . sed oppositioni, quam faciunt, quod illi Coxana fecerunt eis pactum de non alienando, ita respondemus quia in illo pacto continetur, ut dicunt, quod poterat fieri alienatio consortibus, & Marchio erat consors in illo castro de Alice, quia habebat turrem, vel turres in eodem castro antea. Præterea non confitemur quod Alexandria, & Lintignanum sint in Acoxana, immo sunt in Barberina, nec confitemur aliquid de illo pacto.

XXIII. Item oppositioni quam faciunt, quod dominus Marchio res suas alienaverit, vel obligavit Imperatori, ita respondemus quod Marchio non alienavit, vel obligavit; & si contingeret, quod obligaret, nihilominus habere, in rem actionem legis Aquiliæ, & alias actiones proprie sibi competentes. Nam quilibet debitor si decem solidos mutuo accipit, dicitur: *res suas obligat*; & nihilominus actiones suas retinet, quas habet occasione rerum suarum.

XXIV. Item dicimus quod Rectores, qui receperunt compromissum, & ordinaverunt contractum, intellectum Marchioni dederunt, quod illa obligatio Marchioni non nocere debet in prædicto facto.

XXV. Item de facto Conzani non laboramus, quia illud decrevit in præsenti guerra, & fuit occasio præsentis guerræ; & petitio Marchionis est ut illi DD. de Conzano, qui pro eo tenent, debent redire in Conzano, in castro, & villa, & poderio in eo statu, in quo erant ante inceptam guerram, & ut damna eis data in domibus, caminatis, & aliis eis restituantur, & ut murus, qui factus est per medium castrum de eorum lapidibus destruatur maxime cum sit factus pro parte super eorum terram, & eum clauserunt inter Capellam, quæ est communis, & plura eorum sedimina. Partes autem ipsorum dominorum, qui sunt homines Marchionis, sunt inferius designatæ in quodam scripto.

XXVI. Super petitionibus autem eorum taliter respondemus. Imprimis de facto Maxii dicimus, quod Marchio nil tenet in Maxio, sed introivit Maxium in servitium Astensium.

XXVII. De facto Castellete ita dicimus, quod Marchio ibi tenet medietatem secundum quod Albenses concordaverunt, & secundum quod ipse & pater suus quondam tenebant: aliam partem non tenet, nec credit quod Alexandrini habeant ibi aliquid juris.

XXVIII. De facto damnorum dicimus Marchionem non teneri, quia si aliqua damna dedit vindicando, & ulciscendo . . . . . quia Alexandrini inceperant ei guerram.

(1) *Hoc est* Foro.

Conventio inter M. Bonifacium, Alexandrinos, Astenses, & Vercellenses.

MCXCIX. 104

Pridie idus junii pax in sequenti tabula fuit composita in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Concordia, & societas inter Commune Mediolani, & Placentiæ, & Vercellarum, & Alexandriæ, & Hastæ ex una parte, & ex altera dominum Bonifacium marchionem Montisferrati, & Gulielmum filium ejus talis est, scilicet prædictus Marchio, & filius ejus per se, & per omnes homines sui districtus custodient, salvabunt, & manutenebunt omnes homines prædictarum Civitatum, & earum districtus suæ jurisdictionis tam Clericos, quam Laicos, qui stant, vel steterint ad præcepta ipsarum Civitatum in personis, & rebus per totam suam terram, & aquam, & districtum, & virtutem,

Item adjuvabunt omnes prædictas Civitates, & unamquamque earum de omni guerra, & omnibus guerris, & discordiis, quas habent, vel habuerint, vel alicui earum apparuerint contra omnem personam, & personas, & civitatem, & locum, & castrum, & villam bona fide, & sine fraude, ita tamen ut prædictus Marchio, & filius ejus non tenentur hoc juramento adjuvare Alexandrinos, vel Hastenses, vel Vercellenses contra Aquenses, & contra illos de Alba, & contra Yporienses, & eodem modo tenentur ipse Marchio, & filius ejus Brixiensibus, & Cumanis, & Laudensibus, & Novariensibus, quando ad hanc societatem pervenerint, & eos accipere tenentur in hac societate. Illud idem facient prædictæ omnes civitates, & unaquæque earum eidem Marchioni, & filiis ejus, & suis hominibus, & rebus, & eodem modo eos adjuvabunt, salvis tamen Sacramentis, quæ Mediolanenses fecerunt de societate facta cum Cumanis, Laudensibus, & Novariensibus, & salva societate Lombardiæ, & salvis Sacramentis, quibus Placentini tenuerunt Malaspinis, & quibus tenuerunt Bobio, & quibus tenuerunt Pontremolo, & salva societate Lombardiæ, & salvis exceptionibus datis in scriptis a Vercellensibus, & Alexandrinis, & Hastensibus, quæ videlicet sunt istæ.

Hastenses volunt excipere, ut non teneantur pro hac societate adjuvare aliquem contra omnes cives Hastenses habitantes in civitate, vel extra, & omnes homines de posse, & virtute, & jurisdictione Hastensi, & dominum Hastensem Episcopum, & civitatem, & homines de Alba, & Carium, & Testonam, & Advocatos de Montecucco, & Obertum

de Coconato, & Henricum de Villalba, & fratres, & Henricum filium marchionis Ardicionis, Savilianum, Raconixium, Rubaldum de Braida, dominos, & homines de Lanerio, homines de Maxio, Marchionem Anciſæ, Henricum Montisberſarii, ac filios, dominos de Mala morte, Groſſum de Canelio, Jacobum Corbellarium, Henricum Maſtorchium, (1), & civitatem, & homines Alexandriæ, & civitatem, & homines Vercellarum, & omnes prædictos homines, & loca excipiunt Haſtenſes, ut ſupra, ſalvis pactis, & conventis eorum, & ſpecialiter ſalva concordia, & pactione, & ſocietate ipſorum Haſtenſium, Alexandrinorum, & Vercellenſium, ita ut ſocietas, & concordia eorum ſtabilis, & firma ſemper permaneat, nec propter Sacramentum iſtius ſocietatis, nec propter aliquod aliud Sacramentum infringatur, nec ullo modo removeatur.

Alexandrini vero volunt excipere, ut civitas Alexandriæ non teneatur pro hac ſocietate contra Sacramentum, ſeu pactum, quod fecerunt cum hominibus de Caſſinis, nec contra dominum Anſelmum, & Delphinum Marchiones de Boſco, nec contra Marchionem de Occimiano cives Alexandriæ, nec contra Marchionem de Anciſa, nec contra Sacramentum, ſeu pactum, quod fecerunt cum Marchione de Gavio, nec contra Caſtellanos Alicis, & Barberii, nec contra Paxilianum, nec contra aliquem civem Alexandriæ, qui in civitate habitet, vel extra, nec contra homines de Boſco, nec contra homines de Urba, nec contra homines Frixonariæ, Baſſeragutii, Capriatæ, nec contra homines de Lanerio, nec contra homines Ripaltæ.

Vercellenſes autem volunt excipere dominum Epiſcopum Vercellenſem, & ſocietatem generalem Lombardiæ, & ſpecialiter Alexandriæ, & Haſtæ, & Novariæ, & ſalvo Taurino, & Hiporio, atque Caſale, & Paxiliano, & omnibus civibus, & habitatoribus Vercellenſibus, & Vaſſallis illis, qui ſunt in juriſdictione Vercellenſi, & hoc factum eſt ſalva omni commiſſione, & omnibus commiſſionibus factis in Commune Mediolani, & in Commune Placentiæ a prædicto Marchione, & a Communi Alexandriæ, a Communi Vercellarum, & Communi Haſtenſi de omnibus diſcordiis eorum, ſecundum quod in commiſſione, vel commiſſionibus continetur, & ſi quod additum, vel diminutum fuerit in hac ſocietate, vel pro hac ſocietate per conſilium Mediolani, & per conſilium Placentiæ communiter uſque ad calendas januarii, id utraque pars teneatur attendere, & obſervare.

Eodem modo prædictæ omnes civitates inter ſe invicem adjuvare, & defendere teneantur, ut ſupra tenentur prædicto Marchioni, & prædictam ſocietatem jurant, ut ſupra continetur. Prædictus marchio Montisferrati, & Gullielmus filius ejus utramque prædictam ſocietatem, ut ſupra legitur, juraverunt in Mediolano. Joannes Ruſca Poteſtas Mediolani: & pro Placentia Antonius de Fontana, & Joannis de Bonamena legati Placentiæ, & pro Alexandria Gullielmus Lanzavecchia, & Guido de Priora legati Alexandrini; & pro Haſta Magiſter Petrus Beccarius, & Homodeus Troſellus legati Aſtenſes; & pro Vercellis Gullielmus Alzatus, & Joannes de Oliva legati Vercellenſes. Actum eſt hoc in palatio Communis Mediolani coram magno conſilio collecto anno Dominicæ Incarnationis 1199. die Dominica 12. die menſis junii, indict 2. interfuere ec. *reliqua ut apud Durandum.*

(1) *In exemplari a clariſſimo Durando in Ped. Ciſp. p.*339. *adhibito hæc adduntur*; Obertum de Maritis, *forte Maringo*, homines de Paxiliano.

Donatio civitatis Alexandriæ XL. familiis Quargnenti.

MCC. 105

Anno Dominicæ Incarnationis MCC., indictione tertia, die Jovis 6. exeuntis februarii in caſtro Quargnenti in plena concione populi ec. ibi exiſtentibus vice Communis Alexandriæ Joanne Platto conſule ipſius civitatis, & Gamundio de Suffredo Ambaxiatore, cum Stefano de D. Petrobello, & ex parte Quargnenti domino Anſelmo de Foro poteſtate ipſius loci ec. ſcilicet quod homines de parte Epiſcopi Haſtenſis faciunt ſe cives Alexandriæ ſalvis rationibus Epiſcopi in ſuis hominibus, hoc modo quod ipſi ſimul cum hominibus XL familiarum, qui ſunt cives Alexandrini debent facere communia onera civitatis pro æquali portione, quam facient homines Solerii, eo excepto, quod nemo de parte Epiſcopi cogatur, nec poſſit ire ſtare Alexandriæ contra ſuam voluntatem, nec in hoc, quod faciunt ſalvis rationibus Epiſcopi, poſſint ſe excuſare ab omnibus iſtis oneribus civitatis, licet Epiſcopus vellet eis contradicere ec. Actum in iſto loco feliciter ec., & omnia iſta homines Quargnenti de parte Epiſcopi attendere, & obſervare ad ſancta Dei Evangelia juraverunt. Interfuerunt teſtes Carbonus, Anſelmus Ainerius, Soldanus de Quargnento, Ubertus Nebula, & omnes homines de concione ec.

Donatio DD. Vaſſallorum Meladii de ſuis juribus facta civitati Aquenſi cum conſequenti illorum inveſtitura

MCCI. 106

Ind.4.die martii 9.junii(1)A.D.I.1201.in capitulo Canonicæ de Aquis Belengerio D.Andreæ, Manfredo Carlevaris Oberti Primani, Gullielmo Beleſii, Bonjohanne, Henrico de Porta, Bruzafava, Uberto de Burgo, Raimundo Epiſcopi, Oberto Rabia de Ciſalvo, Petrono Dodone, & Jacobo Bucaz præſentibus, & conſentientibus D. Gullielmus, & Manfredus quondam Gullielmi omnes de Camera; item D. Gullielmus, & Tebaldus quondam Alberti conſenſu, & voluntate, & auctoritate Manfredi Guaſtarava, & Arnaldi Vaſtapaleæ curatorum jam dictorum filiorum Alberti donavit, & hanc chartam donationis tradunt D. Andreæ Petrolino, Aquideo Bencii Brochæ, Nicolao Bochaz, & Ugoni Mantea conſulibus nomine communis Aquenſis omnes ſuas turres, domos, terras, & cœtera jura eis competentia in curte Melagii, & cœteris locis, ut infraſcriptum Commune perpetuo faciat pacem, guerram,

& quidquid voluerit ſine contradictione infraſcript. donatorum, & heredum ſuorum; & hanc quidem donationem iſti filii Alberti jurant nunquam revocare. Ibidem infraſcripti conſules nomine dicti conſilii in feudum donant, inveſtiunt infraſcriptam donationem infraſcriptis donatoribus, & legitimis heredibus, & maſculis, & feminis in perpetuum jurando per ſe, & per omnes ſucceſſores infraſcriptos Vaſſallos bona fide pro poſſe ſine fraude de cœtero juvare, manutenere de omnibus ſuis rationibus, & honoribus, & turres eorum eis invitis nunquam diruere; & ſi obruerent, bona fide eas cum eis erigere, quibus peractis jam dicti Vaſſalli omnes jurant fidelitatem infraſcriptis conſulibus nomine ſui Communis promittentes Sacramento ſemper bona fide in omnibus obedire Communi, prout in fidelitate priorum ſuorum dominorum, excepta quondam fodri præſtatione. Item jurant quod omni tempore guerræ duos milites militiæ paratos in Aquis tenebunt, niſi licentia omnium Rectorum, qui tunc erunt, vel majoris partis remanſerit. Ego Petrus notarius ec.

(1) *Loco junii lege januarii, quo menſe dies martis concurrebat cum V. id, ſive nona die ejuſdem menſis.*

Sententia conſulum Aquenſium de terra capitulo obbligata.

107 MCCI.

Anno Dom. Nat. MCCI. . . . m. . . . . magiſtro Henrico Willelmo . . . . . Arnaldo Bucaz . . . . . conſulibus, & Henrico aſſeſſore Aquenſi, quia Gandulfus Rugerius confeſſus eſt, dum cauſa quædam verteretur inter D. Anſelmum Præpoſitum Aquenſem ex una parte, & memoratum Gandulfum ex alia parte . . . . . ex ſuo poderio duo ſextaria grani, & unam minam rationem quartæ debere Canonicæ Aquenſi jam dicti conſules per Henricum aſſeſſorem ſuum ſententiaverunt ſupraſcriptum Gandulfum de cœtero præſtare annuatim pro ſuo poderio jam dictæ Canonicæ ratione quartæ duo ſextaria grani, & minam unam, prout ſupra confeſſus eſt ſe debere. Interfuere teſtes Jacob Bocaz, Belenger domini Andreæ, & Ogerius Bruzafave, & ego Petrus Not. S. Pal. ec.

Fidelitas Oppidi Montaldi Reipublicæ Alexandrinæ.

108 MCCII.

Anno Dominicæ Incarnationis MCCII., indictione V., die Mercur 9. intrantis januarii in Alexandria in majori Eccleſia S. Petri Anſelmus Cullatius conſul de loco Montaldi, item Joannes Ferrarius, & Canigia, & Vermus de Amelio omnes de dicto loco nomine Communis ec. fidelitatem fecerunt ec. domino Opizoni de Oſſa Poteſtati Alexandriæ, quod de cætero erunt fideles Alexandriæ, & facient foſſatum, & exercitum ec., guerram, & pacem de caſtro, & de villa Montaldi, & de perſonis etiam contra omnes perſonas, contra quas Commune Alexandriæ voluerit ec. . . . . & facient jurare homines de dicto loco Montaldi, homines Vultignanæ, & Pontexelli, & Moloneuſi . . . . . hæc omnia promiſerunt attendere ſalvo jure Monaſterii S. Martini de Foro. Ad invicem dominus Opizo de Oſſa recepit eos in defenſionem, & in cuſtodiam Communis Alexandriæ, & promiſit eis, quod de cætero non dabunt curadiam, vel pedagium Communi Alexandriæ, nec in eorum diſtrictu ec. Interfuerunt teſtes rogati Vermus de Geniculo, Ubertus de Fantino ec.

Tabulæ fœderis inter civitatem Alexandriæ, & M. Ottonem de Carretto.

MCCII. 109

Anno Dominicæ Incarnationis milleſimo ducenteſimo ſecundo, indictione V., die Veneris VIII. intrantis martii, in Eccleſia B. Mariæ in Alice. Hæc eſt forma pacti, & concordiæ, & juramenti, quod, quæve fit inter dominum Opizonem de Oſſa poteſtatem Alexandriæ nomine Communis Alexandriæ ex una parte, & dominum Othonem de Carretto Marchionem ſuo nomine, & nomine domini Vermi de Ceva Marchionis, & domini Anrici Marchionis de Pulzono ex alia parte. Imprimis prædictus dominus Otho de Carretto promiſit, & ſuper ſancta Dei Evangelia juravit ſupradicto domino Opizzoni de Oſſa ſtipulanti nomine Communis Alexandriæ cuſtodire bona, & jura ejuſdem Communis, & omnes homines Alexandriæ communiter, & ſeparatim, in perſonis, & rebus, per ſe, & per homines ſuos ubique ad ſuum poſſe. Item promiſit facere guerram per ſe, & per homines ſuos ad ſuum poſſe, & ſpecialiter e domo ſua omnibus Marchionibus, Comitibus, & Caſtellanis, & villis, quibus Poteſtas Alexandrinus, vel Conſules pro tempore exiſtentes nomine Communis Alexandriæ voluerint, & hoc infra dies octo, ex quo denunciatum ei fuerit ab eis, vel ab eorum nuncio, & ſpecialiter Aquenſibus, & eorum terræ communi nomine, & diviſo. Et de prædictis guerris non faciet, treguam, neque guerram, recreutam ſine voluntate totius conſilii, vel majoris partis Alexandriæ campana collecti, & ab hodie in antea dabit opem, & fortiam, auxilium, & conſilium, ut omnes homines Alexandriæ habeant Epiſcopum, & Epiſcopatum, & nominatim Epiſcopum, & Epiſcopatum Aquenſem, & promiſit, quod mittet homines Alexandriæ in caſtro, & villa, & turribus, & fortia caſtri de Pontibus ad faciendam guerram omnibus hominibus, & locis, quibus poteſtas, vel conſules Alexandriæ, qui pro tempore fuerint, voluerint, & nominatim hominibus de Aquis, & eorum terræ, ſecundum quod placuerit poteſtati, vel conſulibus nomine Communis Alexandriæ. Item promiſit quod ſingulis annis faciet ſuis expenſis Communi Alexandriæ duos exercitus ubique ſecundum quod placuerit poteſtati, vel conſulibus Alexandriæ, qui pro tempore fuerint in Alexandria, & dabit in domo, & terra, in ea civitate, & in territorio libras quadringentas uſque ad proximum feſtum S. Michaelis, niſi remanſerit parabola poteſtas Alexandriæ,

vel consulum, & pro istis libris quadringentis expendet in Communi Alexandriæ, & pro isto Communi etiam faciet jurare bona fide dominum Vermum de Ceva Marchionem, & dominum Anricum de Pulzono, quod ratum, & firmum teneant, & attendant per se, & per homines suos, sicut supradictum est, & sicut promisit, & juravit usque ad proximum S. Michaelem, excepto quod D. Anricus non debet emere domum in Alexandria si voluerit, & excepto quod D. Vermus de Ceva debet tantum dare in domo, & terra libras ducentum Papienses, & pro illis libris ducentum debet expendere in Communi Alexandriæ, & pro ipso Communi. Prædicta promisit, & juravit infrascriptus dominus Otho, quod ab hodie in antea non faciet concordiam, vel pactum aliquod cum Aquensibus sine voluntate totius Consilii, vel majoris Alexandriæ campana collecti, & pro his omnibus attendendis, & observandis obbligavit isti domino Opizzono nomine Communis Alexandriæ stipulanti omnes rationes suas, & jura, quas, quæve habet, vel habere posset in dominum Delphinum, & in omnia bona, quæ sunt, vel fuerint, seu tenet ipse Delphinus marchio de Bosco, & si contravenerit, fecit finem, & liberationem in D. Opizzono de Ossa nomine Communis Alexandriæ de omni jure, quod habet, vel habere posset in istum Delphinum, & bona ejus, quæ sunt, vel fuerint, seu tenet ipse Delphinus, & nominatim in castro, & villa, & curte, & jurisdictione Montisclari, & quod faciet dominum Anricum de Pulzono obbligare totum, quod habet in castro, & villa de Bosco, & de Puzzolo, & jurisdictione, & hominibus istorum locorum, & bona fide faciet Petrum Marchionem de Pulzono generum suum obbligare similiter ea, quæ habet in istis locis, sive castris, & villis de Bosco, & de Puzzolo, & faciet filios suos jurare, & homines a 14. annis supra, & a 70. infra bona fide, quod homines Alexandriæ, & eorum bona communiter, & separatim custodient, & salvabunt, & auxilia præstabunt ubique in personis, & rebus, & hoc totum promisit, & juravit salva fidelitate Imperatoris, & salvo quod possit adjuvare Albenses domi eorum, & Januenses, & dominum Anricum patrem suum.

Viceversa dominus Opizzo de Ossa Alexandriæ Potestas nomine Communis Alexandriæ promisit isti domino Othoni de Carretto Marchioni suo nomine, & nomine istorum Marchionum stipulanti, istos adjuvare, custodire, defendere, & salvare, & eorum bona etiam, & terram suam, & homines eorum cum militibus, & peditibus nomine Communis Alexandriæ, & pro Communi, & cum expensis Communis Alexandriæ, & quod Commune Alexandriæ non consentiet, nec fieri permittet villam, vel locum a loco Bistagni superius, & S. Stephani superius contra voluntatem istorum Marchionum, & si fieret, vel facta est, vel fuerit contra eorum voluntatem, dabit opem, & fortiam, & consilium, ut destruatur. Item promisit quod Commune Alexandriæ faciet guerram a domo sua omnibus hominibus, & locis, quibus ipsi Marchiones fecerint, & caput guerræ fuerit, & de ipsa non faciet pacem, pactum, neque guerram recreutam sine voluntate ipsorum Marchionum, & faciet jurare homines de consilio, quod ita habent attendere, ut supra legitur, & nuncio communis in concione, & faciet jurare Potestatem, vel Consules futuri anni, quod ita habent attendere, & quod ipsi facient sequentes similiter jurare de cetero ratum, & futurum tenere, ut supra legitur . . . . . salva fidelitate Imperatoris, domini Dauphini de Bosco Marchionis, & domini Anrici, & Marchionum de Occimiano, & salva fidelitate Mediolanensium, & concordia Hastensium, Vercellensium, Januensium, & Casinensium, & Sacramenta debent renovari de decem in decem annis si utrique parti placuerit; & hæc concordia facta fuit præsentibus Ambaxiatoribus Alexandriæ, qui cum Potestate erant, videlicet Oberto Natta, Rufino Scacavello, Oberto de Fantino, Vermo Lanzavetula, Joanne Plato, Rufino de Griffo, Joanne de Batono (1), Alberto Balbo, Clavario Communis Alexandriæ, qui ibidem juraverunt hoc totum firmum tenere, ut supra. Actum in isto loco feliciter.

Isti D. Opizo Potestas Alexandriæ, & D. Otho de Carretto Marchio, inde plura instrumenta ejusdem tenoris fieri rogaverunt, ut supra legitur, interfuerunt testes rogati D. Delphinus Marchio de Bosco, Obertus Canis, Ugo Frigidus, Durandus Vicecomes Ottonis de Carreto.

(1) *Ita legit Schiavina, sed Ghilinus* Gratonæ.

Confirmatio D. Villelmi marchionis Cevæ.

MCCII. 110

Anno Dominicæ Incarnationis MCCII., indictione V., die Mercurii 7. exeuntis aprilis (1) in Alexandria in pleno Concilio, D. Vermus de Ceva marchio promisit ec. . . . . ratam tenere ec. . . . . pactionem factam inter dominum Othonem de Carreto ex una parte, & ex altera dominum Opizonem de Ossa Potestatem Alexandriæ per se, & per homines suos . . . . . excepto quod non teneatur contra Hastenses, & homines de Monte (2), & illos de Albingana, & illos, quos secrete dixit Potestati ec. . . . . & eodem die dominus Hugo filius domini Othonis de Carreto promisit ec. . . . . observare prout continetur in isto instrumento concordiæ ec. Interfuerunt testes rogati Simplex de Canellis, Manfredus de Solerio de Asta, Ambrosius Notarius de Mediolano, Vermus Burrus Judex, Albertus Balbus Clavarius Communis Alexandriæ, Obertus Canis, Guido de Lintignano, Sivolto de Lanerio, Vermus Mastorcius, Anricus Simplex, Comes de Canellis, Jordanus de Aliano, Ser Sivolt. Petrus de Septemannis, Antonius de Caloxio, Albertus de Canellis, Ser Raimondus Lamerio, Bergognus Rizara ec.

(1) *Ghilinius male vertit* 25. *aprilis, cum esset dies* 24.
(2) *Scilicet Montevico.*

Appellatio Archipresbiteri S. Dalmatii ab Episcopo Papiensi ad S. Pontificem in causa Quargnenti.

MCCII. 111

Anno Dominicæ Incarnationis MCCII. die lunæ XIII. calendas junii, indictione V. in Papia

supra

ſupra palatium domini Epiſcopi Papienſis. Dominus Albertus Archipresbiter Eccleſiæ ſancti Dalmatii de Alexandria miſſus, & procurator totius communis Alexandriæ in ſpirituali, & ſeculari cauſſa, ſicuti per publicum inſtrumentum apparet ad appellationem faciendam ad ſummum Pontificem a D. Epiſcopo Papienſi pro cauſſa, quæ vertitur inter Epiſcopum Aſtenſem, & homines Alexandriæ civitatis de loco, & Eccleſia Quargnenti cum inſtantia appellavit, & apoſtolos poſtulavit. Prædictus Archipresbiter hanc chartam fieri rogavit, ut ſupra. Interfuerunt teſtes rogati Saracenus de Burgo, Otho de SS. Trinitate Notarius, & Raimundus Catalanus, & Rainerius de Alexandria filius Henrici Calcamugii.

Procuratio Præpoſitorum Eccleſiæ majoris, & Eccleſiæ SS. Laur., & Clemen. in Archipresb. S. Dalmatii ad appellandum ab Epiſcopo Papienſi ad S. Pontificem

112 MCCII.

Anno Dominicæ Incarnationis MCCII. indict. V. die Veneris 13. julii (1) in Alexandria præſentia teſtium, quorum nomina ſubter leguntur. Dominus Hugo Canefrus Præpoſitus majoris Eccleſiæ ſancti Petri, & dominus Aſſalitus (2) Præpoſitus ſancti Laurentii, & Clementis, & dominus Opizzo de Oſſa (3) Alexandriæ poteſtas conſtituunt dominum Archipresbiterum S. Dalmatii de Marenco ſindicum, & procuratorem ad appellandum ſuper omnes cauſas a ſummo Pontifice domino Papienſi Epiſcopo commiſſas pertinentes ad civitatem Alexandriæ tam ad clerum, quam ad populum, eo quod habent literas commiſſionis ſuſpectas, & præfatum Epiſcopum ſimiliter ſuſpectum, & promittunt quod habebunt firmam, & rectam appellationem factam a præfato Archipresbitero, & inde hanc chartam fieri rogaverunt, ut ſupra. Interfuerunt teſtes rogati Bardonus de Papia, Albertus Corſicus, Otho Paſſantus ambo de Alexandria.

(1) *Ghilinius hanc cum præcedenti confundens ambas refert ad diem 19. julii, cui neutra congruit. Sed ſi duæ ſunt, quomodo conciliari hæ poſſunt? Inde enim colligeretur, appellaſſe, antequam delegationem recepiſſet. At in præcedenti charta appellavit ut delegatus a Civitate, in hac vero recipit Cleri Civitatenſis procurationem, qua fit, ut in ſequenti, & ut delegatus a Civitate, & Clero appellet.*

(2) *Cum hic ſcriptor horum virorum deputationem meminiſſet, poſt* Aſſaliti *nomen vacuum ſpatium punctis notavit, quaſi cognomen deeſſet: quod ego inutile puto, cum ſchedæ Burgontianæ, a quibus hæc deſumſi, nil horum habeant, & Aſſaliti nomen proprium ſit ſine addito.* (3) *Hujus nomen omiſit Ghilinius.*

Appellatio Populi, & Cleri Alexandrini ab Epiſcopo Papienſi ad S. Pontificem in cauſſa Quargnenti.

113 MCCII.

Anno Dominicæ Incarnationis MCCII. die Sabbati 13. calendas Auguſti (1) infra Lobiam D. Bernardi Papienſis Epiſcopi, & ante ejus præſentiam D. Albertus Eccleſiæ S. Dalmatii de Portamare (2) . . . . . Archipresbiter, nec non Sindicus, & Procurator a Clero, & a Poteſtate Alexandriæ nomine Communis Clericorum, & Laicorum ipſius Civitatis conſtitutus, prout in quodam publico inſtrumento apparebat, viva voce jam dicto D. Bernardo Papienſi Epiſcopo appellavit ad ſummum Pontificem ſuper literis commiſſionis, quas jam prædictus Epiſcopus habuerat ex delegatione ſummi Pontificis, & ſpecialiter ſuper cauſſa Quargnenti cum ſpirituali, quam etiam temporali. Hanc quidem appellationem fecit præfatus procurator, quia jam dictus D. Epiſcopus ſuſpectus eſt Clero, & Poteſtati Alexandriæ, & cum inſtantia apoſtolos poſtulavit. Prædictus Archipresbiter hanc chartam fieri juſſit. Interfuerunt Robertus de Pontio, & Jacobus de Madria, & Lanfrancus de Paſquali teſtes.

(1) *Error eſt in die Hebdomadæ. 13. cal. aug. erat dies Veneris.* (2) *De Porta Marenga.*

Confirmatio D. Puncii M. Ponzoni fœderis inter Alexandrinos, & M. Othonem de Carreto.

MCCII. 114

Anno Incarnationis Dominicæ MCCII., indictione V., die martis XII. (1) exeuntis Auguſti in Alexandria in Eccleſia S. Petri in pleno conſilio ec. D. Puncius marchio de Pulzono promiſit obſervare, per ſe, & per ſuos homines concordiam factam inter D. Opizonem de Oſſa Poteſtatem Alexandriæ ec., & Othonem de Carretto ec. . . . . excepto quod non tenetur emere domum, niſi de libris 25. cum D. Anrico fratre ſuo, & Petro ſuo conſanguineo, & infraſcriptus D. Otto eodem modo ſe, & ſua obligavit pro ipſo Puncio, ſicut obligavit per ſe, & inde hanc chartam ec.

(1) *Schiavina legit XV., ſed male; & rectius Ghilinius ait die XII. auguſti juramentum a Pontio præſtitum. Sed vera lectio eſt XII. exeun. aug., quæ incidit in diem 20. aug.*

Deditio Conſulum Aquexanæ caſtrorum ſuorum Reipublicæ Alexandrinæ ex Archiv. Civ. Alex.

MCCIII. 115

Anno Dominicæ Incarnationis MCCIII., indictione 6, die Dominica 9. intrantis februarii, in Eccleſia S. Johannis de Cunchis (1) D. Jordanus de Aliano, Gilius de Aliano, D. Mainfredus Presbiter de Aliano, Vermus Muſſus de Aliano, D. Vitalis de Viginti, Oglerius Daniſius, Albertus de Canellis, Jacobus Corbellarius, Petrus de Septemannis, Rufinus Confanonerius, Surdinus de Canellis, Vermus Maſtorcius, Sivolet de Canellis Mainfredus Lambruſcus, Anricus Maſtorcius, Anſaldinus de Canellis, Suzus de Calamandrana, Rufinus Croza, Otto Corbellarius, Gandulfus de Calamandrana, Guerzus de Crocis, Albertus de Boſco, Sivolator de Laneriis, Sempius de Calamandrana, Oglerius de Boſco, Albertus Dardaniſius, Jacobus Alberti de Maſio, Bonifacius Dardaniſius, Rufinus de Alice, Guido de Lintignano, Obertus de Lintignano, Vermus Liſna de Alice, Bonifacius de

Verdobio, Rubaldus Burſa de Alice, Stephanus de Lintignano, Petrus de Lintignano, Anricus Vetulus, Guido Carena de Lanerio, omnes iſti fecerunt donationem datum, & inveſtituram Rufino de Bellono conſuli Alexandriæ nomine communis Alexandriæ, & Vermo Sclazio de Alice (2), & Alberto Moicio de Lanerio, & Oglerio (3) de Calamandrana conſulibus, de Aquexana ſuo nomine, & omnium hominum de Aquexana, qui ſunt cives Alexandriæ, vel erunt de toto hoc, quod habent, quod ſit cortile (4) loci, vel forcia renunciando omni juri, quo aliquo modo poſſent ſe tueri in ſcriptis, & ſine ſcriptis, & omne jus, & actiones reales, & perſonales, utiles, & directas ſibi competentes nomine cortilium, & fortiarum, ſive caſtrorum. Et ſi de his cortilibus, fortiis, & caſtellis aliquid alicui alienaverint aliquo modo venditione, donatione, vel quovis alio modo, niſi communi Alexandriæ, vel conſortibus, qui ſint de concordia Alexandriæ, ut poſſint Commune Alexandriæ, & conſortes Aquexanæ ea capere, tenere, petere, & defendere ab obtinentibus, & poſſidentibus; & infraſcriptum Rufinum de Bellono nomine Communis Alexandriæ, & infraſcriptos Vermum Sclaxium, Albertum Moicium, & Oglerium Ratum conſules Aquexanæ ſuo nomine, & conſortum, qui ſunt de concordia Alexandriæ, in locum ſuum ponunt, & procuratores in rem ſuam faciunt ad agendum, excipiendum, petendum, & defendendum, ſi extra id, quod ſcriptum eſt, fecerint, & iſti conſules eodem modo omni ſuo juri, quo ſe tueri poſſent renunciantes, fecerunt donationem, & datum inveſtituram Ruffino de Bellono conſuli Alexandriæ nomine communis Alexandriæ, & nomine omnium conſortum de Aquexana, qui ſunt de concordia Alexandriæ de omni ſuo cortili forcia, & caſtello, & eodem modo in ſuum locum poſuerunt, & procuratorem in rem ſuam fecerunt, & ibi omnes infraſcripti quiſque manu propria facta donatione, & inveſtitura, & dato in manibus infraſcripti conſulis Alexandria ſcilicet Ruffini de Bellono, & infraſcriptorum conſulum de Aquexana, & conſortum, qui ſunt de concordia Alexandriæ, ut ſupra legitur, promiſit, & ſupra ſancta Dei Evangelia juravit, quod nemini alienabit cortile, vel forciam loci, vel locum niſi communi Alexandriæ, vel conſorti, qui ſit de ſocietate Alexandriæ ſine parabola Poteſtatis, vel conſulum, & totius conſilii Alexandriæ per campanam collecti, & ſine parabola Poteſtatis, vel conſulum Aquexanæ, & inde omnes infraſcriptum publicum inſtrumentum fieri præceperunt. Interfuerunt teſtes rogati Arlotus de Lanerio, Arnaldus de Maxio, Anſaldus de Bubio, Anricus Ferrus, Angelerius Lavaxana.

Ego Otto Notarius Sacri Palatii autenticum hujus inſtrumenti vidi ec. Ego Petrus, qui dicor Ferrarius Notarius Sac. Pal. ec. Ego Vermus Notarius Sac. Pal. ec.

(1) *Vetuſtiſſima hæc Eccleſia nunc eſt in territorio Niciæ Montisferrati, ac Parochiæ S. Syri ejuſdem civitatis antiquitus aggregata.* (2) *In exemplari quondam ab Turrii I. C.* Aliano (3) *Rato.* (4) Contile, *& ita deinceps.*

Conventiones Alexandrinorum cum communi, & negotiatoribus Mediolani circa viarum cuſtodiam.

MCCIII. 116

Anno Dominicæ Incarnationis MCCIII., indictione 6., die lunæ 10. intrantis februarii in Alexandria, in Eccleſia majori S. Petri, & in conſilio ibi per campanam collecto conſules Alexandriæ, ſcilicet D. Ubertus de Foro, D. Ubertus Natta (1) . . . . . promiſerunt D. Petro de Petraſancta, & D. Leonardo de Cruce Ambaxiatoribus Communis Mediolani, & D. Albertono Avanzono conſuli negotiationis Mediolani, & Ambaxiatori Communis Mediolani ſtipulantibus nomine communis, & negotiatorum Mediolani, & nomine infraſcriptarum civitatum, quod cuſtodient, & ſalvabunt in rebus, & perſonis ſtratam uſque a poderio Papiæ, & uſque in poderium Gavii viam ſcilicet inter Papiam, & Gavium, & per aquam, & per terram capiendo pro pedagio uniuſcujuſque ſomæ, quæ ſit hominis, vel hominum iſtarum civitatum in eiſdem civitatibus, vel earum juriſdictionibus habitantium per Alexandriam tranſeuntis, & per ſtratam ſecundum quod fuerit ſtatutum, tenendis (2) tantum denariis 12. Papienſibus omnibus aliis dacitis, ac pedagiis remotis, pro quo pedagio promiſerunt jam dicti conſules nomine Communis Alexandriæ præſentibus Ambaxiatoribus nomine Communis jam dictarum civitatum ſtipulantibus emendare, & reſarcire omne damnum, quod in ſtrata alicui in perſona, vel rebus a graſſatoribus, vel raptoribus uni, vel pluribus conſtaret eſſe datum uſque a poderio Papiæ uſque in poderium Gavii, & propterea reficere pontes, vel portus, per quos ſtrata bene valeat pertranſire. Intelligitur autem ſtrata eſſe longa unius milliarii ab utraque parte. Liceat vero ſtrata, ſive negotiatoribus quando voluerint, ex quo in civitatem Alexandriæ intraverint tranſire, per quem pontem voluerint, videlicet Tanari, vel Burmiæ, dum tamen omnes in uno tempore teneant unam ſtratam, ſicut fuit præordinatum a negotiatoribus Communis Mediolani, eo tamen ſalvo quod ſuper hæc ſtatuerint voluntate utriuſque partis in adjungendo, vel in minuendo. Et inde iſti conſules, vel Ambaxiatores duas cartas fieri ec.

(1) *Vide reliquos a Ghilinio in annal. Alex. ad hunc ann. nominatos.* (2) *Locus mendoſus forte* ſolvendo tantum denarios.

Deditio Dominorum de Viginti de ſuo caſtro Reipublicæ Alexandrinæ, & conſortibus de Aquexana.

MCCIII. 117

Anno MCCIII. die lunæ 10. intrantis februarii in caſtro de Viginti Boſſo Traverſagnus, Anſelmus Traverſagnus, Bajamontus Marchiſius, Nicolaus Rubeus, Aſcherius, Anricus Pulzonus, Armillus Burgognus, Roglerius Vitalis, Muruellus eodem modo omni ſuo juri renunciantes, quo ſe tueri poſſent, fecerunt donationem, & inveſtituram Rufino de Bellono conſuli Alexandriæ nomine Com-

munis Alexandriæ, & omnium consortum de Aquexana, qui sunt de concordia Alexandrina, de omni suo cortili, fortia, & castello, & eodem modo ipsum in locum suum posuerunt, & omnes isti &c. juravit, quod nemini aliquo modo alienabunt cortile . . . . nisi communi Alexandriæ, vel consorti, qui sit de societate Alexandriæ sine parabola potestatis, vel consulum, & sine parabola potestatis, vel consulum Aquexanæ, & inde omnes isti publicum instrumentum fieri præceperunt. Interfuerunt testes &c.

Fœdus inter Alexandrinos, & Terdonenses.

118 MCCIII.

Anno Dominicæ Incarnationis MCCIII. IV, die exeunte martio, indictione VI. (1) in civitate Alexandriæ, in palatio consulum ejusdem civitatis, Nicolaus de Fore, Conradus de Occimiano, Paganus de Puteo, Obertus Nata, Ubertus de Fore, Joannes Gratonus, Mussus de Sambuello, Balduinus de Turre, Russinus de Bellono, Guido de Plovera, Jacobus de Tebaldonis, Gulielmus de Pelatis, Buccafura, Manfredus de Guascis, Magister Tilus, Ruffinus de Curnilia consules Alexandriæ nomine, & vice communis Alexandriæ promiserunt, & convenerunt Sigebaldo de D. Buscone consuli communis Terdonæ, & Remusso de Buxedo consuli populi Terdonæ recipientibus nomine, & vice communis Terdonæ bona fide, & sine fraude attendere ea, quæ inferius scripta sunt, & observare in pleno consilio Alexandriæ ad campanam sonatam.

Hæc est forma concordiæ factæ inter homines de Alexandria, sive Cesariæ, & homines Terdonæ scilicet quod homines Alexandriæ promittunt, & jurant esse cives Terdonæ de cœtero, & quod manutenebunt, salvabunt, & gubernabunt, & custodient civitatem Terdonæ, ut omnes homines habitantes in ea, ut proprios cives, & omnes possessiones eorum, munitiones, & castra, quæ, quasve nunc tenent, & possident, & quæ, & quas de cœtero acquisiverint secundum infrascriptum modum, & homines omnes, qui sunt, vel erunt de jurisdictione, vel districtu eorum, prout proprios adjuvabunt, & manutenebunt, defendent, & salvabunt, & pro eis facient pacem, & guerram omnibus hominibus, & locis, quibus ipsi Terdonenses facient in emendo equos, & arma, & faciendo exercitus, & cavalcatas, secundum quod pro se fecerunt, vel ipsis Terdonensibus placuerit, & quod non facient pacem, vel treguam recreutam cum illis, cum quibus ipsi guerram fecerunt sine eis, & cum potestas, vel consulatus in Alexandria fuerit, consul, vel potestas jurabit regimen utriusque civitatis æqualiter, & communiter, & omnes qui jurabunt eorum sequelam potestatis, vel consulum Terdonæ sequelam jurare facient. Versa vice homines Terdonæ promittunt, & jurant esse cives Alexandriæ, & quod manutenebunt, salvabunt, & gubernabunt, & custodient civitatem Alexandriæ, & omnes homines habitantes in ea prout proprios cives, & omnes possessiones eorum, munitiones, & castra, quæ, quasve nunc tenent, & possident, & quod pro Alexandria pacem, vel guerram, vel fossata, vel communi Alexandriæ faciunt, & facere debent, seu facient per conventiones, & cartas inter se factas, & habitas, & quæ, quasve de cœtero acquisiverunt secundum infrascriptum modum, & omnes homines, qui sunt, vel erunt in jurisdictione, & districtu eorum, ut cives proprios adjuvabunt, manutenebunt, defendent, & salvabunt, & pro eis facient pacem, & guerram omnibus hominibus, & locis, quibus ipsi facient emendo equos, arma, & faciendo exercitum, & cavalcatam, secundum quod pro se fecerunt, & eis placuerit, & quod non facient pacem, vel guerram, vel treguam recreutam cum illis, cum quibus guerram fecerint sine eis, & cum potestas, vel consulatus in Terdona fuerint, consul, vel potestas jurabit regimen utriusque civitatis æqualiter, & communiter, & omnes qui eorum jurabunt sequelam potestas, vel consulatus Alexandriæ sequelam jurare facient, & specialiter promittunt, & jurant, quod adjuvabunt Alexandrinos ad acquirendum Episcopum Aquensem, & quæ in eis privilegiis continentur, & acquisitum manutenebunt, & retinebunt.

Modus acquisitionis talis est, videlicet quod quidquid acquisitum fuerit pro commune utriusque civitatis in toto comitatu Terdonæ, vel Episcopatu, vel extra fuerit pro commune utriusque civitatis acquisitum, quod Episcopus, vel civitas, vel aliquis civis consueverint tenere a sexaginta annis infra totum Terdonæ sit acquisitum, & quidquid in Episcopatu Aquensi, vel Alexandrino, vel extra fuerit pro communi utriusque civitatis aquisitum, quod Episcopus, vel civitas Alexandriæ, vel aliquis civis Alexandriæ consueverit tenere a sexaginta annis infra totum sit Alexandriæ acquisitum, & quod aliunde in simul fuerit acquisitum sit commune utriusque civitatis, & æqua lance dividentˊ, defendent, & manutenebunt, & hæc onera, ut supra legitur omnes cives utriusque civitatis a quarto decimo anno usque ad septuagesimum annum singulis annis jurabunt semper, & de cetero firmum tenere, & observare, & si quod additum fuerit pro communi utriusque civitatis tenebunt, sicut in superioribus capitulis, & hæc omnia supradicta prædicti consules Alexandrini juraverunt attendere, & observare bona fide, & sine fraude, ut supra legitur. Sic Deus illos adjuvet, & illa sancta Dei Evangelia unusquisque manu propria, & id sacramentum fecerunt omnes credentiarii, unusquisque manu propria. Nomina credentiariorum sunt hæc: Ruffinus Nata, Otto Lanzavetula, Manfredus de Fore, Nata Ursi, Rubeus de Parma, Obertus de Soldano, Rufinus de S. Michaele, Gulielmus de Fenabò, Ruffinus Straca, Ugo Tenca, Manfredus Gualionus, Ruffinus Taurus, Rufinutius, Balduinus de Guasonis, Henricus Baldus, Ruffinus Scaxavellus, Lecataunus, Henricus Ravarius, Rabaldus Uicia, Ruffinus de Guala, Obertus Fantinus, Bojerius, Gulielmus Belletus, Girolamus Valnazanus, Bavata de Fore, Ubertus Medalia, Bellotus Moises, Mussus Capoanus, Rainerius Buccadelac, Ruffinus Testa, Ruffinus Nata Bergolio, Girardus

Bavaſius, Henricus Muſſus, Anſelmus de Amo, Anſelmus Rubeus, Joannes Pavelionus, Arnaldus Sactacius, Silus Graſſius, Maurus de Qualio, Petrus Scriba, Maurus Scarabovus, Volmannus, Bonzoleva Oculus, Gamondius Falarmons, Ruffinus Senca, Balduinus de Othonebono, Guido de Bonello, Joannes Pectenarius, Ardezzonus de Porticibus, Albertus de Bonello, Petrus de Ginello, Albertus de Enciis, Serbonellus, Ruffinus Canefrus, Ugo Gafforius, Albericus Ronga, Joannes Treſſolus, Bonifacius de Murabois, Henricus de Axaſa, Opizzo de Jacobo, Petrus Guercius, Ruffinus de Griffo, Guaſtavinus de Rovorédo, Ugo Judex, Magiſter Silus, Ruffinus Affaturatus, Jacobus Guercius, Ogerius de Pagino. Actum in Alexandria feliciter. Amen. Interfuerunt teſtes Villanus Salvaticus, Guilelmus de S. Stephano, Rubaldus de Fore, Noleſius.

Ego Veſcontus Imperialis Aulæ Notarius hanc cartam juſſu iſtorum conſulum, & credentiariorum ſcripſi.

(1) *Feruntur alia exemplaria hujus concordiæ ſed vitioſa. Horum unum habet indict. IV., quæ non convenit cum anno MCCIII: additur in eo die Dominica XI. exeunte martio; at neque hæc nota conciliari poteſt. Anno enim MCCIII. die undecima exeuntis martii erat die XXI. feria ſexta, non Dominica.*

Fœdus inter Alexandrinos, & Vilielmum marchionem Montisferrati.

119 MCCIII.

In nomine Domini Jeſu Chriſti. Amen. Hæc eſt forma concordiæ faciendæ, inter D. Vermum marchionem Montisferrati ſuo nomine, & vice D. Bonifacii patris ſui ex una parte, & commune Alexandriæ civitatis ex alia. In primis D. Vermus marchio dabit, & inveſtiet commune Alexandriæ nomine gentilis, & recti feudi medietatem omnium regalium, quæ Dominus Imperator quondam habebat in illa civitate intus, & extra, & ſpecialiter dabit, & remittet communi Alexandriæ totam inveſtituram conſulatus, & poteſtariæ, quam inveſtituram ipſe dabit in feudum communi Alexandriæ, ſi eidem communi placuerit, & de voluntate ipſius communis fuerit, aliam vero medietatem in ſe retinebit. Item dabit medietatem totius Sexadii, videlicet medietatem pro indiviſo Sexadii, & Retorti, & Caſtrinovi, & utriuſque Carpeneti, & Carmorini cum omni honore, & integritate ſecundum quod ipſe, & pater ejus uſi ſunt tenere, & poſſidere in caſtellis, villis, vaſſallis, hominibus, nemoribus, terris cultis, & incultis, venationibus, paſcuis, aquis .... & montibus, & aliis rebus expeditam, & deliberatam ab omni homine, loco, & civitate, & ſpecialiter a Nicoloſo de Janua, ſalvo jure antiquorum vaſſallorum. In alia medietate nihil requirere debent homines Alexandriæ, & pro iſto feudo jurabunt homines Alexandriæ a XV. annis ſupra, & a LXX. infra, fidelitatem prædicto D. Vermo more gentilium vaſſallorum contra omnem hominem, ſalvo Imperatore; ita tamen quod pro Imperatore non teneantur guerriare Marchionem, & ſalvo Mediolano. & civitate Derthonæ, & loco Caſſinarum tali modo, quod homines Alexandriæ in hac fidelitate non teneantur Marchioni contra prædictas civitates, & locum, niſi cum venerint ſuper terram Marchionis ad guerriandum. Præterea infraſcriptus D. Vermus faciet finem, & remiſſionem communi Alexandriæ de omnibus rationibus, & jure, quas, quodve habebat in locis, ex quibus fundata eſt Alexandria; & in hominibus, & rebus ipſorum univerſaliter, & ſpecialiter, & in ipſa civitate Alexandriæ, etſi quondam habitis ex regalibus redditibus exceptis vaſſallis, & omnia iſta faciet juramento confirmari a Domino Bonifacio de Craveſana, & Domino Manfredo de Salutiis, & a Domino Othone de Boſco, & ab illis militibus ſuæ curiæ omnibus, quibus commune Alexandriæ voluerit. Inſuper Dominus Vermus infraſcriptus juravit adjuvare, & manutenere in ſtatu civitatis civitatem Alexandriæ, & ejus cives, & eorum bona ab omni homine, & civitate, & loco, excepto Imperatore, nec tamen pro eo debebit eam guerriare, ſed bona fide ipſam cum eo concordare. Item tenebitur dare opem, & conſilium, & forciam per ſe, & per homines ſuos bona fide communi Alexandriæ ad habendum Epiſcopum, & Epiſcopatum. De facto vero Marchionum de Occimiano eliget duos homines ex ſua parte, Marchiones vero duos ex ſua, qui debebunt eos concordare bona fide, ſi poterunt: & ſi non poterunt, faciat rationem ſicut debet, & uti debuerit. Item de facto illorum de Foro eligent illi de Foro, unum militem de curia Marchionis, & alium de Alexandria, qui ambo ſint vaſſalli Marchionis, & qui teneantur bona fide eos concordare, quod ſi facere non poterunt, rationabiliter determinent infra duos menſes, ex quo fuerit requiſitum ab illis de Foro, niſi concordia partium remanſerit. Et omnia iſta promittet attendere, & obſervare bona fide, & ſupraſcriptum feudum defendere ab omni homine loco, & civitate communi Alexandriæ ſub hypoteca ſuorum bonorum. Item faciet copiam communi Alexandriæ privilegiorum, & inſtrumentorum ſuorum ad regalia pertinentium ad utendum ſi fuerit neceſſe, & ad exemplandum. Item tenebitur Marchio, quod non poſſet dare, vel alienare aliquo modo, ſeu in feudum dare alicui, niſi communi Alexandriæ res, quas in ſe retinebit Alexandriæ durante concordia. Et omnia iſta promittet, & jurabit ad ſancta Dei Evangelia ſuo nomine, & nomine patris ſui attendere, & obſervare. Homines vero Alexandriæ promittent, & jurabunt, quod non recipient aliquem hominem, vel aliquos de terra Marchionis pro habitatore, vel urēno ſcienter, & ſi aliquis iret illuc ad habitandum, dabunt ei licentiam infra dies XI. ex quo fuerit ei requiſitum. Item infra duos menſes, ex quo fuerit eis requiſitum ab eo, vel ejus nuncio dimittent ei illud jus, quod cognoſcent per ſe, vel rationabiliter poterunt prætendere ſe habere in Caſtelleto. Item quod facient jurare illos, qui ſunt, vel pro tempore fuerint, quod non fecerunt fidelitatem Marchioni, ſi fuerit ab eo, vel ejus nuncio requiſitum. Item ſi habuerint poteſtatem non civem Alexandriæ, quod facient jurare,

ſalvare Marchionem in perſona, & rebus &c. &c. Die Jovis XI. exeuntis Auguſti in valle Granæ præſentibus Lantelmo de Moizo, Vermo de Summaripa, Conrado de Lanerio, Ferraris de Valentio, & magiſtro Alexio teſtibus. Dominus Vermus marchio iſtis promiſit ſuo nomine, & nomine patris ſui Domino Guidoni de Plovera conſuli Alexandriæ nomine, & vice communis Alexandriæ ſtipulanti, & Domino Ghiſulfo Acerbo Ambaxiatoribus communis Alexandriæ, & ſuper ſancta Evangelia juravit attendere, & obſervare omnia, quæ in hanc formam continentur, & ſicut in ipſa continentur, & per virgam, quam manu ſua tenebat, Dominum Guidonem de Plovera nomine, & vice communis Alexandriæ inveſtivit de iſto feudo ſuo nomine, & nomine patris ſui Bonifacii, & eidem nomine communis Alexandriæ ſua bona obligavit infraſcriptus Dominus Gullielmus marchio, & Dominus Guidus de Plovera, & Dominus Ghiſulphus Acerbus Ambaxiatores communis Alexandriæ, inde duas cartas fieri ejuſdem tenoris præceperunt anno Dominicæ Incarnationis MCCIII. indictione VI.

Procuratio Gulielmi marchionis Montisferrati pro viarum inſtauratione, ac pedagiis.

120 MCCIV.

Anno Dominicæ Incarnationis milleſimo ducenteſimo quarto, indictione ſeptima, octavo die intrantis januarii. Dominus Vermus marchio Montisferrati conſtituit Dominum Rodulfum Paſtorem, & Dominum Muttum de Felizano ſuos nuntios, & Procuratores ad ordinandam ſtratam per Alexandriam, & ejus poderium, & per terram iſtius Marchionis, & ad pedagium conſtituendum, & ordinandum, & jurandum, & quidquid inde ipſi fecerint ratum habere, & firmum promiſit, ac ſi ipſemet in propria perſona feciſſet in omnibus, & per omnia. Actum Nonis feliciter. Interfuerunt teſtes rogati Guido de Plovera, Dominus Albertus Balbus, & Dominus Manfredus Paſtor, Dominus Jacobus Pectenarius, & plures alii.

Additamentum fœderi inter Marchionem Montisferrati, & Alexandrinos.

121 MCCIV.

Hæc eſt concordia pacis de facto de Rivotorto homines de iſto loco, ſcilicet de Rivotorto, qui manent extra dictum locum Rivitorti debent redire ad manendum in dicto loco Rivitorti, & ſi hoc non poſſet eſſe, Marchio debet recipere tale inſcontrum, quale dixerit poteſtas Albenſis. Item poteſtas Albenſis debet habere in commendiam caſtrum Caſtelletti tali modo, quod totum hoc, quod Marchio infra quadraginta dies per inſtrumenta, ſive per teſtes poterit oſtendere, quod habebat Dominus Gullielmus de Pallodo, & filii ejus aliqua ratio per ſeſe, non per fœminam, non per aliud... Poteſtas Albenſis debet disblicare Marchioni, quod tenerent de Marchione, & Marchio non poſſit vendere, non alienare ipſum caſtrum alicui perſonæ non Alexandrinæ, niſi fuerit parabola communis Alexandriæ, & Marchio debeat habere fidelitatem omnium hominum de Caſtelletto tali modo, quod poſſit guerriare de infraſcripto caſtro omni homini præter commune Alexandriæ, & communis Alexandriæ eodem modo debeat habere fidelitates omnium hominum infraſcripti caſtri, & poſſit guerriare de infraſcripto caſtro omni homini præter Marchioni, etſi eveniret quod Marchio, & homines Alexandriæ inſimul haberent diſcordiam non debeat evenire malum Marchioni, nec communi Alexandriæ de villa nec de caſtro, nec de perſonis Caſtelletti. Concordia illorum de Occimiano ita debeat manere firma ſicuti inſtrumenta utriuſque partis relegunt. De facto Belengeriis homines Alexandriæ debent tenere Montem Caſtellum, caſtrum, & villam, & dominium, & juriſdictionem præter quod Belengerii debent tenere ſuos doneos, & omnes eorum dricſtus, reditus, quos habere debent in dicto caſtro, præter fodrum, & bannum, & in quolibet anno communis Alexandriæ debet dare eis Belengeriis denariorum Papienſium libras centum, & tantum munus, quantum poteſtas Albenſis dixerit cum Marchione. Item Marchio omni anno debet dare communi Alexandriæ denariorum Papienſium libras viginti de illis de pedagio ad tenendum Pontem Conzatum, & ipſe communis debet tenere eum conzatum ad omnes eorum expenſas habendo Marchionem omnes reditus, quos habere debet, ſicuti continetur in inſtrumento de pace veteri, quam cum eo fecerunt. Omnes homines Alexandriæ debent facere fidelitatem Marchioni, ſalvo communis Mediolani, & Vercellarum, & Albæ. Item Marchio debet dare ſtratam communi Alexandriæ, ducendo ſtratam per Montemferratum ubi voluerint, & homines Alexandriæ ſimiliter debent dare ſtraram Marchioni ducendo ſimiliter, ubi ipſe voluerit per Montemferratum, remittendo Alexandrinis de Feudis, quos homines Alexandriæ de Marchione tenebant, per ſuam terram debent tenere ſtratam quam ante guerram tenebant. De diſcordia Marchionis, & illorum de Foro, & Marchio debeat eligere unum ſuum amicum, & illi de Foro unum ſuum, qui debeat omnes concordare. De debitis, quos Marchio debet dare hominibus Alexandrinis, Marchio debeat ſolvere ſortem ad manum, vel per illos certos, quos poteſtas Albenſis dixerit. Item ſi aliqua diſcordia erit inter Marchionem, & homines Alexandriæ ſit in poteſtate Albenſi, . . . nec de debitis, nec de aliquo godimento, quod aliquis homo Alexandriæ habuerit de rebus Marchionis. Item D. Manfredus promiſit, quod faciet promittere Marchionem dandi fortiam, & . . . . . rationem de concordia Mediolanenſi, & Imperatoris bona fide. Item D. Manfredus promiſit ſe facturum, quod Marchio faceret Regem dare ſuam bonam voluntatem Alexandriæ, & quod Rex faceret eis privilegium.

Ego Moneta Mataſcus huic interfui, juſſu D. Cuillielmi de Rivotorto Judicis aſſeſſoris, atque Vicarii D. P. Strictı poteſtatis Albenſis.

Appellatio Cleri Aquenſis ab Epiſcopo Ugone in cauſa traslationis Epiſcopatus.

122 M C C V.

Anno Domini MCCV., indict. VIII. die XVI. februarii, (1) in præſentia D. Ugonis Dei gratia Aquenſis Epiſcopi. D. Anſelmus Aquenſis Eccleſiæ ſanctæ Mariæ præpoſitus, D. Tebaudo monaſterii S. Petri Aquenſis Abbate præſente, atque conſentiente, nomine, ac vice totius univerſitatis, & capituli prænominatæ Aquenſis Eccleſiæ ab omni gravamine memorati D. Vgonis Epiſcopi, quo poſſet aliquo modo Aquenſem Eccleſiam de cetero gravare, ad S. ſedem Apoſtolicam ab ipſo dicto Epiſcopo appellavit ſuper facto ſcilicet translationis, vel mutationis, ſeu aſſociationis, vel unionis in toto, vel in parte Aquenſis Epiſcopatus, ſeu ſedis Epiſcopi, vel Aquenſis Eccleſiæ cum alia civitate faciendæ, & ſpecialiter cum Alexandria, Alexandrina Eccleſia, & ne ſupradictus Dominus Ugo Aquenſis Epiſcopus in omnibus ſupradictis, ſeu in aliquo ſupradictorum ulterius procedat, ſupradictus Dominus præpoſitus Anſelmus, conſenſu ſupradicti Domini Abbatis, atque Aquenſibus conſulibus videlicet . . . . Andrea, Petro Lupo, Arnaldo quondam Ugonis, Uberto Mantea præſentibus, & conſentientibus, hanc cartam fieri juſſit. Interfuere teſtes D. Benzo, atque magiſtet Henricus judices, Azo de Rochetta, Bonifacius de Porta, & Otho, qui dicitur Conſul. Actum in Caſtro Cavatorii. Ego Ogerius Palatinus Notarius rogatus interfui, & hanc cartam ſcripſi.

(1) *Hujus chartæ duo exemplaria præ manibus habui. In earum una manifeſto errore addebatur* die Dominica 16. februarii, *quæ nulla ratione componi poſſunt, ut proinde* Dominicæ *additamentum jure ſit delendum.*

Fœdus inter cives Aquenſes, ac oppidanos Grognardi ex ſchedis I. C. Franciſci Turrii.

123 M C C V.

Anno Domini MCCV., indictione VIII., die lunæ XVIII. julii. In Aquis in choro ſanctæ Mariæ de Aquis ibidem congregato conſilio communis Aquis Conſules Aquenſes ibidem præſentes ſuper ſancta Dei Evangelia jurant, quorum hæc ſunt nomina ſcilicet Rodulfus Paſtrocus, Manfredus Waſtarava, Henricus Ghignonus, Ubertus Fornarii, præſentibus Domino Andrea, Domino Aycardo (1), Bonifacio de Porta, Willelmo Dodonis, Ottone Ver, Arnaudo Brunæ, Belengerio Domini (2) Andreæ, Arnaudo Ugonis, Petro Ruffini, Morando de Porta, Velfo, Oberto Rabia, Willelmo Bellexii (3), Waſtapalea, Henrico de Porta, Anſelmo Telarola, & alii quamplures, qui ſolemniter ſuper S. Dei Evangelia jurant, quibuſdam vice aliorum hominibus de Grognardo (4) ſcilicet Conſtantino Grulo, Rolando Balæ, Manfredo, Bernardo Caval, Ardezono, eos juvare, & manutenere tanquam alios cives Aquenſes, & quod deinceps in civitate Aquis non dabunt curadiam, vel aliquam exactionem faciant, quam alii cives non faciant. Et iſti homines de Grognardo jurant eſſe cives Aquenſes per ſe, & per ſuos heredes conſules Aquenſes obedire, fodra, & banna perſolvere, tanquam alii cives muros, & foſſata civitatis facere exercitum (5), iter, pacem, vverram omnibus hominibus, quibus Aquenſes conſules, & communis civitatis fecerit. Unde iſti conſules conſiliarii, aque prædicti homines de Grognardo hanc cartam, & aliam iſtius tenoris fieri rogaverunt. Ego Marro Notarius Palatinus interfui rogatus, & hanc, & aliam unius tenoris tradidi, & ſcripſi. Ego Albertus N. P. &c. Ego Henricus N. P. &c. Ego Petrus N. P. &c.

Anno Domini MCCV., indictione VIII., die Sabbati XVI. ſeptembris (6) in caſtello Grognardi. Dominus Manfredus Waſtarava conſul Aquis, & Caſtellanus Grognardi totius conſilii Aquenſis promittit toti conſilio, & omnibus hominibus de Grognardo, quod communis Aquis debet eos juvare, manutenere tanquam alios cives, & quod deinceps non dabunt curadiam, vel aliquam exactionem facient, quam alii cives non faciant, & conſules Grognardi ſcilicet Arnaldus Gros, & Grullus, & Arnaldus Rubeus, & Bernardus, & omnes alii ſcilicet Manfredus Caval, Anſelmus Caval, Joannes Caveurus, Waldanus cum ſuo filio Petro, Rodulfus Scarpenta, Petrus Wiarmus, Arnaldus Barra cum ſuis filiis Petro, & Ottone, Joannes Pauper, Viſus Oglerius de Ovala, Arnaldus de Siimalda, Chiſulfus Caval, & frater Chiſulfus de Ortſera, Petrus Fort, Chiſulfus Na cum ſuo filio Oglerio, Rolandus del Pra, Manfredus Pazu, Rainaldus Noger, Joannes Caval, Petru Nata, Manfredus Rufia, Vairol, Otto de Uliver, Arnaldus Radæ, Petrus Gazana, Anſelmus de Maria, Bulieg Ubert de Veraza, Raimundus Sartur, Odo de Grugnardo, Henricus de Caſteller, Arnaldus Fulcher, Otto Groſſus, Uviet Delbula, Arnaldus de Maiſtro, Willelmus Bancarella, Dodo del Albert, Can Ardezun, Wairius Alfer del Veraza, Joannes Volta, Willelmus Scamur, Otto de Antilia, Airaldus Volta, Rainaldus de Caſteller, Buver Lutius de Balduz, Martinus Caval, Arnaldus Pizan, Siibaldus Fulcher, Ambroſius cum ſuo filio Oberto, Joannes de Ardezun, Tebaldus de Caſteller, Rainaldus de Grugnardo, Petrus Caval, Wilielmus Montagnol, Andreas Sartur, Rainerius de Grugnardo, Henricus Seneus, Obert Cafor, Bernardus Cafor, Jacobus de Ardezun, Bergnonus Marmaſal, Falopa, Ruffinus Rugerii, Jacobus Urſi, Manfredus del Pra, Manfredus Roger, & Rodulfus Paſtori omnes iſti jurant obedire conſules Aquis, dare fodra, facere foſſata muros exercitum, iter, pacem, vverram cum omnibus hominibus, cum quibus communis Aquis fecerit, & perſolvere banna tanquam alios cives. Inde rogaverunt hanc, & aliam cartam fieri. Ego Jacobus Notarius juſſu omnium conſulum Aquenſium, ſcilicet D. Rodulfi Paſtori, D. Uberti de Burgo, D. Henrici Chignoni, D. Raimondi Epiſcopi, & D. Manfredi Waſtarava hanc, & aliam cartam parem tradidi, & eas per A B C diviſi. Ego Ubertus Notarius P. videns, & legens autenticum hujus exempli factum a prædicto Petro, ſicut in ipſo inveni, ita & in ipſo ſcripſi exemplo, nihil

addens, vel minuens &c. Ego Henricus Not. Pal. &c. Ego Petrus Not. S. P. &c.

(1) *Riccard.* (2) *Domino.* (3) *Belexii.*

(4) *Groginardo.* (5) *Exercitu, præter alia nonnulla perperam a Malacarne n.* 246. *exscripta.*

(6) *Dies Sabbati erat* 17. *septembri, non* 16., *sed levia hæc Notariis facile condonanda.*

Possessio Ecclesiæ Quargnenti capta ab Ugone Episcopo Aquensi.

124 M C C V.

Anno Dominicæ Incarnationis MCCV., indict. VIII., die Dominicæ XI augusti (1) in choro Quadringenti Ecclesiæ Archipresbyter, & nomine ejusdem Ecclesiæ S. Dalmatii una cum parte fratrum suorum, scilicet Magistro Gargano, Jacobo Ruffino, Octavio Guala, Pizzono Rubaldo, Magistro Saliens, Verbono Presbytero Petro de Cuccaro, Othone de Cuccaro, Presbytero Manfredo de S. Martino, Mello de S. Martino, Alberto de S. Eusebio de Montaldo, Perruccio de Appiano, & Tebaldo de Appiano, recepit in osculo pacis D. Ugonem Ven. Dei gratia Episcopum Alexandrinum, & Aquensem in Dominum suum, & Episcopum tantum ad ejus reditus, & cum potestate quos, & quam D. Astensis Episcopus hucusque habuit in Ecclesia Quargnenti. Facta vero receptione ibi iste D. Ugo Alexandrinus, & Aquensis Episcopus per librum, quem in manu sua tenebat, investivit istum D. Ardicionem Archipresbyterum nomine Ecclesiæ Quargnenti de omni honore, ratione, consuetudine, libertate, & jurisdictione, quam, & quas prædicta Ecclesia habebat in omnibus locis sub Astensi Episcopo tam pro se, quam pro suis capellis eidem Ecclesiæ subjectis. His itaque peractis iste Archipresbyter pro ista Ecclesia Quargnenti, & Capellis, & aliis ad ipsam pertinentibus fecit fidelitatem ipso D. Ugoni Episcopo sibi, & Ecclesiæ Alexandrinæ. Iste vero D. Ugo Episcopus, & iste Archipresbyter cum Capitulo suo hanc taliter fieri rogaverunt. Interfuere testes rogati D. Opizo Ecclesiæ S. Michaelis administrator, D. Fridericus Mazzenalli de Episcopatu Placentino, & Mulaccius, & D. Nicolaus Vicedominus Aquensis subscripsi.

Ambrosius Notarius S. Palatii hanc cartam tradidi, & scripsi.

(1) *Hic omissum* exeunte, *quo posito charta erit scripta die vigesima prima augusti: alioquin hæ notæ pugnantes erunt.*

Restitutio trium partium medietatis oppidi Boschi facta a Terdonensibus marchioni Othoni.

125 M C C V I.

Anno Incarnationis Domini MCCVI., VII. die intrante februario, indictione IX. In Ecclesia majori in Credentia ad Campanam sonatam D. Turcus de Fontanella potestas Terdonæ consilio credentiæ reddidit D. Othoni marchioni de Bosco tres partes medietatis de Bosco pro pretio centum decem, & septem librarum, quas ipse Marchio reddidit communi Terdonæ nomine illius venditionis, quam fecerat ipse Marchio communi Terdonæ, secundum quod continetur in instrumento ibidem facto per manum Magistri Oberti Notarii, qui dicitur de Casellis, quod instrumentum relegit deducentis libris, quas tres partes ipse Marchio tenebat in feudum a communi civitatis Terdonæ, & nunc tenet. Unde D. Otho tradidit D. Turco potestati nomine communis Terdonæ, dominium illarum trium partium, quas tenebat in feudum a communi Terdonæ, & nunc in præsentiarum recepit in feudum illas tres partes, quas olim tenebat ante venditionem factam, secundum quod continetur in ista carta, promittendo iste Marchio isti Potestati nomine communis Terdonæ nulli alii venditas, alienatas, neque obligatas, nec de cetero illas tres partes, vel aliquod jus, quod commune civitatis Terdonæ in eis habeat, vendet, tradet, nec obligabit, neque in feudum dabit alicui personæ aliter, quam vassallus facere debeat, & restitutio, sive redditio istarum trium partium tali pacto, & tali lege facta est, quod commune civitatis Terdonæ retinet in se dominium, & jus in integrum sicuti olim habebat, & in feudum tantum isti Marchioni tres partes istius medietatis investivit faciendo homines de Bosco de istis partibus communi Terdonæ exercitum, iter, & fossata salvo omni jure, & omni ratione, quod, vel quam commune Terdonæ modo habet, vel in præterito habuit aliquo modo in isto Bosco, quod jus, & quas rationes commune Terdonæ retinet in se consensu, & voluntate illius Marchionis, & in credentia. Prædictus Marchio receptis istis partibus medietatis in feudum a communi Terdonæ juravit ad sancta Dei Evangelia fidelitatem communi Terdonæ in præsentia istius potestatis secundum morem, & ordinem fidelitatis, & juravit ad sancta Dei Evangelia, quod non vetabit castrum Boschi communi Terdonæ guarnitum, sive scarnitum. Actum in Terdona feliciter. Interfuere testes rogati D. Joannes Judeæ, Petrus Altexanus, Obertus Scopellus, Joannonus Malaparabola, Gurdotus Falavel, Azo Borrel, Thegius Cucolus, Opizo Rabaldi, Albertus Barata, Burgarus Judex, Guido de Viqueria, Ocilonus Grassus, Sigebaldus D. Buxonis, Magister Obertus de Casellis, Burgarus D. Vidonis, Obertus Suavis, Jacobus de Milano. Ego Ruffinus Notarius S. Palatii interfui, & hanc cartam rogatus scripsi.

Juramentum Episcopi Aquensis, & potestatum Alex. Aquar. Papiæ standi mandatis Uberti potestatis Mediolanensis de tregua, ac damnorum restitutione.

M C C V I. 126

Anno Nativitatis Domini MCCVI., indictione IX., die Martis VII. kal. maii, in territorio Bassignanæ supra ripam Tanari præsentia, & ordinamento D. Uberti Vicecomitis potestatis Mediolani. D. Ugo Alexandrinorum, & Aquensium Episcopus promisit D. Petro Nigro potestati Aquensi stipulanti nomine, & vice communis de Aquis, & omnium de eorum parte per se, & per totam suam partem attendere, & observare sub pœna quin-

gentarum marcharum argenti treguam illam, quam D. Ubertus Mediolanenſis præceperit, & habuerit, & Caſtellanos, & homines ſuos jurare faciet prædictam treguam firmam tenere in voluntate jam dicti poteſtatis Mediolani, & omnia prædicta juravit per Scopellum de Guagnono nuntium ſuum. Inſuper D. Petrus de Petraſancta Alexandriæ poteſtas nomine communis Alexandriæ, conſenſu, & voluntate Ambaxiatorum ejuſdem civitatis, ſcilicet Joannis de Guaſco, & . . . . Guaſtavini, & Jacobi Guerreni, & Guillelmi de Rainardo promiſit Petro Nigro poteſtati Aquenſi nomine communis de Aquis, & ſuæ partis prædictam treguam tenere, & facere Dominum Epiſcopum, & caſtellanos, & homines prædictos omnia attendere in voluntate prædicti poteſtatis Mediolanenſis. Verſa quidem vice jam dictus Petrus Nigrus poteſtas Aquenſis nomine communis de Aquis pro tota eorum parte promiſit iſti Domino Epiſcopo ſuo nomine, & nomine totius ſuæ partis ſub eadem pœna quingentarum marcharum argenti attendere, & obſervare, & hæc omnia promiſit attendere, & ſuper ſancta Dei Evangelia juravit conſenſu, & voluntate Ambaxiatorum de Aquis. Hi ſunt Jacobus Boccacius, & Belengerius de Seremdico, Magiſter VV. Sordodo, qui juravere prædicta omnia attendere, & nunquam contravenire. Inſuper D. Jacobus Butigella, & Bernardus Iſembaldus conſules communis Papiæ promiſerunt conſenſu, & voluntate Ambaxiatorum ejuſdem civitatis, hi ſunt Gualfredus de Turricella, & Oliverius Iſembardus, & D. Rainerius de S. Nazario infraſcripto Domino Epiſcopo ſtipulanti omnia attendere, & obſervare. Inſuper promiſit, & juravit una pars alteri reſtituere, & emendare omnia damna, & omnia facta, & omnes offenſiones habitas, & factas a die Jovis proxime præterito citra, & per totum ipſum diem Jovis ſecundum mandatum prædicti poteſtatis Mediolan. Inſuper D. Ubertus antedictus præcepit, & ſtatuit prædictis partibus, ut prædictam treguam teneant in eundo, & redeundo, & in perſonis, & rebus, uſque ad calendas februarii proximi. Item præcepit, & ſtatuit, quod incarcerati dimittantur ab utraque parte faciendo idoneam ſecuritatem redeundi in carceribus uſque ad medium januarii proximi ſolvendo tamen guardias retro factas uſque ad hunc diem, & homines, & caſtella, & loca in tali ſtatu, & in tranquilla tregua permaneant uſque ad prædictum terminum calendas februarii tali modo, quod una pars alteri nullam offenſionem inferat, nec ſe intromittat de hominibus, nec de caſtellis, neque de villis, neque de locis, quæ altera pars teneret ullo modo uſque ad dictum terminum. Etſi diſcordia oriretur de facto guardiæ ſuæ, ſeu penſionum carceratorum, ſive manulevatorum, ſeu ſecuritatem eorum, ſicuti Ambaxiatores, qui venerint Aquis ſtatuerint, ratum habeant pro utraque parte. Item præcepit utrique parti, ut prædicta omnia attenderent, & obſervarent ſub debito Sacramento, quo ei tenebantur, & ſub eadem pœna quingentarum marcarum argenti, una pars alteri inter ſe viciſſim promiſſa, prout ſupra legitur rato manente pacto, & omnia prædicta præcepit, & ſtatuit prædictus D. Ubertus, ſalvo tamen eo, quod a ſe foret additum, vel diminutum, prædictus D. Ubertus, & alii inter ſe contrahentes hanc cartam fieri rogaverunt. Interfuere teſtes D. Ubertus de Fontana, D. Jacobus de Baſſignano, & D. Thebaldus Malacoriggia, & D. Ugo de Camerano teſtes &c.

Fœdus inter cives Aquenſes, & Dominos, ac Oppidanos Meladii.

M C C V I I. 127

Anno Domini MCCVII. indictione X. die Jovis V. nonas madii in refectorio Aquenſium Canonicorum utroque conſilio majore, & populi in unum per Campanam collecto D. Otto Rava, & Anſelmus Morambonus conſules de Meladio nomine, & vice totius communis, & caſtri dominorum de Meladio præſente, & conſentiente D. Arnaldo Naſo Gatalano, atque Gulla, qui dicitur de Melazo, atque Podavinea, & Gullielmo fratribus, atque Alberto Cantono, & Rofredo, atque Ardezono Triunto præſentibus, & conſentientibus per ſe, & per omnes vicinos ſtantes, & manentes ex parte dicti caſtri dominorum, & per omnes, qui ſunt, & eſſe voluerint ex parte iſta, & per omnes ſuos hæredes promittunt, conveniunt, & conſtituunt ſe, & eos de cetero in perpetuum D. Petro Nigro Aquenſi poteſtati nomine, & vice communis Aquis cum interpoſita ſtipulatione eſſe cives Aquenſes veluti ſtantes, & habitantes in civitate, & quod erunt obedientes iſti poteſtati, & omnibus rectoribus Aquis, qui pro tempore fuerint de omnibus his, quæ pertineant ad honorem, & utilitatem Aquenſis communis, & civitatis facientes juſtitiam, & rationem per poteſtatem, vel per conſulem, aut rectores Aquenſes, qui pro tempore fuerint, id eſt ſi aliquis Aquenſis, vel Papienſis de eis querimoniam fecerit; guerram, & pacem facere nmnibus hominibus, & locis quibus Aquenſis civitas facere voluerit de perſonis ſuis, & de rebus de caſtro Meladii, turribus, & domibus ſuis non vetantes eas munitas, neque ſcaritas Aquenſi civitati, & communi: immo dabunt eas Aquenſi poteſtati, vel Aquenſibus conſulibus, qui pro tempore fuerint, & hoc facient quotieſcumque civitas voluerit, vel fuerit neceſſe. Pace vero effectui data, omnia libera, & abſoluta eis reddentur. Poſſunt quoque homines de dicto loco Meladii, cui voluerint de ipſo loco guerram facere, dum tamen non ſit contra commune, vel ſpecialem perſonam Aquis, vel Papiæ, & ſic totum in integrum ut ſupra, & infra legitur. Infraſcripti homines per ſe, & omnes dictos, & heredes ſuos omni in tempore attendere, & obſervare tactis Evangeliis jurant bona fide, excepto quod non debent aliquo modo aliquod fodrum ſe communi Aquenſi, vel dacita civitati dare, vel facere uſque ad tres annos proxime venturos, obligando omnia bona ſua pignori. Vermavice iſte poteſtas præſente, & conſentiente utroque conſilio majore, & populi promittit bona fide & ſine fraude per ſe, & omnes ſuos ſucceſſores infraſcriptos homines omnes, & eorum heredes adjuvare,

vare, manutenere de cetero, & defendere tanquam ſuos cives bonos, & ſpecialiſſimos, & ſpecialiter de omni guerra, quam haberent, vel facerent voluntate Aquenſis poteſtatis, vel conſulis, ſive rectorum Aquis habito conſilio inde per campanam ſonatam, nec aliter eos ultra quam alios cives Aquenſes in aliquo compellere: & totius ſic obſervandi totum conſilium utrumque attendere, & obſervare bona fide tactis Evangeliis in perpetuum jurat, & quod non coget illos, aut aliquos ſine eorum voluntate, ut veniant habitare Aquis; & neque caſtrum, ſeu villam Meladii deſtruere, & quod adjuvabunt eos omnes, & eorum heredes, ut neque Aquenſi Epiſcopo aliquo in tempore ultra voluntatem fodrum dent, neque ſolvant; alioquin prout melius poterunt pro eis hominibus *ſatis* facere, vel comuniter cum ipſis ſolvere (*curabunt*): & hoc totum in integrum obſervari, & jurari facient in plena concione Aquenſi, & a conſulibus, & conſilio Papiæ facient confirmari cuncta infraſcripta: poteſtas, & conſilium totum, & dicti omnes ut ſupra, & infra hanc cartam fieri, & ſcribi juſſerunt.

Præterea die Sabbati XIX. menſis madii in palatio Papiæ D. Valerio de Caneva nova, Gullielmo Rabia, & Jacobo Butigella tunc exiſtentibus conſulibus communis Papiæ, tota credentia ejuſdem civitatis præſente in unum collecta per campanam, infraſcriptus Petrus Niger, & Aquenſis poteſtas ex parte Aquenſis communis notificans pactum, & concordias, ſeu promiſſiones factas, & confirmatas inter Aquenſes, & homines de Meladio, afferens quoque ſe, & conſilium Aquenſe teneri facere, confirmare a conſulibus, & conſilio Papiæ: hoc totum tam conſules, quam conſilium totum ut ſupra approbavit, & confirmavit jubendo hanc inde cartam ſcribi. Ego Ogerius Pal. Not. interfui, & hanc cartam ſcripſi.

(1) *Hujus fœderis tabulas jam edidit Malacarne* Ozj lett. t. 2. p. 247., *ſed adeo imperfecte, atque corrupte, ut & pluſquam dimidia pars eorum, quæ hic habentur, ibi deſit, & ea quæ protulit, quandoque ſenſu omni careant. Inter multa errata, quæ data opera omittimus, unum ſeligimus, quod & maximi momenti eſt, & facile in mendoſo etiam exemplari adverti poterat, atque nota temporis eſt, quæ ſanari aliter haud poteſt, niſi addito nonas vocabulo.*

Juramentum Ugonis Ep. Aq. de pace cum Papienſ. & Aquen. ſervanda nunciis Mediolanenſibus præſtitum.

128 MCCVII.

In nomine Domini. Amen. Anno Dominicæ Nativitatis MCCVII. die Jovis IX. menſis auguſti, indictione X. in territorio de Baſſignana in pratis, quæ ſunt juxta manſionem de rivo de Pulverio coram D. Arnaldo de Bombello, & D. Arnaldo de Superaquas Ambaxiatoribus communis Mediolani ad hoc ſpecialiter deſignatis, ipſi D. Arnaldo de Superaquas concionante, & de voluntate, & conſenſu prædicti D. Arnaldi Bombelli, & eo præſente, & ordinante juravit ad ſancta Dei Evangelia D. Ugo Aquenſis, & Alexandrinus Epiſcopus pacem, & concordiam Papienſibus, & hominibus Aquenſis urbis, & eorum partibus per ſe, & ſuos homines ſuæ partis, ſicut per omnia continetur in ſcripto uno, cujus tenor talis erat. In nomine Domini amen. Super diſcordiis, quæ vertuntur inter Aquenſes, & Papienſes ex una parte, & Alexandrinos, & Epiſcopum ex altera talis eſt concordia videlicet: ut unio, ſeu concordia facta per Dominum Papam Innocentium ſecundum privilegium ipſius Domini Papæ, ſive ſecundum modum ipſius privilegii perpetuo firme ſervetur, & illibate. Item caſtrum de Caſtelleto reddatur Epiſcopo Aquenſi, priuſquam pax fuerit, & jurata, ita tamen quod hominibus ipſius caſtri fiat finis, & pax de omni eo, quod occaſione illius caſtri fuiſſet factum, & quod factum dici potuiſſet de illo caſtro, vel pro illo caſtro hinc retro. Item de omnibus maleficiis inter ipſas partes uſque nunc habitis, vel factis, vel de omnibus damnis datis ab una parte in aliam fiat finis, & pax, & refutatio. Item hominibus Vidixoni, & Cavatorii, qui iverunt habitare in civitate de Aquis a tempore præſentis guerræ infra, remittantur Sacramenta, quæ fecerunt Aquenſibus, & ab illis Sacramentis abſolvantur omnino, & ſit illis hominibus Vidixoni, & Cavatorii liberum arbitrium habitandi, ſeu domicilium mutandi ubicumque voluerint ſine alicuius partium impedimento, & contradictione. Illa quoque jura, quæ Dominus Epiſcopus habet in prædictis locis, vel eorum territoriis debent habere quiete, & illi homines eorumdem locorum ſimiliter ſua jura, quæ in iis locis vel eorum territoriis habent, debeant habere quiete, & ſi inde lis eſſet, vel diſcordia, debeat eſſe in communi Mediolani ad cognoſcendum, vel decidendum jure, vel per convenientiam, quæ fiat voluntate partium, quæ cognitio litis debeat eſſe viſis diſcordiis in loco Caſſini, vel alibi, ſi partibus placuerit fore cognoſcendum. Duo viri eorumdem locorum veniant ad cauſam pro ſe, & reliquis ubi fuerit locus ſtatutus voluntate partium ſine diſpendiis judicaturarum, & victualium poteſtatum, & ſervientium ſuorum. In hoc quidem promittit commune Papiæ, quod non præſtabit conſilium, vel auxilium alicui hominum ipſorum locorum contra cognitionem, vel ſententiam Mediolani, vel Aquenſibus, vel aliis ſubvenientibus, vel juvantibus illos, ruſticis contravenientibus. Viciſſim Alexandrini promittunt non præſtare juvamen, vel defenſionem, vel conſilium Epiſcopo, nec ſuo ſucceſſori, neque Epiſcopatui, neque ſubvenientibus, nec juvantibus Epiſcopum contra cognitionem, vel ſententiam Mediolani, & inſuper omnia jurabunt Aquenſes omnes ab annis quatuordecim ſupra, & a ſeptuaginta infra, quod ſic erit obſervatum, nec adjuvabunt ipſos homines de Vidixono, & Cavatore, ſi voluerint venire contra cognitionem, & ſententiam Mediolani. Prædictam pacem, & concordiam, & unionem jurent attendere Aquenſes principaliter pro ſe, & ſua parte Domino Epiſcopo, & Alexandrinis, & eorum parti. Ex altera parte Dominus Epiſcopus principaliter Aquenſibus, & Papienſibus, & eorum parti toti pro ſe, & ſuam partem, & ejus ſucceſſores. Præterea Papienſes

jurent hanc pacem pro se, & sua parte attendere, & facere Aquenses istam pacem, & concordiam bona fide sine fraude attendere D. Episcopo, & Alexandrinis, & eorum parti; & si Aquenses contravenirent, quod eos non adjuvabunt, nec defendent. Versa vice jurent Alexandrini ipsam pacem, & concordiam, ut unionem per se, & suam partem attendere, & facere D. Episcopum, & per se, & ejus successores, & Episcopatum ejus attendere bona fide, & sine fraude; & si D. Episcopus, vel ejus successores contravenirent, quod eum, vel eos non adjuvabunt, nec defendent, salvo omni jure, quod Episcopus habet in civitate Aquis, vel in ejus Episcopatu. Item jurent omnes attendere in perpetuum, ita quod ob aliquam discordiam, vel litem, quæ orietur inter ipsas partes non rumpatur pax, nec guerra inde fiat quoquo modo. Et ita promittant partes, & jurent. Insuper juravit Episcopus, quod faciet bona fide suos homines suæ partis omnia dicta jurare: prædicti D. Episcopus, & Ambaxiatores hanc chartam fieri præceperunt. Interfuerunt testes Gualfredus de Torricella, Petrus Ramfredus, Guasconus de Beccaria, Assalitus de S. Nazario, Zalcherius Trovamala de Papia, & Guastavinus, & Rainerius Nanus, Rufinus de Bellono, Rufinus Scacavellus, & Rufinus de Marenco de Alexandria, & alii plures testes.

Idem juramentum consuli Aquensi.

129 MCCVII.

Anno Incarnationis Domini MCCVII. die Veneris 10. augusti, indictione X. in Ecclesia Sancti Petri de Alexandria in præsentia DD. Arnaldi de Mombello, & Arnaldi de Superaquas Ambaxiatorum Communis Mediolani ad hoc specialiter determinatorum. D. Ugo Aquensis, & Alexandriæ Episcopus ex parte ipsius Episcopatus fecit pacem, & finem, & refutationem per se, & suos successores, & suos homines, & sua parte magistro Henrico consuli urbis Aquensis nomine, & vice communis ipsius urbis prout per omnia continetur in instrumento pacis, & concordiæ, cujus tenor talis est ut supra.

Pro decima Templariorum Ecclesiæ majori Aquensi debita.

130 MCCVIII.

Anno Domini MCCVIII. indictione XI. die Mercurii 8. julii (1) in Aquis in claustro sanctæ Mariæ Presbiter Petrus minister sanctæ Margaritæ coram D. Anselmo Præposito dictæ Ecclesiæ confitetur, quod tenet unam petiam terræ, quæ fuit quondam Burghesii, quæ jacet in territorio Aquis in centanario, cui coheret Scota, Rainaldus Lupo, & Joannes Christianus. Quam terram dicit, & confitetur quod debet reddere quartum dictæ sanctæ Mariæ, & consuevit ei dare dictum quartum terræ. Interfuerunt testes Scota, magister Henricus, & Wilelmus Farinerius rogati. Inde dictus Præpositus jussit chartam fieri. Ego Jacobus Notarius hanc chartam scripsi. Ego Ubertus Galea de Aquis Notarius Palatinus mandato D. Alberti Aquensis Episcopi hanc chartam factam a prædicto Jacobo sicut in ea inveni ita, & in isto scripsi exemplo ec. Ego Bonfilius Notarius Palatinus ec.

(1) *Erravit Notarius pro 9. julii.*

Promissio consulum Aquensium servandi sententiam Potestatis Albensis.

MCCIX. 131

Anno Domini MCCIX., indictione XII., die Jovis 6. exeunte martio in Aquis in refectorio S. Mariæ præsentibus Anselmo Ponpetra de Alba, Anselmo Cerato Ambaxiatoribus Albæ, & Bernardo Notario Albæ, Arnaldo de Meladio, Otto Marengus, Laurentius de Cavatore, Ubertus Moiciu[s], Belengerius de S. Andrea, Arnaldus Bruna consules civitatis de Aquis nomine, & a parte communis ipsius civitatis in pleno consilio voluntate consilii promiserunt stipulantibus Ugoni Claro judici, Alberto de Bonello Sindicis, & Procuratoribus communis Alexandriæ nomine, & a parte ipsius communis promissionem recipientibus attendere, & observare ea, quæ in scripto sententiæ sigillato sigillo communis Albæ continebuntur, & quæ in eo descripta a D. Nicolao de Foro Albensi Potestati de voluntate Albensis credentiæ totius, vel majoris partis addentur sub ea pœna, quæ in eodem scripto continetur; & inde isti consules hanc chartam fieri jusserunt. Actum in eodem modo feliciter amen. Ego Guillielmus Notarius Sacri Palatii interfui, hanc chartam tradidi, & me subscripsi.

Sententia Potestatis Albensis de controversiis Aquensibus, & Alexandrinis.

MCCIX. 132

Anno Dominicæ Incarnationis millesimo ducentesimo nono, indictione XII. 3. idus aprilis. Cum Alexandrini, & Aquenses sese compromisissent in D. Nicolaum de Foro Albensem potestatem vice, & nomine communis Albæ stare mandatis, seu præceptis, quæ eis faceret secundum quod continebatur in duobus instrumentis factis a Nicolao Notario . . . . . D. Nicolaus voluntate consiliariorum Albensium congregatorum per campanam in simul ita pronunciavit, videlicet quod facto fine, & renunciatione, & pace, atque tranlactione ab Alexandrinis versus Aquenses, & ab Aquensibus versus Alexandrinos ad invicem de omnibus guerris præteritis, & offensionibus, & damnis datis, sive factis in personis, vel rebus ab alterutra partium versus alteram usque ad præsentem diem tali modo, quod neutra partium possit exinde aliquatenus ab altera conveniri salvis omnibus, quæ in infrascriptis capitulis continentur civitas Alexandriæ, & civitas Aquis sint una, eademque civitas, & qui consul, vel potestas Alexandriæ fuerit, sit consul, vel potestas Aquis. Similiter qui consul, vel potestas fuerit Aquis, sit consul, & potestas Alexandriæ, ita tamen quod consul, sive potestas Alexandriæ debeat cognoscere solummodo de justitia in suo Foro. Similiter consul, sive potestas, sive

poteſtas Aquis de juſtitia tantum in ſuo foro cognoſcat, & utrique civitatum liceat eligere poteſtatem, vel conſulatum, conſulem, qui regat ſuam civitatem, dummodo non eligat poteſtatem, vel conſulem, conſulatum, ſive rectorem de aliquo loco, qui ſit inimicus, vel contrarius Alexandrinis, vel Aquenſibus, & neutra civitatum ſalarium, ſive pretium poteſtati, vel conſuli alterius civitatis ſolvere, vel fodrum dare alii teneatur. Item qui fuerit de conſilio Alexandriæ ſit de conſilio Aquis. Similiter qui fuerit Aquis ſit de conſilio Alexandriæ, & ubicumque ſit in alterutra civitatum, cum audierit ſignum conſilii, vel interfuerit requiſitus, ire ad conſilium teneatur, & quod ibi dixerit, vel audierit tenere ſecretum, ſi ei injunctum fuerit, aut ei ſecretum ſuadebitur obtinendum. Item teneantur Aquenſes adjuvare, ſalvare, defendere, & manutenere ſingulariter, & univerſaliter in perſonis, & rebus homines Alexandriæ, & ejus diſtrictus, & juriſdictionis bona fide, & ſine fraude ubicumque ad ſuum poſſe. Eodem modo Alexandrini teneantur verſus Aquis. Item Aquenſes teneantur facere novam guerram, & pacem, & exercitum, & cavalcatam pro communi Alexandriæ de guerris ſpecialiter Alexandrinis, & ſuorum civium contra omnem perſonam, & omnes perſonas, & civitates, & loca cui, vel quibus civitas Alexandriæ guerram faceret, vel cum quibus guerram haberet ſecundum voluntatem, & præceptum poteſtatis, vel conſulum Alexandriæ pro tempore exiſtentium, & totius conſilii Alexandrini, vel majoris partis congregati per campanam infra quindecim dies poſtquam a prædictis conſulibus, ſive poteſtate Alexandriæ pro tempore exiſtente voluntate totius conſilii Alexandrini, vel majoris partis per ſe, vel per ſuum nuncium eis dictum fuerit, vel mandatum, nec de ea guerra facient pacem, ſeu treguam, vel guerram recregutam, vel poſſam in fraude ſine licentia totius conſilii Alexandrini, vel majoris partis congregati per campanam. Alexandrini vero teneantur, ſi ab aliqua perſona, vel perſonis, vel civitate, ſive loco, aut partibus civitatis ſive inciperetur guerra, vel fieret Aquenſibus aut damnum eis illatum fuerit: & tunc Alexandrini infra 20. dies, quo guerra incepta, vel damnum illatum fuerit Aquenſibus, facere damnum reſtitui Aquenſibus, vel eis inde juſtitiam fieri, vel ad voluntatem Aquenſium concordari; ita quod faciendo fieri juſtitiam lis intra prædictos 20. dies debeat conteſtari, & poſt litem conteſtatam infra 40. dies cauſa debeat definiri. Quod ſi Alexandrini nec poſſint facere damnum reſtitui.... Tunc poſſint infra 20. dies proximos poſt (1) latam ſententiam, niſi Aquenſibus ſatisfactum fuerit, facere vivam guerram ei perſonæ, vel perſonis, & civitati, & loco, & civitatibus, ſive locis, qui guerram Aquenſibus incepiſſent, & damnum, ſive injuriam intuliſſent, & quod de ea non facient pacem, vel treguam, ſeu guerram recregutam, vel poſſam in fraudem ſine voluntate totius conſilii Aquis, vel majoris partis congregati per campanam. Item ſi Aquenſibus guerra oriretur, ſive fieret pro guerris, quas cives Alexandrini facerent, ſive pro guerris, quas voluntate, & conſilio utriuſque civitatis Alexandriæ ſcilicet & Aquenſis reciperent, vel facerent, teneantur Alexandrini quod non facerent pacem, vel treguam, vel guerram, recregutam, vel poſſam in fraudem ſine voluntate totius conſilii Aquis, vel majoris partis congregati per campanam. Item ſi Aquenſes communiter, vel diviſim de aliquo, vel aliquibus juſtitiam, ſeu rationem exigerent, & per homines Alexandriæ conſequi non poſſent tunc teneantur Alexandrini juvare eos exinde tamquam cives Alexandrinos in civitate Alexandriæ habitantes de ſuo jure. Item ſi caſtrum, vel villa, vel aliquis quæſtus exponeretur venalis civitati Alexandriæ, vel civitati Aquis a Caſſinis ſupra in Epiſcopatu Aquenſi, una teneatur adjuvare (2) alteram in eo ſecundum quod voluerit ſolvere de pretio uſque in dimidium. Si vero civitas Alexandrina, vel civitas Aquis alio modo a Caſſinio ſupra in Epiſcopatu Aquenſi acquireret caſtrum, vel villam deinceps, vel aliquam acquiſitionem faceret, medietas alterius ſit. Item ſi alterutra dictarum civitatum pro communi ceperit in aliquo tempore pecuniam, vel exactionem aliquam, ſive aliquod ſervitium in Epiſcopatu, vel in locis, vel in terris propriis Aquenſis Eccleſiæ, ſive in locis, quæ tenet, & poſſidet, aut tenere, ſeu poſſidere videtur Aquenſis Epiſcopus medietas ſit alterius. Item cum Alexandrini, & Aquenſes ibunt in exercitum medietas hominum Epiſcopatus bona fide, & convenienter, ſecundum quod utraque civitas inde ſe concordaverit, vadat cum Alexandrinis, & alia medietas inſimul cum Aquenſibus. Item teneantur Aquenſes abſolvere, & dimittere bona fide, & ſine fraude omni, fortia, moleſtia, & ſeductione ceſſante homines de Cavatorio, & omnes homines de Vidixone, qui in dictis locis erunt ſoliti habitare eo tempore, quo receſſerunt communiter ab ipſis locis cum omnibus eorum rationibus & poſſeſſionibus, ut ad illa loca revertantur habitare ſtatuentes (3) ibi ſalvo jure cujuslibet pro diviſo civium Aquenſium ſingulariter, & illos facient ad illa reverti habitare (4) uſque ad proximam octavam S. Johannis junii, niſi abſolutione poteſtatis Alexandriæ, & totius conſilii Alexandrini, vel majoris partis congregati per campanam obtenta, neque eos homines priuſquam ad illa loca reverti fecerint habitare, de cætero in cives recipient, nec eos per Sacramentum, vel alio modo Aquis habitare conſentient, nec conſtringent, tamen ſi quis homo de prædictis locis vellet pacifice dimittere, & relinquere terras, & poſſeſſiones, quas haberet in ipſis locis, liceat ei habitare Aquis, vel quo voluerit & Aquenſibus liceat eum recipere in hunc modum, ita quod tamen poſſint terras, & poſſeſſiones ejus de Vidixone Cavatorio accipere, & poſſidere ſi voluerint abſque moleſtiis, & ejus contradictione. Alexandrini vero tenentur, quod homines de Vidixono, & Cavatorio occaſione guerrarum præteritarum, ſive offenſionum, & præcipue qui aveniant habitare Aquis, aliquatenus non offendant, neque talionem, ſeu malum guiderdonem eis ob id retribuent. Item Alexandrini teneantur facere, ita quod Domini Murbelli reſtaurent hominibus Vidixoni totum damnum, quod eis intulerunt priuſquam Alexandrini, & Aquenſes in Albenſibus compromi-

ſerunt. Aquenſes autem teneantur bona fide, & ſine fraude dare operam, conſilium, & auxilium, quam citius poterunt, ut Aquenſis Eccleſia, & Alexandrina Eccleſia pariter ad unionem perveniant, ita tamen quod civitas Alexandrina propter ipſam unionem in civitate Aquis nullam habeat juriſdictionem, ſeu dominium, & commune Alexandriæ teneatur annuatim facere fieri nundinas apud Aquis ad octavam ſancti Michaelis duraturas per octavam ſpatio quatuor dierum, niſi juſto impedimento, vel abſolutione Aquenſium remanſerit. Alexandrini quidem per totum annum non teneantur, neque debeant dare pedagium, vel curadiam aliquam Aquis, niſi priſtinum pedagium Epiſcopi conſuetum. Similiter & Albenſes non debeant dare pedagium, vel curadiam Aquis in toto anno, niſi quantum Alexandrini dabunt, cum Albenſes ſint cives Alexandrini. Aquenſes vero non debeant in Alexandria dare, nec ab eis accipiatur pedagium, vel curadia aliqua, niſi pedagium priſtinum Marchionis antiquitus conſuetum. Item Aquenſes non debeant dare pedagium, vel curadiam in Alba, niſi quantum Alexandrini dabunt. Si autem Alexandrini invitarent, ſeu requirerent in uſum exercitum, vel expeditionem Aquenſes, omnes capti, qui de adverſariis caperentur, ſint Alexandrinorum; eodem modo ſi Aquenſes in unum exercitum, vel expeditionem invitarent, ſeu requirerent Alexandrinos, omnes capti de adverſariis ſint Aquenſium. Verum ſi alterutra civitatum captos haberet, pro quibus una, vel altera ſuos captos cives poſſet ideneo cambio recuperare, dare alteri teneatur, ſi fuerit exinde ab altera requiſita: de prædis, & captis vero, ad quas, vel quos capiendos Alexandrini, & Aquenſes univerſaliter pro communi ſimul interfuerint, quinta pars ſit Aquenſium, reliquum ſit Alexandrinorum. Sin aliter interfuerint ſecundum quantitatem, ſeu numerum peditum, & militum utriuſque civitatis, quæ tunc capta fuerint, dividantur, Item Alexandrini, & Aquenſes pariter teneantur prohibere, quod nullus locus denuo fiat ab octo milliariis prope civitatem Aquis, niſi fieret voluntate, & conſilio utriuſque civitatis Alexandriæ ſcilicet, & Aquenſis. Item filii Martini de Meladio ita teneantur Alexandrinis, ut Aquenſes tenentur Alexandrinis ſecundum formam ſcilicet iſtius inſtrumenti. Alexandrini vero teneantur filiis Martini de Meladio, ut Alexandrini ſecundum formam prædictam Aquenſibus tenentur. Item ſi quis habitator Alexandriæ ferutam, ſeu aliquod maleficium, quod abſit admiſerit in civem habitatorem Aquis, teneantur Alexandrini ita de eo malefactore vindictam facere, ſeu pœnam capere, quemadmodum ſi in civem habitatorem Alexandriæ admiſiſſet Eodem modo Aquenſes verſus Alexandrinos exequi, & attendere teneantur. Item ſi commune Alexandriæ cauſam, vel placitum habuerit coram poteſtate, vel conſulibus Aquis, nullam judicaturam, vel datam inde ſolvat. Similiter ſi commune Aquis cauſam, vel placitum habuerit coram poteſtate, vel conſulibus Alexandriæ, nullam judicaturam, vel datam inde ſolvat. Item ſi aliqua diſcordia, quod Deus defendat inter Commune Alexandriæ, & Commune Aquis oriretur per Epiſcopum ipſarum civitatum, ſive per Canonicos majoris Eccleſiæ utriuſque civitatis, ſi Epiſcopo carerent, infra quadraginta dies definiatur, & terminetur. Hæc omnia qualiter ſuperius continentur, juramento teneantur Aquenſes verſus Alexandrinos in pœna mille marcharum argenti ſolvenda Communi Alexandriæ, niſi attenderint in perpetuum exequi, & obſervarent attendere bona fide, & in contrarium non venire, & quod ita facient cives omnes habitantes Aquis a decimoquarto anno ſupra uſque in 70. bona fide juvare quod ſupradicta omnia, & ſingula obſervabunt, & annuatim in capitulo ſupra quod jurabunt poteſtas, vel conſules Aquenſes. Item facient, quod hæc omnia in integrum, & inviolabiliter in omnibus, & per omnia ab Aquenſibus verſus Alexandrinos in perpetuum obſerventur ſalvo domino Imperatore. Eodem modo Alexandrini verſus Aquenſes juramento teneantur in pœna mille marcharum argenti ſolvenda communi Aquis, niſi attenderent in perpetuum exequi, & obſervare, & attendere bona fide omnia, quæ ſuperius continentur, & in contrarium non venire, & quod facient ita jurare omnes cives habitantes Alexandriæ a 14. annis ad 70. bona fide, quod ſupradicta omnia in integrum per ſingula obſervabunt, & annuatim in capitulo ſupra quod jurabunt poteſtas, vel conſules Alexandriæ facient, quod hæc omnia in integrum, & inviolabiliter in omnibus, & per omnia ab Alexandrinis verſus Aquenſes in perpetuum obſerventur ſalvo domino Imperatore, & ſalvis Mediolano, Placentia, Derthona, & Alba. Hæc omnia pronunciata fuerunt ſupra Eccleſiæ Beati Laurentii voltas in civitate Alba præſentibus teſtibus Ogerio Ratto, Henrico Simplice de Calamandrana, Bonifacio Albenſi Archidiacono, Oberto Mangogo, Rivalegario, & Rufino de Placentia, Widone Vaditi, Cullia, Henrico Ghiſalberto, Willelmo de Vineis, Conrado de Alamannis. Ego Bonifacius de Vineis Notarius interfui, & ſcripſi. Ego Ubertus Notarius ec. Ego Henricus Notarius ec. Ego Petrus Notarius Sacri Palatii ec.

(1) *Hic & paullo ante lin.* 49. *exemplaria nonnulla habent* prius *ſed perperam.* (2) *In alio* aſſociare.
(3) *In aliis puncta loco verbi* ſtatuentes.
(4) *Civitatis Aquenſis.*

Appendix ſententiæ circa honorem, ac jura Aquenſis Epiſcopi in civitate Aquenſi.

MCCIX. 133

Anno Domini MCCIX., indictione XII., die Sabbati II. intrantis aprilis in pleno conſilio Albæ ſuper voltam S. Laurentii. In præſentia D. Ugonis Turturelli (*Tornielli*) Alex., & Aquis Epiſcopi, item præſentibus Oberto Moicio conſule de Aquis, & Jacobo Bucatio, Oberto Mantea, & Ottone, Rappa de Melatio civitatis Aquis Ambaxiatoribus, item D. Gullielmo de Aliate Alexandriæ poteſtas, D. Nicolinus de Foro Albenſis poteſtas pronunciavit, & dixit dicto conſuli de Aquis, ut D. Ugo Epiſcopus habeat de cetero in civitate Aquis omnes honores, & dignitates, & jura, quas quæve habebat in eadem civitate per annum unum, antequam ipſe de Aquis pro diſcordia Alexandrinorum, &

Aquenſium exiret, & inde D. Gullielmus ad honorem D. Epiſcopi, & communis Alexandriæ mihi Gullielmo pub. Not. publicum facere inſtrumentum præcepit. Actum in illo loco. Ego Gullielmus Sacri Palatii Notarius interfui, & hanc chartam ſubſcripſi.

Venditio plurium locorum a Marchione Ottone de Carreto Aſtenſi Reipublicæ.

MCCIX.

134 In nomine Domini amen. Anno ejus MCCIX., indictione XII., die lunæ VI. intrantis julii D. Otto de Carreto marchio Saonæ cum conſenſu, & voluntate D. Hugonis filii ſui fecit venditionem in manu D. Henrici Zazii poteſtatis Aſtenſis ad partem communis Aſtenſis nomine communis de Aſte jure proprietario nominatim de omni eo, quod ipſe D. Otto habet, tenet, & poſſidet per ſe, vel per alium, vel habebit ulterius, & quondam, ſeu modo viſus eſt habere, tenere, & poſſidere per ſe, vel per alium juſte, vel injuſte in Caſto, in Curtemiglia, in Boſea, in Turre de Burmia, in Bergolio, in Turre ut ex his quidquid voluerint faciant ſine omni contradictione prædicti Ottonis, & heredum ſuorum. Inſuper dictus Bonifacius Otto pro ſe, & pro ſuis heredibus promiſit prælibato D. Henrico Zazio poteſtati Aſtenſi nomine communis de Aſte ſtipulanti ſibi, ſuiſque heredibus ſucceſſoribus, aut cui dederint, vel vendiderint omnia ſupradicta, ſicut ſupra leguntur in integrum, ſicut pro tempore meliorata fuerint, aut noluerint ſub extimatione pretii in conſimili loco ab omni homine ſub pœna dupli defendere, & expedire, & eandem venditionem firmam tenere, nec removere, nec contravenire aliquo tempore ullo modo, nec occaſione aliqua, neque ratione ulla, quæ omnia prædicta ſint vendita, ſeu tradita minus dimidio juſti pretii, neque aliquo alio modo jure, nec aliqua alia conſuetudine, nec aliquo alio modo, & ibidem ipſe D. Otto conſtituit ſe poſſidere omnia prædicta nomine communis Aſtenſis. Præterea D. Ugo ejuſdem D. Ottonis filius promiſit D. Henrico Zazio poteſtati Aſtenſis ad partem communis Aſtenſis ſtipulanti ſibi, ſuiſque heredibus, ſucceſſoribus, aut cui dederint, vel vendiderint omnia ſupradicta ſicut pro tempore fuerint meliorata, aut voluerint ſub extimatione in conſimili loco ab omni homine defendere, & expedire, & eandem venditionem firmam tenere, nec removere, nec contravenire in aliquo tempore ullo modo, nec occaſione aliqua, nec ea ratione quod omnia prædicta ſint vendita, vel tradita minus dimidiam juſti pretii, nec aliquo jure, nec aliqua alia conſuetudine, nec aliquo alio modo, & ſi quod poſſidet ex prædictis conſtituit ſe nomine communis de Aſt poſſidere. Actum urbe Aſt in Eccleſia ſancti Joannis de Domate coram credentia ibi per campanam congregata. Interfuerunt teſtes D. Rolandus medicus, Judex poteſtatis Haſtenſis, Guidonus Zazius ejus miles, Raimundus de platea, Petrus Laurentius, Guillielmus Silvaticus, Drochus Palius, Albertus de Canelio, Sibiliator de Lanerio, Bonefacius de Arguello, Bonefacius de Gorino, & multi alii, qui ad credentiam convenerant. Eodem die prætitulatus D. Otto juravit ſuper Dei Evangelia hanc venditionem ut ſupra legitur integram, firmam tenere, nec removere, nec contravenire in aliquo tempore occaſione aliqua, nec ea ratione, quod prædicta vendita, vel tradita ſint minus dimidiam juſti pretii neque aliquo alio jure, neque ulla conſuetudine, nec aliquo alio modo per ſe, nec per ſuos heredes, nec per aliam ſuppoſitam perſonam juravit etiam abrenuntium fidelitatibus Vaſſallorum militum, & ruſticorum, & eos ex illis fidelitatibus abſolvere, & fidelitates poteſtati, & communi de Aſte fieri facere bona fide, & ſine fraude; & quoties poſuerint, vel mutaverint Caſtellanum in aliquo prædictorum locorum quod faciet illum jurare fidelitatem communi de Aſte; & poſtquam renuntiaverit fidelitatibus Vaſſallorum militum, & ruſticorum, & ex eis eos abſolverit, quod præterea non recipiet fidelitatem ab eis, niſi ſalva fidelitate communis, & hominum de Aſt. Similiter D. Hugo ejus filius juravit ſuper Dei Evangelia eandem venditionem ut ſupra legitur in integrum firmam tenere, nec removere, & non contravenire in aliquo tempore occaſione aliqua, nec ea ratione quod prædicta vendita ſint, vel minus dimidiam juſti pretii, neque aliquo alio jure, nec ulla conſuetudine, nec aliquo alio modo per ſe, nec per ſuos heredes, nec per aliam ſuppoſitam perſonam. Actum urbe Aſt in publica concione factam mercato de Domate. Interfuerunt teſtes D. Rolandus medicus, Guidonus Zazius, Bayamundus de Platea, Petrus Laurentius, Guillielmus Silvaticus, Drocus Palius, Albertus de Canellio, Sibiliator de Lanerio, Bonifacius de Arguello, Bonifacius de Gurino, & multi alii, qui aderant in illa concione; eodem die, & in eodem loco ſcilicet in illa concione D. Henricus Zazius poteſtas Aſtenſis nomine, & vice communis de Aſt inveſtivit D. Ottonem de Carretto marchionem Sagone, & D. Ugonem ejus filium in rectum, & gentile feudum in filios, & in filias nominatim de toto eo, quod dictus D. Otto vendiderat communi de Aſt in Caſta, in Curtemilia, in Boſea, in Turre Burmiæ, in Bergolio, in Turre de Auzono, in Cagna, in Urſariola, in Caſtelleto, in Perleto, in Ulmo, in Rocha Vevrana, in Denece, in Monte Baudono, in Ponte, & in Gurino, & in Vecimo, & in Pezolio, in Salegio, in Loeſio, & in tota illa terra, quam dictus D. Otto vendiderat communi de Aſte ex hac parte montis Circini, & a monte Circino infra ipſi Henrico poteſtate Aſtenſis nomine communis de Aſte retinendo in ſe pacem, & guerram exercitus, & itinera, ſuccurſus, & cavalcatas totius prædictæ terræ, & omnium prædictorum locorum, & caſtrorum, & omnium hominum in eis habitantium, & fidelitates eorum, & ſervitium perſonæ D. Ottonis, & D. Hugonis ejus filii. Qua inveſtitura facta in concione Aſtenſi ibidem D. Otto, & D. Hugo ejus filius fecerunt, & ſuper Dei Evangelia jurarunt fidelitatem de tota prædicta terra poteſtati, & hominibus de Aſt pro communi contra omnes homines talem qualem gentilis Vaſſallus facit ſuo Domino de gentili feudo, in qua fidelitate ſpecialiter jurarunt, quod non vetabunt prædictam terram, nec prædicta loca, vel Caſtella

potestatibus, seu consulibus de Ast per tempora existentibus, nec hominibus de Aste guarnitis, vel scaritis pro communi, nec pro diviso in aliquo tempore, ita ut homines de Aste de tota prædicta terra, & castellis, & locis, & hominibus faciant pacem, & guerram quandocumque,& cuicumque, & ubicumque voluerint, & ita ut ipsi D. Otto, & D. Hugo ejus filius teneantur ex tota terra illa, & ex hominibus illis castellis, & hominibus facere pacem, & guerram cum hominibus de Aste quandocumque, & ubicumque homines de Aste voluerint, & eis dixerint, vel mandaverint eo salvo, quod non teneantur proinde facere guerram Januensibus, nec D. Henrico de Carretto, & ita ut teneantur facere hominibus de Aste de nniversis hominibus terræ, & prædictorum locorum exercitus, & itinera, succursus, & cavalcatas toties quoties hominibus de Aste placuerit, & dixerint, vel mandaverint, & si quid aliud in fidelitate continetur, quod Vassallus facit suo Domino, illud totum juraverunt attendere bona fide, in quo Sacramento posuerunt attendere b na fide totum illud, quod in scripto continebatur; sicut illa coram eis in credentia lecta fuerant, & ordinatum in quo præterea quæ superius leguntur, & quæ inferius scripta sunt continebantur, licet ibi non sint lecta in concione, scilicet salva D. Imperatoris fidelitate, & salvo eo, quod ipsi D. Otto, & D. Hugo ejus non teneantur, quin ipsi per se, & per eorum homines possint offendere, & guarriare Cuneum si voluerint, & quod teneantur vetare stratam Albensium per totam eorum terram, si potestates, vel consules de Aste ipsis D. Ottoni, & filio suo dixerint, vel mandaverint, & quod potestates, vel consules de Aste debeant vetare stratam eisdem Albensibus, per totam eorum terram, ut eorum posse ubicumque potuerint, si D. Otto eis dixerit, nisi communi credentia ipsi D. Ottonis, & potestatum, vel consulum in Aste per tempora existentium remanserint. Interfuerunt testes D. Rollandus medicus Judex potestatis, D. Guidonus Zazius ejus miles, Raymundus de Platea, Petrus Laurentius, Albertus de Canelio, Bonifacius de Arguello, Sibiliator de Lanerio, Bonefacius de Gorino, & multi alii in concione illa existentes. Præterea in eodem die in Ecclesia sancti Joannis de Domate coram credentia per campanam ibi congregatam, & in præsentia infrascriptorum, jam dictus Otto de consensu, & voluntate D. Hugonis filii sui propter concordiam, quam D. Henricus Zazius potestas Astensis nomine communis de Aste secum fecit donum in manu ejusdem Henrici potestatis Astensis nomine communis de Aste de sua parte Laureti, & comitatus Laureti, & Castagnolarum, & pertinentiis Castagnolarum, quam ipse D. Otto dicebat esse sextam decimam partem tali simili modo, ut ipse Henricus potestas Astensis, & ejus successores nomine communis Astensis dictam partem quieto de cætero jure proprietario habeat, teneat, & possideat, & ex ea quidquid voluerit faciat sine omni contradictione, & inquietatione ipsius D. Ottonis, & heredum ejus: & insuper dictus D. Otto fecit pacem, & finem, & refutationem, & pactum de non petendo in manu ejusdem Henrici potestatis Astensis nomine communis de Aste de omni jure, ratione, & actione reali, & personali, quod vel quam contra commune de Ast, vel contra aliam personam occasione dictæ partis, vel occasione dampui quod sustinuerint, habuerit ex eo, quod commune de Aste dictam partem hactenus tenuit, haberet, vel exigere posset in aliquo tempore ullo modo, & insuper dictus D. Otto, & D. Ugo ejus filius promiserunt supradicto Henrico Zazio potestati Astensis nomine communis de Aste stipulanti prædictum donum, prædictamque pacem, & finem, & refutationem, & pactum de non petendo firmum, & firmam tenere, nec per se, nec per aliam personam in aliquo tempore molestare, nec removere, nec contravenire ullo modo. Interfuerunt testes D. Rollandus medicus, D. Guidonus Zazius, Raymundus de Platea, Petrus Laurentius, Albertus de Caneli, Bonefacius de Arguelle, Sibilator de Lanerio, Bonefacius de Gorino, & plures alii, qui erant in credentia. Eodem die eis testibus in concione celebrata urbe Aste in mercato de Domate, prædicti D. Otto, & Ugo ejus filius juraverunt super Dei Evangelia prædictum Dominum, & prædictam pacem, & refutationem, & pactum de non petendo firmum, & firmam tenere, nec per se, nec per aliam personam in aliquo tempore molestare, nec removere, nec contravenire ullo tempore, vel modo. Item eodem die præsentia infrascriptorum D. Henricus Zazius potestas Astensis nomine communis de Aste promisit supradictis D. Ottoni, & Ugoni ejus filio stipulantibus, & ipsi D. Otto, & D. Ugo promiserunt ipsi Henrico potestati Astensis nomine communis de Aste stipulationes infrascriptas, conventiones attendere, & observare, & firmas tenere secundum quod infra legitur, & continetur, videlicet si D. Otto inciperet guerram voluntate communis Astensis, commune non faciat pacem, nec treguam, nec guerram recreutam, quin ponat ipsum D. Ottonem in eadem pacem, & treguam, si ipse D. Otto eadem pacem, & treguam habere voluerint, & si voluerint, nihilominus possit facere pacem, & treguam, idem teneatur servare D. Otto in omnibus, si commune de Aste guerram fecerit voluntate D. Ottonis si D. Otto aliquam guerram fecerit voluntate communis Astensis, & de ea a dicta possessione, & pacem venerit, & occasione illius guerræ alia guerra super . . . . . oriatur eo permittente, & volente se vel velle facere justitiam coram potestate, vel consulibus de Aste sicut per tempora fuerint, commune de Aste teneantur adjuvare eum a domo sua propria, & a domo D. Ottonis, si propterea quam ab eis accepta guerra fiat. Item commune de Aste non consentiet, ut aliqua nova villa fiat de terra, vel de hominibus, quos D. Otto tenet pro ipso communi. Item omnes conventiones, quæ facta sunt inter D. Ottonem, & commune Ast ipse D. Henricus potestas Astensis, & omnes potestates sequentes, vel consules sicut per tempora fuerint, teneantur Sacramento firmas, & ratas habere. Actum urbe Aste in Ecclesia sancti Johannis de Domate, testes D. Rollandus medicus judex potestatis Astensis, D. Guido Zazius ejus miles, Raymundus de Platea,

Petrus Laurentius, Gullielmus Silvaticus, Drochus Palius, Albertus de Canelio, Sibillator de Lanerio, Bonifacius de Arguello, Bonifacius de Turino, & multi alii ibi ad credentiam convocati. Eodem die in præsentia eorumdem testium in publica concione facta urbe Aste, in mercato de Domate D. Enricus Zazius potestas Astensis nomine communi de Aste, & D. Otto, & D. Ugo ejus filius eorum nomine juraverunt super S. Dei Evangelia omnia prædicta attendere, & observare, & firma tenere bona fide, Ego Jacobus Boniculus Notarius Palatii omnibus supradictis interfui, & ex præcepto D. Enrici Zazii potestatis Astensis, & D. Ottonis, & D. Ugonis ejus filii duo instrumenta, videlicet unum de fidelitate, & investiture feudi, & alterum de pactionibus pro D. Ottone, & istud instrumentum pro communi, in quo tenor aliorum duorum instrumentorum cum aliis, quæ supra leguntur, continetur composui, & scripsi, ut est in libro veteri in folio quadragesimo primo. Eodem anno, & eadem indictione die Dominico duodecimo intrantis julii, D. Otto de Caretto posuit D. Enricum Zazium potestatem Astensem nomine communis de Aste in possessionem castelli, & loci de Casto, & abrenuntiavit fidelitatibus hominum illius loci, & de Bosea eas ipsi Enrico nomine communis de Aste fieri jussit, & est in folio quadragesimo secundo. Item eodem anno die lunæ decimo tertio intrantis julii, D. Otto de Carretto posuit eundem Enricum Zazium nomine communis de Aste in possessionem castri Curtismiliæ nomine istius castri, & totius aliæ terræ, quæ vendiderat communi de Aste, & abrenuntiavit fidelitatibus hominum, quod de illo loco ibi erant eorum nomine, & nomine aliorum hominum prædictæ terræ, & eas potestati, & communi de Aste fieri præcepit. Actum in Castro Curtismiliæ præsentibus Guidone Zazio, Rodulpho Durnatio, Raymondo Berardengo, Jacobo Lagolio, & Henriacio de Teglolis. Item eodem die posuit eundem Enricum nomine communis de Aste in possessionem castri Turris Burmiæ, & est in libro veteri folio quadragesimo secundo.

Jus Eccl. S. Mauritii de Tertio in decimas oppidi.

135 M C C I X.

Anno Nativitatis Christi MCCIX., indictione XII. in civitate Aquis die Mercurii IX decembris, Castelleto coram D. Ugone Aquensi Episcopo autoritatem suam præsente confirmante, & partes suas ad concordiam largiente. Placuit D. Anselmo præposito Aquensi, Lanfredo Jordano, Agradio, & aliis canonicis ab una parte, & Joanne ministro tunc temporis Ecclesiæ S. Mauricii de Tercio, ex altera de omnibus discordiis, & litibus inter eos ortis, & de cetero oriri possent pro decima de Tercio stare dicto presbyteri Ogeri pro eo, quod dictus presbiter Ogerius antiquitatem, & essentiam hujus facti noverit, & id quod inde dixerit promiserunt perpetuo firmum servare. Dixit in primis Ecclesiam S. Mauricii habere præcipuam decimam manſi, sive manſi majoris, quod fuit Rainerii Uverxii, & dimidiam alterius, & quartam alterius medietatis, & decimam manſi Oberti Corſi, & illius Rufini Decanis, & dixit hoc obtinere de quacumque masa devenire, ut de insula Truchengorum, de una petia terræ quondam Batelli, quem tenent filii Ruffini subtus levatam de campo Strimiti, quem tenent filii Belloni: idem item dixit memoratam Ecclesiam habere perpetuam decimam Pastarini de domibus subtus viam, cum itur in castellum usque ad portam castelli, & in omnibus aliis decimis habere quartam tantummodo. Unde Dominus Episcopus, presbyter Ogerius, præpositus, canonici, presbiter Joannes duas cartas ejusdem tenoris fieri jusserunt præsentia test. rogat.. Joanne Cappellano Episcopi, Petro Sardo, Henrico Giudice, & Ogerio Clerico de Tercio, Mattheus Notarius sacri Palatii.

Donatio D. Pontii marchionis Ponzoni totius suæ terræ civitati Aquensi.

M C C X. 136

Anno Domini MCCX., indictione XIII., die Jovis XV. aprilis. In Ponzono præsentibus testibus Othone Wala, Jacobo Aycardi, Petro D. Andreæ, Girardo de la Montaa, Zucharino, & Willelmo Carcagno, D. Pontius, Marchio Ponzoni donum, & donationem facit D. Andreæ, & D. Aycardo Ambaxiatoribus communis Aquis vice, & nomine ipsius communis de Ponzono, & totius suæ terræ, dedit eis claves turris domegnoni, castri Ponzoni nomine possessionis castri Ponzoni, & totius suæ terræ, & domangonum, & donationem; & possessionem dictam faciebat, & tradebat sicut dictus Pontius dicebat pro se, & pro suo nepote D. Henrico, & pro suo consanguineo D. Petro, & voluntate eorum. Et per Ponzonum dedit eis possessionem totius suæ terræ. Et D. Aycardus posuit vexillum communis Aquis nomine ipsius communis in turre Ponzoni cum Petro D. Andreæ. Unde ipsi Ambaxiatores rogaverunt cartam fieri. Ego Jacobus Notarius interfui, & jussu illorum Ambaxiatorum hanc cartam tradidi, & subscripsi (1).

Ego Ubertus Notarius Palatinus videns, & legens autenticum hujus exempli factum a Jacobo Notario qui dicitur Lavagius sicut in ipso inveni &c.

Ego Henricus Notarius Palatinus &c. Ego Petrus Notarius S. Palatii &c.

(1) *Hanc descripsit Malacarne lib. cit. p. 250., sed mancam, ac multis locis, iisque Aquensibus honorificis mutilam de more exhibuit.*

Diploma Ottonis IV. monasterio de Tilieto ex chartulario ejusdem monasterii.

M C C X. 137

In nomine sanctæ, & individuæ Trinitatis. Otto IV. divina favente &c. *Reliqua prorsus similia iis, quæ in diplomate superius descripto Henrici IV. eidem monasterio concesso usque ad hæc verba* intra fines Italiæ, *excepto quod hic Otto IV. se ad preces Uberti prioris Tilieti monasterii inductum profitetur ad hanc concessionem faciendam. Post ea verba* intra

fines Italiæ *ſic proſequitur Imperator*. Præterea vetamus ne boves hinnulos, aut aſinos, ſeu cetera animalia dicti monaſterii occaſione expeditionis, vel alia quælibet ſua auctoritate aliquis audeat invadere. Item nullus cogat fratres, vel homines dicti monaſterii frumentum legumina, vel aliquod genus grani in civitatem caſtrum, vel villam reponere, ſed libere eis liceat quocumque voluerit exportare: nullus etiam judex minor, vel major fratres dicti monaſterii cogat ſacramentum calupniæ in cauſis minimis, vel maximis ſubire. Si quis vero hanc noſtræ præceptionis paginam violare præſumſerit centum libras auri optimi componat medietatem cameræ noſtræ, medietatem præfato monaſterio perſoluturus; quod ut verius credatur, & ab univerſis diligenter obſervetur, præſentem paginam manu propria roborantes ſigillo noſtro juſſimus inſigniri. Huius res teſtes ſunt Ebhardus Salisburgenſis Epiſcopus, Jacobus Taurinenſis Epiſcopus, Opizzo Terdonenſis Epiſcopus, Ludevicus Dux Bavariæ, Berhuvardus Dux Carinthiæ, Gullielmus marchio Montisferrati, Manfredus marchio de Saluciis, Gullielmus Malaſpina, Gullielmus Dapifer, Conradus Pincerna, Henricus Camerarius, & alii quamplures. Signum D. Othonis IV. Romanorum Imperatoris invictiſſimi. Ego Cunradus Spirenſis Epiſcopus Imperialis aulæ cancellarius vice D. Theodrici Colonienſis Archiepiſcopi, & totius Italiæ Archicancellarii recognovi. Acta ſunt hæc anno Dom. Incarn. &c. Regnante D. Othone quarto Romanorum Imperatore glorioſo anno regni ejus XIII., Imperii vero I. Datum apud Terdonam XII. cal. julii (1).

(1) *Otho jam Albæ, Vercellis hoc anno adfuiſſe* ſradiderat *Muratorius in annal., nunc & Terdonæ moratum ex hoc diplomate deprehendimus.*

Sententia Jacobi Epiſc. Taur. condemnans clericos de Fibinis ad obedientiam Ep. Alexan., & Aq.

138 M C C X.

Anno Domini noſtri Jeſu Chriſti milleſimo ducenteſimo decimo, indictione decima tertia die Jovis decima ſecunda intrantis menſis auguſti. Dum D. Jacobus Dei gratia Taurinenſis Epiſcopus . . . habeat in mandatis, ut ſententiam latam a D. Ariprando vicedomino Mediolanenſis Eccleſiæ ordinario in concordia D. Guillelmi Mediolanenſis Archiprebyteri, & D. cancellarii Imperialis . . . . pro obedientia præſtanda D. Alexandrino Aquenſi Epiſcopo a clericis de Fibinis, & D. Nicolaus vicedominus in præſentia ejuſdem Epiſcopi cum inſtantia ſententiam executioni mandari . . . Stella Sindicus Aſtenſis Eccleſiæ ſuas oſtendit rationes, quibus aſſerebat ſententiam illam . . . . obtinet . . mancipari. Unde viſis, & auditis utriuſque partis. . . . & adlegationibus prædictus Dominus Epiſcopus Taurinenſis pronunciavit . . . . Aquens. tamquam ſuo Domino, & Epiſcopo præſtare debere. Actum fuit hoc in civitate Taurini in palatio Domini Epiſcopi . . . . Interfuerunt teſtes rogati . . . Enricus Taurinenſis Archidiaconus, Gullielmus Scriba . . . . Epiſcopi, Magiſter Syrus, & Magiſter Rodus Alexandrini cives, & hanc cartam prædictus D. Jacobus Taurinenſis Epiſcopus, ut ſupra legi, & fieri præcepit.

Ego Petrus Notarius S. P. rogatus . . . & juſſu dicti Domini . . . hanc cartam tradidi, & ſcripſi.

Conventio de bannis Caſæ novæ inter Dominos ejuſdem, & Eccleſiam, ac monaſterium Aquen.

M C C X. 139

Anno Dominicæ Nativitatis MCCX. V. ſeptembris. In Montebono de lite inter DD. de Montebono ſcilicet Ruffinum, & Wilielmum Crociam fratres, Sivoletum per ſe, & Ottonem de Gavex promittentem, quod ipſe Otto ratum habebit infraſcriptum negotium in pœna M. ſolidorum, Jacobum Curbeller, & Albertum fratrem ejus per ſe, & fratre ſuo Ottone promittentem in pœna M. ſolid. quod ipſe Otto firmum tenebit ſubſcriptum negotium, & Gulielmum Maſtorcium ex una parte, & Anſelmum præpoſitum S. Mariæ, & Bonum Johannem abbatem S. Petri Aquenſis nomine, ac vice prædictarum Eccleſiarum, & altera de bannis hominum de Caſanova: compromiſerunt ſtare arbitrio, & laudi Enrici Maſtorcii, Gulielmi Dodonis, atque Magiſtri Enrici de Aquis in pœna M. ſolidorum, hinc inde ſtipulatione ſubnixa, qui arbitri ſtatuerunt, ut omnia banna, quæ homines de Caſanova a termino de Colleta citra verſus Montabonum per totum poderium de Montabono dimidia ſit dominorum, dimidia ſit præpoſiti, & abbatis, ita tamen quod bannum non excedat ſolid. LX. De homicidio vero eſſe majori ultra X. libras, medio ultra C. ſolid., minori ultra LX. Idem ſtatuunt de banno fracto in caſtello, quemadmodum de homicidio niſi prædicta pœna augeretur voluntate abbatis, & præpoſiti. Hoc non ſtatuunt de bannis liquido ruptis, & confractis. Si vero dubium verteretur, cognoſcatur ante eos comuniter per judicem ſalvo omni honore, quem iſti præpoſitus, & abbas habent in hominibus de Caſanova. Ego Marro Not. S. Palatii &c.

Fidelitas hominum de Monteclaro ex præcepto march. Delphini facta poteſtati Alexandriæ.

M C C X. 140

Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo ducenteſimo decimo, indictione decima tertia, die Dominico tertio menſis octobris, in caſtello Montisclari. Homines de loco Montisclari fecerunt, & juraverunt fidelitatem D. Guifiroto poteſtati Alexandriæ ibi præſenti nomine communis Alexandriæ recipienti præcepto D. Delphini marchionis Domini eorum, & D. Joannæ uxori ejus ſalva ratione dotis ſuæ, ſicut continetur in inſtrumento dotali, hoc modo ſcilicet, quod erunt fideles poteſtati, & conſulibus, qui pro tempore fuerint, & communi Alexandriæ, & adjuvabunt, & manutenebunt, & ſalvabunt perſonas poteſtatis, & conſulum, & commune Alexandriæ ab omni homine, & non erunt in conſilio, vel facto, quod poteſtas Alexandriæ, vel conſul prodat vitam, ſenſum, vel membrum,

vel

vel honorem, vel in carcere detineatur contra voluntatem ſuam, & ſi audierint aliquem, vel aliquos velle hoc facere bona fide, & ſine fraude prohibebunt ne fiat, & ſi prohibere non poterunt, poteſtati, vel conſulibus, vel conſilio Alexandriæ, quam citius poterunt manifeſtabunt. Item non erunt guida, vel ſpida ad damnum communis Alexandriæ & poſſeſſiones, quas commune Alexandriæ nunc habet, aut pro tempore acquiſierit, vel tenuerit, adjuvabunt ad manutenendum, & defendendum bona fide, & ſine fraude, & ſi ſciverint aliquem velle auferre eis, quam citius poterunt poteſtati, vel conſulibus, vel conſilio Alexandriæ denuntiabunt, & credentias, quas poteſtas, vel conſul Alexandriæ ſibi dixerit, tenebunt privatas ſecundum quod eis dictum fuerit; nomina illorum, qui juraverunt ſunt hæc Semmaldus de Morbello &c. n. 82. Infr. D. Dalphinus, & D. Johanna hanc cartam fieri juſſerunt.

Venditio Puzzoli facta a marchione Othone communi Terdonenſi.

141 M C C X.

Anno Incarnationis Domini MCCX., indictione XIII., in Terdona primo die menſis novembris. D. Otho marchio de Boſco renunciando exceptioni non numeratæ pecuniæ fuit confeſſus ſe accepiſſe CCCC. libras denariorum bonorum Papienſium a D. Othone de Mandello poteſtate Terdonæ nomine, & vice communis Terdonæ, pro quibus denariis finito pretio vendidit, ac tradidit ad proprium medietatem pro indiviſo per allodium caſtrum, & villam Puzzoli cum omni integritate, & juriſdictione, & diſtrictu, & comitatu, & curia ad eundem caſtrum, & villam pertinentem, & cum omnibus albergariis, ſucceſſionibus, paſtis, teloneis, roſiis, angariis, perangariis, & cum omnibus terris cultis, & incultis, ripis, & ruinis, venationibus, piſcationibus, aquæductibus, paſcuis, & cum omnibus vaſſallis, & pedagiis jam dicti Marchionis pro iſto caſtro, & villa, & curte pertinentibus in integrum, & aliam medietatem iſtius caſtri, & villæ, quam tenent illi de Ovilio, & Obertus Canis in feudum, eodem modo, eo tenore, & cum eiſdem rationibus, & pertinentiis, ut ſupradictum eſt in toto. Inſuper dedit, & tradidit iſti poteſtas nomine Terdonæ omnia jura realia, & perſonalia, & actiones reales, & perſonales, quæ, & quas habet, vel habere poteſt in loco Puzzoli in villa, & in caſtro, & curte, & vaſſallis, & hominibus ipſius loci, & diſtrictus eo modo, quod jam dictum commune habeat, & teneat omnia iſta, ut dictum eſt, & ſcriptum, & ordinatum omnia cum omnibus ad iſtum Marchionem in iſto loco, & villa, & caſtro, & curte, & diſtrictu pertinentia in integrum, & faciat a præſenti die in antea per allodium jure proprietario nomine, quidquid voluerit ſine contradictione iſtius Marchionis, ſuorumque heredum, & cum omni ſua, ſuorumque heredum legitima defenſione ab omni homine cum ratione, & reſtitutione pro temporis melioratione in pœna dupli cum ſtipulatione ſubnixa, & pro evictione jam dictæ venditionis obligavit ei omnia bona ſua pignori habita, & habenda renunciando omni juri, quo poſſet ſe tueri, vel agere aliquo tempore, ſi eſſet deceptus ultra dimidium juſti pretii in toto, vel in parte. Inſuper manu ſua propria juravit ad ſancta Dei Evangelia, quod iſta omnia, ut dictum eſt per allodium detinebat, & quod de iſta venditione nulla venditio, obligatio, alienatio alicui facta eſt, quæ jam dicto communi noceat, & quod de ipſa venditione non habet agere, nec cauſari iſtud commune, aut cui dederit; & ſi briga, vel contentio aliqua exinde ei apparuerit, ſemper in legitima defenſione ſtare habet ab omni homine cum ratione, ut ſupra legimus in integrum, & quod hanc venditionem firmare faciet filiis, & nuribus, ſic Deus illud adjuvet, & illa ſancta Dei Evangelia. Interfuerunt teſtes Sigebaldus Buſconis, Obertus Judex, Joannes de Artono, Lambertus Notarius, Albertus de Campo, Otho Longus. Ego Sigebaldus Imperialis Aulæ Notarius interfui, & hanc cartam rogatus tradidi, & ſcripſi.

Anno Dominicæ Incarnationis MCCX., indictione XIII., VIII. die intrante novembris in loco Puzoli D. Otto marchio de Boſco dedit corporalem poſſeſſionem D. Guidoni Ranfo judici, & Vicario, D. Ottonis de Mandello poteſtatis Terdonenſis.

Confirmatio venditionis filior. Ottonis marchionis.

M C C X. 142

Anno Dominicæ Incarnationis MCCX., indict. XIII., VIII. die intrantis novembris, in Terdona D. Turcus, & D. Albertus filii D. Othonis de Boſco juraverunt manibus propriis ad ſancta Dei Evangelia firmam tenere illam venditionem, quam pater eorum D. Otho fecit communi Terdonæ de loco Puzzoli, & de caſtro, & villa, & curte, & diſtrictum, ſecundum quod in inſtrumento venditionis continetur, & quod de cetero de illa venditione in toto, nec in parte inquietare habent, nec moleſtare commune Terdonæ, nec cui dederit. Et ſi briga, vel contentio ei apparuerit in legitima defenſione ſtare habent ab omni homine cum ratione in pœna dupli. Interfuerunt teſtes Nicolaus de Armellina, Thediſius Cachus, Rabaldus Malpaxatus.

Ego Sigebaldus Imperialis Aulæ Notarius interfui, & hanc cartam rogatus ſcripſi.

Apocha debiti a Sindico civitatis Aquis ſoluti.

M C C X. 143

Anno Domini MCCX., indictione XIII., die lunæ VIII. intrantis novembris. In Alexandria D. Baratta de Foro confeſſus fuit ſe recepiſſe ſolutionem totius debiti ab Uberto de Burgo Sindico communis civitatis Aquis nomine ipſius communis, & ſe quietum, & ſolutum vocavit de toto debito XL. librarum, minus libris X., exceptis libris CXLII, quas infraſcriptus Ubertus de Burgo confeſſus eſt remanſiſſe de debito prædicto; & promiſit eas Ubertus nomine ipſius communis a proximis calendis decembris ad unum annum ſolvere; & ab illo termino in antea liceat eidem Barattæ iſtos

denarios mutuare, & in illis libris CXLII. valeat inſtrumentum iſti debiti, quod remanet penes eundem Barattam, & in aliis omnino ſit caſſum, & inutile, & inde hanc cartam. &c.

Conventio Terdonenſium cum Alexandrinis, ut hi vias Januenſibus claudant.

144 MCCXI.

Anno Dominicæ Incarnationis MCCXI., indict. XIV., die Martis VI. intrante ſeptembri, in Alexandria, & in Eccleſia majori D. Drudus Martellus poteſtas Alexandriæ in credentia ejuſdem civitatis collecta ad campanam ſonatam conſilio ipſius credentiæ nomine, & vice communis Alexandriæ promiſit Magiſtro Oberto de Caſtellis nuncio communis Terdonæ ſtipulanti, quod commune civitatis Alexandriæ claudet, & vetabit Januenſibus, & terræ eorum ſtratas omnium victualium generi, & leguminum, & ſi opus fuerit, & placucerit conſilio civitatis Terdonæ toti, vel majori parti aliquo modo in perpetuum, & quoties opus fuerit ipſas ſtratas clauſas tenebit, & prohibebit bona fide, & ſine fraude, donec fuerit voluntas conſilii civitatis Terdonæ. Infraſcriptus D. Drudus poteſtas, & conſiliarii, inde ut ſupra hanc cartam fieri rogavere iſto die, & loco feliciter.

Interfuerunt teſtes rogati D. Otho de Orto judex communis Alexandriæ civis Mediolanenſis, & Albeſius Saltarius, & Rainianus Saltarius.

Ego Jacobus S. Palatii Notarius rogatus interfui, & hanc cartam tradidi, & ſcripſi.

Inveſtitura Rochettæ Pelaſeæ quibuſdam Dominis conceſſa ab Ugone Epiſcopo Aquenſi.

145 MCCXII.

Anno Domini MCCXII., indictione XV., die Dominica V. intrante menſe martio. In caſtro Rochettæ Pallaſeæ Domini de Rochetta, ſcilicet D. Willelmus, D. Ubertus Ardicio, Jacobus, & Aſſantus dant, cedunt, atque tradunt D. Ugoni Dei gratia Aquenſis Eccleſiæ Epiſcopo ſuo nomine, & Aquenſis Eccleſiæ, & omnibus ejus ſucceſſoribus caſtrum, & villam Rochettæ cum omnibus pertinentiis jure comitali, & actionibus, ut ipſe poſſit ulterius per ſe, & omnes ejus ſuceſſores, cuilibet homini, vel hominibus loco, vel locis cuicumque, vel quibuſcumque voluerint ex eo caſtro facere pacem, & guerram, & quidquid ei, vel ejus ſucceſſoribus omni tempore facere libuerit ſine aliqua eorum contradictione, vel ſuorum heredum ex ſua pleniſſima auctoritate, prædicto viro Domino Epiſcopo intrante ipſius caſtri corporalem poſſeſſionem, & ſuper turribus ipſius vexillis poſitis eundem caſtrum, & villam cum jam dictis acceſſibus, & honore memoratis Dominis reddit in feudum. Tali quoque modo facta fuit jam dicta inveſtitura, videlicet quod jam dicti Domini eundem caſtrum, & villam tam per ſe, quam per eorum heredes, tam mulieres, quam mares legitime deſcendentes teneant, habeant, & in perpetuum poſſideant, & quod unus illorum Dominorum tam emptione, quam ex ſucceſſione alteri ſuccedat. Item dicto Domino Epiſcopo, vel ejus ſucceſſoribus dictum caſtrum, & turres non vetabunt munitum, atque ſcaritum. Ex qua quidem datione feudi, & inveſtitura ipſi Domini, & omnes eorum homines de Rochetta, vel major pars prædictorum Dominorum mandato, eidem Domino Epiſcopo, & Aquenſi Eccleſiæ jurejurando debitam fidelitatem præſtarunt. Addentes quod dabunt operam bona fide, & ſine fraude, quod omnia prædicta erunt in perpetuum obſervata inviolabiliter. Unde rogarunt mihi infraſcripto cartas fieri ut ſupra. Interfuerunt teſtes vocati, & rogati presbyter Albertus de Rochetta, presbiter Johannes Maſcarius de Biſtagno, Anſelmus Culardus, Otto de Concheto, Albertus Anſardus, Bergognonus de Terc, & Anſermus de Sm̃a Hæc uno brevibus ſunt facta tenore duobus. Ego Petrus Notarius Sacri Palatii interfui, & juſſu ipſius Domini Epiſcopi, & dictorum Dominorum hanc cartam ut ſupra tradidi, & ſcripſi.

Hæc charta fuit extracta ex quodam alio inſtrumento Odonis Epiſcopi Aquenſis edito anno milleſimo trecenteſimo decimo nono, die quarta maii, Beſtagni, cui illam inſeri ad utilitatem Aquenſis Eccleſiæ, & ad perpetuam memoriam prædictus Epiſcopus curavit.

Jura Aquenſis Eccl. in quadam Meladii poſſeſſione.

MCCXII. 146

Anno Dominicæ Nativitatis MCCXII., indictione XV., die Veneris VI. menſis madii (1). In Aquis coram D. Anſelmo Aquenſi præpoſito, & Odezono Aquenſi canonico, & Archipresbytero de Meladio confitetur Guido Ricardus de Meladio terram, quam habet in territorio Meladii ad oram ſancti Damiani, cui coheret via, Villelmus Blancus, Petrus Verz, & Rubaldus de Cavatorio, quod tenet eam, & poſſidet pro Eccleſia Aquenſi, & quod ex ea reddit, & reddere debet eidem Eccleſiæ dictum, & decimam, & nec habet eam vendere, neque alienare ullo modo ſine conſenſu, & voluntate Aquenſium Canonicorum, unde dictus Guido ſic confitendo, ut ſupra jam dictis præpoſito, & Archipresbytero nomine Aquenſis Eccleſiæ tam ille, quam ipſi hanc cartam fieri rogaverunt, ut ſupra. Interfuerunt Pavar, & Tafurnus de Campalo, & Nicolaus de Plaxano teſtes rogati. Ego Ogerius Palatinus Notarius rogatus interfui, & hanc cartam ſcripſi. Inde ego Leo de Gratarola de Beſtagno Notarius Publicus ad requiſitionem Antonii filii quondam D. Manuelis de Rochetta Pelaſea hoc inſtrumentum manu Petri Notarii &c.

(1) *Non VI., ſed IV. menſis madii.*

Poſitiones in quadam cauſa de feudo Boſchi ex chartulario Monaſterii de Tilieto.

MCCXII. 147

Anno Domini MCCXII. ante Eccleſiam S. Petri de Boſco, videlicet ante Oſtium S. Nicolai D. Otto marchio de Boſco fecit autenticare ſequentes poſitiones . . . . . Arnaldus de Meladio teſtatur, quod antequam Alexandria fuiſſet levata,

ipſe vidit tenere a Marchionibus villam, & locum Boſchi cum omni honore, & juriſdictione, quod in villa Boſchi non erant conſules, & quod homines de villa Boſchi rogabant Marchiones, quod daret eis conſules. Item teſtatur, quod Marchiones habebant ſucceſſiones; ita quod ſi aliquis obiiſſet ſine heredibus, Marchiones habebant totum hoc, quod ipſe habebat, ita quod nec fratres, nec propinquiores non habebant aliquid, niſi hoc, quod Marchiones volebant eis dare, vel vendere, & credit quod hoc ſtetit uſque dum Henricus de Ponzono fecit ſuis hominibus de Boſco uſum in ſucceſſionibus, & dicit quod D. Otto adhuc habet prædictas ſucceſſiones ſicut D. Henricus unquam habuit, vel alii Marchiones, quia ipſe nondum fecit pactum, nec uſum, nec dimiſit prædictas . . . . . credit quod in piſcation . . . . . colligere aurum in flumine Urbæ per Marchiones . . . . . concordabantur, & ſi non dabant eis pactum promiſſum Marchiones, & nuncii eorum expellebantur . . . . . flumine Urbæ . . . . . abſtinebant (*abſtulerant*) eis omnia eorum axia pertinentia ad illud officium, & dicit firmiter, quod vidit hæc auferri . . . . . nunc capitulo . . . . quod terra, de qua lis eſt ſinoltum, vel limium Urbæ non ſit, neque de . . . . . capitulo quod ſi . . . . . Marchiones, a quibus cauſam habent, habuerunt, & tenuerunt molendina in betali, quod nunc eſt, per quem . . . . . ad molendinum, de ſede cujus lis eſt per 50. annos, & plus continue, & quiete dicit, ſe nihil ſcire. Quod iſte. . . . (*deſunt tres lineæ*) . . . . . .

Et D. Poncius de Ponzono juratus interrogatus de omnibus capitulis, ſingillatimque per ſingula, reſpondet per omnia ſicut Arnaldus de Meladio adjungens, quod ſi ſibi, vel aliis Marchionibus de Boſco, & de Ponzono placeret facere molendinum novum in toto ſuo diſtrictu, & diſtrictu illorum de Boſco, vel mutare antiquum molendinum ipſe, & ipſi de Boſco poſſunt de jure, & conſuetudine componere cluſam, & facere betale ab utraque parte ſuper terram hominum illorum locorum, quæ regalia eſt, & ita uſi ſumus Veragine meo tempore in ſex molendinis, & in Ponzono, & teſtatur quod vidit facere molendinum D. Othoni in Miolia ſuper terram ipſius D. Pontii . . . . . & quod omnia jura ſupraſcripta habent a D. Imperatore.

Conceſſio terræ Eccleſiæ S. Caloceri cum reſervatione cenſus.

148 MCCXV.

Anno Dominicæ Nativitatis MCCXV., indictione III., die Mercurii V. auguſti in Caſtelleto Aquis coram domino Anſelmo Aquenſi electo in hoc favente D. Lanfredus, & Paullus Aquenſes Canonici, & Maſſarii, Odicione Canonico præſente, & conſentiente per ſe, & ſucceſſores ſuos tradunt, & concedunt Villelmo Bucatio fratri hoſpitalis, & miniſtro Eccleſiæ ſancti Caloceri recipienti nomine ipſius Eccleſiæ in ſe, & ſuos ſucceſſores quantum (*forte* quartum) de terra, quæ jacet in territorio Aquis, cui cohæret boſcus, & Eccleſia ſancti Caloceri, Arnaldus Bojanus, & via tali conventu, quod dictus frater Villelmus debet reddere per ſe, & ſucceſſores ſuos omni anno, quo in dicta terra fuerit meſſis, vel debuerit eſſe ſextarios ſex frumenti ad menſuram Aquenſis Eccleſiæ ſancti Joannis de Aquis ad eandem Eccleſiam deportatos, & hoc ut ſupradicti Vaſſalli, & dictus frater Villelmus cum conſilio, & voluntate ſuorum fratrum nomine presbiteri Manfredi, & Villelmi promittunt per ſe, & ſucceſſores ſuos omni tempore obſervare, confitentes utriuſque Eccleſiæ intereſſe, & inde binas chartas unius tenoris fieri rogaverunt; interfuerunt teſtes rogati magiſter Henricus, presbiter Joannes, Villelmus de Iſula, & Bellengerius; poſtea vero eodem anno, & loco die Dominico 23. ejuſdem menſis, D. Arnaldus, & Agradus Canonici Aquenſes has chartas ut ſupra confirmantes ratas, & firmas eaſdem omni tempore promittunt obſervare, præſentibus teſtibus rogatis Conſule Aycardo de Puſterna, & Petro Boza. Ego Palatinus Notarius interfui, & has chartas ſcripſi. Ego Ubertus Galea de Aquis Not. Pal. mandato D. Alberti Epiſcopi Aquenſis ec. Ego Bonfilius Not. Pal. ec.

Jus Aquenſis Eccleſiæ in manſo Sorani.

MCCXV. 149

Anno Dominicæ Nativitatis Domini MCCXV., indictione III., die Sabbati VI. decembris in Caſtelleto Aquis cum controverſia verteretur inter D. Anſelmum quondam præpoſitum Aquenſem nomine ſanctæ Mariæ Aquenſis Eccleſiæ ex una parte, & Villelmum, qui dicitur Sivoletus ex altera de redditibus, & conditionibus manſi quondam Vaſſalli, & modo Sivoleti detenti ſiti territorio Sorano compromiſerunt in magiſtrum Henricum pœna decem librarum hinc inde promiſſa, quos redditus D. Præpoſitus dicebat eſſe octo panes, ſex ſpiaroles, & duos pullos veteres, ſolidos tres Januenſes pro conditione, & tres ſextarios annonæ, & operas; & hoc ea ratione quod dicebat manſum iſtum legatum & donatum eſſe Aquenſi Eccleſiæ, & dictos redditus anteceſſores ſuos habuiſſe. E contra prædictus Sivoletus negabat eum debere omnia prædicta hinc excepto dicto terræ; & inde ipſe præpoſitus teſtes produxit ad ſuam petitionem fundandam; unde prædictus magiſter Henricus viſis, & auditis hinc inde propoſitis habito conſilio prædictum Sivoletum, & Jacobum Arancamilium procuratorem conſtitutum ab eo ad ſententiam audiendam condemnavit ad prædictorum omnium reſtitutionem, & ut de cetero Eccleſiæ Aquenſi libere, & omnino dimittat, & inde fieri chartam rogaverunt. Interfuerunt teſtes rogati Manfredus Mangacruſet, Ubertus magiſtri Henrici, & Anſelmus Tortagna de Lanerio. Ego Lotterius Palatinus Notarius rogatus interfui, & hanc chartam ſcripſi. Ego Ubertus Notarius Palatinus mandato Domini Aquenſis Epiſcopi hanc charam factam a prædicto Lotterio ec. Ego Bonfilius Notarius Palatinus ec.

Venditiones, ac ceſſiones juriſdictionis in Caſtellis, aliiſque finitimis caſtris factæ Alexandrinis ab earum dominis.

150 MCCXVII.

Anno Incarnationis Domini MCCXVII., indictione V., die Veneris 10. exeuntis decembris. In Alexandria in majori Eccleſia S. Petri in pleno conſilio . . . . . præſentia bonorum hominum ec. D. Anricus filius quondam Ottonis chechil. confitendo ſe eſſe majorem 25. annis . . . . . vendit in allodium . . . . . D. Vermo de Mandello poteſtati Alexandriæ . . . . . quintam partem territorii de Canellis, & totam ſuam caminatam, quartam partem turris Metanæ de Canellis, & quartam partem Caſtellaniæ Freni, & totum hoc quod habet in Sexamo, Muaſcha, & Luazolo, & S. Marciano, & in Maſcua, & totum hoc quod habet, & viſus eſt habere in toto cortili de Canellis, & in omnibus aliis locis, & villis, Eccleſiis, monaſteriis, & advocatis . . . . . conſtituendo ſe poſſeſſorem in omnibus iſtis rebus nomine communis Alexandriæ finito pretio den. bon. Aſten. lib. 120. . . . . interfuere teſtes . . . . D. Bonifacius de Verdobio.

Eodem die anno, & loco D. Ruffinus Croza ſuo nomine, & nomine Vermi fratris ſui vendidit in allodium . . . . . D. Vermo de Mandello . . . . . quartam partem Garbazole, & medietatem turris de Garbazola ſuo nomine, & nomine Vermi, & Guercii fratrum ſuorum. Item vendit medietatem pro indiviſo palatii a parte turris Calamandranæ, & totam turrim Caſtri Mezani de Calamandrana. Item nomine Guercii medietatem caminatæ de Sexamo, & partem turris de Sexamo, & totum hoc quod habent, & viſi ſunt habere, & tenere . . . . in caſtro, & villa S. Martiani, & Soirani, & eorum territoriis . . . conſtituendo ſe poſſeſſorem nomine communis Alexandriæ . . . . . pretio den. bon. Aſtenſ. lib. 85. . . . . .

Eodem die, anno, & loco . . . . D. Otto Corbellarius vendit in allodium . . . . . D. Vermo de Mandello quartam partem Garbazolæ, & medietatem turris Caſtri Mezani de Calamandrana, quæ dicitur Corbellariorum, & totam ſuam partem de Calamandrana, & totam ſuam partem de Soyrano, & totum, quod habet, & habere viſus eſt in omnibus aliis locis totius cortilis de Canellis . . . . . pretio librarum 44. Aſtenſ.

Eodem die, anno, & loco . . . . . D. Anricus Daniſius ſuo nomine, & fratris ſui Jacobi vendit in allodium . . . . . poteſtati Alexandriæ . . . . . quartam partem Garbazolæ, & medietatem turris de Garbazola, & totam ſuam partem, & fratris turris, & palatii de Canellis, quæ dicitur Balborum, & totam ſuam partem, quam habent in turri, & caminata Lovazoli, & totum, quod habent in villa, & caſtro S. Marciani in Muaſcha . . . . . & in aliis locis . . . . . de cortili Canellis . . . . . pretio lib. 76.

Literæ Honorii III. Papæ, quibus recipit Alexandriam ſub protectione S. Sedis, & vetat ne alii cuipiam fidelitatem faciat.

MCCXVIII. 151

Honorius Epiſcopus Servus Servorum Dei dilectis filiis poteſtati, & populo Alexandrino ſalutem, & Apoſtolicam Benedictionem. Devotionem veſtram dignis in Domino laudibus commendans, quod vos memores, qualiter pro Apoſtolicæ Sedis honore fuit civitas veſtra conſtructa, unde a fel. record. Alexandro PP. Prædeceſſore noſtro, cujus tempore facta fuit Alexandria, nomen aſſumſit, & ei Sedi poſtmodum ſe conſtituit cenſualem, recognoſcentes eandem ſpecialem Eccleſiæ Romanæ filiam nunc fidelitatis juramentum eidem Eccleſiæ præſtitiſtis, propter quod eo magis ad honorem, & commodum veſtrum, & civitatis ejuſdem intendimus, volentes ipſam ſpeciali noſtra protectione muniri, quo plenius ad nos, & prædictam Eccleſiam ſinceritatis, & devotionis exhibuiſtis affectum. Quo circa univerſitatem veſtram rogandam duximus, & hortandam per Apoſtolica ſcripta mandantes, quatenus in devotione, ac fidelitatis Sedi Apoſtolicæ perſiſtentes nulli abſque ſpeciali mandato noſtro fidelitatem de cetero faciatis. Datum Romæ apud S. Petrum XII. cal. maii Pontificatus noſtri anno tertio.

Proteſtatio Conſulum Aquenſium in Alexandrinos propter occupationem Meladii.

MCCXVIII. 152

Anno Incarnationis Domini MCCXVIII., indictione VI., die Sabati VIII. ſeptembris in platea S. Crucis de Melaz conſtitutis ibi plurimis Aquenſibus, & Alexandrinis ſapientibus, ſurrexit Ubertus de Burgo conſul Aquenſis, & pluribus verbis præmiſſis de tenore concordiæ Alexandrinæ, & Aquenſi, & de multis ſervitiis, quæ prius concordiam Aquenſes fecerunt Alexandrinis, proponens quoque, & rememorans exceſſum, quem Thebaldus, & Jacobus Cameræ de Melaz fecerant de caſtello, & turribus de Melaz contra Aquenſes, unde communis Aquis erant vaſſalli, & quas turres Aquenſibus denegabant contradixit Petro Carrariæ Alexandriæ poteſtati, qui illas turres habebat munitas ſubdole, & exinde contrahebat cum Vaſſallis prædictis ex parte D. ſummi Pontificis, & D. Imperatoris, & communis Aquis; & in Sacramento quo Aquenſibus tenebantur ipſi Alexandrini, ne inquietaret, & caperet jus, quod ibi habebat commune Aquis, maxime cum teneretur conſervare, & defendere, & quod illud caſtellum, ſive turres, quas habebat, communi redderet Aquis, unde hanc chartam fieri rogavit . . . . . præſentibus presbitero Anſelmo, Uberto Mantea, magiſtro Henrico, Henrico Bucaz, Vaſta Palea, Ogerio Arario, & Gosberto.

Alia pro eadem cauſſa.

MCCXVIII. 153

Anno Domini MCCXVIII., indictione VI., die Martis IX. exeunte octobri in majori curia

Alexandriæ fuere in consilio Alexandriæ per campanam congregato Ambaxiatores Aquenses, scilicet Obertus de Burgo consul Aquensis, & Henricus Bottaz potestati Alexandriæ, scilicet Petro Carrariæ, & ejusdem civitatis consiliariis redeuntes memoriæ, quod alii Ambaxiatores ex parte Aquensis communis, videlicet consules jam Alexandriæ venerant, & potestatem, & consiliarios ex parte communis Aquensis rogaverant, monuerant, dixerant prout melius poterant, ut castrum Meladii eis deberent restituere, quod contra jus, & etiam conditionem, & pactum, & fidem conjurationis acceperant; iterato ex parte ejusdem Aquensis eamdem faciunt admonitionem eisdem, & ad memoriam reducendum fidem Ambaxiatores jusserunt inde chartam fieri. Interfuerunt testes VV. scriba Carlevarius, & Dulio Clavarius Alexandriæ. Ego Petrus Notarius interfui, & jussu dictorum Ambaxiatorum scripsi.

Literæ Honorii III. absolutionis Alexandrinorum ab excommunicatione, & interdicto.

154 MCCIX.

Anno Domini Incarnationis MCCXIX., indictione VII. die Jovis XI. exeuntis martii (1) Alexandriæ præsente Henrico Sacco Clavario communis Alexandriæ, Uberto Serba, & D. Rainaldo Trotto, Monaco de Puteo, Gulielmo Rainerdo, Anrico de Manzo, Alberto de Bonello, Ruffino de Ottone Bello, Anselmo de Foro, Belengerio de Neblo, Baldezano Patara, D. Roglerio de Bellato, Arderico de Canzo de Mediolano, & D. Joanne de Casanova judice potestatis Alexandriæ testes rogati D. Fr. Bonifacius Dei gratia abbas, & D. Fr, Vassallus prior monasterii de Tilieto a S. Pontifice delegati, cujus commissionis tenor talis est. „ Honorius Episcopus Servus Servorum Dei dilectis „ filiis Abati, & Priori de Tilieto Aquensis Diocesis salutem, & Apostolicam Benedictionem. Vobis dedisse recolimus in mandatis, ut juramentum „ ab Alexandrinis satisfaciendi de offensis præteritis „ & standi mandatis nostris reciperetis vice nostra, „ & aliam, quam prudentia vestra cognosceret cautionem, quod inde fieret, nobis per literas vestras „ intimantes. Cum igitur iidem cives standi mandatis nostris præstiterint in manibus vestris juramentum, nihilominus castrum de Bosco propter „ hoc vobis nomine nostro pignori obligantes, sicut „ literæ vestræ nobis exhibitæ continebant, & dilectos filios Rainaldum Trottum, & Ghisulfum „ Acerbum viros utique providos, & fideles ad „ nostram præsentiam destinarunt tum in observationem mandati, quod eis faciendum duceremus, „ quam ad solutionem census, quem debent Apostolicæ Sedi se humiliter offerentes, discretioni „ vestræ præsentium auctoritate mandamus, quatenus Alexandriam personaliter accedentes excommunicationis, & interdicti sententias promulgatas in „ ipsos, pro eo quod resistentibus parti Regiæ contra „ prohibitionem apostolicam adhæserunt, vice nostra „ sublato appellationis obstaculo relaxetis, & injungatis eisdem sub debito præstito juramento, ut „ contra prohibitionem nostram, vel successorum nostrorum nulli præsumant de cætero adhærere, salvis aliis mandatis, quæ ipsis propter hoc duxerimus facienda. Ad hoc fidelitatis juramentum recipiatis nomine nostro ab eisdem, & annuum censum libras XXV. papienses pro tredecim annis, „ quibus in ejus solutione cessarunt exigentes, & „ recipientes ab ipsis, conservetis ipsam pecuniam „ diligenter, quousque super hoc receperitis nostræ „ beneplacitum voluntatis. Cum autem quæ præmisimus fuerint adimpleta, cives ipsius loci reddatis „ de bona voluntate, & gratia nostra securos publice denunciantes eos sub speciali Apostolicæ Sedis „ protectione manere tamquam Ecclesiæ Romanæ „ veros fideles, & filios speciales. „ Datum Laterani, XV. calend. decemb., Pontificatus nostri anno III. Fuerunt contenti, & confessi se recepisse, & habuisse a D. Guiffredo de Pirovano potestate Alexandriæ vice, & ex parte, & nomine communis Alexandriæ libras CCCXXV. den. pap. pro censu, quo civitas, & commune Alexandriæ dare, & solvere tenebantur præfato D. Papæ, sive sanctæ Romanæ Ecclesiæ pro XIII. annis præteritis videlicet XXV. pro quolibet anno omni exceptione non numeratæ pecuniæ renunciantes, & quod homines Alexandriæ juxta mandatum, & voluntatem ipsius D. Papæ fidelitatem præstiterunt, & fecerunt jam D. Papæ, & S. Romanæ Ecclesiæ secundum quod ipsi D. Abati, & Priori fidelitatem ipsam recipere fuerat a Romano Pontifice injunctum. Qui D. Abbas, & Prior ibi præsentialiter producti potestatem, & civitatem, & cives Alexandriæ reddidit de bona gratia, & voluntate summi Pontificis, & S. Matris Ecclesiæ securos, quod erunt sub protectione S. Romanæ Ecclesiæ, utpote fideles, & filios speciales, & quod eos ab omni sententia excommunicationis, & interdicti. Et inde hanc chartam jusserunt ut supra.

(1) *Istæ notæ haud conveniunt. Puto ego ita in primigenio exemplari scriptum MCCXIX, indict. VII., die Jovis VI. exeuntis martii.*

Aliæ ejusdem Pontificis Alexandriam in suam protectionem recipientis.

MCCXIX. 155

Honorius Episcopus Servus Servorum Dei dilectis filiis potestati, & populo Alexandrino salutem, & Apostolicam Benedictionem sacrosancta Romana Ecclesia devotos, & humiles filios ex affluente pietatis officio propensius diligere consuevit, & ne pravorum hominum molestiis agitentur, eos tamquam pia mater suæ protectionis munimine confovere. Ea propter dilecti in Domino filii vestris justis precibus inclinati civitatem vestram, & personas consistentes in ea sub B. Petri, & nostra speciali protectione suscipimus, & præsentis scripti patrocinio communimus, districtius inhibentes ne quis vos, & civitatem eandem præsumat indebite molestare. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ protectionis, & inhibitionis infringere, vel ei ausu temerario contravenire. Si quis ec. Dat. Romæ apud S. Petrum XII. cal. Pontificatus nostri anno III.

Aliæ ejuſdem Pontificis circa fidelitatem ab Alexandrinis præſtandam Regi Siciliæ Imperatori electo.

156 MCCXIX.

Honorius Epiſcopus Servus Servorum Dei dilectis filiis poteſtati, & populo Alexandrino ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Devotionis veſtræ literas paterna benignitate recepimus, & earum tenorem perſpeximus diligenter. Fidelitatem veſtram dignis in Domino laudibus commendamus, quod vos tamquam devoti, ac fideles Eccleſiæ Romanæ filii ei placere ſtudeatis (1). Super eo igitur quod noſtræ voluntatis ſcire beneplacitum petiiſtis, utrum cum videlicet vos vellent cum aliis amicis noſtris de Lombardia cariſſimo in Chriſto filio illuſtri Regi Siciliæ in Romano Imperatore electo fidelitatis juramentum præſtare, ſi ab eo fueritis requiſiti, præſtare poſſitis, vobis duximus præſentibus reſpondendum; quod ſi alii cives Lombardiæ dicto Regi fidelitatis præſtiterint juramentum, ſuſtinemus ad præſens pro pace veſtra, ut, ſi ab ipſo Rege fueritis requiſiti, juretis eidem, ſalvis tamen in omnibus fidelitate, ac jure ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ matris veſtræ. Datum Reatis II. cal. ſeptembris Pontificatus noſtri anno quarto.

(1) *In exemplari V. G. Burgontii* veſtræ gratiæ cooptatis, *inſcite omnino.*

Unio Plebis de Calamagna cum Archipresbiteratu Eccleſiæ Aquenſis ab Anſelmo Epiſcopo præſcripta.

157 MCCXX.

In nomine Domini amen. Noverint præſentes pariter, & futuri, quod ego Anſelmus Dei gratia Aquenſis Epiſcopus licet immeritus cognoſcens non ſolum ex conceſſione beat. mem. Reſtaudi Prædeceſſoris mei, verum etiam ex confirmationibus fel. record. Adriani Papæ, nec non DD. Hugonis, & Lotarii Regum, Plebem de Calamagna cum rebus ſpectantibus ad eandem ullo mediante ad Aquenſem Eccleſiam pertinere, ac in uſus Canonicorum ejuſdem deputatam fuiſſe a longis retro temporibus per eoſdem, conſiderans iſtis diebus eaſdem Eccleſias per Alexandrinos, & hoſtiles incurſus damna incurſiſſe non modica, & jacturas; & utriuſque indemnitati ſuper his deliberatione habita cupiens in poſterum providere, vicinitatem locorum, defectum Parochiæ, neceſſitatem imminentem, & evidentem utilitatem attendens nihilominus earumdem, dictam plebem duxi alias Aquenſi Eccleſiæ uniendam, & nunc de fratrum meorum conſilio, videlicet Othonis Archipresbiteri Aquenſis, Odicionis de Meladio &c., eaſdem unio in hanc formam, ut qui nunc eſt, vel a modo fuerit Archipresbiter Aquenſis Eccleſiæ ſit Archipresbiter ejuſdem Eccleſiæ, Archipresbiteratus gerens officium in ſpiritualibus in utraque, ita quod unus, & idem exiſtat Archipresbiter utriuſque, relicta ejuſdem plebis omnino jura in temporalibus Maſſariis Aquenſis Eccleſiæ, qui pro tempore fuerint conſtituti. Factum anno 1220. Domini noſtri Jeſu Chriſti, indictione 8. in capitulo Eccleſiæ Aquenſis, die Mercurii 5. februarii (1). Interfuerunt teſtes D. Belingerius, D. W. Dodonis, Vaſtapalea, Petrus Pardus, Anſelmus Muſius. Ego Jacobus Imperialis Aulæ Notarius interfui, & mandato dicti Domini Epiſcopi ſcripſi.

(1) *Quinta dies februarii hoc anno biſſextili erat dies Jovis: niſi forte hic ommiſſum fuerit* exeunte, *ut veriſimilius eſt. Quinta enim dies exeunte februario fuit dies Mercurii.*

Sententia de vinea in Montabono clientelari Eccleſiæ Aquenſi.

MCCXX. 158

Anno a Nativitate Chriſti MCCXX., indictione VIII. in civitate Aquis, die Sabati II. intrantis madii. Cum cauſſa ageretur coram Willelmo Dodonis, & Uberto de Burgo per curiam electis, & magiſtro Henrico aſſeſſore eorum inter D. Agradium Sindicum Aquenſis Eccleſiæ ab una parte, & Natam de Montabono ex alia, quæ talis erat: petebat ſiquidem ipſe Agradius nomine Aquenſis Eccleſiæ a Nata nomine medietatis quarti pro indiviſo tres congios vini provenientis Aquenſi Eccleſiæ ex vindemmiis proxime preteritis de vinea Natæ jacente in territorio Montisboni in Caſanova, & ut de cetero dimidiam quarti pro indiviſo ipſi Eccleſiæ præſtaret: Et Nata ex adverſo reſpondebat ſe nolle dare, nec debere quartum; ideo quia dicebat Archipresbiterum Aquenſis Eccleſiæ cum conſilio Canonicorum, & Gaſtaldi de Montebono terram, in qua eſt illa vinea, ſibi affictaſſe, antequam avineararetur, quod tunc utile fuit Eccleſiæ propter ſterilitatem terræ. Propterea dicebat godiam dictarum vindemmiarum fuiſſe tantummodo congios undecim. Prædicti Villelmus, & Ubertus viſis, & auditis utriuſque partis rationibus, & allegationibus per aſſeſſorem ſuum Natam condemnaverunt actori in modium, & in quarterium vini, & ut de cetero quartum pro dimidia ex illa vinea Aquenſi Eccleſiæ præſtet; & chartam inde fieri juſſerunt coram teſtibus ad hoc vocatis Ottone Long, Jacobino Buccaz, Henrico Pipere, & Henrico Callea. Cohærentes ſunt illi vineæ Otto Dora, Gropetus, idem Nata, & Rodulfus Belleratus. Ego Mattheus Not. Pal. rogatus interfui, & inde chartam ſcripſi. Ego Ubertus Galea de Aquis Not. Pal. mandato D. Alberti ec. Ego Bonfilius Not. Pal. ec.

Delegatio Bocaccii, & A. Brunæ ad curiam Regis.

MCCXX. 159

Anno Domini MCCXX. indictione VIII., die Mercurii VI. octobris (1). In Aquis utrumque conſilium habitum per campanas conſtituit Henricum Botatium, & Arnaudum Bruna ſuos miſſos, & ſindicos ad ſupplicandum Domino Regi, impetrandum, & contradicendum, & omnia facienda, quæ utilitati civitatis Aquenſis cognoverint aliquatenus expedire, promittendo quidquid per eoſdem ſindicos in ejuſdem curia geſtum fuerit ratum tenere, & nullo in tempore contravenire. Unde juſſit mihi chartam fieri, ut ſupra. Interfuerunt teſtes

vocati de consilio Ubertus de Burgo, Arnaudus, Ugonis, & Ogerius scriba; ego Petrus Notarius Sacri Palatii rogatus hanc chartam scripsi factam a prædicto Petro, sicut in ipso inveni, & in ipso scripsi exemplo nihil addens, vel minuens præter forte punctum, literam, vel sillabam.

(1) *Adde unitatem, & omnia consentanea erunt, sic erit VII. octobris, quæ erat dies Mercurii.*

Præceptum Regis civitati Alexandriæ ne offendant civitatem Aquensem.

160 MCCXX.

Anno Domini MCCXX., indictione VIII., die Veneris X. cal. novembris in palatio Episcopi Placentini, præsentibus Ruffino de Wiliol, Arnaudo Rapa, & D. Manfredo de Uxetio testibus rogatis. Episcopus Metensis, & Spirensis Domini Regis Cancellarius, & Jacobus Taurinensis videntes, & cognoscentes Dominum Regem recepisse civitatem Aquensem, Episcopum ejusdem, & Episcopatum in suam protectionem, & defensionem, præceperunt ex parte Regis Potestati, & Ambaxiatoribus Alexandriæ, ne aliquatenus offenderent civitatem Aquensem, Episcopum, aut Episcopatum in rebus, vel personis. Unde D. Anselmus Aquensis Episcopus chartam fieri rogavit. Ego Ruffinus Notarius Sac. Pal. interfui, & hanc chartam rogatus scripsi. Ego Ubertus Not. Sac. Pal. ec. Ego Henricus Not. S. Pal. ec. Ego Petrus Not. S. Pal. ec.

Literæ Guidonis Pœnitentiarii S. P. de Ottoboni absolutione.

161 MCCXXI.

Anno Dominicæ Incarnationis MCCXXI., indictione IX. de Sabato X. mensis aprilis (1), in claustro majoris Ecclesiæ Alexandrinæ. Ottobonus porrexit literas Domino Archipresbitero ejusdem Ecclesiæ, quas ipse benigne recepit tenor, quarum hic est. Venerabilibus viris capitulo Alexandrino fr. Guido Domini Papæ Pœnitentiarius salutem in Domino. Cum moliente humani generis inimico Ottobonus lator præsentium per quosdam Pseudo-prophetas sua simplicitate detentus erroris promissis allectus, qui sub spe benignitatis animas a via divertunt fidei Christianæ, olim in quibusdam fidei articulis dubitavit, & tandem per discretos viros Apostolicæ Sedis quasi Teodoctum vere ad gremium matris Ecclesiæ sit reversus, auctoritate Domini Papæ ad vos eum tamquam Catholicum membrum Ecclesiæ spirituale duximus remittendum ut ipsum instructum vera fide per Ecclesias vestræ civitatis publice nuncietis, & ab excommunicatione si quam ipse incurrisse se dicebatur, penitus absolutum.

Universo capitulo Alexandrinæ Ecclesiæ amicis venerabilibus, dilectisque, Henricus divina miseratione Bononiensis Episcopus, æternam in Christo salutem, noveritis quod lator præsentium Ottobonus, qui olim in articulis fidei dubitavit . . . . . absolutum sicut Pœnitentiarius Domini Papæ . . . . . nobis suis literis declaravit, quas videre poteritis. Venerabili in Christo Patri Dei gratia Bononiensi Episcopo frater Guido Domini Papæ Pœnitentiarius salutem in Domino. Cum molientem *reliqua ut supra, eo excepto, quod ubi in literis ad Alexandriæ capitulum* per Ecclesias suæ civitatis, *hic* per scholas civitatis Bononiensis nunciare absolutionem *jubet.*

(1) *In exemplari ad me olim Alexandria transmisso, ex quo hoc documentum desumsi, erat annus* 1220, *sed in autographo absque dubio fuit scriptum* 1221. *Hoc enim anno erat indictio nona, & sabati dies cum decima aprilis concurrebat: minime vero si annum detrahas.*

Sententia Canonicorum Parmensium in caussa delegationis inter capitulum, & monasterium Aquense circa jura Parochialia.

MCCXXIII. 162

Anno Domini MCCXXIII., indictione II., die lunæ XXX. octobris in Castelleto Aquis D. Aselmus Dei gratia Aquensis Episcopus de consensu D. Lanfredi Sindici Canonicorum Aquensium, & D. Arnaldi Monachi, & Sindaci Monasterii S. Petri Aquensis appareat consilium munitum sigillo D. U., & D. Ja. Doctorum legis, & magistri M., & D. Sichebaudi Canonicorum Parmensium, quod consilium idem Episcopus jussit mihi Petro autenticare, & in publicam formam redigi; cujus tenor talis est. In nomine Domini consilium sapientum scilicet D. U., & D. Ja. Doctorum legum, & magistri M., & D. Sigebaudi Canonicorum Parmensium tale est: visa petitione Sindaci Canonicorum Aquensium, visis positionibus, & responsionibus, attestationibus, instrumentis, & privilegiis, & omnibus rationibus, & allegationibus tam actoris, quam rei, & diligenter examinatis, & perscrutatis sic dicunt: quod Abbas, & Monaci, & Sindacus eorum pro prædictis, & monasterio esse condemnandos prædictis, & Canonicis, & eorum Sindaco secundum formam petitionis in libello comprehensam, salvo jure Capellani monasterii, secundum quod D. Ugo quondam Aquensis Episcopus in suo statuto, sive dicto decrevit, & ordinavit. Interfuerunt testes Willelmus Serdo, Manfredus Bocaz, Jacobin Bocaz, Albertus scriba, & Jacobus Not. Ego Petrus Not. ec.

Sententia D. Anselmi Ep. Aq. in eadem caussa.

MCCXXIII. 163

Anno Domini MCCXXIII., indictione XI., die lunæ III. octobris (1) præsentibus D. Willelmo Dodonis, Manfredo Bocaz, Jacobino Bocaz, Alberto Not., & P. Lavagio testibus, D. Anselmus Dei gratia Aquensis Episcopus post multas ammonitiones factas D. Lanfredo Sindico Canon. Aquen., & D. Arnaudo Monacho, & Sindico Monasterii S. Petri Aquen. de concordia, & de ipsarum partium consensu idem Episcopus pervenit ad sententiam, & inter eos cum consilio assessorum suorum scilicet D. Jacobi de Valle, & magistri Henrici sententiando definivit, & jussit inde chartam fieri. Ego Petrus Notarius ec. Ego Ubertus Galea ec.

(1) *Forte ommissum calendas, alioquin non III., sed XXX. legendum; & ita reperi in exemplari quondam D. Turrii.*

Sententia Anſelmi Ep. Aq. de jure parochiali pro Eccl. cathedrali adverſus mon. S. Petri.

164 M C C X X I I I.

Anno Domini MCCXXIII., indictione XI. In nomine Domini Noſtri Jeſu Chriſti cum cauſa verteretur coram D. Anſelmo Dei gratia Aquenſi Epiſcopo inter D. Lanfredum ſindicum canonicorum ex una parte, & D. Arnaudum monachum ſindicum monaſterii S. Petri ex altera parte facta petitione in hunc modum. Agit presbiter Lanfredus ſindicus canonicorum Aquenſium coram D. Anſelmo Aquenſi Epiſcopo nomine Aquenſis Eccleſiæ contra Abbatem, & Monachos S. Petri de Aquis nomine monaſterii petens ab eis, ut duas partes oblationum puerorum, qui ibi ſepeliuntur, ſibi in pace dimittant. Item quod non debeant ſcapſellas imponere, neque ſponſas benedicere, neque mulieres ſurgentes a partu recipere, neque pœnitentias dare in civitate, & ſuburbio, neque infirmos viſitare, nec aliquid facere, quod ad jus parochiale pertineat, cum parochia pertineat ad eoſdem canonicos.

Super qua petitione lis conteſtata eſt, quia reſpondit Sindicus monaſterii, quod nolebat dimittere duas partes oblationum puerorum, qui ſepeliuntur apud monaſterium, nec ab aliis ceſſare, quæ in libello continentur, cum ſit jus monaſterii, & ad monaſterium pertineat. Super quibus ſindicus canonicorum voluit fundare intentionem ſuam dicens, quod de jure communi iſta parochia tam civitatis, quam ſuburbii ſpectat ad eoſdem canonicos; cum Eccleſia ſit cathedralis, baptiſmalis, & parochialis, & inſuper exhibuit ſententiam D. Alghiſii Mediolanenſis Archiepiſcopi, & ſtatutum D. Ugonis quondam Epiſcopi Aquenſis, & quoddam privilegium D. Adriani Summi Pontificis, & quaſdam alias litteras D. Papæ Urbani, & D. Alghiſii, & etiam D. Milonis, & ad fundandam intentionem ſuam multos induxit teſtes, ex quibus dicebat, quod Sindicus monaſterii, & Abbas monaſterii condemnandi erant ſecundum petitionem in libello comprehenſam.

E contra Sindicus monaſterii pro ipſo monaſterio dicebat monaſterium fore abſolvendum exhibens pro jam dicto monaſterio decretum ſive conceſſionem D. Dudonis quondam Epiſcopi Aquenſis factam eidem monaſterio, per quam dicebat eſſe conceſſum tam monachis, quam capellano ſervire parochiæ ſive parochianis, & ſic monaſterium habere parochiam, unde licitum erat eis, & pœnitentias dare, infirmos viſitare, ſponſas benedicere, mulieres ſurgentes a partu recipere, & ſcapſellas imponere, & alia facere, quæ ad parochiam ſpectant. Inſuper exhibebat confirmationem D. Guidonis quondam Epiſcopi Aquenſis, & D. Enrici quondam Epiſcopi Aquenſis, & privilegium D. Adriani Papæ, & quaſdam litteras D. Adriani, & D. Alexandri Papæ. Inſuper dicebat monaſterium eſſe tutum præſcriptione XL. annorum, & ſuper hoc multos induxit teſtes, propter quæ dicebat monaſterium eſſe abſolvendum.

Unde viſis atteſtationibus, inſtrumentis, privilegiis, rationibus, & allegationibus utriuſque partis, & diligenter examinatis, & habito conſilio plurium ſapientum, jam dictus Anſelmus Aquenſis Epiſcopus condemnavit Sindicum, & Abbatem nomine monaſterii ſecundum formam petitionis in libello comprehenſam, videlicet quod duas partes oblationum puerorum, qui ibi ſepeliuntur ſibi in pace dimittant. Item quod non debeant ſcapſellas imponere, neque ſponſas benedicere, nec mulieres ſurgentes a partu recipere, neque pœnitentias dare in civitate, & ſuburbio, neque infirmos viſitare, nec aliquid facere, quod ad jus parochiale pertineat, ſalvo jure capellani monaſterii ſecundum quod D. Ugo quondam Aquenſis Epiſcopus in ſuo ſtatuto decrevit, & ordinavit. Unde jam dictus D. Anſelmus Aquenſis Epiſcopus juſſit binas cartas unius tenoris inde fieri.

Hæc uno brevibus ſunt facta tenore duobus. Interfuerunt teſtes vocati, & rogati Gulielmus quondam Dodonis, Albertus Scriba, Manfredus Bocaz, Petrus Magiſtri Enrici, Aquideus Serraval, Jacobus Notarius, Ubertus Clericus de Lomello, Presbiter Benedictus Papienſis, Presbiter Enricus Capellanus canonicorum.

Actum eſt hoc in caſtelletto Aquis feliciter, die Lunæ XXX. menſis octobris.

Ego Petrus Notarius S. Palatii rogatus interfui, & de mandato D. Anſelmi Epiſcopi Aquenſi hanc cartam binas per alphabetum dividens.

Delegatio Canonicorum Aquenſium in lite cum monaſterio ſancti Petri.

M C C X X I V. 165

Anno Domini MCCXXIV., indictione XII., die Jovis IV. januarii, in Solario Aquenſis Eccleſiæ præſentibus presbytero Henrico, Canavaxio teſtibus rogatis capitulum Aquenſe, videlicet D. Otto Archidiaconus, O. Archipresb. de Meladio, Lanfredus Cantor, Paulus, & Magiſter Henricus conſtituunt Arnaudum ejuſdem Eccleſiæ canonicum & ſindicum, Actorem, & procuratorem ſuum in in cauſa apellationis, quam habent . . . . . cum D. T. Abbate, & monacis S. Petri de Aquis nomine ejuſdem monaſterii ſuper jure parochiali, coram D. Alb. Dei gratia electo, & Villelmo præpoſito Canonicorum a Venerabili P. D. Henrico Archiepiſcopo Mediolanenſi, Judicibus delegatis, ut poſſit agere, excipere, replicare, & reſpondere, & omnia facere, quæ ad ipſam cauſam noſcuntur pertinere promittentes, quod ſuper hoc legitime per ipſum factum fuerit, ratum, & firmum perpetuo habituros. Et ego Jacobus Imperialis Aulæ Notarius. &c.

Capitula in lite de juribus parochialibus inter monachos, & canonicos Aquenſes.

M C C X X I V. 166

In nomine Domini anno MCCXXIV., die lunæ X. menſis junii, indictione VII. (1), in palatio Domini Archiepiſcopi coram D. Henrico divina miſeratione S. Mediolan. Eccleſiæ Archiepiſcopus.

Expoſuit Magiſter Otto ſindicus, & procurator monaſterii S. Petri Aquis in cauſa, quam habet nomine

nomine ipsius monasterii cum D. Arnaldo canonico, & sindico Ecclesiæ Aquensis nomine ipsius Ecclesiæ, quod prædictum monasterium est circumdatum habitationibus hominum undique. Ad quod respondet, quod concedit, quod quædam habitacula sunt circa ipsum monasterium.

Item ponit, quod illa habitacula sunt ibi quadraginta annis, & plus (2). Ad quod respondet, quod non concedit de quadraginta, nec de triginta, sed de viginti concedit.

Item ponit, quod prædictum monasterium sit situm in suburbio illius civitatis. Ad quod respondet, quod concedit.

Item ponit, quod suburbium illud est ita antiquum, quod memoria hominum non extat (3). Ad quod respondet, quod suburbium illud, quod adjacet illi monasterio ad Septentrionem, & a mane in parte ita antiquum sit: a meridie, & a sero, & a mane in parte non concedit esse ita antiquum.

Item ponit, quod suburbium illud est juxta civitatem. Ad quod respondet, quod concedit fluvius interjacens.

Item ponit, quod in Ecclesia S. Petri fuerunt canonici seculares, & non monaci. Ad quod respondet, quod non concedit a ducentis annis infra, sed a ducentis viginti annis infra concedit.

Item ponit, quod monasterium illud habet parochiam in suburbio. Ad quod respondet, quod non concedit.

Item ponit, quod parochia suburbii pertinet ad prædictum monasterium. Istæ duæ positiones retinentur in suspenso.

Item ponit, quod quidam Dudo fuit quondam Episcopus Aquensis. Ad quod respondet, bene concedit.

Item ponit, quod ipse Episcopus jacet ad prædictum monasterium. Ad quod respondet, quod concedit.

Item ponit, quod Capellanus monasterii instituitur in ipsum monasterium per Abbates, & Monacos illius monasterii. Ad quod respondet, quod non concedit.

Item ponit, quod in Ecclesia majori sunt plures fontes. Ad quod respondet, quod bene concedit.

Item ponit, quod in majoribus fontibus baptizatur in solemni baptismo scilicet resurrectionis. Ad quod respondet bene concedit.

Item ponit, quod minores fontes stant pleni per totum annum exceptis Paschalibus diebus. Ad quod respondet bene concedit.

Item ponit, quod Capellanus monasterii baptizat pueros, quos facit christianos apud Ecclesiam D. Petri in prædictis fontibus minoribus, & in majoribus, præterquam in sabbato sancto. Respondet, quod non concedit.

Item ponit, quod baptizat in minoribus fontibus illos pueros, quos facit Christianos apud S. Petrum in illis temporibus, quibus non fiunt solemnia baptismata. Ad quod respondet, quod non concedit.

Item ponit, quod Monaci, & Capellani illius monasterii inungunt infirmos oleo sancto in dicto suburbio. Ad quod respondet, quod non concedit, sed concedit, quod capellanus aliquis inunxerit, sed cum injuria majoris Ecclesiæ.

Item ponit de civitate, & idem dicit, & respondet.

Item ponit, quod monachi, & capellani illius monasterii tribuunt corpus Christi infirmantibus in dicto suburbio, & civitate, qui illud petunt. Ad quod respondet, quod non concedit.

Item ponit, si alicui de ipso suburbio injungenda sit pœnitentia solemnis, quod per capellanum illius monasterii ducitur ille ad Dominum Episcopum, vel ad pœnitentiarium solemnem. Ad quod respondet, quod non concedit.

Item ponit, quod quidam Guido fuit quondam Episcopus Aquensis. Ad quod respondet, quod bene fuit Episcopus.

Item ponit, quod illud, quod ait sindicus monasterii, privilegium Dudonis fuit repertum in ipso monasterio a septimo anno infra.

Item ponit, quod a septimo anno supra, stetit dictum privilegium in ipso monasterio, quod non fuit lectum per annos quadraginta.

Item ponit, quod scriptura illa, de qua fit mentio in sententia Anselmi Episcopi per illa verba *decretum*, vel *concessio* fuit reperta in ipso monasterio a septimo anno infra, cui scripturæ tenor est ille, cui impressum est sigillum Domini Archiepiscopi. Ad quod respondet, se non credere.

Item ponit, quod dicta scriptura stetit in ipso monasterio ab octo annis supra, quod non fuit lecta per quadraginta annos in ipso monasterio. Ad quod respondet, se non concedere, quod fuerit in illo monasterio per quadraginta annos.

(1) *Corrige XII.* (2) In alio infrascripto anni 1229. *sunt ibi per tantum tempus, cujus non extat memoria.* (3) In eodem, *est ita antiquum, ac civitas.*

Juramentum Aquensium erga Alexandrinos ex Apographo Archiv. Episc. collato cum alio exemplari penes quond. Franc. Turrium.

M C C X X I V. 167

Anno Domini MCCXXIV., indictione XII., die Veneris XXVI. julii, in refectorio canonicæ Aquensis, in pleno consilio Aquensis civitatis tam majori, quam populari per campanam collecto, Ubertus de Burgo, & Nepos Morandi consules, & rectores dictæ civitatis, & eorum adsessor Arnaudus D. Benzonis vice, ac nomine dicti communis, dicto consilio confirmante, & nullo contradicente promiserunt super sancta Dei Evangelia jurantes Domino Provinciali Judici communi Alexandriæ, & D. Ruffino Guasco, & D. Bernardo de Marenco Ambaxiatoribus, & procuratoribus communis Alexandriæ nomine, & vice communis ejusdem stipulantibus salvare, defendere, & manutenere civitatem Alexandriæ cum omni honore, jurisdictione, & integritate, in qua nunc est contra omnes personas, & loca, salvo omni jure, quod ipsi Aquenses habent in Meladio, & salvo Domino Imperatore, & Episcopo Aquensi, & Dominis Marchionibus de Ponzono, & Cassinensibus, nisi prædictus Episcopus, & Marchiones, & Cassinenses, vel per se, vel per alium Alexandrinis guerram fecerint infra dies . . . . post monitionem Aquensium nol-

lent ceſſare, quod Aquenſes non debeant poſt monitionem dictum Epiſcopum, & Marchiones, & Caſſinenſes adjuvare, vel offendere contra commune, vel pro communi Alexandriæ: & hoc ſi Epiſcopus, vel Marchiones, vel Caſſinenſes per ſe, vel per alium, vel aliquod commune auctoritate eorum communi Alexandriæ guerriaverint. Si vero Alexandrini per ſe, vel per alium eorum auctoritate Epiſcopo, & Marchionibus, & Caſſinenſibus guerras moverent, tunc commune Aquis poſſit prædictos adjuvare. Item ſub eodem juramento mittere Romam pro unione inſtauranda primo vice expenſis communis Aquis. Item quod non facient conjurationem cum aliqua perſona, vel perſonis, loco, vel locis, niſi ſalvis juramentis, & pactis factis in Alexandria (1). Item quod facient guerram, cavalcatam, & exercitum emendo, equos, & arma convenientes, vel convenientia homini, vel hominibus, item loco, vel locis, qui Alexandriæ guerriaverint. Item quod non facient pacem, treguam, vel poſſam in fraudem, niſi ſicut Alexandrini fecerint. Item quod non auferent, nec auferri permittent alicui de Alexandria pedagium in Aquis, vel ejus diſtrictu. Item quod non ſaxibunt, vel ſaxiri permittent in Aquis, vel ejus diſtrictu aliquem de Alexandria pro aliquo debito, niſi expreſſim fuerit obligatus pro illo debito. Quæ autem prædicta omnia omnes de conſilio, qui ibi aderant, quilibet manu propria ad ſancta Dei Evangelia promiſit, & juravit attendere, quorum nomina ſunt hæc: Ubertus de Burgo, Nepos Conſules, Arnaudus Judex, Aicardus Affolle, Manfredus Boccaz, Saccus, Petrus Roba, Ubertus Magiſtri Henrici, Pilus Gaje, Jacobus Quaſtarava, Ubertus Agredi (2), Otto Planus, Belengius, Lucio, Muſſus de Porta, Henricus Abbatus, Vermus Boranus (3), Muſſus Cerris (4), Jacobus de Plaxano, Vermus quondam Belengerii Molinarii, Johannes Chriſtianus (5), Benenatus Sovagius (6), Beſuitius Guaſtapalea, Vincentius Meſſairolus (7), Gosbertus, Vaſſallus Razul, Ainardus, Jacobus Sorel, Ameli Nicola, Balionus, Ogerius Atane (8), Alelmus Tolera (9), Rodulfus Deliſalvi, Henricus Piper, Otto Moreno (10), Oculus Apoſtoli, Henricus Blancus, Vermus Serdo, Arnaudus Bruna, Dominicus Belengerius, Arnaudus bis Conſul (11), Ubertus Mantea, Petrus Scriba.

Interfuerunt teſtes rogati videlicet (12) Henricus Barob, (13) Patiens Homu, (14) Anſelmus Traim, Baſtardus Bernardi de Marenco, Ottolinus Mat (15), & Henricus de Centig.

(1) *Cum Alexandrinis.* (2) *Agrati.* (3) *Villelmus Bojanus.* (4) *Calis.* (5) *Vianus.* (6) *Bonaldus Lavagius.* (7) *Meſtyrol.* (8) *Arancus.*

(9) *Anſelmus Telleva.* (10) *En Chronici Laudenſis ſcriptoris nomen, & cognomen.* (11) *Arſ. ſerv. Conſul.* (12) *Vilel. Leger.* (13) *Baril.* (14) *Teriva.* (15) *Met.*

Juramentum Alexandrinorum erga Aquenſes.

168 MCCXXIV.

Eodem anno die Mercurii ultima julii, præſentibus Armanno Capellario, Notario Scotto de Imblavato, & Bocia Notario, & Ruffino de Gujoto teſtibus. In majori Eccleſia S. Petri Alexandriæ in pleno conſilio campana collecta D. Petrus de Petraſancta Alexandriæ poteſtas dicto conſilio confirmante, & nullo contradicente vice, & nomine communis Alexandriæ promiſit, & ſuper ſancta Dei Evangelia juravit Uberto de Burgo conſuli, & Arnaudo de Bruna Ambaxiatori vice, & nomine communis ſalvare, defendere, & manutenere civitatem Aquenſem cum omni honore, juriſdictione, & integritate, in qua modo eſt contra omnes perſonas, & loca ſalvo Domino Imperatore, & Marchione Montisferrati, & ſalvis juramentis, quæ fecerant, quibus tenentur Mediolanenſibus, Terdonenſibus, Vercellenſibus, Aſtenſibus, Albenſibus, & Valentianis, & Caſſinenſibus, ſalva unione, ſicut continetur in privilegio facto per Dominum Papam Innocentium inter Aquenſes, & Alexandrinos, & Eccleſiam Alexandrinam, & Aquenſem. Item quod non faciet conjurationem aliquam cum aliqua perſona, vel perſonis, loco, vel locis, niſi ſalvis juramentis, & pactis factis Aquenſibus. Item promiſit ſub eodem juramento facere guerram, cavalcatam, & exercitum emendo equos, & arma convenientes, & convenentia homini, vel hominibus loco, vel locis cui Aquenſes guerrizzarent, Item quod non facient pacem, treguam, vel poſam in fraudem, niſi ſicut Aquenſes fecerint. Item quod non auferent, nec auferri permittent pedagium alicui de Aquis in Alexandria, vel ejus diſtrictu. Item quod non ſaxibit, vel ſaxiri permittet in Alexandria, vel ejus diſtrictu aliquem de Aquis pro aliquo debito, niſi expreſſim fuerit obligatus pro illo debito. Quæ autem omnia prædicta omnes de conſilio, qui ibi aderant quilibet manu propria promiſit, & ſuper ſancta Dei Evangelia attendere juraverunt nomina quorum ſunt hæc: Anſelmus Zoppus de Foro, Namphus Lanza Vecchia, D. Philippus Judex Grevia, Guaſta Molia, Florius Ricia, Ruffinus de Petragona, Ubertus de Foro, Obertus Squarzaficus, Bono Johannes de Roba, Bubulcus Achaſinus, Caſagnus Belengius de Taliolis, Bernardus de Marenco, Paleacius de Boſco, Anſelmus de Bota, Ganducinus de Ganduciis, Anricus Jacolius, Aleomelius Guaſcus de Bonifaciis, Obertus de Serot, Otto Sappa, Laurentius Scarabellus, Otto de Rulto, Ruffinus Cremonenſis, Ottobonus Beccarius, Boſſo Faber, Pitzius de Foro, Odeſonus Beccarius, Enricus Balbus, Ruffinus Ciffus, Manfredus de Guagnono, Veilelmus Guaſcus, Obhertus de Occimiano, Vellelmus de Aquis, Ubertus Raſtanus, Auriaccius Nanus, Obertus Judex de Serit, Johannes Ardengus, Ogerius de Pagino, Ubertus Scatarelus, Oglerius Grillus, Graſſus Rabaudicole, Giraudus Nicia, Tibaudus Rubeus, D. Otto Rubeus, Villelmus de Gaudaccio, Ruffinus de Bogerio, Rainerius Nanus, Jacobus Guercius, Mulacius Auracius Criſta, Guido Donnebone, Ruffinus Guaſcus, Johannes Ser, Vilelmus Rainardus, Amicus Mutus, Ubertus Langonicus, Amicus Donnephisla, Carlus Rainardus, Auricus Baroſus, Albertus Treppus, Otto Vitiatus, Veilelmus Taurus, Ruffinus Clarus, Otto Ravarius, Rainerius Villelmus, Nani Johannes

Ricia, Bernardus de Pillo, Dolius Girardus de Seroto, Ubertus Gnaonus, Bernardus Curtus, Belengius Niblus, Otto de Foro, Auricus de Pillo, Ubertus Sachel, Willelmus Caſtinus, Anricus Gamundus, Ugo de Gazono, Bono Johannes de Graſſis, Tibaudus Nata, Palmerius de Puteo, Arnaudus de Taſco, Wilelmus Barotius, Anſelmus Picius, Wilelmus Henricus Strane, Wilelmus Guercius, Jacobus Pelorcius, Manfredus Tibaudonus, & Nicolaus Callegarius. Et item tam conſules prædicti quam poteſtas, & utriuſque civitatis conſiliarii, jam dicti juſſerunt cartam fieri. Ego Petrus Notarius S. Palatii rogatus interfui, & de mandato conſulum dictorum, poteſtatis, & conſiliariorum civitatis utriuſque hanc cartam ſcripſi.

Mandatum Honorii III. Alexand., ut Eccleſias de Quargnento, Oviliis, & Solerio reſtituant Aſtenſi Eccleſiæ.

169 M C C X X I V.

Honorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilectis filiis capitulo, & civibus Alexandrinis. Ven. F. N. . . . . Epiſcopus, & dilecti filii capilum Aſtenſe ſua nobis petitione monſtrarunt, quod fel. me. Alexander P. P. prædeceſſor noſter volens vobis proprium Epiſcopum, propriamque Diœceſim aſſignare pro ipſa Diœceſi aſſignanda circumſtantes Diœceſes mutilavit. Scandalo igitur, & odio propter hoc contra veſtram civitatem ſuborto, idem prædeceſſor noſter, ut hujuſmodi ſcandalum, & odium ſopiretur, ſtatuit, ut Alexandrinæ, & Aquenſis Eccleſiæ unirentur, & ſic Aſtenſis Eccleſia pacifice retinuit plebem de Quargnento, ac plebem de Vuiliis cum capellis ipſarum, & Eccleſiarum de Soleriis, quibus mutilata fuerat in aſſignatione diœceſis ſupradictæ, cumque prædicta unione non conſecuta effectum, diu ſine proprio Epiſcopo fuiſſetis, demum tempore fel. me. Innocentii P. P. prædeceſſoris noſtri tractatum de habendo Epiſcopo reſumpſiſtis. Idem igitur prædeceſſor noſter cognito ex regeſtis ejuſdem Alexandri P. P., quod ipſe duos excogitaverat modos vobis Epiſcopum providendi, aſſignatione videlicet proprii Epiſcopi, & Diœceſis, ac unionem deinde ſupradictam, mandavit bo. mem. Terdonenſi Epiſcopo, & Archidiacono Vercellenſi, ut ſi fieri poſſet ſine gravi ſcandalo, & enormi præjudicio aliorum juxta primum modum, ſive ſecundum providerent vobis perſonam idoneam in paſtorem. Alioquin quæ ſuper his invenirent, ei per ſuas litteras intimarent, ut per eorum relationem inſtructus procederet in ipſo negotio, pro ut videret potius procedendum. Prædictis ergo Epiſcopo, & Archidiacono ei ſignificantibus, quæ invenerant, ipſe præeligens ſecundum modum providendi vobis Epiſcopum unionem prædictam deliberato conſilio confirmavit. Vos vero filii capitulum non attendentes, quod electo ſecundo dictorum modorum primus ceſſaverat, nihilominus præfatas detinetis Eccleſias, quas Aſtenſis Eccleſia uſque ad diem illam poſſederat ſine lite, vobis filii cives contra juſtitiam detinentibus burgum Quargnenti cum pertinentiis ſuis de jure ad Aſtenſem Eccleſiam pertinentem. Et licet ſuper iis plures Apoſtolicas litteras impetrarint, nondum tamen ſuam potuerunt juſtitiam obtinere, quare nobis humiliter ſuplicarunt, ut prædicta ſibi reſtitui faceremus, vel ſaltem partes, cum cauſa ſit ardua, dignaremur ad noſtram vocare præſentiam, & eam fine debito terminare. Cum igitur ea, quæ præmiſſa ſunt de propria Diœceſis aſſignatione, & unione prædictis ex litteris contentis in regeſtis eorundem prædeceſſorum noſtrorum liqueat eſſe vera, diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus Eccleſias prædictas, & burgum cum pertinentiis ſuis ſine difficultate reſtituatis Epiſcopo, & capitulo ſupradictis, & permittatis eoſdem illorum pacifica poſſeſſione gaudere, vel ſi de jure confiditis in prima Dominica proximæ quadrageſimæ, quam vobis terminum peremptorium aſſignamus ſufficientes procuratores vos filii capitulum veſtros, & vos filii cives veſtros propter hoc ad noſtram præſentiam deſtinetis exhibituri, & recepturi ſuper his, quod dictaverit ordo juris, ſcientes nos dilectis filiis præpoſito . . . . Archipresbitero, & Cantori Carienſi Taurinenſis diœceſis per noſtras litteras mandaviſſe, ut ſi neceſſe fuerit vos per cenſuram Eccleſiaſticam appellatione remota compeſcant ad alterum prædictorum. Non obſtantibus litteris ſuper his hactenus a ſede Apoſtolica impetratis. Datum Lateran. III. nonas decembris anno nono.

Ex T. IV, Litterarum Apoſtolicarum Honor. PP. III. *pag.* 26.

Conventio inter Canonicos Aquenſes, & Monachos S. Petri de recipiendis depoſitionibus teſtium.

M C C X X V. 170

Anno Dominicæ Incarnationis MCCXXV., ind. XIII., die Sabbati II. februarii, in Aquis ſcilicet in clauſtro S. Petri Aquenſis præſentibus teſtibus infraſcriptis. Coram D. Fulcone Mediolanenſi ordinario, & delegato D. Henrici Mediolanenſis Archiepiſcopi in cauſa, quæ vertitur inter capitulum Aquenſis Eccleſiæ, & capitulum S. Petri ejuſdem civitatis, prout in litteris delegationis ſigillo D. D. Archiepiſcopi munitis apparebat, quas vidi, & legi. Ita convenit, ut capitulum Aquenſe ſcilicet inter D. Arnaldum præpoſitum de Veximo ſindacum ipſius Eccleſiæ præſentem, & conſentientem, & volentibus D. Ottone Archidiacono, D. Ardizone præpoſito de Melazo, & D. Magiſtro Enrico ex una parte, & D. Arnaldum de Vuiliolis procuratorem Magiſtri Ottonis Clerici S. Calimeri Mediolanenſis ſindici dicti monaſterii præſentibus, & conſentientibus, & volentibus D. Tutbono Abbate, & D. Guilelmo Priore, Henrico Priore S. Petri de Capitevici, presbytero Vincentio de S. Johanne de Ranis, presbitero Thediſio, Gulielmo Scoto, Oberto Placiano, Petro, Johanne, & Henrico Clerico nomine, & a parte capituli ipſius monaſterii ex altera, ut teſtes monaſterii, qui producti ſunt in cauſa appelationis, interrogentur de quæſtionibus canonicorum, ſuper quibus non fuerunt ſufficienter interrogati ab illo, qui illos recepit ſalvo jure Aquenſis Eccleſiæ, ſi contra capitula

in illis probationibus data fuiſſent, quæ de jure non fuiſſent admittenda. Et ibidem capitulum Aquenſe renunciat appellationi a ſe factæ ſuper teſtibus non recipiendis a Guillono canonico, ſalvo eo, quod ſuperius dictum eſt, & ſalvo eo, quod poſſunt objicere ſecundum jus in perſonas teſtium, & dicta eorum, exceptis perſonis monacorum, & clericorum. Ita tamen quod canonici non poſſunt objicere, quod productio ipſorum teſtium ipſo jure ſit nulla, utpote poſt appellationem velut non legitime facta; &. ibidem utraque pars renunciat productioni teſtium ulterius faciendæ, niſi forte ſi quæſtio ſuper gravitate expenſarum factarum, & futurarum inter eos emerſerit, & inde plures cartas &c. Interfuerunt teſtes rogati Tutbonus de Gaſco . . . Jacobus de Madona, Anricus Gaſcus, & Jacobus Notarius cuſtos majoris Eccleſiæ Aquenſis. Ego Provincialis Notarius S. Palatii &c.

Debitum ab Epiſcopo Anſelmo contractum cum capitulo Aquenſi pro ſuo itinere ad concilium Provinciale.

171 M C C X X V I.

Anno Domini MCCXXVI., indictione XIV., die Martis III. novembris, in Aquis Morando Uberto de Burgo, & nepos Morandi teſtibus rogatis. D. Anſelmus Aquenſis Epiſcopus confeſſus fuit capitulum Aquenſe ſcilicet D. M. Archipresbiterum de Cunchis, D. O. Archipresbiterum de Meladio, D. Lanfredum, Magiſtrum Henricum, & D. Paulum pro ſe mutuaſſe, & ab eis recepiſſe den. bon. Papienſium libras XXVIII., & ſolid. XV., quos promiſit canonicis reſtituere uſque ad ſex menſes proximos; & ſi tunc non ſolverit, obligat ei dimidium meſſis ſuæ braidæ de S. Damiano, de qua tradit eis ad præſens poſſeſſionem, promittens ad ſuam expenſam illam . . . poſſe facere duci, & de fructibus habitis eorum auctoritate debitum illud ſolvatur, ſi ſuppetatur; ſi non ſuppetatur, promiſit eis aliunde complere, obligando bona Epiſcopatus. Confitebatur idem Epiſcopus, ſicut dictam pecuniam debebat uti in utilitatem, & pro utilitate Eccleſiæ, ſcilicet quod expendere tenetur iturus vocatus a Domino Mediolanenſi Archiepiſcopo ad provincialem ſynodum. Ego Belengius S. Palatii Not. &c.

Procuratio concilii provinc. Mediol. Epiſcopis Brixiens., & Hyporegien. ad promovenda negotia, quæ habet Eccl. Aquen. in curia Romana cum Alexandrinis.

172 M C C X X V I.

Anno Dominicæ Nativitatis MCCXXVI., indict. XIV., die Lunæ XV. exeuntis novembris. In Mediolano in palatio Domini Archiepiſcopi, D. Henricus miſeratione divina Mediolanenſis Archiepiſcopus, & ejus ſuffraganei ad ſynodum provincialem vocati, ſcilicet D. Vercellenſis, Laudenſis, & alii, & ſpecialiter Dominus Aquenſis, ad quem negotium ſpeciale pertinebat, conſtituerunt Dominum Brixienſem, & Iporienſem Epiſcopos ſuos nuncios, & ſufficientes reſponſales ad promovendum negotia Aquenſis Eccleſiæ in Romana curia, & ſpecialiter illa, quæ dicta Eccleſia habet, vel habitura eſt cum Alexandrinis, & cum Eccleſia Alexandrina dando eis liberam facultatem agendi, & reſpondendi promittentes ratum habere, quod per ipſos factum fuerit. Interfuerunt teſtes D. Jacobus Novariens. Archidiaconus, & D. Henricus Archidiaconus Derthonæ. Ego Lantelmus de Caſellis S. P. Not. interfui, & juſſu ipſorum DD. ſcripſi.

Litteræ Gregorii IX. revocantis cauſam capituli cum monachis ad Archiep. Mediolanen.

M C C X X V I I. 173

Gregorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilectis filiis S. Ambroſii, & S. Laurentii præpoſitis Mediol. ſal., & Ap. Ben. Significantibus dilectis filiis Abbate, & conventu monachis ſancti Petri Aquenſis nos noveritis accepiſſe, quod cum olim capitulum S. Mariæ Aquenſis ipſos ſuper jure parochialis Eccleſiæ ſuæ coram Venerab. fratre noſtro Aquenſi Epiſcopo Judice ordinario non ex delegatione Apoſtolica convenirent, dictus Epiſcopus perperam in cauſa procedens iniquam tulit definitivam ſententiam contra eos, a qua iidem Venerabilis fratris noſtri Mediolanenſis Archiepiſcopi Metropolitani loci audientiam appellarunt, coram quo cum ſuper eadem cauſa fuiſſet aliquandiu diſceptatum fuit ab eodem Archiepiſcopo terminus, infra quem inter partes componi deberet, de partium voluntate ſtatutus. Poſtmodum vero pars adverſa pendente coram Domino Archiepiſcopo cauſa ipſa ſuper obſervatione definitivæ ſententiæ, de appellatione, ac termini nulla per ipſos habita mentione ad Venerabilem fratrem noſtrum Terdonenſem Epiſcopum Apoſtolicas litteras impetravit, a quo iidem ex eo ſentientes injuſte gravari, quod eum excipiendo proponeret ſe per dictas litteras, quæ ut ſuperius expreſſum de apellatione ipſa facta, ac termino non faciebant aliquam mentionem, conveniri non poſſe de jure, nominatus Epiſcopus hac exceptione contemta in ipſo negotio perperam procedebat, noſtram audientiam appellarunt. Quo circa diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus, ſi eſt ita, revocato in ſtatum debitum quidquid poſt appellationem hujuſmodi inveneritis temere attentatum, partes ad ſupradicti Archiepiſcopi remittatis examen, alioquin eas ad examen poſterioris judicis remittatis appellantes in expenſis legitimis condemnando. Teſtes autem, &c. datum II. id. Januarii Pontif. noſtri anno primo. *Poſt hæc eadem forma litterarum ſequebatur*, ſupplicamus igitur paternitatem veſtram, ut Eccleſiam Aquenſem, quam citius poteritis, prout melius videritis expedire, dignemini viſitare, quia ſuper his, & aliis vobiſcum affectamus habere tractatum. Terminus præfixus eſt die X. proxime veniente. Unum vobis ſupplicamus, quatenus, ſecundum quod vultis, ſindicum circa hæc eſſe facturum nobis ſignificetis ſi placet.

Litteræ Gregorii IX. mandantis ſervari ſententiam Epiſcopi Aquenſis in eadem lite jam editam.

174 MCCXXVII.

Gregorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilectis filiis Archipresbitero Teobaldo, Villelmo de Montemerlo canonicis Terdonenſibus ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Dilecti filii capitulum Aquenſis Eccleſiæ ſua nobis petitione monſtrarunt, quod cum inter ipſos ex parte una, & monaſterium S. Petri Aquenſis ex altera coram Ven. fratri noſtro Aquenſi Epiſcopo ſuper jure parochiali non ex delegatione Apoſtolica quæſtio verteretur, idem cognitis cauſæ meritis definitivam pro ipſo capitulo ſententiam promulgavit, a qua licet pars monaſterii ad Ven. fratrem noſtrum Mediolanenſem Archiepiſcopum appellaverit ſuam tamen appellationem, cum triennium poſtmodum ſit elapſum, proſequi non curavit. Ideoque diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ſi res ita ſe habeat, ſententiam ipſam appellatione hujuſmodi non obſtante faciatis per cenſuram Eccleſiaſticam appellatione remota firmiter obſervari, quod ſi non omnibus his exequendis potueritis intereſſe duo veſtrum ea nihilominus exequantur. Datum Anagniæ id. julii Pontificatus noſtri anno primo.

Tabulæ pacis inter commune Alexandriæ ejuſque fœderatas civitates, & commune Januæ, & Aſtarum.

175 MCCXXVII.

Anno Dominicæ Incarnationis MCCXXVII., die Martis IX. menſis novembris, indictione XV. in palatio veteri communis Mediolani, convocato conſilio Mediolanenſi ad ſonum campanæ more ſolito. D. Rambertus de Chisleriis civis Bononiæ, poteſtas Alexandriæ voluntate, & parabola totius conſilii ipſius civitatis, nec non ipſum conſilium, & conſiliarii ipſius civitatis ibi exiſtentes nomine, & vice communis Alexandriæ ad poſtulationem, & petitionem D. D. Alberti de Ruzolo, & Rogerii de Bonifacio de Placentia Ambaxiatorum ſocietatis de Lombardia, & eorum communis feciſſent commiſſionem, & remeſimentum, & laxamentum, arbitrium, & arbitramentum ſimiliter, & cum poteſtas, & commune Januæ, & poteſtas, & commune Aſtæ feciſſent commiſſionem, & remeſimentum . . . arbitrium . . . ſimiliter, & eodem modo in Dominos Bocaſium Bremam, & Guifredum de Pirovano recipientes nomine, & vice D. Lanfranchi de Ponte Carali poteſtatis Mediolanenſis nomine ipſius communis Mediolani ſine aliquo intendimento, & tenore, & remoto aliquo intendimento, & tenore dato de omni guerra, & diſcordiis, litibus, & controverſiis, & de omnibus petitionibus, & de omnibus damnis, & injuriis, & de omni rancore, captionibus, & captivis, & ſpecialiter de omnibus diſcordiis, & litibus . . . quas commune Alexandriæ, & commune Derthonæ, & commune Albæ, & eorum coadjutores, & ſeguaces, & diſtrictabiles habent, vel movere poſſent verſus commune Januæ, & commune Aſtenſium, & eorum coadjutores, & ſeguaces, & diſtrictabiles quoquo modo, & de eo quod commune Januæ, & commune Aſtenſe, & eorum coadjutores, & ſeguaces, & diſtrictabiles habent, vel movere poſſent verſus commune Alexandriæ, & Derthonæ, & Albæ . . . quoquo modo de juriſdictionibus, honoribus, & confinibus, ſtratis, terris, caſtris, burgis, villis, atque locis, & generaliter de omni eo quod unum commune, & ejus coadjutores . . . habent vel movere poſſent verſus alterum commune . . . & prædicta communia, & conſiliarii omnes prædictarum omnium civitatum, videlicet Alexandriæ, Derthonæ, Albæ, atque Januæ, & Aſtæ ſub pœna decem millium marcarum argenti cum ſtipulatione ſolemniter conpromiſſa ab iſtis civitatibus, & communibus pro unaquaque civitate eiſdem D. D. Bocaſio, & Guifredo nomine, & vice communis Mediolani recipientibus promiſiſſent, & ſanctis tactis Evangeliis juraviſſent, quod omne præceptum quod, & quæ commune Mediolani, vel ille, ſeu illi, qui pro ipſo communi fuerint ad hoc conſtituti . . . attenderent, & inviolabiliter obſervarent, & quod commune Alexandriæ, Derthonæ, Albæ attendere, & obſervare facerent omnia, & ſingula ſupradicta, ſicut continetur in carta compromiſſi facta per Ferrabovem filium quondam Johannis Bello Ferrarii de S. Georgio S. Palatii Notarium iſto anno.

Ideoque nos Ajulphus de Cocalio, & Petrus de Fontana, & Creſcimbene de Prato Albiano Judices & Aſſeſſores D. Lanfranchi de Ponte Curalo poteſtatis Mediolani, & nunc ejuſdem poteſtatis vicarii abſentis cauſa Reipublicæ pro diſcordia Pergamenſi voluntate, & licentia totius conſilii Mediolanenſis, in prædicto palatio Mediolani ad campanæ ſonos more ſolito congregati, & nos conſiliarii univerſi ad honorem Dei, & B. V. Mariæ ad bonum, & concordiam communis, & totius univerſitatis Januæ, Alexandriæ, Derthonæ, & Aſtæ, & Albæ, & Taurini, & omnium ſingulorum fautorum . . .

I. Pronunciamus, judicamus . . . in primis quod commune Januæ non debeat auferre . . . pedagium aliquod alicui homini de Alexandria, qui modo habitat in Alexandria, vel de cetero habitabit, ad caſtrum de Gavio, vel in ejus finitimis, vel territorio, nec in aliquo loco, ſeu parte, nec Januæ occaſione pedagii de Gavio.

II. Item quod ſi aliquis civis Alexandrinus dixerit, aut fecerit merces alterius hominis ſuas eſſe ad hoc, ut pedagium non ſolvatur communi Januæ, merces illæ ipſo jure perveniant in commune Januæ.

III. Item quod poteſtas, aut conſules Alexandriæ, ſi poteſtas non fuerit, & conſilium congregatum more ſolito . . . debeant jurare, tenere Gavium, Montaldum, Amelium, Taxarolum, Paſtoranam, & ſtratam per locum de Gavio; & prædicta Sacramenta renoventur de quinquennio in quinquennium, ſi commune Januæ per ſuum miſſum illud petierit.

IV. Item quod commune Januæ non debeat auferre, neque exigere, ſeu tollere aliquod pedagium Alexandrinis, ſive Cæſarienſibus ad portam Januæ, quod præſtare ſoliti erant pro communi Januæ.

V. Item quod commune Januæ non permittat Vicecomitibus, & eorum deſcendentibus, nec alicui,

qui cauſam haberet ab eis, auferre pedagium aliquod ad portam Januæ prædictis Alexandrinis, quia prædictis Vicecomitibus de ſuo pedagio commune Alexandriæ ſcontrum dedit, & ad beneplacitum eorum ſatisfecit, ut in quodam publico inſtrumento continetur oſtenſo a prædictis Alexandrinis: & ſalvo quod ſi commune Januæ voluerit dare communi Alexandriæ libras DC. Papienſes quolibet anno, quod liceat communi Januæ pedagia tollere Alexandrinis, ſecundum quod aliis hominibus tollent, data electione communi Januæ ſi voluerit aliquo anno, vel quolibet anno mutare, & quam electionem faciat commune Januæ omni anno in XV. dies ante kalendas januarii, & quod dictos denarios debet ſolvere commune Januæ tertiam partem in paſcha majori, & aliam tertiam partem in S. Petro, & reliquam tertiam partem in S. Michaele expenſis Januenſium.

VI. Item quod ſi aliquis civis Alexandrinus dixerit, aut fecerit merces alterius hominis ſuas eſſe ad portam Januæ, ubi pedagium colligitur ad hoc, ut pedagium non ſolvatur communi Januæ, merces illæ ipſo jure perveniant communi Januæ.

VII. Item quod D. Anſelmus de Foro, & Ruffinus filius ejus civis Alexandriæ debeant habere ſuper prædictis pedagiis uſque ad libras L. Papienſes, ſcilicet a communi Alexandriæ de prædictis libris DC. Papienſibus, ſi commune Januæ non eligeret ſolvere libras DC.; & ſi commune Januæ non eligeret ſolvere libras DC., debeant habere, & colligere denarios XII. Papienſes pro qualibet ſoma Alexandrina, quæ inde exibit de Janua, quouſque fuerit ſatisfactum prædictis patri, & filio de prædictis libris L. Papienſibus, & non plus, & quos denarios habere debent pro pretio pedagii unius denarii, quod dicebant ſe debere habere ſuper pedagio de Gavio: & quod ipſi pater, & filius debeant facere finem, & datum de omni jure, quod habent in prædicto pedagio occaſione prædicti denarii unius pro ſoma communis Januæ, & quod de cetero prædicti pater, & filius, nec ſui heredes poſſint, nec debeant prædictum pedagium unius denarii tollere, & habere, ex quo habuerint prædictas libras L. Papienſes, & prædicta præcepit commune Mediolani obſervari debere ab unoquoque communi, ſcilicet Januæ, & Alexandriæ.

VIII. Item pronunciamus commune Januæ non teneri ad reſtitutionem de libris mille pro quilibet anno de annis XVII., quos denarios dicit commune Alexandriæ, Januenſe commune abſtuliſſe Alexandriæ occaſione prædictorum pedagiorum.

IX. Item quod murus caſtri de Capriata omnino deſtruatur infra duos menſes, & parengata ſimiliter illius caſtri de Capriata auferatur, & de cetero non reſtituatur ibi, nec fiat murus, nec parengata.

X. Item ut parengata de Bellefredi, quæ, vel qui ſunt ſuper coſtas foſſati illius loci, ſeu villæ omnino removeantur . . . . infra menſes duos, & ut foſſata facta in ipſa villa . . . . vel circa totam villam . . . a V. annis infra, & circa prædictum caſtrum omnino explanentur, nec de cetero fiant, & quæ deſtructiones per homines fiant de Capriata.

XI. Item pronunciamus communi Januæ, & Januenſibus, & communi Alexandriæ, & Alexandrinis, ut de hinc ad quinque annos nullo modo per commune, aut per diviſum debeant ſe intromittere de caſtro Capriatæ, neque de villa . . . . nec ejus territorio, neque de juriſdictione caſtri, aut loci . . . . nec aliquam munitionem . . . aut ædificium facere in ipſo loco, aut caſtro, vel territorio, niſi de conſenſu prædictarum civitatum, & ſalvo, quod ſi aliquæ ſingulares perſonæ prædictarum civitatum haberent aliquas poſſeſſiones in territorio ipſius loci, quod liceat eis eas colere, vel coli facere, & earum fructus colligere . . . . & ut nullam offenſionem facere debeant hominibus illius caſtri, ſive loci occaſione guerræ proxime præteritæ, & tranſactis prædictis quinque annis, duo boni, & legales homines, ſcilicet unius a communi Januæ, & alterius a communi Alexandriæ eligantur qui ambo debeant cognoſci ſuper jure cujuslibet civitatis, quod habeat aliqua ipſarum civitatum ſuper juriſdictione ipſius loci, aut ſuper caſtro, aut loco; ita quod illa quæſtio debeat definiri ſine aliqua porrectione libelli . . . infra quatuor menſes. Ex quo iſti ambo electi incœperint illam quæſtionem audire, & quod neutra prædictarum civitatum debeat ſe intromittere de prædicto caſtro, & loco, & ejus territorio, & jurisdictione ejuſdem poſt prædictos quinque annos, quouſque fuerit prædicta quæſtio definita, & terminata infra prædictos quatuor menſes.

XII. Item præcipimus communi Januæ, & Januenſibus, & communi Alexandriæ, & Alexandrinis, ut omni modo prohibeant illos homines, qui auxilium præſtiterint de hac guerra proxime præterita eis, ſive alicui eorum prædictarum civitatum, ne aliquam offenſionem faciant hominibus de loco Capriatæ in perſona, neque in rebus; & ut Januenſes deſtruant, aut deſtrui faciant trabucum, ſive trabucos, & mangano, & pradarias, & alias machinas, quæ, & quas habent in ipſo caſtro loco de Capriata, & pontem faciant ad alium locum.

XIII. Item præcipimus communibus, & hominibus prædictarum civitatum, ut de cetero non faciant, nec fieri faciant, nec permittant facere aliquem coadjutorem alicujus illarum civitatum in caſtro illius loci, nec in ipſo loco, nec in ejus territorio aliquod munimen, nec turrim, nec aliquod ædificium cauſa munitionis, nec foſſatum, nec parengatam, nec ſpinatam, vel beltefredum niſi communi conſilio tam Januæ, quam Alexandriæ.

XIV. Item præcipimus, ut nullus homo de cetero uſque ad prædictum terminum vadat ad ſtandum in prædicto caſtro, & loco de Capriata . . . . . nec etiam poſt prædictum terminum, donec prædicta quæſtio fuerit cognita, & deciſa, & quod communia prædictarum civitatum, ſcilicet Januæ, & Alexandriæ debeat prohibere, ne aliquis de prædicta civitate, aut de ejus diſtrictu vadat illuc ad habitandum, donec prædicta quæſtio fuerit determinata, & ſopita.

XV. Item præcipimus, ut poſſeſſio caſtri Murſaſchi reſtituatur D. Gulielmo de Boſco, ſalvo omni jure, quod habet commune Alexandriæ in ipſo caſtro, ſeu pro ipſo caſtro, aut contra ipſum Gulielmum marchionem.

XVI. Item præcipimus Alexandrinis, ut reſtituant Jacobo Pizamilo poſſeſſionem omnium earum rerum & jurium, quorum poſſeſſionem dictus Jacobus ante guerram proxime præteritam incœptam habebat.

XVII. Item quod poſſeſſio terrarum civium Januæ, quæ eſt in diſtrictu Alexandriæ, reſtituatur a communi Alexandriæ, & ab hominibus Alexandriæ civibus Januenſibus, nec eos impediant eas terras poſſidere, & colere, & ſi qua poſſeſſio accepta eſſet ſuper prædictis, vel aliqua earum caſſamus.

XVIII. Item præcipimus, ut commune Alexandriæ reſtituat Belengeriis de Baſſignana, & Paſtoribus de Ritorto poſſeſſiones rerum mobilium, ſi quas eis abſtulerint tempore præſentis guerræ.

XIX. Item pronunciamus . . . quod caſtrum de Arquate omnino deſtruatur, & de cetero non reficiatur, nec reædificetur, & quod prædicta communia Derthonæ, & Januæ debeant dare militibus de Arquate libras CCC. Papienſes, hinc ad IV. menſes proximos, ſcilicet libras CL. Papienſes pro unoquoque communi pro damno, & deſtructione ipſius caſtri, & domorum ſuarum de Arquate, quæ ſunt in dicto caſtro, & ſi quod bannum eis, vel alicui eorum datum eſſet per commune Derthonæ, quod illud bannum debeat caſſari . . . & de ipſo banno eximi ſine aliqua præſtatione: & ſi qua condemnatio de eis, vel de aliquo eorum facta eſſet dicto communi Derthonæ, quod illa condemnatio caſſa, & irrita eſſe debeat.

XX. Item præcipimus communi Januæ, & Januenſibus, & communi Derthonæ, & Derthonenſibus, ne dehinc ad quinque annos nullo modo per commune, nec per diviſum debeant ſe intromittere de caſtro Arquate, nec de villa . . . nec aliquam fortiam, munitionem facere (*reliqua ut ſupra a n. XI. de caſtro Capriatæ, uſque ad numerum XII.*) & cum fuerit prædicta quæſtio terminata, debeat illa civitas, cui prædictum caſtrum, & locus, & juriſdictio fuerit adjudicata in toto, vel pro parte reſtituere alteri civitati prædictas libras CL. Papienſes in totum, vel pro parte ſecundum quod prædictum caſtrum, & locus, & juriſdictio fuerit adjudicata in toto, vel pro parte, ita quod nullus homo de cetero (*ſequitur ad litteram prout ſupra a numero XIV. uſque ad XV.*).

XXI. Item quod Januenſes debeant tenere Montaldum ſicuti tenent.

XXII. Item quod commune Januæ reſtituere debeat communi Derthonæ poſſeſſionem caſtri, & villarum Monteliani, & curiæ, & diſtrictus, ſicut commune Derthonæ tenebat ante incœptionem hujus guerræ proxime præteritæ.

XXIII. Item caſtrum Spinolarum deſtrui non debere eo, quod caſtrum jacet, ubi dicitur ad Ronchum.

XXIV. Item quod Derthonenſes debeant habere, & tenere vallem Balberiam, & homines illius vallis, ſicut tenere conſueverunt ante incœptionem dictæ guerræ, & quod commune Januæ non debeat impedire Derthonenſibus prædictam vallem tenere.

XXV. Item quod commune Derthonæ abſolvat, & reſtituat omnia in eo ſtatu, quo erant initio guerræ de condemnationibus factis per ipſum commune tempore iſtius proxime guerræ præteritæ in Aſſalitum de Monzardino, vel alium pro eo; & ſi aliquod bannum, vel aliquam pœnam dictum commune Derthonæ abſtulit, vel auferri fecit ipſo Aſſalito, vel alicui alii occaſione illius Aſſaliti, vel pro ipſo Aſſalito, dictum commune reſtituere debeat ei, ſive eis.

XXVI. Item quod Paſturana non debeat dimitti, ſive reſtitui Derthonæ.

XXVII. Item quod commune Derthonæ faciat redire homines de Gatorba ad habitandum Gatorbam, aut ipſos homines eijciant de terra Derthonæ, & in diſtrictu Derthonæ eos habitare non concedant ſine voluntate poteſtatis, & conſilii communis Januæ ad campanam collecti.

XXVIII. Item ſi commune Derthonæ in hac guerra proxime præterita occupavit caſtrum, vel villam, vel terram aliquam D. marchioni Cunrado de Malaſpina, ut reſtituat eidem D. Cunrado marchioni poſſeſſiones illarum rerum ſalvo jure proprietatis.

XXIX. Item ſi commune Januæ in hac guerra proxime præterita occupavit caſtrum, vel villam, vel terram aliquam D. marchioni Opizoni de Malaſpina, ut reſtituat eidem D. Opizoni poſſeſſiones illarum rerum ſalvo jure proprietatis.

XXX. Item quod Gatorba non debeat reſtitui Derthonenſibus.

XXXI. Item pronunciamus . . . quod commune de Aſta de cetero dimittat, & datum, & ceſſionem faciat Alexandrinis, ſive communi Alexandriæ infradicta caſtra, & forcias, & loca, & villas, & terras, & territoria, & jura, & milites, & homines, qui ſunt ultra flumen Belbi verſus Alexandriam, ſive ex parte dicti fluminis, in qua eſt Alexandria, ſcilicet caſtrum, & locum, & villam, & territorium, & jura, & milites, & homines de Garbazola, & caſtrum, & locum . . . . de Calamandrana de Anſaldenghis, & de Calamandrana Ruffini Crozæ, & de Corbellariis, & aliorum conſortium, & de alia Calamandrana, quæ appellatur Monferratenſis; & caſtrum, & locum &c. . . . Rochetæ, quæ dicitur Pelafea; & caſtrum &c. . . de Sexamo; & caſtrum de Luazzolo; & caſtrum &c. . . . de Soirano: & ſi quis de communi Aſtæ habet in caſtris, & villis &c. . . . . Bubii, & Caſſinaſchi, & totum id, quod commune Aſtæ habet ex parte fluminis Belbi, ex qua eſt Alexandria, exceptis his rebus, quas tenent D. Otto de Carretto, & filii ejus, vel aliquis ex eis, de quibus nullum præceptum ſit, nec præcipitur aliquid, nec intelligitur eſſe factum occaſione prædictarum rerum.

XXXII. Item caſtra, & fortia, & burgum, & villam de Canellis, & quod commune Aſtæ debeat abſolvere prædictos omnes milites, & homines a fidelitate &c. quibus communi Aſtæ tenentur, & quod prædicti homines, & milites debeant jurare fidelitatem communi Alexandriæ pro prædictis rebus eo ſalvo, quod non intelligatur, quod prædicti milites, & homines debeant abſolvi, vel quod ſint abſoluti a fidelitatibus, de quibus adſtricti erant, vel ſunt communi de Aſta occaſione aliarum rerum

quas tenent a communi Aſtæ in feudum. Et qnod commune Alexandriæ debeat abſolvere prædictos omnes milites, & homines ab omnibus bannis, & condemnationibus factis, vel datis prædictis militibus, & hominibus, vel alicui eorum tempore proxime præteritæ guerræ præſentis, & remittere, & remitti facere prædictis omnibus militibus, & hominibus, & aliquibus, ſeu alicui eorum communi, & hominibus Alexandriæ, & illis de ſua parte tempore proxime præteritæ guerræ, & quod dictum commune Alexandriæ prædictis omnibus militibus, & hominibus, & cuilibet eorum dimittat ſuas terras, & poſſeſſiones, & res; & ſalvo quod commune Alexandriæ, ſi ei placuerit, poſſit, & debeat tenere, & habere cimas, & fortias dictorum caſtrorum, & turrium ſalvis proprietatibus, & poſſeſſionibus ſingularum perſonarum Aſtenſium, ſi quas habent in prædictis locis, & territoriis.

XXXIII. Item pronunciamus, quod commune Alexandriæ de cetero dimittat &c . . . . Aſtenſibus, ſive communi de Aſta infraſcripta caſtra, & fortias, & villas, & loca &c. . . . . quæ ſunt ultra flumen Belbi verſus Alianum, ſive ex ea parte dicti fluminis, ex qua eſt caſtrum Aliani, ſcilicet caſtrum & villam &c. . . . de S. Marzano, & caſtrum &c... de Calozo, & caſtrum &c. . . . . de Aliano, & caſtrum &c. . . . . de Lanerio, & caſtrum &c.... de Viginti, & totum id, quod habet commune Alexandriæ in Caſtagnolis, & in comitatu Laureti, & caſtrum &c. . . . de Muaſca, & totum id, quod commune Alexandriæ tenet ultra Belbum ex ea parte, ex qua eſt prædictum caſtrum de Aliano a caſtro Viginti de verſus Aſtam, exceptis prædictis caſtris, & burgo, & villa, & territoriis, & juribus de Canellis, & quod commune Aſtæ debeat abſolvere (*ſequitur ut numero antecedenti XXXII. p.* 191. *lin.* 2. *uſque ad XXXIII. mutatis nominibus civitatum*).

XXXIV. Item quod caſtrum, & villam, & locus de Maxio ſit, & eſſe debeat de cetero communis Aſtenſis, & communis Alexandriæ pro medietate pro indiviſo, ita quod commune Aſtæ habeat medietatem, & quod commune Alexandriæ habeat aliam medietatem pro indiviſo, & quod de dictis medietatibus datum, & ceſſionem faciant ſibi ad invicem dicta communia; & quod commune Aſtæ debeat dare operam bona fide cum effectu, quod Epiſcopus Aſtenſis debeat prædictum præceptum de Maxio confirmare, & ratum habere.

XXXV. Item quod prædicta communia non debeant facere, nec fieri facere aliquas fortias, ſeu fortitias in dicto caſtro, ſive loco, & territorio, nec pati, ſive tolerare, quod fiant.

XXXVI. Item quod prædicta communia non debeant compellere prædictos homines de Maxio ad guerram, vel offenſionem faciendam communi alterius civitatis, ſi prædicta communia, vel civitates guerram inter ſe haberent, quod Deus avertat, & quod homines de Maxio non debeant facere guerram alicui communi dictarum civitatum pro aliquo earum.

XXXVII. Item quod commune, & homines de Aſta de cetero, & in perpetuum faciant ire, & redire ſtratam francam cum ſomis, & mercimoniis omnibus a civitate Aſtenſi ad civitatem Alexandriæ, & quod dabunt operam bona fide, quod prædicta ſtrata vadat, & redeat a dicta civitate de Aſta ad civitatem Alexandriæ, & quod faciat pro poſſe, quod ſtrata illa ita vadat, & redeat, ut ſupradictum eſt, & quod nullo tempore faciant, vel dabunt operam in contrarium, & quod Aſtenſes non debeant accipere pedagium in ſua terra, & fortia ultra modum conſuetum, & quod Alexandrini ſimiliter non debeant accipere pedagium in ſua terra, & fortia ultra modum conſuetum.

XXXVIII. Item quod D. Jacobus Lanzavegia civis Alexandriæ debeat habere libras C. Aſtenſes ſuper ſomis de Aſta, ſcilicet denarios XII. Aſtenſes ſuper qualibet ſoma hominum de Aſta, quouſque ſibi ſatisfactum fuerit de prædictis libris C. Aſtenſibus pro jure, quod habebat in caſtro, & loco de Bioniis, de quo jure ipſe D. Jacobus debet facere finem communi de Aſta.

XXXIX. Item præcipimus Januenſibus, & communi Januæ, quod debeant facere per ſe, & per homines ſui diſtrictus, & per ſuos coadjutores finem, & pacem, & perdonationem, & pactum de non petendo, & non agendo communi, & hominibus de Derthona, & ejus diſtrictu, & coadjutoribus, & communi, & hominibus Alexandriæ, diſtrictu, & coadjutoribus, & communi, & hominibus Albæ, diſtrictu, & coadjutoribus de omnibus maleficiis &c. tempore præſentis guerræ proxime præteritæ uſque ad tempus, quo tregua præcepta fuerit per D. Bocaſium Bremam, & Guifredum de Pirovano Ambaxiatores communis Mediolani &c. . . . . Verſa vice præcipimus communi Derthonæ, & communi Alexandriæ, & Communi Albæ, quod debeant per ſe, & per homines ſui diſtrictus, & per ſuos coadjutores facere finem &c. . . . . communi, & hominibus Januæ, & ejus diſtrictu, & coadjutoribus in omnibus, & per omnia, ut ſupra.

XL. Item quod commune de Aſta debeat facere per ſe, & per homines ſui diſtrictus, & per ſuos coadjutores finem, pacem, perdonationem communi, & hominibus Alexandriæ, diſtrictui, & coadjutoribus, & communi, & hominibus Taurini, & coadjutoribus, & communi, & hominibus Derthonæ &c. . . . . Verſa vice præcipimus communi Alexandriæ, & communi Derthonæ, & communi de Alba, & communi Taurini, quod debeant facere per ſe, & per homines ſui diſtrictus, & per ſuos coadjutores ſimilem finem, pacem, &c. . . . . communi, & hominibus de Aſta &c. . . . . & ſpecialiter commune Alexandriæ . . . . . debeat facere pacem &c. . . . . Uberto Sicco de Vignate & ejus conſociis in omnibus, & per omnia, ut ſupra ſalvo eo, quod ſi aliqua dubietas, vel aliquod verbum ambiguum oriretur ſuper prædictis, pertineat ad poteſtatem, & ad commune Mediolani, qui illam dubietatem &c. . . . poſſint, & debeant ſuo arbitrio interpretari, & exponere.

XLI. Item quod a tempore compromiſſi facti infra per commune Aſtenſe in D. Boccaſium Bremam, & Guifredum de Pirovano &c. . . . . quod prixonerii, qui ſunt in civitate Alexandriæ, & in civitate Januæ . . . Derthonæ . . . Albæ . . .

Aſtæ

Haſtæ . . . . . Taurini, vel alibi debeant ſolvere pro guardia, & penſione medietatem tantum de eo, quod ſolvebant ante dictum compromiſſum, ſcilicet tempore dicti compromiſſi facti ab Aſtenſibus.

XLII. Item quod quilibet prixonerius ubicumque ſit a carceribus liberetur, & dimittatur . . . . iſto ſolvente guardias, & penſiones, & debita, quæ contraxit in carceribus.

XLIII. Item quod ſi aliqua Civitas non obſervaret præcepta ſibi facta, quod commune Mediolani debeat dare alteri civitati obſervare volenti caſtra, & fortia illius civitatis ec. . . . . ſalvis omnibus aliis præceptis, quæ fient hinc ad 15. dies.

XLIV. Item præcipimus prædictis partibus, ut prædicta omnia in quolibet capitulo ec. . . . . debeant obſervare, attendere &c. . . . . quæ omnia pronunciata, & judicata ec. . . . . ſunt in præſentia DD. Barozii de Burgo per Aſtenſes, & Gullielmi Cavegii, & Villelmi Gardini, & Gullielmi Cacairani, & Gullielmi Caſſini, & Gullielmi de Rivario, & Thoma de la Curte Ambaxiatorum communis Aſtenſis, & Uberti Spinolæ, & Bonifacii de la Volta, & Petri Venti, & Ugonis de Grimaldi, & Gullielmi Piſtarini, & Ugonis Cancellarii, & Opizonis Tartarei Ambaxiatorum communis Ianuæ, & Cunradi Oculicapræ, & Oberti Malpaſſuti, & Rogerii Caraxii, & Pagani judicis Ambaxiatorum communis Albæ, & DD. Rambertini de Ghisleriis poteſtatis Alexandriæ, & Ottonis Rubei, & Ruffini Guaſchi, & Ruffini Aſinarii, & Othonis Lanzavegiæ, & Gullielmi de Carlo, & Ruffini de Foro, & Filippi de Cirimello, & Guidonis de Piora, & Jacobi Pectenarii Ambaxiatorum communis Alexandriæ, & Claputii conſulis communis Derthonæ, & Ruffini Malpaxuti, & Bergami judicis Ambaxiatorum communis Derthonæ, & Gullielmi Zuchæ Ambaxiatoris communis Taurini, ibi exiſtentium pro communibus eorum.

Sententia Epiſcopi Terdonenſis confirmans decretum Anſelmi Epiſcopi Aquenſis adverſus monaſterium S. Petri.

176 MCCXXVII.

Anno Dominicæ Incarnationis MCCXXV., indictione XV., die lunæ II. exeunte novembre in Terdona, & in palatio Epiſcopali ante D. Petrum Terdonenſem Epiſcopum executorem datum per D. Papam Gregorium, ſicut apparet ex tenore reſcripti, quod tale eſt: Gregorius Epiſcopus Servus Servorum Dei Ven. Fr. Epiſcopo Terdonenſi ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Dilecti filii capitulum Aquenſe ſua nobis petitione monſtrarunt, quod cum inter ipſos ex parte una, & Abbatem, & Conventum S. Petri Aquenſem ex altera coram Ven. Fr. noſtro Aquenſi Epiſcopo ſuper jure Parrochiali quæſtio verteretur, idem cognitis cauſſæ meritis definitivam pro eis exigente juſtitia ſententiam promulgavit, a qua licet altera pars ad Ven. Fr. noſtrum Mediolanenſem Archiepiſcopum appellaverit, non tamen proſequi curavit appellationem emiſſam, quare humiliter petierunt, ut eamdem ſententiam Apoſtolico roborare munimine dignaremur. Ideoque fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ſententiam factam, ſicut eſt juſta, facias per cenſuram Eccleſiaſticam appellatione remota firmiter obſervari. Datum Laterani IV. id. aprilis Pontificatus noſtri anno primo (1). Controverſia vertebatur inter magiſtrum Henricum Sindicum majoris Eccleſiæ Aquenſis ex una parte, & magiſtrum Sirum Sindicum monaſterii S. Petri ejuſdem Civitatis ex alia. Dicebat iſte magiſter Henricus, & petebat a dicto D. Epiſcopo, ut ſententiam latam inter Canonicos, & jam dictum Monaſterium per D. Anſelmum Aquenſem Epiſcopum ſuper jure Parrochiali civitatis Aquenſis, & burgi auctoritate jam dicti reſcripti deberet executioni mandare, quia cum jam retro longo tempore fuiſſet ſententia lata, & ab ea jam fluxiſſent quatuor anni, & pars dicti monaſterii non curaſſet appellationem interpoſitam ad D. Fr. Henricum Mediolanenſis Eccleſiæ Archiepiſcopum proſequi, omnino mandanda erat prædicta ſententia executioni. Ad quod reſpondebat Sindicus monaſterii, quod pluribus de cauſis non erat dicta ſententia executioni mandanda per D. Epiſcopum, iſtum. Primo quia capitulum Aquenſe ſicut dicebat duo reſcripta impetraverat a D. Papa ſuper jam dictam executionem in eadem forma, & ad diverſos judices, unde utrumque debebat effectu carere. 2. Quia dicta ſententia non erat tempore confirmata, cum per D. Archiepiſcopum ſtetiſſet, quominus cauſſa appellationis fuiſſet finita, & per partem adverſam. Dicebat enim partes inter ſe pepigiſſe, ne excurſus temporis deberet alicui parti nocere, quæ duo pars adverſa inficiabatur, ſuper quibus pars monaſterii ſuos teſtes induxit. Unde D. Epiſcopus viſis atteſtationibus, & allegationibus, & omnibus actibus, & tenore ſententiæ diligenter inſpectis, & habito ſapientium conſilio auctoritate D. Papæ ex officio executionis præcepit D. Sindico, & per eum monaſterio ſcilicet Abati, & Monachis, ut debeant parere jam dictæ ſententiæ, niſi velint pœnam excommunicationis incurrere, non obſtantibus præallegatis a parte monaſterii iſtius. Interfuere teſtes D. Balduinus de Zezema, Balduinus de Baxio (2) magiſter Egidius de Caſtelleto, & Johannes Petri Johannis. Ego Lantelmus de Caſellis Not. S. P. interfui, & juſſu D. Epiſcopi Terdonenſis ſcripſi. Ego Ubertus Galea ec.

(1) *Aliam poſtmodum delegationem impetraverat capitulum Aquenſe ab hoc eodem S. Pontifice, qui eam commiſit Archipresbitero Teob., & Willelmo de Monte Merlo Canonicis Terdonenſibus, eſtque ad literam huic ſimillima, niſi in eo quod eis in fine tribuit facultatem ſubdelegandi alios duos ex eorum capitulo, ſi ipſi fuerint aliqua cauſſa diſtenti. Datum Anagniæ idib. julii Pontif. noſtri an. I.* (2) *Buxo.*

Mandatum D. VVillelmi marchionis de Boſco ad capiendam poſſeſſionem Muruſaſchi, & Trexobii.

MCCXXVIII. 177

Anno a Nativitate Domini MCCXXVIII., indictione I., die Martis VIII. intrantis februarii. in caſtro Uuado D. Willelmus marchio de Boſco

constituit Ugonem de Ruffiliono ſuum procuratorem, & certum miſſum ad recipiendum pro ipſo Gulielmo, & vice, & nomine ipſius poſſeſſionem caſtri Muraſaſchi, & de Truxobio, & omnium aliarum rerum ſuarum, & ſuorum hominum, quod & quos amiſerat tempore guerræ promittendo quidquid dictus Ugo fecerit in recipiendo dictum caſtrum, & dictam poſſeſſionem omni tempore ratum, & firmum habebit, & fuerunt teſtes rogati Curtus de Brovida, Vergilius de Miribello, Jacobus Bocaccius de Aquis.

Ego Anſelmus S. Pal. Not. rogatus hanc cartam tradidi, & ſcripſi. Et ego Carolus Gafforius Not. S. Pal. ec. Et ego Ubertus de Trugio, qui dicor Cremonenſis Not. S. Pal. ec.

Capitula prolata a Monachis S. Petri in lite adverſus capitulum Eccl. Cathed.

178 MCCXXIX.

Anno Incarnationis Domini ~~MCCXXIX~~. . . . .

A D. Ainardus Sindicus Canonicorum præcepit Anſelmo Notario exemplare ſequentia capitula. In primis quod Monaſterium habuit, & habere conſuevit parochiam, & jus parochiale in dicta civitate Aquenſi, & ejus ſuburbio. Item quod ſuburbium, in quo eſt illud monaſterium eſt ita antiquum, ac civitas, & circumdatum eſt monaſterium habitationibus, ſive habitaculis omnibus partibus, anni ſunt XLII., & plus, & per tantum tempus, cujus non extat memoria. Item quod Capellanus eſt, & eſſe conſuevit in ipſo monaſterio per tantum tempus, cujus non extat memoria. Item quod ille Capellanus, qui modo eſt, & alii, qui pro temporibus fuerunt, electi, & inſtituti fuerunt, & eligi, & inſtitui conſueverunt in ipſo monaſterio per Abatem, & Monacos per annos XL., & plus, & per tantum tempus, cujus non extat memoria. Item quod dictus Capellanus illius monaſterii baptizat pueros illos, quos facit Chriſtianos apud Eccleſiam S. Petri in fontibus minoribus, qui ſunt in Eccleſia S. Mariæ quando non fiunt ſolemnia baptiſmata, & etiam in majoribus quando ſunt pleni præter quam in Sabbato ſancto. Item quod Monachi, & Capellani illius monaſterii ungunt, & ungere conſueverunt infirmos oleo ſancto per annos XL., & plus, & per tantum tempus, cujus non extat memoria in civitate, & ſuburbio, & quod tribuunt, & tribuere conſueverunt per prædicta tempora corpus Chriſti infirmantibus in dicta civitate, & ſuburbio. Item quod Capellani illius monaſterii per prædicta tempora duxerunt, & ducere conſueverunt illas perſonas, quibus jungenda erat ſolemnis pœnitentia ad Dominum Epiſcopum Aquenſem, vel ad pœnitentialem. Item quod privilegium, ſeu ſcriptura illa, quæ Abbas, & Monachi illius monaſterii dicunt privilegium eſſe quondam Dudonis Aquenſis Epiſcopi, eſt repertum in ipſo monaſterio ante annos X., & ſtetit in ipſo monaſterio ante annos XL., & plus ultra prædictos X. annos. Actnm Aquis in clauſtro S. Mariæ majoris. Et ego Anſelmus Notarius Sacri Palatii ec.

Fidelitas DD. Meladii poteſtati Aquenſi.

MCCXXXI. 179

Anno Domini MCCXXXI., indictione IV., die Mercurii XV. januarii in caſtro Meladii Anſelmus Laforus facit fidelitatem Domino Robe Caſtel poteſtati Aquenſis vice communis Aquis. Interfuere teſtes Willelmus Serdo, Arnaudus Bencii, Sachus, & Copa rogati. Inde dictus Poteſtas juſſit chartam fieri. Ego Jacobus Notarius juſſu dicti Poteſtatis hanc chartam ſcripſi.

In eadem membrana ſubjungitur fidelitas Arnaudi Zambar; item alia Arnaldi judicis eodem hoc anno, ac die præſtita, & coram eiſdem teſtibus.

Sententia Ottonis Aquenſis Electi, & Arnaudi Archipresbiteri de Vigeſimo confirmans jus parochiale in ſuburbio Aquarum Eccleſiæ Cathedrali.

MCCXXXI. 180

Anno Domini MCCXXXI., indictione IV., die Sabbati II. intrante auguſto. In Caſtelleto Aquis præſentibus Petro de Puſterna, Cantatore, Tibaudo de Porta, Henrico Bocaccio, Gavaro, & Jacobo Problino teſtibus rogatis. D. Lotherius præpoſitus Canonicæ S. Mariæ Aquenſis, & capitulum ejuſdem ſcilicet D. Merlo (1) Archipresbiter de Cunchis, Dodo Archipresbiter de Beſtagno, Presbiter Otto de Caſſinis, magiſter Enricus Ogerius, Willelmus Archipresbiter, & D. Simon de Terdona Canonici ejuſdem Eccleſiæ tunc reſidentes in prædicta Eccleſia pro capitulo ex una parte, & D. Totusbonus Abbas S. Petri Aquenſis cum conſenſu, & voluntate fratrum ſuorum, videlicet Presbiteri Willelmi de clauſtro Prioris, Henrici de Septebrio, Arnaudi de Uilioli, D. Manfredi Prioris S. Remigii, Petri Morengii, Fr. Johannis Pagani, Fr. Martini, & Presbiteri Tidixii ex altera nomine prædictarum Eccleſiarum de jure, & ſuper jure parochiali, & ſuper expenſis factis circa litem poſt appellationem de communi voluntate in D. Othonem Aquenſem electum, & D. Arnaudum Archipresbiterum de Vigeſimo, & D. Vicentium ejuſdem monaſterii Monacum ſuper hoc a partibus electos arbitros pro bono pacis, & concordiæ omnino compromiſerunt, qui in evidentia utriuſque partis inter eos componant ſi poterunt, alioquin pro eorum arbitrio viſis, & cognitis rationibus utriuſque partis quæſtionem eandem amicabiliter decidant, uſque ad S. Michaelem proximnm, quæ partes ſub pœna C. libr. parti ſtipulanti a parte præmiſſa ſolv., ſententiam dictorum arbitrorum promiſerunt ad invicem inviolabiliter obſervare renunciantes omni juri divino, & humano, & omnibus literis impetratis, & impetrandis. Item additum fuit in compromiſſo, quod ſi quis arbitrorum, ſcilicet tertius a concordia duorum diſſonaret, & nollet cum aliis duobus concordare, alii duo in negotio poſſint procedere, & quæſtionem definire, & ſententiam duorum arbitrorum in hac parte tantundem valeat, ac ſi omnes tres arbitri concorditer ſententiaſſent. Item additum fuit expreſſum in compromiſſo, quod ſi infra præ-

dictam diem S. Michaelis dictum arbitrium non posset terminari, de consensu dictarum partium, possit prorogari. Item quod arbitri possint pronunciare semel, & secundo, & in absentia alicujus partium per contumaciam.

Anno eodem, & indictione IV., die lunæ secundo exeunte septembri (2) in Castelleto Aquis præsentibus fratre Manfredo de Frascheta, Jacobo Poblino, Terrino notario, Garav de Insula, & Belengio notario de Vigesimo, Nos Otto Aquensis Electus, & Arnaudus Archipresbiter de Vigesimo arbitri supradicti ita statuimus, pronunciamus, & definimus, ut sententia lata per D. Anselmum quondam Aquensem Episcopum super jure parochiali inter prædictos Canonicos, & Abbatem, & Monacos, & taciturnitate temporis corroborata, ac per D. Terdonensem Episcopum postmodum auctoritate Apostolica confirmata, rata, & firma permaneat, & in posterum inviolabiliter observetur salvo eo quod si aliquis, vel aliqua de civitate, vel suburbio in infirmitate constitutus, vel constituta ob reverentiam Monasterii, vel Abbatis, vel Prioris ab eis consilium animæ voluerit accipere, hoc ei liceat, si tamen proprii sacerdotis consilium habuerit. Item eo salvo quod si aliqui pro audiendis divinis officiis visitare monasterium voluerint, non prohibeantur, salvis his, quæ in sententia præmissa prohibita sunt. Quæ in fine sententiæ caventur *salvo jure Capellani*, ita interpretamur, & definimus, ut postquam constiterit Capellanum obedientiam feciſſe Episcopo, & majori Ecclesiæ liberam habeat facultatem visitandi, & pœnitentias dandi, & missas, & officia celebrandi iis, qui monasterium duxerint visitandum, ita tamen quod ad ea, quæ superius sunt prohibita, manus suas non extendat, videlicet quod non liceat nec sponsas benedicere, scapsellas imponere, mulieres surgentes a partu recipere. Item si Episcopus fuerit præsens ad candelas benedicendas, Monacis candelas benedicere non liceat, sed sufficiat Episcopalis benedictio, & absolvimus partem monasterii a petitione expensarum factarum circa litem post appellationem omni modo, unde jam dictus D. Electus, & D. Arnaudus Archipresbiter hanc chartam fieri præceperunt.

Ego Petrus notarius Sacri Palatii interfui, & jussu prædictorum D. Electi, & D. Arnaudi Archipresb. arbitrorum hanc chartam scripsi. Ego Ubertus notarius Palatii de Aquis de mandato D. Alberti Episcopi ec.

(1) Millo *secundum aliam lectionem.* (2) *In quodam exemplari quondam Franciſci Turrii habetur* intrantis, *sed male.*

Testamentum Henrici Canefri pro Ecclesia B. Franciſci de Caxinis.

181 MCCXXXII.

Anno a Nativitate Domini MCCXXXII., indictione V., die Mercurii quinto martii (1) in Alexandria. Henricus Canefrus cupiens de rebus suis disponere, & testamentum nuncupativum condere. In primis constituit Sibiliam uxorem suam heredem ex asse sub hac conditione, si dicta Sibilia infra annum unum a tempore obitus dicti Henrici intraverit religionem, ad quam religionem vult dictus Henricus quod hereditas sua pervenire debeat pro redemptione animæ suæ, & dictæ Sibiliæ, & anteceſſorum suorum. Et si dicta Sibilia infra dictum tempus antequam intraverit religionem, decederet, vel nollet intrare, vult dictus Henricus, & ordinat, quod hereditas, & bona sua distribui debeant in operibus misericordiæ, & specialiter in Ecclesia B. Franciſci de Caxinis, in voluntate, & arbitrio fratrum ibi commorantium, & specialiter in libris neceſſariis, & in laborerio ejusdem Ecclesiæ. Et distributio, & custodia bonorum hereditatis dicti Henrici fieri debeat a tempore obitus dicti Henrici in antea per Fr. Jacobum Barberium, & per Fr. Manfredum de Palatolio. Item legat, & relinquit dictus Henricus, sive dicta Sibilia intraverit religionem, sive non, Ecclesiæ B. Franciſci de Caxinis libras decemocto papienses pro libris neceſſariis dictæ Ecclesiæ, & laboreriis ejusdem Ecclesiæ eo modo, quo Fr. Jacobus, & Fr. Manfredus prædicti possint vendere, & debeant de rebus, & de bonis dicti Henrici, & dictæ Sibiliæ tantum, quod bene solvant prædictas libras decem & octo, secundum quod fuerit de voluntate fratrum dictæ Ecclesiæ. Item legat, & relinquit Ecclesiæ sancti Quirici de Castronovo solidos centum papienses, quod dictus Henricus debet habere de pretio duorum boum a Villano, & Jacobo . . . . . , & Ruffino Cecalla de Castronovo, pro calice argenteo emendo dictæ Ecclesiæ, de quo dicta Ecclesia servire debeat, & debeat ibi esse prædictus calix in perpetuum sine aliqua alienatione, aut obligatione dicti calicis. Item legat, & relinquit nepotibus suis Nicolino, & Anselmo filiis fratris sui Baulini quondam, & Ugoni, & Franciſco filiis quondam Oberti pariter fratris sui sedimen unum, quod jacet in monte Caxinarum, coherent ei heredes D. Truchi, & via publica. Item aliud, quod jacet subtus Rocham, cohærent ei Baldeconus de Viliolis, & Vermus Barattus, & via publica. Item legat petiam unam terræ, quæ jacet in Ruellis, & est quartericia, cohærent ei Rubeus . . . . . & Petrus Gota. Item aliam petiam, quæ jacet in Vilerio, & est allodium, pro qua teneantur solvere granum, quod Arnoldus Canefrus quondam frater suus reliquerat Ecclesiæ S. Mariæ de Tilieto, cohærent heredes Marevolsi de Burco, & via publica. Item aliam petiam, quæ jacet in podio Vilerii, & est quartericia, cohærent ei D. de Viliolis, & via. Item vineas suas de Noxeto, & de Bagnareis, & teneantur de vino vineæ Noxeti dare sextaria duo vini Ministris fratrum Pœnitentiæ de Caxinis, & prædicti fratres teneantur dare dictum vinum FF. Minoribus de Caxinis. Cohærent D. Ruffinus, Ugonus Ardezzonus, Vermus Ghiglinus Gerardi quondam, & vineæ Bagnarei D. Anselmus Canefrus, & Henricus Barbus. Item aliam petiam terræ jacentem in valle Millina, cohærent ei Farrarius de Villiolis, & via publica. Hæc est ultima sua voluntas, & cassat, & irritat omnia ordinamenta præcedentia per dictum Henricum facta, quæ si non potest valere jure testamenti, saltem valeat jure codicillorum, & omni jure ultimæ voluntatis. Et inde hanc chartam fieri

juſſit, ut ſupra legitur. Interfuerunt teſtes vocati Girardus Alexandri quondam, & Guillelmus Viciatus Oberti quondam, Petrus Trottus, Manfredus de Palatolio, & Jacobus Palearius, & Henricus Palearius, & Ocdeconus Palearius.

Subſcrip. cum ſigno Tabell. Ego Guillelmus Buſuccius not. Sac. Pal. hanc chartam ſcripſi, & interfui.

(1) *Emendandæ notæ iſtæ, & hic* Nonas *addendum; alioquin diſcrepantes erunt.*

Confirmatio venditionisterræ Jac. Canefræ fundatrici monaſterii de Banno oppidi Sezadii.

182 MCCXXXII.

Anno Dominicæ Incarnationis MCCXXXII., indictione V., die lunæ tertio exeuntis martii in loco Sezadii in platea juxta Eccleſiam S. Mariæ. Muſus de Presbitero, Nicolaus de Presbitero, Arnoldus de Camagna, Bernardus Bori, Manfredus de Aſtign. Girardus de Pugno, Ruſantus Rubaldi, & Vermus magiſter de Sezadio quiſque in ſolidum renuntiando novæ conſtitutioni, qua dicitur, ne quis ex reis conveniatur in ſolidum, donec alter eſt præſens, & ſolvendo, & nec poſſint dicere ſe pro communi Sezadii, ac pro alio ſe fore obligatos, & omni alii juri, & auxilio legis, uſus, & canonum ſibi competenti, ſuo proprio nomine, & nomine communis Sezadii ad invicem confitentes ore ad hoc . . . . . confirmant tibi D. Jacobæ Caneffræ fundatrici Monaſterii S. Mariæ de Banno recipienti nomine, & vice ipſius Monaſterii venditionem terræ cum acceſſionibus, & ingreſſionibus, & juribus, & omnes conventiones, quas Anricus Taſcha, & Abus . . . . . & Ruffinus . . . . . & Ruffinus Bulla conſules Sezarii, & Anſelmus de Boſchi Sindicus ipſius communis, & alii homines Sezadii fecerunt tibi prædicto nomine promittentes tibi prædicto nomine, & jurantes attendere, & obſervare pro ſe, & pro communi Sezadii omnia, & ſingula, quæ continentur in ipſo inſtrumento venditionis omnibus coram eis ſpecialiter declaratis; & omne dapnum, & intereſſe quod inde dictum Monaſterium haberet, & ſuſtineret cum omnibus expenſis in integrum reſtituere promiſerunt credendo tibi iſto nomine Sindico, vel Abbatiſſæ Monaſterio de quantitate dampni, & intereſſe, & expenſarum ſine Sacramento in ſimplici verbo, & contra in aliquo non venire, conſtituentes ſe principales debitores, & defenſores in omni cauſa, & in omnibus, & ſingulis, quæ continentur in ipſo inſtrumento venditionis obligando pignori tibi prædicto nomine omnia eorum bona propria, & bona communis Sezadii, & inde iſti hanc cartulam fieri rogaverunt teſtes rogati DD. Philippus Ceremellus, Anſelmus Canefrus quondam Baulini Feudatarius . . . . . Ego Henricus de Pomario Imperialis autoritate Notarius, ut ſupra in forma publica redegi, & exemplavi ex autenticis inſtrumentis ſcriptis per manum Ottonis Notarii Sacri Palatii, qui illa ſcripſit, juſſu, & voluntate Jacobi Paure Notarii Sacri Palatini, qui ea ipſi Ottoni Notario tradidit, & ſcribi juſſit, nihil addito, vel diminuto niſi forſan litera, vel ſillaba, ſententia tamen eadem retenta. Quæ feci præcepto D. Joannis Archiepiſcopi . . . . . ita ſtatuit, & decrevit, quod eandem vim, & auctoritatem habeant ſecundum quod ipſa autentice habent. Actum in palatio dicti Archiepiſcopi anno Dominicæ Nativitatis milleſimo ducenteſimo XLIIII., indictione prima, die XVI. aprilis circa tertiam.

Egregii, atque antiqui hujus documenti exemplar acceptum refero a clariſſimo viro I. C. Antonio Chenna Archidiacono, ac Vic. Capitulari Alex., qui de hoc Monaſterio alias vix noto plurium, quas invenit chartarum titulos humaniſſime tranſmiſit, quos hic exhibebo, prout ipſe obtulit excepto inſtrumento an. 1235. 5. *decemb.*, & 1480. 5. *aug.*, *quæ hic inferius deſcripta habentur.*

1229. 15. aug. in loco Talioli *continet venditionem factam* D. Presbitero Petro Sindico monaſterii de Banno nomine ipſius monaſterii.

1265. 25. febr. apud monaſterium S. Mariæ de Banno in loqutorio continet *donationem factam* D. Atteſtinæ Abbatiſſæ monaſterii B. Mariæ de Banno *quarumdam poſſeſſionum* in territorio Sexadii.

1265. 20. julii in platea Sexadii *contractus venditionis* fratri . . . . Converſo monaſterii S. Mariæ de Banno. *Conſequuntur quinque alia inſtrumenta venditionis eidem monaſterio.*

1295. 20. julii in Sexadio *apocha ſolutionis* D. Anſelmo Converſo . . . . . monaſterii S. Mariæ de Banno.

1285. 5. maii in Sezadio *inſtr. venditionis* fratri Gandulfo Converſo monaſterii S. Mariæ de Banno.

1300. 3. decemb. in domo monaſterii S. Mariæ de Banno *inſtr. venditionis* fratri Paſchali Converſo, & Sindico monaſterii S. Mariæ de Banno.

1316. 12. febr. in clauſtro Eccleſiæ S. Stephani de Sezadio frater Gandulfus Taſcha Converſus monaſterii S. Mariæ de Banno, & Sindicus monaſterii . . . . . D. Argentinæ Spinulæ Abbatiſſæ.

1473. 20. ſeptemb. in monaſterio S. Stephani de Sezadio alias de Banno Aquenſis Diœceſis Ordinis Ciſtercienſis videlicet in . . . . . dicti monaſterii ſiti extra villam Sezadii, ubi ſolent congregationes monialium dicti monaſterii, & conventus fieri convocato, & congregato capitulo dicti monaſterii . . . . . impoſitione Ven. Dom. ſororis Brigidæ de Cocconato Abbatiſſæ *continet inſtrum. emphiteuſis.*

Ex hiſce patet ſub initium ſæc. XIV. nomen mutaſſe, atque S. Stephani monaſterium appellatum. Nunc nonniſi quædam veſtigia apparent antiquæ Capellæ, ac domus; proventus autem prædiorum, ut fertur, percipiuntur a Monachis Olivetanis Monaſterii Januenſis, apud quos chartæ, ac monumenta omnia ad hoc olim monaſterium ſpectantia migrarunt. Quo autem tempore, atque anno regularis ibi diſciplina deſierit, & redditus Januenſibus Monachis fuerint adſcripti, incertum habeo.

Fragmentum pactorum a Marchionibus de Claveſana cum Genuenſibus initorum ex Cod. MS. Pingoniano.

MCCXXXIII. 183

Anno MCCXXXIII. 8. ſeptembris fuerant initæ quæſtiones inter Bonifacium filium D. Oddo-

nis, & Bonifacium Tagliaferrum marchiones Claveſanæ, & commune Januæ, & ipſi marchiones promiſerunt expedire in collectis communis Januæ pro libris duobus millibus pro terra, quam habent a jugo uſque ad mare, & pro caſtro Thona vulgo la pieve, & ejus caſtellania, & pro caſtro Rocchæ Corz., & ejus caſtellania, & pro caſtello Cillano Succarello, & eorum caſtellaniis, & de caſtro Stalanelli, & Andoniæ &c., & fuerunt recepti in cives Januæ, & dant eis civibus factis 250. libras annuas pro venditione portus Mauritii, Dulcedi, Diani.

Sign. per Thomam de Credentia Cancellarium communis Januæ.

Pacta inter Aquenſes, & Alexandrinos.

184 MCCXXXIV.

Anno MCCXXXIV., indictione VII., die martii X exeuntis novembris in villa Sezadii præſ. D. Imblovato de Pirovano ec. D. Guiffredus de Pirovano poteſtas Alexandriæ voluntate, & præcepto communis Alexandriæ . . . . promiſit, & ſuper ſancta Dei Evangelia juravit D. Amizoni de Buſto poteſtati Aquis, & D. Morando Judici, & Alberto Bocaccio Ambaxiatoribus communis Aquis . . . . . nomine communis Aquis obſervare, & attendere concordiam factam inter commune Alexandriæ, & commune Aquis, ſicut continetur in inſtrumento facto a Petro notario 1224. 26. julii, & in alio inſtrumento facto ab eodem die ultima julii . . . . . eo addito, quod ubicumque invenitur in dictis inſtrumentis mentio facta de Caſſinenſibus, illud pro non appoſito, vel addito habeatur, & loco ejus dicatur, quod commune Aquis, & commune Alexandriæ, & homines utriuſque civitatis non debeat dare .... conſilium, vel auxilium Caſſinenſibus ſi guerriſarent cum Alexandrinis, vel Aquenſibus, vel Aquenſes, vel Alexandrini guerriſarent cum Caſſinenſibus, & ſpecialiter de præſenti guerra, & quod homines Alexandriæ poſſint Caſſinenſes capere ubique, ſine eo quod Aquenſes debeant dare conſilium, vel auxilium Caſſinenſibus, & ſi male eis evenerit ſit ſuum, & quod Aquenſes, & commune Aquis non teneantur guerriare Caſſinenſes de hac guerra, vel de alia; & commune Alexandriæ non teneatur guerriare Caſſinenſes pro communi Aquis, quæ omnia, & ſingula ec.

Monitio poteſtatis Aquenſis Alberto M. Ponzoni.

185 MCCXXXIV.

Anno Domini MCCXXXIV., indictione VII., die XXI. novembris in Spigno. Ogerius Gentiq. communis Aquenſis Nuntius conſtitutus a Domino Amizone de Buſto Aquenſi poteſtate dixit, & admonuit Dominum Albertum marchionem de Ponzono (1) ex parte dicti poteſtatis, & communis Aquenſis, ut ipſe debeat venire coram dicto poteſtate ad faciendum ſuum ſequimentum, & ad faciendum totum, quod debet facere dicto communi hinc ad diem Dominicum proxime venturum ſub pœna mille ſolidorum. Unde dictus Ogerius rogavit mihi cartam fieri. Interfuerunt Ruffinus de Mayrana, & Boſus notarius teſtes rogati. Ego Anſelmus notarius Sacri Palatii &c.

(1) *Eadem die idem nuntius Aquenſis admonitionem ſuam quoque direxit ad Dominum Manuelem marchionem de Ponzono, & de qua rogatum eſt inſtrumentum huic omnino ſimillimum.*

Fidelitas Ottonis Marchexii de Meladio vaſſalli poteſtati Aquenſi.

MCCXXXV. 186

Anno Domini MCCXXXV., indictione VIII., die Dominica XV. julii in Aquis. Otto Marchexius de Meladio juravit, & fecit fidelitatem D. Amizoni de Buſto poteſtati Aquis nomine communis Aquis confitendo, quod tenet in feudum a dicto communi medietatem poderii, quod fuit Bernardi Lavari ſcilicet domum unam jacentem in plagio Meladii, & cohærent ei Arnaldus Zaver, & Manfredus Sognator, Antonius Scaz, cui cohæret via, & filia Bernardi Lavari; campum S. Angeli, cui cohæret Abbas, & Domina Janete; campum .... cohærent Jaſorgius, & Guido Beneus; campum, & Roveta cohærent Alfonſus, & Jotus Dottus; campum in podio Engere cohæret Ogerius Cornalienſis, & foſſatum Plazum in Palazolo cohæret Goslini; campum in Sancto ſecundo; campum in Valle frigida; duas petias Caſtagneti, cohæret Berta Moya a duabus partibus; caſtagnetum in Falinzania cohæret Willelmus R. a duabus partibus. Unde dictus poteſtas rogavit cartam fieri. Interfuere Henricus Marchexius, Henricus Blancus, & Antonius Murator teſtes rogati. Ego Anſelmus notarius videns, & legens authenticum hujus exempli factum a dicto Anſelmo ſicut & in ipſo inveni ec.

Sententia Ottonis Aquenſis Epiſcopi in Amizonem poteſtatem Aquenſem.

MCCXXXV. 187

Anno a Nativitate Domini MCCXXXV., indictione VIII., die Mercurii VII. menſis Auguſti. D. Otto Dei gratia Aquenſis Epiſcopus excommunicavit Amizonem de Buſto poteſtatem Aquenſem, eo quod ipſe ſua auctoritate intravit, & ceſſit caſtrum, quod appellatur Meladium, & quod fuit Dominorum Meladii, & modo eſt commune majoris Eccleſiæ Aquenſis, & communis ipſius civitatis, & quia homines dicti Epiſcopi coegit in dicto caſtro canevas facere, & ibidem res eorum ponere, & habitare, res eorum accipiendo, & ibidem portando, & quia quemdam ſuum hominem nomine Anſelmum Gozum per vim, eum, & res ſuas accepit, & in carcerem poſuit, eo quod in dicto caſtro nolebat habitare, & inde cum ex fidejuſſoribus, & ſecuritatibus coegit in dicto caſtro domos facere, & res ſuas ibidem ponere, & quia occaſione cujuſdam facti quemdam ſuum Clericum incarceravit, & eum ad ſatisfactionem dandam uſque in quantitatem librarum trecentum coegit, nolendo ipſum dimittere de carcere, nec ejus fidejuſſores abſolvere cum ipſe proteſtaretur ſe inde rationem facturum ſub D. Epiſcopo, ad quem juriſdictio perti-

nebat, & quia alia gravia, & enormia contra dictum D. Episcopum, & Ecclesiam Aquensem commisit. Dictus vero D. Episcopus hanc cartam fieri jussit. Interfuerunt Presbiter Bovus Gullielmus, cui dicitur Epistola, & Ruffinus Presbiter testes inde rogati. Ego Lanfrancus Calcassena Sacri Palatii notarius hanc cartam mihi fieri jussam scripsi.

Sententia de cujusdam terra ad decimam obligata Ecclesiæ S. Mariæ de Castello Alexandriæ.

188 MCCXXXV.

Anno Dominicæ Incarnationis MCCXXXV., indictione VIII., die Sabati V. exeuntis octobris præsentibus D. Willelmo Magalaxino, & D. Willelmo Archipresbitero sanctæ Mariæ de Borgolio, & Presbitero Ruffino rogatis testibus. In Alexandria coram D. Bonifacio Ecclesiæ Alexandrinæ Archidiacono, & D. Philippo judice, & assessore, & consiliatore Pastor de Marcello Sindicus Ecclesiæ sanctæ Mariæ de Castello nomine ipsius Ecclesiæ conquerebatur de Pavesio filio Ingelerii Caballi Sindico hospitalis . . . . . justa Ecclesiam de Betleem nomine ipsius hospitalis, quod hospitale tenet, & possidet petiam unam jacentem ad Mortum in curia Roboreti, cohærent Ruffinus de Nig., & Bernardus Cap, & via una; quia prædicta terra est in decimatione ipsius Ecclesiæ de Castello, petit istius nomine a rescripto Pavesio nomine dicti hospitalis libras X. pro æstimatione fructuum decimæ perceptorum de prædicta terra a XX. annis antea, & ut condepnetur dictum hospitale, & sui Sindici nomine ipsius ad præstationem decimæ dictæ terræ in futurum a parte Ecclesiæ S. Mariæ, vel ejus Sindico. Item petebat pro expensis, quas faciet in hac causa, & super hoc dictus Pastor Sindicus confessiones istius Pavesi sindici, & testes produxit. Ex adverso dictus . . . . . Sindicus dicebat prædicto nomine, quod istum hospitale, nec aliquis pro eo nunquam solvit decimam de dicta terra, sed eam tenuit sine præstatione decimæ per X. annos, & plus, licet dicta terra jaceret in curia Roboreti, & decimatione dictæ Ecclesiæ. Item dicebat, quod hospitale, nec pauperes debebant præstare decimam, sed recipere quartam decimæ de vino. Item dictum procuratorem male petiisse quum petierat existimationem decimæ, & non ipsos fructus decimæ, qui erant petendi, quamvis essent consumpti. Unde prædictus Philippus Judex D. Archidiaconi, & capituli Alexandriæ visis, & auditis testibus, & aliis rationibus hinc inde allegatis, & productis de voluntate dicti D. Archidiaconi condepnavit rescriptum Pavesium sindicum nomine dicti hospitalis, & per ipsum dictum hospitale in solid. XI. ad dies XXX. pro æstimatione fructuum decimæ præteriti temporis perceptorum de ipsa terra, & ut de cetero præstet decimam de fructibus dictæ terræ secundum morem consuetum rescripto sindico de Castello, & de residuo dictum hospitale prædicto nomine absolvitur, & fieri unum instrumentum, vel plura . . . . . percepit &c.

Ego Manfredus Lumbilicus Notarius Sacri Palatii, qui dicor Bos hanc chartam interfui, & scripsi.

Venditio vineæ facta a D. Ottone Rana, & filiis ejus monasterio S. Mariæ de Banno confirmata a D. VVillelmo Manfredo, & Corrado MM. de Bosco.

MCCXXXV. 189

Anno a Nativitate Domini MCCXXXV., indictione VIII. quinta die intrantis decembris in loco Tarolii D. Otto Rana, & Willelmus ejus filius pretio den. bon. papien. lib. LXX., de quibus soluti, & contenti se vocaverunt, renunciantes exceptioni non numeratæ pecuniæ, & non soluti pretii vendunt, cedunt, & tradunt in allodio, &, si plus valet, donaverunt dominæ Jacomæ ementi, & recipienti nomine monasterii S. Mariæ de Banno petiam unam vineæ . . . . . quæ jacet in territorio Tarolii ad locum, ubi dicitur spol. . . . . cohæret ei via carloai, & drodii, & filia quondam Petri de spoltario; item partem unam moliæ, jacet in territorio Tarolii videlicet in moliis, cohærent ei Baldetus, & filia quondam Petri de spoltario a duabus partibus Ottollinus de Bossio. Item totam suam partem de personis, quæ fuerunt quondam Gastaldiorum, quæ sunt inter Boscum summæ ripæ, videlicet ubi dicitur alpexella, & in Bonellis de preta ad habendum, tenendum, possidendum, & quidquid sibi prædicto nomine, & suis successoribus deinceps perpetuo placuerit faciendum cum superioribus, & inferioribus finibus, vel si qui alii sunt eis accessibus, & egressibus suis usque ad viam publicam, & cum omnibus, & singulis supra se, & infra, seu inter se habentibus in integrum, omnique jure, & actione, usu, & requisitione sibi ex ea, vel pro ea pertinente, sive spectante, quam venditionem se se ejus nomine constituerunt possidere, donec corporalem possessionem acceperit, quam accipiendi, & retinendi deinceps licentiam omnimodam sibi contulerunt, atque dederunt nomine prædicti monasterii promittentes dicti venditores pro se, suisque heredibus prædictæ dominæ Jacomæ nomine dicti monasterii, & suis successoribus nec litem, nec controversiam movere, sed prædictam venditionem ab omni homine, & universitate legitime defendere ei, & suis successoribus, & cui dederint . . . . . & disbricare, omneque damnum litis, & expensas reficere, nec contra prædicta, vel aliquem prædictorum facere, vel venire occasione minoris pretii vel alia quacumque ratione sub pœna dupli obligantes pignori omnia sua bona habita, & habenda. Et insuper D. Sibilia ipsi Ottonis Ranæ uxor eidem venditioni consensit, & renunc. penitus omni suo juri, & actioni, quod & quam habebat, vel habere poterat in dicta venditione promittens pro se, suisque heredibus stipulatim non contrafacere, vel venire sub pœna dupli renunc. juri Hypotecarum Senatus Cons. vel . . . . . & omni juri legum auxilio obligantes pignori omnia bona sua. Et prædicta omnia dictus Otto Rana, & uxor sua D. Sibilia, & Willelmus ejus filius corporaliter juraverunt perpetuo rata, & firma habere, atque tenere, nec restitutionem aliquam in integrum postulare, nec occasione aliqua contrafacere, vel venire, sed semper in defensione permanere, & in

hac re ut supra interfuerunt testes Jacobus, & filii . . . . . .

Eodem anno, & mense XII. die intrantis decembris in castro Uguadæ D. Willelmus, & D. Ma. . . . . (*Manfredus*) & D. Conradus marchiones de Bosco D. Jacomæ recipienti nomine monasterii prædicti S. Mariæ de Banno dederunt, absolverunt, & refutaverunt omnia jura, omnesque actiones, quæ & quas habere, atque petere possent in prædicta venditione occasione feudi, aut alia quacumque ratione promittendo prædicta omnia omni tempore rata, & firma per se, suosque heredes, & tenere, nec magis contrafacere, vel venire obligantes eidem monasterio pignori omnia sua bona habita, & habenda, & mihi hanc cartam fieri rog., ut supra . . . . . & si aliquid deficeret de jure, vel de facto semper possit meliorari pro consilio sapientum. Interfuerunt testes D. Jacobus pastor, Girardus Albarola, Albertus de Miribello. Ego Anselmus Not. Sac. Pal. rog. hanc cartam tradidi, & scripsi.

Præceptum potestatis Aquensis Manueli Marchioni Ponzoni.

190 MCCXXXV.

Anno Domini MCCXXXV., indictione VIII., die Dominico XXIII. decemb. in Spigno Obertus Bisatius Nuntius constitutus a D. Sighibaudo de Busto Aquensi potestate dixit, & amonuit D. Manuelem marchionem de Ponzono ex parte dicti Potestatis, & communis Aquis, ut ipse hinc ad octo dies proxime venturos debeat mittere partem suam fodri sub pœna quarti, & ad eundem terminum ipse debeat se repræsentare coram D. Potestate ad faciendum suum sequimentum, & illud, quod facere debet communi Aquis sub tali banno, & pœna, quam dictus potestas ei voluerit extorquere. Ad quas admonitiones D. Manuel noluit respondere. Unde dictus Obertus rogavit inde cartam fieri. Interfuerunt Arro Mussus Antioche, Petrus de Cassinis testes rogati. Ego Anselmus Not. S. Pal. hanc cartam rogatus scripsi.

Aliud Alberto Marchioni de Ponzono.

191 MCCXXXV.

Anno Domini MCCXXXV., indictione VIII., die Dominico XXIII. decembris in Spigno. Obertus Bisatius Nuncius constitutus a D. Sighibaudo de Busto Aquensi potestate dixit, & amonuit D. Albertum marchionem de Ponzono ex parte dicti Potestatis, & communis Aquis, ut ipse hinc ad usque octo dies proxime venturos debeat mittere partem suam fodri sub pœna quarti, & ad eumdem terminum ipse debeat se repræsentare coram dicto Potestate ad faciendum suum sequimentum, & illud, quod facere debet communi Aquis sub tali banno, & pœna, quam dictus Potestas ei voluerit extorquere. Ad quam admonitionem dictus D. Albertus respondit, quod bene faciet illud, quod facere deberet. Unde Obertus rogavit mihi cartam fieri. Interfuerunt D. Iacobus de Ponzono, D. Henricus, & Rainaldus de sancto Nazario testes rogati. Ego Anselmus Notarius Sacri Palatii hanc chartam rogatus scripsi.

Aliud Jacobo Marchioni de Ponzono.

MCCXXXV. 192

Anno Domini MCCXXXV., indictione VIII., die Dominica XXIII. decembris in Spigno. Obertinus Bisatius Nuncius constitutus a D. Sighibaudo de Busto Aquensi potestate dixit, & amonuit D. Iacobum marchionem de Ponzono ex parte dicti Potestatis, & communis Aquis, ut ipse hinc ad octo dies proxime venturos debeat mittere partem suam fodri sub pœna quarti. Unde rogavit dictus Obertus cartam fieri. Interfuerunt Raynaldus de sancto Nazario, Bastardus Raymundi de Ponzono testes rogati. Unde Anselmus Notarius Sacri Palatii hanc chartam rogatus scripsi.

Confirmatio pactorum inter Albertum, Jacobum, Henricum, & Manuelem Marchiones de Ponzono, & Aquenses.

MCCXXXVI. 193

Anno Domini MCCXXXVI., indictione IX., die Dominico 20. Madii (1) in refectorio Canonicæ Aquensis in pleno consilio de Aquis habito per campanas D. Albertus marchio filius quondam D. Pontii, & D. Iacobus, & D. Henricus filii quondam D. Petri Marchionis de Ponzono, & D. Manuel filius D. Henrici Marchiones de Ponzono promiserunt, & juraverunt tactis sacrosanctis Evangeliis consulibus Aquensibus Tilio Guertio dè Pusterna, & D. Petro magistri Henrici, & D. Henrico Piperi recipientibus nomine, & vice communis Aquis attendere, & observare, & rata habere, & tenere in perpetuum per se, suosque heredes omnia pacta, & conventiones, cessiones, possessiones, donationes, & quasi possessiones, redditiones, & omnia instrumenta, jura, vel quasi jura, & confessiones, & ea omnia, quæ continentur in instrumentis existentibus inter prædictum Commune, & ipsos Marchiones, quæ & quas sui antecessores fecerunt, habuerunt, & dederunt proprio nomine, & tutorio, seu curatorio communi Aquis Consulibus, seu Rectoribus communis Aquis, vel alicui alii nomine communis Aquis. Insuper prædicti Marchiones dant, faciunt, & confirmant, & cedunt omnia ut supra, & specialiter conventiones, donationes, & confessiones, & dationes possessionis, & redditiones Ponzoni, & totius suæ terræ factas per D. Henricum, & D. Pontium nomine suo, & D. Petri eorum consanguinei, cujus tutores se dicebant esse prout apparet per instrumentum factum per manum quondam Petri Notarii, cujus tenor talis est.

Anno Dominicæ Incarnationis MCXCII., indictione X., die Dominico V. calendas octobris in capitulo Canonicæ de Aquis consilio pleno, & ideo congregato Domino Andrea Uberto Moizo, Iacobo Bocazio, Ugone Mantea, & sociis existentibus Consulibus D. Henricus, & Pontius Marchiones de

Ponzono confeſſi ſunt, quod avus eorum Dominus Aleramus, & avia Domina Alaxa, item D. Ugo pater eorum, item D. Henricus, & Petrus Patrui eorum omnes Marchiones Ponzoni inveſtiverant conſules Aquenſes, & commune cum vexillo de Ponzono de tota ſua terra habita, & habenda ec.

Et per aliud inſtrumentum factum per manum Jacobi Notarii.

Anno Domini MCCX., indictione XIII., die Jovis XV. aprilis. In Ponzono præſentibus Uualla Jacobo Aicardi, Petro Domini Andreæ, Gerardo de la Montaa, Zucharino, & Willelmo Carcagno Dominus Pontius marchio Ponzoni donum, & donationem facit D. Andreæ, & D. Aicardo Ambaxatoribns communis Aquis vice, & nomine ipſius communis de Ponzono, & de tota ſua terra totius ſuæ terræ ec.

Ibidem & eiſdem prædicti conſules nomine communis Aquenſis voluntate, & mandato utriuſque conſilii congregati more ſolito per campanas promiſerunt, & juraverunt ſuper ſe, & animas illorum de conſilio tactis ſacroſanctis Evangeliis dictis Marchionibus attendere, & obſervare nomine communis Aquis quod ipſi, & commune Aquis attendent, & obſervabunt in perpetuum, & ratum, & ratas habebunt, & tenebunt omnia pacta, & conventiones, poſſeſſiones quaſi poſſeſſiones, redditiones, jura, & quaſi jura, & omnia inſtrumenta, & ea omnia, quæ in exiſtentibus inſtrumentis continentur inter prædictum Commune, & prædictos Marchiones, quæ, & quas commune Aquis, & Rectores dicti Communis Marchionibus de Ponzono, & ſuis anteceſſoribus, vel alicui alii pro eis dederunt, fecerunt, & habuerunt. Inſuper faciunt, & confirmant omnia pacta, conventiones, & inſtrumenta, & ea omnia, quæ in inſtrumentis exiſtentibus inter Commune Aquis, & ipſos Marchiones ſicut appareret per inſtrumentum factum per manum Petri ſcribæ. Cujus tenor talis eſt. Anno Dominicæ Incarnationis MCXCII., indictione X., die Dominica V. calendas octobris. In capitulo Canonicæ de Aquis conſilio pleno, & ideo congregato D. Andrea Uberto Moizo, Jacobo Bocazio, Ugone Mantea, & ſociis exiſtentibus conſulibus D. Henricus, & Pontius Marchiones de Ponzono ec., & per manum Jacobi Jacobi Notarii, cujus tenor talis eſt. Anno Domini MCCX., indictione XIII., die Jovis XV. aprilis. In Ponzono præſentibus teſtibus Ottone Uuala, Jacobo Aycardi, Petro Domini Andreæ, Gerardo de la Montaa, Zucharino, Willelmo Carcagno, Dominus Pontius marchio Ponzoni donum, & donationem facit D. Andreæ, & D. Aycardo Ambaxatoribus communis Aquis ec. Unde dicti Conſules, & Marchiones juſſerunt plura inſtrumenta fieri. Interfuere teſtes rogati, & vocati Ubertus Dodonis de Bellomonte, Guarnerus de Inſula, Bocius Canonicorum Buſcarinus, Ubertinus Biſatia, Seotinus, Agatinus D. Sighbaudus de Sarzano, Henricus de Valle, & ego Ubertus Notarius Palatinus interfui, & hanc cartam; & alias quamplures prædictorum Conſulum, & Marchionum mandato unius, & ejuſdem tenoris ſcripſi, nomina conſiliariorum ſunt hæc. In primis D. Manfredus Deuxec, D. Morandus, Aycardus Affola, Willelmus Serdo, Arnaldus Brune, Tebaudus de Porta, Arnaudus Benzius, Ubertus de Burgo, Beſuitius, Ubertus magiſtri Henrici, Ubertus Agrati, Jacobus Ghignonus, Bonifacius Moyzius, Ogerius ſcriba, Boz Entis, Willelmus Tabita, Obertus Rabia, Saccus Albertus, Botazius, Henricus Cazul, Ruffinus de Montebarucio, Henricus de Willelmi, Serdo Bonacurſus, Arnaudus Gilinus, P. Depina, Willelmus Mollinus, Berrinus, Aquideus Bonifilii, Henriocia, Willelmus Pozovarius, P. Occha, Caruf Barta, Guido Sartor M. Stephani, Boazius Carlevarius, Bovetus Serraval, Obertus Badalo, Boſius Aranchus, Totusbonus, Rodulfus de li Salvi, Pillus Gaje, Gosbertus, Ugo Piper, Jacobus Guaſtarava, Willelmus Legerius, Dardanel Henricus, Albatus, Amelius de Puſterna, Willelmus, Joannes Willelmus, Mox Bellexii, Henricus, Albus Otto V., Bonanatus Carlevarius, P. Scriba, Vaſſallus Bottarellus, Henricus Marchez, Arnaudus Bordella, Anſelmus Scriba, Joannes Napo, Gandulfus Rubeus, Otto Meſogrolli de li Salvi Aranchi, Willelmus Zolchi, Petrus Aynardi, Anſelmus Aynardi, Jacobus Gualfrerii, M. Willelmi Serdo, Ogerius Jacobus, Jocelini, Henricus Manueli, Gandulfus Dominici B. Urſeti Gosla, Ruffine Pellacia, Tebaudus Jan., Henricus Pauli, Bonefacius Molinus, Manfredus Taiver, Marchex Ferrarius de Poynte, Nicolinus Gongolinus, Otto Carlevarius, Ubertus Montagnola Moltura, Bonifacius Furninus, B. Piper. Ego Ubertus Not. Pal. videns, & legens autenticum hujus exempli factum a me Uberto Galea Notario ſicut in ipſo inveni ec.

Dies vigeſima hoc menſe erat dies Martis, ac proinde hic mendum irrepſit, quod qua ratione emendari poſſit, cum autenticum exemplar deſit, difficile conjici poteſt.

Jus repreſaliæ datum a poteſtate Alexandriæ Manfredo Boccaccio in civitatem Aquenſem.

MCCXXXVII. 194

Anno Nativ. Dom. MCCXXXVII., indictione X., die Mercurii XI. januarii præſent. Bauzano Saltario D. Brema Boccaccio, & Montanaud Piparo, & Belengerio de Facio teſtibus, D. Albertus de Mandello Alexandriæ poteſtas ex licentia ſibi data a conſilio Alexandriæ dedit cambium Manifredo Boccaccio contra homines Aquis, & commune Aquis de pœna una librarum 400. papien., quæ commiſſa eſt ab eis, & in quam ceciderunt infraſcriptum commune Aquis, & homines de Aquis, quia non paruerunt termino, ſive terminis in præceptis latis, vel factis ab infraſcripto Poteſtate arbitro inter Manifredum infraſcriptum ex una parte, & commune Aquis ex altera uſquequo fuerit ſatisfactum, eidem de infraſcripta pœna, & acceſſionibus ejuſdem, quia citati ſæpius noluerunt ſatisfacere ſalvo infraſcripto Manifredo omni ſuo juri in aliis factis, & pœnis, & inde dictus Poteſtas hanc cartam fieri juſſit ut ſupra. Ego Obertus Scuctus de Crugio N. S. P. ec. Ego Anſelmus de Fata N. S. P. ec. Ego Jacobus Paura N. S. P. ec.

(1) *Hic erratum a Notario, vel ammanuenſi. Dies enim XI. Jan. erat Dominica; junii vero (ſi forte*

mutato

mutato nomine menſis corrigi poſſet) *erat Jovis. Si vero ſupponamus hic prætermiſſum* exeunte *januario, tunc optime notæ omnes conciliantur; dies enim XI. exeunte januario erat dies Mercurii.*

Inveſtitura aliquorum feudorum ab Uberto electo Aſtenſi facta Bonifacio Marchioni Montisferrati ex chartulario Eccleſiæ Aſtenſis.

195 MCCXXXVII.

Anno Domini MCCXXXVII., indictione X., die lunæ nono menſis martii. In clauſtro majoris Eccleſiæ Aſtenſis vocatis, & rogatis teſtibus D. Oberto comite de Blandrate, D. Anſelmo de Govono, D. Gullielmo Vicecomite, Nicolao Scapita, Guiffredo de Plozio, & Jacobo de Foſſato judice, D. Ubertus Dei gratia electus Aſtenſis inveſtivit D. Bonefacium marchionem Montisferrati de ſuo juſto, ac recto feudo, qui fidelitatem juravit, & in continenti requiſitus conſignavit feudum Caminum, Pontem de Stura quartam partem in S. Salvatore, & dixit ſe tenere alia quam plura, quæ tum ſcripta erant. Ego Henricus de Morocio Pal. Not. his interfui, & rogatus ſic ſcripſi.

Sententia Poteſtatis Alexandriæ in lite civitatis Aquenſis cum Manfredo Boccaccio.

196 MCCXXXVII.

Anno Nativitatis Domini MCCXXXVII., indictione X., die Veneris XI. exeuntis auguſti præſentibus D. Ruffino Gambarino, D. Lanzavetula, D. Ugone Claro, D. Belengerio Anſaxo, & Bruffa Lanzavetula teſtibus. In Alexandria in majori Eccleſia Alexandriæ D Albertus de Mandello Poteſtas Alexandriæ arbiter electus inter commune Aquenſe ex una parte, & D. Magnifredum Boccaccium ex altera nomine, & vice communis Alexandriæ habita inde licentia a conſilio Alexandriæ more ſolito convocato habito plurium ſapientium ejuſdem civitatis conſilio tam de populo, quam de communi, & voluntate infraſcrip. ibi præſentium in ipſa Eccleſia dixit, & pronunciavit, & arbitratus fuit, quod homines, & commune Aquenſe debeant facere, & reficere ſuis expenſis domum, ſive palatium, & turrim dicti Manifredi in eo ſtatu, & bonitate, in qua erant, quando dirutæ fuerunt arbitrio duorum magiſtrorum electorum a Poteſtate Alexandriæ, qui in prædicto opere laborare debeant, & ſemper intereſſe expenſis communis Aquenſis uſque ad feſtum S. Martini proximi, & debeant incœpiſſe uſque ad dies X., & ab inde in antea ſine intermiſſione laborare, & eſſe in opere cum tot magiſtris, & manualibus, & cum tali opere, quibus & quo erunt neceſſaria, & neceſſarium ad dictum opus, ita quod bene compleverint uſque ad terminum infraſcriptum arbitrio duorum infraſcriptorum electorum per Poteſtatem Alexandriæ, aut dent, & ſolvant ipſi Manifredo Boccaccio in bonis denariis numeratis libras octocentum Papiæ uſque ad feſtum S. Michaelis proximi, & homines, & commune Aquenſe debeant, & teneantur elegiſſe, quod infraſcriptorum ſibi potius placuerit, aut dictum opus reficere ſecundum modum, & formam prædictam a die craſtina ad diem Martis proximi, vel infraſcr. den. ſolvere ad terminum infraſcriptum, & ſi elegerint dare infraſcriptas libras 800. Papiæ. Liceat ipſi Magnifredo ſine prohibitione communis, & hominum Aquis, vel alicujus de Aquis reficere domum, ſive palatium, & turrim infraſcriptam ad ſuam voluntatem condemnando Ogerium Turrium Sindicum communis Aquis præſentem, & procuratorem Anrici Cazuli Sindici communis Aquis nomine infraſcripti communis, & per eum ipſum commune, & ipſum Anricum Cazulum Sindicum infraſcripti communis abſentem, ut prædicta omnia debeant attendere, & obſervare, & attendi, & obſervare facere in omnibus, & per omnia, & ſingula ut ſupra ſub pœna in compromiſſo appoſita, eo ſalvo quod prædictus Poteſtas retinuit in ſe omnem poteſtatem, & bailiam, & vim pronunciandi, & arbitrandi, & dicendi, & ſententiandi in omnibus, & ſingulis, de quibus compromiſſum eſt in eum Poteſtatem nomine communis Alexandriæ a prædicto communi Aquis, & a dicto Manfredo, & inde dictus Poteſtas hanc fieri juſſit ut ſupra ec. Ego Obertus Scutus de Trugio Not. S. Pal. juſſu Not. Paure Not., cui juſſa fuit, hanc cartam ſcripſi.

Ego Anſelmus de Fara Not. S. Pal. juſſu D. Tebaudini Fantini videns ſupraſcr. inſtrum. exemplavi nihil addens, vel minuens.

Literæ Archiep. Jan. præpoſito Humiliat. Alex.

MCCXXXVIII. 197

Anno Dominicæ Nativitatis milleſimo ducenteſimo XXXVIII., indictione XI., die Dominicæ XV. exeuntis januarii in Alexandria præſentibus Matheo Botazio, Caſca, & Ruffino Maſtaſio teſtibus vocatis, & rogatis coram Domino Amico præpoſito S. Michaelis Humiliatorum Alexandriæ ſubdelegato O. D. D. Archiepiſcopi Januenſis Delegati D. Papæ, ut in literis infraſcriptis continetur, quarum tenor talis eſt. O (1) permiſſione Divina, Januenſis Archiepiſcopus licet indignus Sedis Apoſtolicæ delegatus, dilecto in Chriſto Fr. Amico . . . . . Dei gratia humiliatorum præpoſito ſalutem, & ſinceram in Domino charitatem cum Petrus de S. Angelo Sindicus capituli Alexandriæ nuper venerit ad præſentiam noſtram dicens . . . . . *agitur de quadam poſſeſſione emta a fratribus Eccleſiæ S. Marci, quam capitulum Eccleſiæ Alexandrinæ vindicare volebat, & reapſe recuperavit ſolutis expenſis, aliiſque conditionibus peractis, quas hic Archiepiſcopus Januenſis præſcribit.*

Canonici hic nominati ſunt: D. Bonifacius Archidiaconus, D. Manfredus Præpoſitus, D. Bernardus Cantor, D. Presbiter Jacobus . . . . . D. Facinus Guaſcus, & D. . . . . .

(1) *Exemplar ad me tranſmiſſum habebat M., ſed perperam. Hoc enim anno Januæ Archiep. erat Otho.*

Abſolutio ab excommunicatione conſilio Aquenſi ab Epiſcopo data ſub certis conditionibus.

MCCXXXVIII. 198

Anno milleſimo ducenteſimo trigeſimo octavo, indictione XI., die vero XII. martii in Aquis

in refectorio majoris Ecclesiæ, in præsentia D. Ottonis Aquensis Episcopi, utrumque consilium Aquense una cum consulibus per campana insimul congregatum de commnni voluntate, & eorum sponte super eo, quod erant excommunicati occasione collectæ, sive taliæ, seu fodri, quod ab Ecclesiasticis Aquensibus exigebant, & super damnis Ecclesiasticis datis, & injuriis illatis juraverunt stare mandatis dicti Domini Episcopi uni, & pluribus uno, & diversis temporibus sine aliquo tenore; qui Dominus Episcopus recepto juramento a quolibet super prædictis præcepit iis omnibus, ut de cetero dictis Ecclesiis taliam, sive collectam, seu fodrum nullo modo imponant, & eorum res eximant a banno, nec clericos eorum foresteut, nec ponant in banno; & quod de cetero talia, vel consimilia non faciant; & quod omnes jurent, ante quam eximantur ab excommunicatione, & emendent, & restituant damnum datum a die Dominico ad octo dies, & qui non juraverit, nullo modo recipiatur ad divina: Item præcepit consulibus, ut eligant pro quolibet tricerio homines, qui faciant omnes jurare stare mandatis dicti Domini Episcopi, ut supra, & de veritate dicenda, consules erant isti: D. Morandus, Ven. Magister Henricus, Aicardus, D. Villelmi: consiliarii sunt isti, Clavarius, Jacobus Vidixonis, Aicardus Affollæ &c. Interfuerunt testes D. Lotherius, D. Bavonus, & D. Aquideus canonici. Henricus Marchisius Notarius S. P. (1) &c.

(1) *Huic D. Gulielmus electus Aquensis postulante D. Lotherio præposito præcepit ann.* 1245. *indictione* 3. *die Mercurii* 14. *junii intrantis, cum esset super lobiam Aquensis Episcopii ante Ecclesiam S. Michaelis de Castelletto*, ut plura exemplaria hujus chartæ ex breviario quondam Willelmi Pistulæ de Meladio Notarius perficeret &c.

Assecuratio concessa ab Alexand. Mansioni S. Steph. de Tabulis, & Mon. S. Martiani.

199 M C C X L.

Anno Nativitatis Domini MCCXL., indictione XIII., die Martis XII. exeunte martio, in Alexandria præsentibus D. Oberto Medio Capitaneo, D. Petro de Pado, Boza Not., Bono Johanni Capalla, Manuello Sappa, & Ildeprando Niza testibus. Cum consilio Alexandriæ placuisset in majori Ecclesia S. Petri campana, & voce præconis more solito convocato, ut Ecclesiis, hospitalibus, monasteriis, & locis religiosis omnibus fidantia largiretur, sicuti fuerat singulis ipsorum .... præterito attributa, & inter ipsa connumerata sit domus, sive mansio S. Stephani de Tabulis, & abbas, & monachi in monasterio S. Martiani de Terdona, & eidem data fuerit fidantia præterito anno, ut continetur in uno scripto facto .... de Roba Notarii D. Obertus de Niquitate Alexandriæ potestas voluntate, & consensu dicti consilii, & ordinamento, & ex .... per se, & nomine, ac vice communis & hominum Alexandriæ omnium, & singulorum, cuique districtus dedit plenam .... fidantiam dictæ domui, sive mansioni S. Stephani de Tabulis, ejusque rebus omnibus, & monachis, & conversis ... omnibus, & laboratoribus ejusdem, dum non sint de Papia, Aquis, Septebrio, atque Nicia, & Domino Abbati dicti monasterii S. Martiani, atque ejus monachis, & servitoribus eorundem in rebus omnibus, & personis, eundo ubique stando pariter, & redeundo, dum non sint in offensionibus communis, & hominum Alexandriæ, & districtus; & inde dictus Obertus potestas hanc cartam fieri jussit. Ego Otto, qui dicor de Montaldo S. Palatii Notarius interfui, & mandato D. Oberti potestatis hanc cartam scripsi.

Præcedens documentum extractum fuit ex quodam chartaceo codice, in quo plurima continentur vetusta instrumenta ad Abbatiam sancti Martiani de Terdona spectantia; pag. 115. *a præstantissimo, atque amico viro I. C. M. Boccaccio, qui mihi illud huc inserendum tradidit.*

Præceptum Manfredi Lanceæ Vic. Imp. latum in commune Aquense pro Manfredo Boccacio.

200 M C C X L.

Anno Dominicæ Incarnationis MCCXL., IX. august. In Aquis sub ulmo majoris Ecclesiæ, D. Manfredus Boccaccius (1) obtulit, & dedit litteras ex parte D. Manfredi marchionis Lanzeæ sigillatas sigillo ipsius D. Manfredi marchionis D. Opizoni de Strata militi, & vicario D. Opizonis de Revello Imperialis capitanei de Aquis, quarum litterarum tenor talis est, secundum quod asserit D. D. Manfredus Boccaz, ... qui mihi Henrico infrascripto Notario ..... Nobilibus, & prudentibus viris D. Opizoni de Revello Imperiali capitaneo Aquis carissimo amico suo, & consiliario, & communi civitatis ejusdem dilectis amicis suis Manfredus marchio Lancia S. Imperii .... superius vicarius generalis salutem, & amorem sincerum. Cum Manfredus Boccaccius civis vester super pluribus occasionibus ..... de vestro communi velit coram nobis quæstionem movere, & suam consequi rationem vobis ex Imperiali auctoritate, qua fungimur districte præcipiendo mandamus, quatenus die VIII. post receptionem præsentium, vel postquam vobis ostensæ fuerint coram nobis sub peremptorio compareatis per idoneum responsorem eidem Manfredo super quibus vocati fueritis de justitia responsuri; & quia Manfredum & .... familiam, & res suas sub Imperium, & nostram protectionem, & defensionem recipimus, & mandamus vobis districtius injungentes, quatenus contra eundem Manfredum, vel aliquem, seu aliquam de familia sua, aut res eorum in aliquo procedere non velitis, nec vos de ipsis aliquatenus impedire, seu intromittere debeatis, nec eosdem in aliquo molestare, nec etiam ipsum, vel aliquem alium pro eis alicubi rationem, seu justitiam facere compellatis, vel ad justitiam evocetis, nisi coram nobis, vel Imperiali, seu nostra curia speciali. Datum Alexandriæ XXI. julii, indictione XIII. Ven. D. Manfredus Boccaz hanc cartam fieri jussit. Interfuerunt D. Baudicio de Murbello, Ubertus Magister, Henricus Bocacursus, & D. Thebaudus de Campali.

(1) *Erat vir iſte inter Aquenſes illuſtris, ac maximæ auctoritatis, ſed ob aliquod diſſidium inter ipſum, & civitatem ante paucos annos obortum Alexandriam petiit, & cum hac civitate ſocietatem junxit, quæ res adeo Aquenſibus fuit moleſta, ut in ipſum* propter ejus receſſum de Aquis, *in judicium vocatum nec comparentem ſententiam tulerint, ejuſque domos, ac prædia ſatis ampla occupaverint. Quæ cum ipſe ægre ferret, Vicarii imperialis opem ædverſus Aquenſes imploravit, eamque Alexandrinorum patrocinio fultus facile impetravit. Ceterum licet cauſæ totius peculiaria adjuncta non ſatis perſpecta habeamus, ex aliis tamen chartis apparet hinc nova diſcordiarum ſemina inter duas æmulas civitates injecta fuiſſe, prout latius alibi, ac anno* 1242. *nondum ſopitam hanc controverſiam fuiſſe.*

Litteræ Gregorii IX. Clero, ac populo Aquenſi circa renovationem unionis Eccleſiæ Aquenſis cum Alex. juxta breve Inn. III.

201 M C C X L.

Gregorius ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis Clero .... poteſtati, conſilio, & populo Aquenſi &c. De fel. mem. Alexandri PP. prædeceſſoris noſtri benignitate proceſſit, quod pie conſiderans Alexandrinam civitatem in honorem Principis Apoſtolorum fuiſſe conſtructam ipſam pontificalis dignitatis titulo decoravit Apoſtolicæ ſedis auctoritate decernens, ut quoniam Alexandrina civitas longe major eſt, & populoſior quam Aquenſis Epiſcopalis ſedes, de illa, cujus diœceſi eſt contigua, transferetur ad iſtam. Proceſſu vero temporis piæ recordationis Innocentius PP. prædeceſſor noſter Alexandrino populo ſuppliciter poſtulante, ut quod idem Alexander PP. provida deliberatione decreverat, faceret executioni mandari, ſtatutum ejuſdem taliter moderatus eſt, quod Alexandrinam Eccleſiam, & Aquenſem univit ſtatuens, ſicut in confecto ſuper hoc Apoſtolico privilegio continetur, ut unus, & idem eſſet Pontifex utriuſque, unam, & eandem ſedem obtinens in utraque. Decrevit etiam, ut ſi forſan Aquenſes contra formam in eodem privilegio declaratam venire præſumerent, niſi ad monitionem Romani Pontificis ſuæ corrigerent præſumtionis exceſſum, Epiſcopalis ſedes de Aquenſi civitate in Alexandrinam transferretur, & ſi Alexandrini contra idem ſtatutum excedent, niſi ad Apoſtolica monita ſatisfacerent de exceſſu, præſcriptæ diſſolveretur vinculum unionis. Hac enim prædictus Innoc. conſideratione ductus Alexandrinos pro eo, quod tunc temporis inimicis Eccleſiæ adhæſerunt, ad ipſius redire mandatum temere contemnentes Epiſcopalis deſtituit dignitatis honore, quam nos exigentibus meritis fidei, ac devotionis ipſorum, in quibus Eccleſiæ ſe hoc potiſſimum tempore gratos reddere ſtuduerunt, eis reſtituendam duximus de gratia ſpeciali concedentes eiſdem, ut ipſo gaudeant perpetuis futuris temporibus ſecundum formam privilegii memorati. Verum cum noſtri ſit deſiderii, ut & vos per opera gratitudinis ipſius Eccleſiæ ſtudeatis gratiam promereri, præcipiendo mandamus, quatenus a perſecutione civitatis ejuſdem, quæ ſedis Apoſtolicæ ſpecialiter exiſtit ... omni occaſione poſtpoſita deſiſtatis: ac F. dicto Imperatori Dei, & Eccleſiæ inimico, ejuſque fautoribus nullum de cetero contra Eccleſiam, & Eccleſiaſticam libertatem impendentes conſilium, auxilium, vel favorem, ſpeciales nuncios veſtros de ſtando mandatis noſtris ſuper eo ſufficiens mandatum habentes, quod ſæpe dictam civitatem Alexandriæ in noſtrum, & Apoſtolicæ ſedis contentum gravibus affeciſtis injuriis, infra duos menſes poſt ſuſceptionem præſentium ad noſtram præſentiam deſtinetis. Alioquin vobis merito imputare poteritis, ſi culpis veſtris exigentibus civitatem veſtram contigerit Epiſcopali ſede privari .... Datum Laterani VI. id. maii anno XIV.

In eodem fere modo alias dedit Abbati *S. Juſtinæ de Sexadio Aquenſ. diæc. huic ſimillimas uſque ad illa poſtrema verba,* Epiſcopali ſede privari, *poſt quæ hæc alia habentur.* Quo circa mandamus, quatenus Clerum poteſtatem conſilium, & populum Aquenſem ad id attentius moneas, & inducas, quod ſuper hoc feceris, & inveneris nobis fideliter reſcripturus. Datum *ut ſupra.*

Hic Pontifex alias hoc anno dedit litteras Abbati S. Eug. de Saona, ut cogeret Canonicos Aq. ad quemdam Ogerium in fratrem recipiendum, quas ita exhibet Autographum Capituli. Vener. in Chriſto F. F. Præpoſito & Capitulo Aq. Ugo Abbas Mon. S. Eugen. Saon. Dioc. ſalutem &c. Noveritis nos nuper recepiſſe D. PP. literas in hac forma; Gregor. E. S. S. D. D. F. Abbati S. Eug. &c. Exhibita nobis dilecti filii Ogerii Clerici Aq. Dioc. petitio continebat, quod cum nos olim pro eo dilectis filiis Prepoſito & Capitulo Aq. direxerimus ſcripta noſtra, ut in eorum Eccleſia reſideri paratum non obſtante certo canonicorum numero juramento ſeu juramento ſeu quacumque alia firmitate vallato, ſeu ſi pro aliis eis direxerimus ſcripta noſtra, quibus ex hoc nolumus præjudicium generari, reciperent in canonicum & in fratrem & præbendam quam cito ſe facultas offerret, liberaliter conferre curarent eidem, id efficere ipſi hactenus non curarunt, prout ejuſdem Clerici labor ad nos indicat iteratus. Volentes igitur &c. Dat. Laterani VII. Kal. maii pontificatus anno XIIII.

Sententia arbitrorum circa decimam Monaſterii de Tilieto versus Eccleſiam Aquenſem.

M C C X L I. 202

Anno Domini MCCLI., indictione XIV., die Veneris ultima madii in præſentia teſtium, quorum nomina ſubſcripta leguntur. Cauſſa inter Dominum Oglerium canonicum Aquenſem, & ſindicum, ſecundum quod apparebat in quodam inſtrumento, quod vidi, & legi ab Henrico Notario facto anno Domini MCCXLI., indictione XIV., die Dominico XII. madii, in clauſtro majoris Eccleſiæ Aquenſis: D. Lotterius præpoſitus, & canonicus &c. nomine capituli Aquenſis ex una parte, & fratrem Petrum monachum de Tilieto, & ſindicum, ut in quodam inſtrumento publico continetur, quod proſpexi ab Opitione Not. factum, quod ſic

incipit: anno Domini MCCXLI., indictione XIV., die Veneris prima februarii, in capitulo monasterii de Tilieto &c., nomine ejusdem ex altera coram Dominis Alberto præposito de Bublio, & Arnaldo Archipresbytero de Viginti canonicis Aquensibus ab eisdem arbitris super hoc, ut dicebant, electis, vertebatur in hunc modum. Petebat siquidem dictus Oglerius nomine jam dictæ Ecclesiæ decimam omnium terrarum, quas monachi de Tilieto in territorio de Campali acquisierant post concilium generale: cui petitioni Petrus sindicus memoratus ex adverso respondit, quod non concedebat ad præstationem dictarum decimarum Tilieti monasterium de jure teneri. Cum igitur coram prænunciatis arbitris esset super hoc diutius litigatum, tandem de voluntate, & consensu partium, & pro bono pacis iidem arbitri pronunciaverunt, & etiam statuerunt, quod monasterium de Tilieto annuatim tempore messionum modium unum pulchri grani ad mensuram de UVada persolvat Aquensi Ecclesiæ pro decima sæpius memorata, salvo jure privilegiorum, & omni jure præterquam in isto modio grani, super quo amicabilis compositio facta est Ecclesiæ utriusque. Interventu Bertoloti monachi, Guidonis monachi, Petri Aquensis, Jacobi de Laureto. Facta est hæc compositio in claustro monasterii sanctæ Juliæ. Ego, Durantus Pal. Not. interfui, & de mandato prædictorum arbitrorum hanc cartam scripsi, & aliam ejusdem tenoris similiter. Ego Ubertus Galea de Aquis &c.

Depositio testium circa possessiones Aquensis civitatis Ecclesiæ clientelares.

203 MCCXLIII.

Anno Domini MCCXLIII., indictione I., die Jovis V. octobris. In majori Ecclesia de Aquis præsentibus Petro Robamulta, Anselmo Scriba, Ogerio testibus præsentibus, D. Morandus Judex, & assessor communis Aquis ad instantiam D. Lotterii præpositi Aquensis canonicæ præcepit mihi Notario, ut autenticarem, & in publicam formam redigerem hæc scripta data in scriptis extimatoribus communis tempore D. Belengarii Torti, tunc existentis potestati Aquensis, quarum scripturarum tenor talis est. Pandit Vincentius de Braida, quod staria viginti terræ seminatæ, quæ jacet, ubi dicitur Calzalo, reddit canonicæ Aquensi decimam. Henricus Bonevel pandit staria tria terræ seminatæ de Cantonatis reddit canonicis quartum, & decimam. Rodulfus de Braida ad undecim cavanitias staria quatuor vineæ, & reddit quartum, & decimam, & denarios quatuor canonicis. Saccus reddit canonicis de sua terra de Podio omni anno staria undecim, & mina una grani. Otto quondam Johannis de Porta reddit canonicis de sua terra centanarii, scilicet de stariis duobus, & minam libram unam olei, & de hoc, quod ipse habet apud Veranum denarios viginti. Henricus Albus de sua terra de Ravanasco, scilicet de stariis quatuor quartum. Rufinus Loveza ad S. Martinum cavanicias quatuor vineæ, de qua reddit canonicis quartum. Filii Jacobi Ursi reddit canonicis starium unum vini, & denarios sex de sua Vinea de Cuccaro. Farinarii reddunt canonicis de sua domo de civitate fictum solidos duos. Henricus de Porta reddit canonicis de stariis duobus, & mina una de Centanario libram unam olei. Mandadrochi staria sex terræ seminatæ de qua reddit canonicis quartum. Jacobus Roccis staria quinque terræ seminatæ in centanario, cui coheret Benjamin, & reddit canonicis quartum, & decimam. Otto Vaire reddit canonicis de sua domo de civitate omni anno solidos duos, & V. Manfredus de Porta staria duo, & mina una terræ seminatæ, de qua reddit canonicis libram unam olei. Magaxinus modium unum terræ seminatæ in Cantonatis, de qua reddit canonicis quartum, & decimam. Passarella domum unam in civitate, de qua reddit fictum canonicis omni anno solidos duos. Villelmus Legerius modium unum terræ seminatæ in Cassarogna, de qua reddit quartum, & decimam canonicis, & Dominis de Meladio. Martinus Belengerius staria duo terræ seminatæ, de qua reddit canonicis quartum. Berolfus Belengerius staria duo terræ in Fontanellis, de qua reddit canonicis quartum. Nicolaus Bejani cavanitias tres vineæ in Ferrera, de qua reddit canonicis quartum, & decimam, & denarios tres. Henricus de Murbello reddit canonicis de sua terra de Predello decimam. Item de uno modio, quod habet in Cassarogna, reddit canonicis quartum, & decimam, & Dominis de Meladio. Item reddit eis de sua terra, de Preanivent, quæ est staria duo, quartum. Alboschinus domum unam in civitate, & reddit canonicis fictum solidum unum. Filiæ quondam Mascharini domum unam in civitate, & reddit canonicis fictum omni anno solidos duos. Berulfus Alaxe Michaelis domum unam in civitate, & reddit canonicis fictum omni anno solidos sex. Aquidea Magistri staria tria terræ seminatæ in Fontanellis, & reddit quartam. Item staria duo terræ seminatæ in Cassarogna, & reddit canonicis, & Dominis de Meladio quartum. Bonifacius de Plaxano domum unam in civitate, & reddit canonicis omni anno solidos quinque. Arnaldus Bordella staria duodecim terræ seminatæ in Cassarogna, quæ fuit Gulielmi Rodini, & reddit canonicis quartum & decimam. Item staria septem terræ seminatæ in Cantonatis, & reddit quartum, & decimam Dominis de Meladio. Unde dictus D. Lotterius hanc cartam fieri jussit, & ego Henricus Arancus Notarius S. Palatii hanc cartam tradidi, & scripsi. Ego Ubertus Galea de Aquis. Not. &c.

Consignatio sediminum incolarum Casanovæ.

MCCXLIII. 204

Anno Domini MCCXLIII., indictione prima, die lunæ tertio augusti. In Villa Montisboni præsentibus D. Henrico Bottaccio de Aquis, D. Presbytero Alberto de Montebono, Henrico Buglono, Cunrado Clerico de Montebono, & Vincentio filio Manfredi de Hospitali testibus rogatis. Cum quæstio verteretur inter abbatem, & præpositum Aquensem ex una parte, & Dominos de Montebono ex alia de hominibus de Casanova, qui morantur apud Montebonum, & de sediminibus eis collatis, ita convenerunt inter se, ut de antiquioribus hominibus de dicta villa Montisboni eligeren-

tur, qui discernerent dictos homines ab aliis, & sedimina eis collata ab aliis sediminibus, qui electi fuerunt voluntate, & consensu D. Plaxani abbatis, & D. Lotterii præpositi, & D. Villelmi Sivoleti, & D. Villelmi Croce dicentium securitatem facere per se, & suos consortes, videlicet Arnaldus Cazola, Alburtus Purtunus, Miglaza, Otto Boz, Villelmus Ciconia, Obertus, Magister Anselmus, Magister Ottodora, & Moxardus. Qui dixerunt sub debito Sacramenti, quod se feciſſe confitebantur, & consignaverunt, & nominaverunt illos, qui sunt de Casanova, & quibus data fuerunt sedimina, & ipsa sedimina consignaverunt, sive heredes ipsorum, quibus fuerunt data ipsa sedimina, & qui adhuc tenent in castro, & villa Montisboni. In primis unanimiter, & una voce omnes in simul ita dicunt, quod sedimina, quæ fuerunt data prædictis hominibus de Casanova, & adhuc tenent, & possident illi, qui sunt modo, & qui antiquitus tenebant, & possidebant, & in allodium sine aliqua conditione vendendo, & alienando, & sua negotia faciendo sunt a domo Villelmi Ciconie, & Ottonis Bozariana, quæ est in medio suarum domorum per villam de versus partem Casanovæ, usque ad domum illorum de fonte, ita quod sedimen de Craviolo remanet inter illa de Casanova, & sedimen Villelmi Ciconiæ deversus Casanova, & sedimen Ottonis Boz est deversus Montembonum & omnia sedimina infra ipsas cohærentias, & domos, prout supra leguntur sunt de Casanova. Et isti homines de Casanova Dorce, Arnaldus Cazola, illi de Nicolao Flori, & fratres Ravaz, Rubeus, & Ciconiæ Magister, Obertus Magistri, Astexanus de Fonte, & fratres Cosca, Albricus ejus frater, Arnaldus de Donna Aldixia, & fratres Alcorii, Ot Doizi, Dominus de Natis, D. Grossi, Moxardus, Arnaldus Ocella, Lecatus Henrionius, Aquedinus Raingotti, Ugo Gazani, & fratres, & Petrus Buz, Henricus Jordonus, & fratres, Arnaldus Blendus, Ogervus Blendus, Ottobel Sibilla, Pistunus, & soror ejus Aquidea, Joannes Craviol, Obertus Carena, & fratres, Moiz & fratres tenent mansum unum in Casanova. Ruffinus Cavaler, Jacobus Cavaler, & frater ejus Matelda, Lenta Agnes, Lenta Gualfredi tenent fidelitatem, & tenent de suo. Unde de ista confessione, & pronunciatione dicti Domini, & homines rogaverunt plura instrumenta fieri. Ego Totusbonus S. Palatii Notarius interfui, & hanc cartam de mandato Domini Abbatis supradicti, & D. Lotterii præpositi, & D. Villelmi Croze, qui erant ibi præsentes, & dictorum hominum prout supra legitur tradidi, & scripsi, nihil penitus immutando, nisi ut a dictis hominibus audivi, & intellexi.

Ego Ubertus Galea Not. P. mandato D. Albeti Aq. Episcopi hanc cartam, ut supra exemplavi &c. Ego Bonfilius Notarius &c.

Donatio Eccl. S. Johan. suburbii Aq. fratribus minoribus S. Francisci a canonicis facta.

205 MCCXLIV.

Anno Dominicæ Nativitatis MCCXLIV., indict. II., diæ lunæ XIII. intrante junio. In claustro majoris Aquensis Ecclesiæ. Ad honorem Dei omnipotentis, & Beatæ Virginis Mariæ, & Beati Joannis, & Beati Francisci, D. Dodo Archidiaconus Aquensis, & D. Lotherius præpositus ejusdem Eccl. de consensu, & voluntate fratrum suorum scilicet DD. Othonis Archipresbyteri, presbyteri Bovonis, Henrici, & Simonis canonicorum Ecclesiæ Aquensis dederunt, & concesserunt libere, & absolute, & pure, sicut melius dare, & concedere potuerunt, habitationes, & usum Ecclesiæ Sancti Joannis sitæ in Burgo Aquis cum suis officinis totius sediminis ejusdem Ecclesiæ spectantis, & pertinentis pleno jure Ecclesiæ Aquensi ad habitandum fratribus minoribus. Ita quod ipsi fratres mihores possint ibi habitare, & esse quousque ministris dictorum fratrum placebit. Ita quod ipsi fratres ibidem habeant habitationem, & usum secundum quod eorum ordo, vel fratres ejusdem ordinis possunt habere, & possidere. Concesserunt etiam prædicti Domini, & voluerunt quod fratres dicti ordinis libere, & absolute absque aliqua contradictione capituli Aquensis Ecclesiæ, vel alterius pro eis, possint ibi ædificare domos, & officinas secundum quod dictis fratribus placebit, & destruere, & mutare, si aliquid esset ibi in ædificiis, & in ipsa Ecclesia mutando, & destruendo pro eorum consolatione, & honestate. Voluerunt, & concesserunt prædicti Domini, quod si aliquo tempore aliqua necessitate imminente prædicti fratres minores in prædicta Ecclesia habitare non possent, & ad tempus recederent, quod quandocumque eis placebit libere, & absque contradictione possint redire ad habitandum in dicta Eccl. S. Joan, secundum quod dicti Domini mere, & pure concesserunt habitare. Retinuerunt tamen dicti Domini, seu capitulum Aquensis Ecclesiæ in se totam parochiam dictæ Ecclesiæ S. Joannis, sicut retinere abhinc retro consueverunt. Si vero fratres prædicti aliquo casu Ecclesiam dimitterent recedendo de civitate, vel terra Aquensi, tunc voluerunt ipsi Domini, quod dicta Ecclesia, & omnia pertinentia ad ipsam remaneant capitulo Ecclesiæ Aquensis, & ad ipsum revertantur, donec ut dictum est, prædicti fratres velint ibi redire ad habitandum, sicut superius est expressum. Interfuerunt testes rogati presbiter Obertus canonicorum, Ubertus Custos, Petrus Carlevarius, Uberzolus Montagnola, & Henricus Dodonis. Ego Jordanus de Cumis Not S. Palatii interfui, & jussu dictorum Dominorum hanc cartam scripsi.

Frederici II. Imperatores diploma, qua Bonifacium Marchionem Montisferrati dimissis offensis in suam gratiam recipit.

206 MCCXLV.

Fridericus Dei gratia Romanorum Imperator semper Augustus Hierusalem, & Siciliæ Rex Singulare decus pietatis in Principe ipsum a mortalibus S. . . . . habet commune cum aliis, quod invicem sibi, & frequenter indulgeant privati privatis injuriis lacessiti, ipse quanto frequentius magis offenditur, tanto pro ceteris miserabilius miseretur. Præsens cœtus noverit, & succeſſura posteritas, quod nos ad supplicationes Bonifacii marchionis Montisferrati dilecti affinis, & fidelis nostri mansuetudi-

nis noſtræ januam ſupplici devotione pulſantis, veniamque de commiſſis offenſis contra nos, & imperium humiliter poſtulantis ipſum ad exauditionis noſtræ gratiam benignius admittentes, in plenam noſtram gratiam recipimus, & favorem; rancores omnes, & offenſas, quas hactenus contra nos, & imperium viſus eſt incurriſſe ſibi de imperiali clementia relaxantes de abundantiori quoque munificéntiæ noſtræ gratia inveſtimus ipſum de rectis feudis ſuis, quæ tenet ab imperio, a quorum jure per offenſas contra nos, & imperium perpetratas juſte cecidiſſe hactenus videbatur, ut ea tam ipſe, quam heredes ſui a nobis, & imperio ſemper immediate teneant, & recognoſcant, debita quoque conſueta ſervitia exinde nobis, & ſucceſſoribus noſtris in imperio facere teneantur, & de dominio noſtro illa aliquo unquam tempore ſubtrahere non intendant. Confirmamus inſuper omnia privilegia ei, & anteceſſoribus ſuis a nobis, & divis Auguſtis progenitoribus noſtris indulta in noſtra, & imperii devotione fide, & ſervitiis perſiſtenti, ſalva in omnibus & per omnia noſtra imperiali juſtitia. Conventiones quidem, & promiſſiones factas ſupra per Henricum Ill. Regem Sardiniæ dilectum filium noſtrum ſacri imperii in Italiam Generalem legatum mediantibus Ill. Marchione Saluc., & Albrandrino Cochonate fidelibus noſtris, & ſpecialiter ſuper remiſſione pecuniæ debitæ per Marchionem eundem nobis facta per Regem Gothofredum per noſtram excellentiam acceptanda ratas habemus, & in perpetuum confirmamus debitum ſupra, & heredibus ſuis perpetuo remittentes. Statuimus igitur quatenus nulla perſona alta, vel humilis Eccleſiaſtica, vel ſecularis, nullus Dux, Marchio, comes, vel vicecomes, nullus poteteſtas conſilium, aut commune contra præſentis privilegii noſtri tenorem auſu temerario venire præſumat, quod qui præſumpſerit præter indignationem noſtri culminis, quam incurret, quinque millia marcharum argenti pro pœna componet medietatem cameræ noſtræ, reliquam medietatem paſſis injuriam applicandam. Ad cujus rei memoriam, & robur perpetuo valiturum præſens privilegium fieri, & bulla aurea typario noſtræ majeſtatis impreſſa juſſimus communiri. Datum Taurini anno Dominicæ Incarnationis MCCXLV. menſe julii, III. indict. Imperante D. noſtro Friderico II. Dei gratia inviſtiſſimo Romanorum Imperatore ſemper Auguſto Hyeruſalem Siciliæ Rege anno Imperii ejus XXV. (1) Regni Hyernſalem XXI. Regni vero Siciliæ anno XLVII. feliciter amen (2).

(1) *Frid. II. corona inſignitus fuit an. MCCXX., X. cal. decembris, quapropter hoc anno erat Imperii XXV., licet Muratorius numeret annum XXVI., quia initium ducit numerandi ab ipſo viceſimo, quo fuit coronam Imperii conſecutus.*

(2) *Fuit hoc diploma anno MCCCXXVII., indict. X., die III. maii, Montiscalvi coram D. Franciſco Ab. monaſterii de Grazano, aliiſque multis nobilibus viris, judicibus, vel notariis juſſu D. Argentinæ marchioniſſæ Montisferrati ex autographo ab Antonio de Baili de Clavaxio reſcriptum.*

Decima Eccleſiæ de Montecodario Eccleſiæ majori debita.

MCCXLVIIII.

207

Anno Domini MCCXLVIIII., indictione VII., die lunæ XXII. februarii in clauſtro S. Mariæ majoris de Aquis præſentibus D. Arnaudo Bencio, Thebaudo de Porta, & Petro filio Philippi Robæ teſtibus rogatis. Albertus Scota miniſter Eccleſiæ S. Thebaudi de Montecodario confitetur, quod vinea quam habet Eccleſia de Montecodario in territorio Aquis, ubi dicitur *undecim*, cui coherent Obertus Cacariol, Arneli, ſive aliæ ſunt coherentiæ, reddit, & reddere debet majori Eccleſiæ Aquenſi quartum, & decimam, pro quibus quarto, & decima dictus Albertus promittit, & convenit dicto Lotterio Aquenſi præpoſito, & ſuis ſucceſſoribus nomine ipſius Eccleſiæ dare nomine ficti annuatim quatuor ſextarios muſti puri ad menſuram Aquenſem tempore vindemiarum nomine Eccleſiæ Aquenſis obligando inde ei pignori omnia bona dictæ Eccleſiæ de Montecodario, & dictus præpoſitus conſenſu, & voluntate capituli, videlicet D. Ottonis Archipresbyteri, Presbyteri Ruffini, Presbyteri Bovoni, & Oglerii canonicorum ibidem pro capitulo reſidentium promittit dictam vineam dicto Alberto nomine dictæ Eccleſiæ de Montecodario defendere, & auctorizare quantum ad dictum quartum, & decimam, obligando inde eidem bona Eccleſiæ majoris Aquenſis ſupradictæ, unde binas cartas unius tenoris fieri præceperunt. Ego Totusbonus S. P. N. interfui, & hanc cartam, & aliam ejuſdem tenoris tradidi, & ſcripſi. Ego Ubertus Galea &c.

Donatio Eccleſiæ de Prædalibus monaſterio S. Mariæ de Latronorio Ciſterc. ord. facta a Guillelmo Aquenſi electo.

MCCXLIX.

208

Anno Domini MCCXLIX. XXVIII. auguſti, in refectorio S. Petri de Aquis D. Guillelmus Aquenſis electus de conſenſu omnium fratrum ſuorum, qui erant præſentes in civitate, videlicet D. D. Lotherii præpoſiti, & Othonis Archipresbyteri Aquenſis, Alberti præpoſiti Bublienſis, Presbyteri Ruffini, & Oglerii canonicorum Aquenſium, & ipſi fratres ſua mera, & ſpontanea voluntate pro remedio animarum ſuarum, ac intuitu Religionis dederunt, conceſſerunt, atque obtulerunt fratri Nicolæ converſo, & ſindico monaſterii de Latronorio ſicut conſtat per publicum inſtrumentum factum manu Manuelis Notarii de anno MCCXLVIII., XX. ſeptembris recipientis nomine dicti monaſterii S. Mariæ de Latronorio Ciſtercienſis ordinis Eccleſiam B. Mariæ de Prædalibus ſitam in Aquenſi diœceſi cum omnibus juribus, & rationibus, univerſiſque pertinentiis ad prædictam Eccleſiam de jure ſpectantibus, & cum omnibus demum cultis, & incultis terris, domibus, pratis, vineis, gerbis, nemoribus domeſticis, & ſilveſtribus, ſive ſelvaticis, paſcuis, rivis, rupibus, & ruinis, & omnibus aliis, quovis modo ad dictam Eccleſiam ſpectantibus. Eo modo facta eſt hæc ceſſio, & oblatio, ut dictus ſindicus nomine dicti Monaſterii, nec non & D. Alda Abbatiſſa dicti monaſterii, & conventus

ejuſdem Monaſterii, & Moniales, quæ ſibi ſucceſſerint in futurum, habeant, & teneant ſupraſcriptam Eccleſiam cum omnibus rationibus, & pertinentiis ſuis, & faciant ex eis tamquam de loco religioſo, & ad locum religioſum pertinentibus quidquid facere voluerint ſine oppoſitione infraſcriptorum D.D. Electi, & Capituli Aquenſis, & ibidem D. Electus, & Canonici conſtituerunt ſe poſſidere dictam Eccleſiam cum omnibus pertinentiis ſuis nomine dicti Sindici Monaſterii S.Mariæ de Latronorio, dantes licentiam Abbatiſſæ, ac Monialibus, & Sindico Monaſterii intrandi in poſſeſſionem ipſius Eccleſiæ de Prædalibus, & omnium rerum ejuſdem ſua auctoritate, quandocumque voluerint, nulla alia requiſitione facta, vel facienda, & ibidem dictus Sindicus nomine dicti Monaſterii, & auctoritate ſibi conceſſa ab Abbatiſſa, & Conventu dicti Monaſterii de Latronorio, ſicut conſtat per prædictum inſtrumentum, quod ego infraſcriptus Notarius legi in prima figura non cancellatum, nec vitiatum, nec abolitum in aliqua parte ſui in ſignum devotionis promiſit, & convenit præfato D. Electo, & Capitulo dare, & perſolvere eis annuatim nomine cenſus 7. libr. ceræ in feſto Purificationis S. Mariæ conductas in civitate Aquenſi, ſcilicet lib. 4. D. Ep. Aquenſi, & lib. 3. capitulo, & ſtaria 12. grani in medio auguſti ipſi capitulo S. Mariæ Aquenſis. Et ſi ipſe Electus, vel Capitulum faceret inde aliquas expenſas pro iſto cenſu recuperando, promiſit eiſdem dictus Sindicus nomine dicti Monaſterii ipſos conſervare indemnes, & omnes expenſas eis reſtituere, & inde omnia bona dicti Monaſterii eis pignori obligavit auctoritate ſibi conceſſa ab Abbatiſſa, & Conventu Monaſterii memorati. Interfuere teſtes D. Henricus Archipresbiter de Novis, D. Arnaudus Archipresbiter, Bonifacius, & Belingerius Canonici Caſſinarum. Ego Opizzo de Monte Morixino Not. juſſu prædictorum dominorum, & capituli hanc cartam ſcripſi. Ego Albertus Not. Pal. mandato Domini Alberti Aquenſis Epiſcopi hanc cartam prout inveni ſcriptam per prædictum Opizonem ec.

Privilegium Innocentii IV. monaſterio S. Mariæ civitatis Alexandriæ.

209 MCCLI.

Innocentius Epiſcopus Servus Servorum Dei dilectis in Chriſto filiabus Abbatiſſæ Monaſterii ſanctæ Mariæ juxta portam Gamundi civitatis Alexandriæ ejuſque ſororibus tam præſentibus, quam futuris regularem vitam profeſſis in P. P. M. Religioſam vitam eligentibus Apoſtolicum convenit adeſſe præſidium, ne forte cujuslibet temeritatis incurſus, aut eas a propoſito revocet, aut robur, quod abſit, ſacræ Religionis enervet. Ea propter dilectæ in Chriſto filiæ veſtris juſtis poſtulationibus clementer annuimus, & Monaſterium S. Dei Genitricis, & Virginis Mariæ juxta portam Gamundi civitatis Alexandriæ, in quo divino eſtis obſequio mancipatæ ſub B. Petri, & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti privilegio communimus, in primis Benedicti regulam, atque inſtitutionem Ciſtercienſium fratrum a vobis electam ut perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter obſervetur. Præterea quaſcumque poſſeſſiones, quæcumque bona idem Monaſterium in præſentiarum juſte, ac canonice poſſidet, aut in futurum conceſſione pontificum, largitione regum, vel principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis, favente Domino poterit adipiſci, firma vobis, & eis, quæ vobis ſucceſſerint, & illibata permaneant. In quibus hæc duximus propriis exprimenda pertinentiis, ſcilicet domum, & poſſeſſiones, quas habetis in loco, qui vocatur Pozolo cum pratis, vineis, terris, nemoribus, uſuagiis, & paſcuis in boſco, & plano in aqua, & molendinis in viis, & ſemitis, & omnibus aliis libertatibus, & immunitatibus ſuis. Sane laborum veſtrorum de poſſeſſionibus habitis ante Concilium generale, ac etiam novalium, quæ propriis ſumtibus colitis, de quibus novalibus aliquis hactenus non percepit, ſive de ortis, virgultis, & piſcationibus veſtris, vel de nutrimentis animalium veſtrorum, nullus a vobis decimas exigere, & extorquere præſumat. Liceat quoque vobis perſonas liberas, & abſolutas a ſeculo fugientes ad converſionem recipere, ac eas abſque contradictione aliqua retinere. Prohibemus inſuper, ut nulli ſororum veſtrarum poſt factam in Monaſterio veſtro profeſſionem fas ſit ſine abbatiſſæ ſuæ licentia de eodem loco diſcedere. Diſcendentem vero abſque communium literarum veſtrarum cautione nullus audeat retinere. Illud diſtrictius inhibemus, ne terras, ſeu quodlibet beneficium Eccleſiæ veſtræ collatum liceat alicui perſonaliter dari, ſive alio modo alienari abſque conſenſu totius capituli, vel majoris, aut ſanioris partis ipſius. Si quæ vero donationes, vel alienationes aliter quam dictum eſt, factæ fuerint eas irritas eſſe cenſemus. Inſuper auctoritate Apoſtolica inhibemus, ut nullus Epiſcopus, ſeu quælibet alia perſona ad ſynodos, vel conventus forenſes vos ire, vel judicio de veſtra propria ſubſtantia, vel poſſeſſionibus veſtris ſubjacere compellat. Nec ad domos veſtras cauſſa ordines celebrandi, cauſſas tractandi, vel aliquos conventus publicos convocandi, venire præſumat. Nec regularem electionem Abbatiſſæ veſtræ impediat, aut de inſtituenda, aut removenda ea, quæ pro tempore fuerit contra ſtatuta Ciſtercienſis Ordinis, ſe aliquatenus intromittat. Pro conſecratione vero altarium, vel Eccleſiarum, ſive pro oleo ſacroſancto, vel quolibet Eccleſiaſtico Sacramento nullus a vobis ſub obtentu conſuetudinis, vel alio modo, quidquam audeat extorquere, ſed hæc omnia gratis vobis Epiſcopus Dioceſanus impendat. Alioquin liceat vobis quemcumque malueritis Catholicum adire Antiſtitem gratiam, & communionem Apoſtolicæ Sedis habentem, qui noſtra fretus auctoritate vobis, quod poſtulatur impendat. Quod ſi ſedes Dioceſani Epiſcopi forte vacaverit, interim omnia Eccleſiaſtica Sacramenta vicinis Epiſcopis accipere libere, & abſque contradictione poſſitis ſic tamen, ut ex hoc in poſterum proprio Epiſcopo nullum præjudicium generetur. Quia vero interdum proprii Epiſcopi copiam non habetis, ſi quem Epiſcopum Romanæ Sedis, ut diximus gratiam, & communionem habentem, & de quo plenam notitiam habeatis per vos tranſire contingerit, ab eo

benedictiones Monialium, vasorum, & vestium, consecrationes altarium, auctoritate Apostolicæ Sedis recipere valeatis. Porro si Episcopi, vel alii Ecclesiarum rectores in monasterium vestrum, vel personas inibi constitutas suspensionis, excommunicationis, vel interdicti sententias promulgaverint, sive etiam in mercenarios vestros, pro eo quod decimas sicut dictum est, non persolvitis, sive aliqua occasione eorum, quæ ab Apostolica benignitate vobis indulta sunt, seu in benefactores vestros, pro eo quod aliqua vobis beneficia, vel obsequia ex charitate præstiterint, vel ad laborandum adjuverint in illis diebus, in quibus vos laboratis, & alii feriantur, eamdem sententiam protulerint, ipsam tamquam contra Sedis Apostolicæ indulta prolatam decernimus irritandam. Nec literæ illæ firmitatem habeant, quas tacito nomine Cisterciensis Ordinis, & contra indulta Apostolicorum privilegiorum constiterit impetrari. Præterea cum commune terræ interdictum fuerit, liceat vobis nihilominus in vestro monasterio, exclusis excommunicatis, & interdictis divina officia celebrare. Paci quoque, & tranquillitati vestræ paterna in posterum sollecitudine providere volentes, auctoritate Apostolica prohibemus, ut infra clausuras locorum, seu grangiarum vestrarum nullus rapinam, seu furtum facere, ignem apponere, sanguinem fundere, hominem temere capere, vel interficere, seu violentiam audeat exercere. Præterea omnes libertates, & immunitates a prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus ordine vestro concessas, nec non libertates, & exemptiones secularium exactionum a regibus, & principibus, vel aliis fidelibus rationabiliter vobis indultas auctoritate Apostolica confirmamus, & præsentis scripti privilegio communimus. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat præfatum monasterium temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione, ac sustentatione concessa sunt usibus omnimodis profutura, salva Sedis Apostolicæ auctoritate. Si qua igitur in futurum Ecclesiastica, secularisve persona hanc nostræ constitutionis paginam sciens contra eam temere venire tentaverit, secundo, tertiove commonita, nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis, honorisque sui careat dignitate, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & a Sacratissimo Corpore, ac Sanguine Dei, & Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ subjaceat ultioni. Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.

Signat. Ego Innocentius Catholicæ Ecclesiæ Ep.

Ego Petrus tit. s. Marcelli Presb. Cardin. Ego Petrus Alimen. Ep. Ego Ricardus S. Angeli Diac. Card. Ego Frater Johannes tit. S. Laurentii in Luccin. Presb. Card. Ego Johannes S. Nicolai in carcere Tullian. Diac. Card. Dat. Januæ per manum magistri Marini sanctæ Romanæ Ecclesiæ Vicecancellarii VI. idus junii, indictione VIIII., Incarnationis Dominicæ anno MCCLI. Pontificatus vero Domini Innocentii P. P. IIII. anno octavo.

Fuit electus die 26. junii, qua de re VI. id. junii erat octavus annus ejus summi Pontificatus.

Exemtio capituli Aquensis a generali interdicto ab Innocentio IV. concessa.

MCCLI. 210

Innocentius Episcopus Servus Servorum Dei. Dilectis filiis capituli Aquensis salutem, & Apostolicam benedictionem. Dilecti filii Alberti de Incisa Cappellani nostri Procuratoris Aquensis Ecclesiæ precibus inclinati auctoritate vobis præsentium indulgemus, ut tempore generalis interdicti possitis non pulsatis campanis, & januis clausis voce submissa, excommunicatis, & interdictis exclusis, Divina officia celebrare, dummodo causam non dederitis interdicto, vel id vobis non contingat specialiter interdici. Nulli ergo ec. Dat. Perusiæ quarto cal. decembris Pontificatus nostri anno 9.

Donatio Ecclesiæ s. Philippi monasterio de Latronorio cum reservatione Canonis.

MCCLIII. 211

Anno Dom. Nativit. MCCLIII., indictione XI. die Sabati 7. junii. In Aquis sub ulmo de Castelleto D. Henricus Electus Aquensis de consensu omnium fratrum suorum, qui erant præsentes in civitate, videlicet D. Lotterii Præpositi, & Ruffini Archipresbiteri Aquensis, ac DD. Presbiteri Brumi, Oglerii, & Henrici Canonicorum, nec non etiam ipsi fratres residentes pro capitulo Aquensi in civitate sua mera, & spontanea voluntate, ac pro remedio animarum suarum, atque intuitu religionis dederunt, concesserunt, cesserunt, tradiderunt, & obtulerunt fratri Nicolæ Conversо, & Sindico Monasterii S. Mariæ de Latronorio, sicut constat per publicum instrumentum factum manu Manuelis Notarii sub. MCCLIII., indictione XI., die III. exeunte madio recipienti nomine dicti Monasterii de Ordine Cistercienſi Ecclesiam S. Filippi de Predasco sitam in Aquensi Diœcesi cum omnibus possessionibus, juribus, & actionibus, universisque pertinentiis ad prædictam Ecclesiam de jure spectantibus, & demum cum omnibus rebus, terris cultis, & incultis, domibus, pratis, vineis, gerbis, nemoribus domesticis, & silvestribus, sive salvaticis pascuis, ruinis, rupibus, rivis, & omnibus aliis quocumque modo ad dictam Ecclesiam pertinentibus, & spectantibus. Eo modo facta est hæc cessio, concessio, & oblatio, ut suprascriptus Sindicus nomine dicti Monasterii, nec non & D. Alda Abbatissa dicti monasterii, & conventus ejusdem monasterii, & moniales, qui sibi succesſerint in futurum, habeant, teneant jam dictam Ecclesiam S. Filippi cum omnibus rationibus, juribus, & pertinentiis suis, & faciant ex ea, & ex eis tamquam de loco religioso, & ad locum religiosum pertinentibus quidquid facere voluerint sine contradictione supradictorum dominorum electi, & capituli Aquensis, ac omnium succesſorum suorum. Et ibidem suprascripti

dominus

dominus Electus, & Canonici constituerunt se possidere dictam Ecclesiam S. Philippi cum omnibus pertinentiis suis nomine dicti Sindici, & dicti Monasterii S. Mariæ dantes licentiam Abbatissæ, & Monialibus, & Sindico dicti Monasterii intrandi in possessionem ipsius Ecclesiæ S. Philippi, & universarum rerum ejusdem sua auctoritate quandocumque voluerint nulla alia requisitione facta, vel facienda absolvendo dictum monasterium ab universis, & singulis taliis, exactionibus, angariis, & parangariis, quæ aliquo modo peti, vel recipi possent perpetuo per dictum Episcopum, & capitulum, & successores eorum pro dicta Ecclesia, & rebus ad eam, & dictum monasterium pertinentibus, salvo censu annuo, qui ex parte dicti monasterii præfatis electo, & capitulo solvi debet prout inferius continetur, & salvo jure decimationis, si quid dictus Episcopus, vel capitulum, vel aliquis alius habet in dicta Ecclesia, vel rebus dictæ Ecclesiæ, quibus dicto domino electo, & capitulo, vel alicui alii non fiat aliquod præjudicium per supradictam oblationem, & concessionem circa decimationem. Insuper præfati dominus electus, & capitulum confirmaverunt, & ratificaverunt omnes donationes, cessiones, & acquisitiones, quæ a patronis ipsius Ecclesiæ factæ fuissent . . . . . vel aliquo alio modo justo. Et ibidem suprascriptus Sindicus nomine dicti monasterii de Latronorio, & auctoritate sibi concessa ab Abbatissa, & Conventu dicti monasterii de Latronorio, sicut per prædictum constat instrumentum, quod ego infrascriptus Notarius legi in prima figura non cancellatum, non vitiatum, non abolitum in aliqua parte sui in signum devotionis promisit, & convenit dictis dominis electo, & capitulo dare, & persolvere annuatim nomine census septem libras ceræ in festo Purificationis B. Mariæ conductas in civitate Aquensi, videlicet libras quatuor Domino Episcopo, & libras tres cum stariis duodecim grani capitulo, alioquin omnia damna, & dispendia, quæ prædicti dominus electus, & capitulum inde facerent, vel haberent pro dicto censu recuperando idem Sindicus nomine dicti monasterii eis restituere promisit, atque ipsos exinde conservare indemnes. Et pro prædictis universis, & singulis observandis auctoritate sibi concessa a dicta Abbatissa, & conventu præfati monasterii omnia bona ipsius monasterii eidem domino electo, & capitulo pignori obligavit, & inde instrumentum si oportuerit fieri præceperunt. Interfuere testes rogati Domini Petrus Archipresbiter de Dego, Araudus Bentius, frater Messonerius, Gosellinus de Bestagno, & Henricus de Tertio. Ego Opizo de Monte Morixino Notarius jussu dictorum dominorum Electi, & Capituli, & Sindici hanc cartam scripsi. Ego Ubertus Not. Pal. mandato D. Alberti Aquensis Episcopi prædictam cartam factam a prædicto Opizone sicut in ea continebatur, ita & in isto scripsi exemplo, & eam autenticavi ec. Ego Bonfilius Not. Pal. autenticum suprascr. vidi, & cum dicto Uberto Not. auscultavi, & me subscripsi.

Subjectio Ecclesiæ S. Siri Ecclesiæ majori de Alexandria.

MCCLIII. 212

Anno Dominicæ Incarnationis millesimo ducentesimo, quinquagesimo tertio, indictione undecima die lunæ, primo decimo cal. septembris (1). In Alexandria D. Bonifacius Eccl. Alexandr. Archidiac., D. Bernardus Cantor, & Præpositus majoris Ecclesiæ Alexandriæ, & D. Presbiter Jacobus Præpositus S. Martini de Gamundio, D. Samuel Guascus, D. . . . . D. Ubertus . . . . . omnes Canonici Ecclesiæ majoris Alexandriæ, & nunc deservientes, & residentes in ea nomine, & vice, & a parte capituli Alexandrini habita prius maxima deliberatione, & inspecta utilitate ipsius Ecclesiæ sancti Syli de Roboreto, quæ minus honeste serviebatur, & inspecto honore majoris Ecclesiæ Alexandrinæ confirmant, & ratificant contractum habitum, & factum inter Brognonum de Pilo Clericum, & . . . . . Ecclesiæ sancti Syli de Roboreto, suo nomine, & aliorum Clericorum ejusdem Ecclesiæ ex una parte, & fratrem dominum Velleretum procuratorem . . . . . Humiliatorum . . . . . suo nomine, & ipsius Domus, & fratrum, quorum procurator est ex altera de datione, & concessione per prædictum . . . . . ognonum suo nomine, & Clericorum dictæ Ecclesiæ sancti Syli, prædicto fratre . . . . . prædicto nomine, & nomine ordinis majoris Humiliatorum de Ecclesia prædicta sancti Syli, & de domibus, & sediminibus, & pertinentiis ipsius Ecclesiæ . . . . . possessionibus, & juribus Ecclesiæ sancti Syli, & ad ipsam Ecclesiam pertinentibus, & confirmarunt, & ratificarunt omnia ea, & singula, quæ . . . . . in dicto contractu, & instrumento continentur. Inde factum per dominum de Negro Bono Notario hoc eodem anno die Sabbati . . . . . augusti proxime præteriti, & ipsis omnibus in dicto instrumento continentibus sua auctoritate ex parte capituli Alexandrini interposuerunt, hoc acto, & expressim dicto per pactum in continenti habitum inter prædictum Archidiaconum, & Cantorem, & prædictos Canonicos nomine, & vice capituli majoris Ecclesiæ Alexandrinæ ex una parte, & prædictum fratrem dominum Velleretum procuratorem, & . . . . . domus, & fratrum Humiliatorum . . . . . prout continetur in instrumento procuræ inde facto a Bonifacio Notario 1253 indictione undecima (1) die lunæ 13. exeuntis augusti . . . . . successores ipsorum, sive præpositus Humiliatorum ipsorum semper, qui pro tempore fuerint in dicta Ecclesia . . . . . perpetuis semper, & singulis annis mittere unum sacerdotem ad Ecclesiam majorem Alexandriæ in die Sabbati sancti . . . . . Pentecostes ad Ecclesiam majorem ad Baptismum ... per vigilia ✠ Beati Petri . . . . . & in festo ad missam . . . . . & facere, & servire supradictis diebus Officium sedis, quod fuerit ei injunctum a Cantore, & debeant prædicti fratres in signum subjectionis, & reverentiæ Beati Petri, & Ecclesiæ Alexandrinæ mittere duos cereos librarum trium ceræ singulis annis in vigilia supradicta. Et . . . . .

ſacerdos, ſive unus de ſacerdotibus, qui fuerint in prædicta Eccleſia ſancti Syli pro tempore debeat præſtare ſucceſſive manualem obedientiam capitulo Alexandriæ. Et promiſerunt prædictus Procurator ſuo nomine, & prædictorum fratrum, & ſucceſſorum ſuorum prædicto Domino Archidiacono, & Cantori nomine, & vice capituli Alexandrini attendere, & obſervare, & attendi, & obſervari facere a ſuis, & . . . . . omnia prædicta . . . . . & quod non impetrabit, nec impetrari faciet . . . . . aliquod reſcriptum . . . . . pro quo, vel pro quatenus Eccleſia Alexandrina non haberet . . . . . eſt per dictum fratrem, ſive procuratorem conventum, & promiſſum, & pro quo, vel quatenus ipſi fratres, ſive Eccleſia ſancti Syli immunitatem habet . . . . . dicta ſolutione, & obedientia, & conſenſu ceterorum . . . . . curabit omnia prædicta confirmari a Domino fratre Bertramo magiſtro Ordinis Umiliatorum, & pro prædictis omnibus, & ſingulis attendendis, & obſervandis obligavit dictus Procurator omnia bona Eccleſiæ ſancti Syli, & ipſorum fratrum prædicto Archidiacono, & Cantori nomine dictæ Eccleſiæ. Et ibidem dictus Archidiaconus conſenſu, & voluntate prædictorum de capitulo, & ipſi de capitulo nomine, & vice ipſius capituli promiſerunt prædicto procuratori recipienti ſuo nomine, & nomine aliorum fratrum, qui fuerint in Eccleſia ſancti Syli pro temporibus, & nomine ejuſdem Eccleſiæ ſancti Syli ad . . . . . manutenere, defendere ſemper ſicut alias Eccleſias Alexandriæ, prædictam Eccleſiam ſancti Syli. Et fratres ibidem ſemper pro temporibus commorantes, & bona ipſorum, & ipſius Eccleſiæ. Et de prædictis dictus Dominus Archidiaconus, & Cantor, & Canonici nomine, & a parte capituli Alexandrini plures cartas ejuſdem tenoris fieri juſſerunt, & prædictus frater Dominus Procurator fieri rogavit. Interfuerunt teſtes Joannes de Plovera, Dominus . . . . . Sabatinus, Bonifacius, Lumbilicus, & frater Anricus Præpoſitus Humiliatorum, & Baſtardus ſerviens Domini Archidiaconi. Ego Manfredus Lumbilicus Notarius Sacri Palatii, & judiciorum . . . . . hanc cartam tradidi.

(1) *Notæ iſtæ luxatæ ſunt. Illas exhibui, ſicut Cl. Chenna ad me tranſmiſit. Delendum* quinto.

(2) *Hic alter error in die menſis occurrit. Dies enim lunæ incidit in XIV. calendas ſeptembris, non XIII., quare unitas, quam omiſit ſcriba, hinc addenda.*

Fundatio loci Biſtagni facta a D. Henrico Epiſcopo Aquenſi.

213 MCCLIII.

Anno Dominicæ Nativitatis MCCLIII., indictione XI., die Martis decimo octavo novembris in Biſtagno. In nomine D. N. J. C., & ad honorem ipſius, & B. M. V. ejus Matris, in cujus nomine Aquenſis Eccleſia eſt conſtituta ſic incipimus, & facere peroptamus. Dominus Henricus Aquenſis Electus volens providere utilitati, & neceſſitati dilectorum ſuorum hominum de Beſtagno tum propter gravedinem aſcenſus caſtri, tum propter diverſitatem, diſtantiam domorum villerii dicti loci, congregati in unum more ſolito per campanam, & per portinarium, conſulibus ſcilicet Marenco, Antermo de Serra, & Nicolao Zolla, ac conſiliariis videlicet Uberto Coluto, Arnaldo Scriba, Henrico Ferrario ec. *cum aliis N.* 25. in totum, atque quamplurimis de potentioribus, & melioribus dicti loci, ſcilicet Roduto de Mœano, Anſermo Maſcaro, Manfredo Malarotta ec. *cum aliis N.* 40. ita ut infra legitur de conſenſu, & voluntate omnium prædictorum in totum voluit, ſtatuit, & ordinavit, quod caſtrum Biſtagni cum re integra, & juriſdictione plena, & burgum, & villam, videlicet omnes domus exiſtentes in eis permutentur, & transferantur ſuper roccam fluminis Burmiæ, videlicet ſuper vadum de Paliolis, ubi locus eſt etiam deſignatus, & quod univerſi, & ſinguli homines de Beſtagno continuo ibidem debeant habitare. Hoc pacto expreſſo inter dictos homines, & dictum Dominum Electum quod ipſi homines teneantur, & debeant reſpondere eidem Domino Electo, & ſucceſſoribus de omni cortili, & univerſa juriſdictione, ſicut in bannis, fodris, conditionibus, cauſis, ſive placitis omnibus tam criminalibus, quam pecuniariis, in redditibus dictis fodris, exercitibus, juribus, ſucceſſionibus, equis, paſſagiis, angariis, perangariis, gavitiis, ſpaldis, foſſis, clauſuris, & muris caſtri, & burgi, piſcationibus, venationibus, & generaliter in omnibus univerſis, & ſingulis rebus, ſicut tenentur ſubditi Domino ſuo eodem modo ſicut in caſtro præſenti de Beſtagno, & in Burgo, & villeriis dicti loci jam dicto Domino Electo ad præſens facere debent, vel alicui prædeceſſori ſuo facere conſueverant in juvando, nec nocendo alicui, qui in dicto loco facturo habuerit ædificium ſuper allodio, vel ſuper manſura, ſeu ſuper feudo in reſpondendo tantum; & unuſquiſque ſit, & permaneat in eo ſtatu, ſicut olim eſſe rationabiliter conſuevit, confitentes omnes homines ſupradicti quod totus cortilis, & univerſa juriſdictio dicti loci deſignati deſuper roccha de Palliolo pertinet immediate Domino Epiſcopo Aquenſi, & jam dicto Domino Electo per Eccleſiam Aquenſem, & quod habitantes in dicto loco facturo debebunt de plena juriſdictione, & de toto cortili prædicto Domino Electo, & omnibus ſucceſſoribus ejus in integro reſpondere, ſicut modo de loco Beſtagni faciunt, & facere debent dicto Domino Electo, & olim alicui prædeceſſori ſuo facere conſueverunt; item convenerunt prædicti homines jam dicto Domino Electo, quod nemo debeat ædificium, in quo videatur eſſe forcia, vel defenſio, conſtruere ſine licentia dicti Domini Electi, ſeu ſucceſſorum ſuorum, vel alicujus ipſorum; item ſedimina dicti loci non debeant aſſignari niſi per licentiam memorati. Item quod nullus foricaneus debeat recipi in dicto loco facturo de novo. Nemo habeat furnum, niſi Dominus Electus Aquenſis, qui debeat habere ex eo furnaticum competenter, & ſtatuit ut ſupra dictum eſt. Univerſi, & ſinguli homines ſupradictum convenerunt, & promiſerunt dicto Domino Electo Aquenſi, nomine Aquenſis Eccleſiæ, & omnium aliorum ſuc-

ceſſorum ſuorum ſemper omnia ſupradicta attendere, complere, & obſervare, & nullo tempore contravenire. Et itaque Aiquinus Portunarius ut ſupra legitur, tactis ſanctis Evangeliis in anima ſua, & animarum omnium ſupradictorum hæc ſibi jubentium juravit, quod ipſe, & univerſi, & ſinguli ſuprascripti omnia prædicta complebunt, attendent, & obſervabunt, & nullo tempore contravenient, & inde publica inſtrumenta, & quanta quilibet prædictorum inde voluerit fieri præceperunt. Actum pro communi Biſtagni &c. Interfuerunt teſtes D. Theodorus de Bagnaria, D. Obertus Caſtellanus de Beſtagno, Anſelmus Caiffa, & Dalfus de Coleto. Ego Opizo de Montemoroſſino Notarius juſſu prædicti D. Electi, & hominum de Beſtagno, ut ſupra legi, & ſcripſi.

Litteræ F. Leonis Archiep. Mediol., quibus FF. MM. S. Franciſci Alexandriæ concedit facultatem abſolvendi pœnitentes.

214 M C C L I V.

Anno Nativitatis Domini MCCLX., indictione III, die Dominico XII. menſis ſeptembris in Alexandria, præſentibus D. Bellono, & D. Boneconero teſtibus. D. Franciſcus de Canevanova poteſtas Alexandriæ præcepit mihi Bono Joanni de Coſtancio Notario infraſcripto, ut hanc litteram authenticarem, & in publicam formam inſtrumenti redigerem, tenor cujus talis eſt. Frater Leo de ordine fratrum Minorum divina paciencia S. Mediolanenſis Eccleſiæ Archiepiſcopus religioſis viris, Miniſtro, Cuſtodi, & Economo fratrum Minorum Alexandriæ ſalutem in Domino. Cum ex cura paſtorali nobis immineat ſalutem gerere animarum, quarum in die Domini ante tribunal Chriſti rationem reddere nos opportet, & veſter ordo in diverſis mundi partibus conſtitutus fidelium eſuriat fructum, pro quibus mori Dei filius eſt dignatus, volentes, & nobis providere, & fraternitati veſtræ gratiam facere ſpecialem vobis, & confeſſoribus veſtri ordinis in Alexandria, & ejus diœceſi concedimus plenam, & liberam licentiam audiendi confeſſiones peccatorum, & abſolvendi confitentes, & de modica iniectione manuum, ſeu levi culpa, quæ conceditur a jure, & diſpenſandi in votis, illis exceptis, quæ ſibi Apoſtolica ſedes reſervavit, & illis vere pœnitentibus, & confeſſis, qui ad prædicationes veſtras patienter interfuerint audiendas XL. dierum auctoritate noſtra de injuncta ſibi pœnitentia indulgentiam faciendi, vos enixe exhortando, quatenus circa prædicta ſtudeatis taliter vos habere, quod vobis fructum acquiratis in cælis, & altiſſimo gloriam, qui in talibus ſua clementia gloriatur. Datum in loco Lignani die lunæ VII. menſis ſeptembris MCCLIV., indictione XIV. (1) Ego Bonus Joannes &c. hanc cartam &c.

(1) *Currebat indictio XII., quæ loco XIV. hic eſt ſubſtituenda: reliquæ enim notæ cohærent.*

Licentia Archid. & Capit. Alex. data Rolando ædificandi monaſt. Solerii.

M C C L V. 215

Anno Dominicæ Incarnationis MCCLV., indict. XII., die lunæ ultimo exeuntis auguſti, præſentibus D. Ruffino de Bergoglio, & Anſelmo Perullo, & Ottone Presbitero, & Ruffino Dianeſio, & D. Ruffino Galia rogatis teſtibus in Alexandria Capitulum Alexandrinæ Eccleſiæ ad honorem Dei omnipotentis, & B. Mariæ Virginis, atque Beati Petri Apoſtoli, & omnium Sanctorum conceſſit, atque licentiam, & liberam auctoritatem dedit fratri Rolando Magino commiſſario, ſindico, actori, & procuratori, atque defenſori monaſterii S. Mariæ de Montebruno Taurinenſis diœceſis nomine ipſius monaſterii faciendi, & conſtituendi quoddam oratorium, ſive monaſterium in diœceſi, ſive diſtrictu civitatis Alexandriæ, videlicet in villa Solerii in terra, ſive ſedimine, quam, vel quod dictus Rolandus emit, ſive alio modo aquiſivit nomine dicti monaſterii, quod ſedimen fuit D. Petri Peſcheriæ, a quo illud emerunt, vel forte ab aliis eſt aquiſitum, tali modo, quod prædictum oratorium, ſive monaſterium, vel Abbatiſſa ipſius monaſterii, ſive conventus ipſius alicui tributo, vel oneri nullo tempore ſint ſubiecti, vel ſubiecta exceptis duobus cereis, quorum . . . . . uſque ad ſeptem annos . . . poſt trium tantum librarum ceræ quilibet debeat eſſe, anno quolibet, niſi remanſerit voluntate capituli Alexandrini, vel majoris partis, quos cereos anno quolibet perpetuo in vigilia Apoſtolorum Petri, & Pauli dicto nomine cenſus, & in ſignum ſubjectionis, & reverentiæ dictæ Eccleſiæ Alexandrinæ, & capitulo decreverunt ſtatuentes, quod prædictum monaſterium, ſive oratorium in omnibus, & per omnia ſit liberum, & exemptum ab omni datione præſtatione, & exactione, ſicut alia Monaſteria ſui ordinis ſolvendo tantum modo cenſus ſupra memoratos. Et ſic dictum capitulum confirmando eidem Rolando prædicto nomine prædictorum ſedimen, monaſterium, & omnia, & ſingula decreverunt, quod nulli omnino hominum in eorum ditione commorantium liceat hanc conceſſionis, & confirmationis paginam infringere, aut ei auſu temerario contraire. Si quis autem id attentare præſumpſerit, & commonitus non reſipuerit, iram omnipotentis Dei & dicti capituli ſe noverit incurſurum. Ego Manfredus Lumbulicus Notarius S. Pal. &c. hanc cartam ſcripſi, & dedi.

Conceſſio Eccleſiæ, & Cœmiterii FF. Humiliatis ſecundi ordinis facta ab Henrico Epiſc. Aquenſ. & Capitulo.

M C C L V I. 216

Anno Domini MCCLVI., indictione XIV., die Martis XVIII julii. Hæc eſt ordinatio facta inter Aquenſis canonicæ capitulum, videlicet D. Loterium præpoſitum Aquenſem, D. Ruffinum Archipresbiterum, D. Bovonum Presbiterum, D. Presbiterum Ogerium, D. Presbiterum Ottonem, D. Presbiterum Petrum, & D. Ogerium ibidem pro

capitulo reſidentes, & D. Henricum Aquenſem Epiſcopum, & F. Stephanum de Valentia de ordine Humiliatorum ſecundi ordinis miniſtrum, & rectorem manſionis Humiliatorum de Aquis nomine ipſius ordinis, videlicet quod prædictus D. Henricus Aquenſis Epiſcopus de voluntate capituli ſupradicti dant, & concedunt dicto fratri Stephano recipienti nomine dictæ manſionis Eccleſiam, & cimiterium libere, & abſolute reddendo annuatim dicto Domino Epiſcopo per ſe, & ſucceſſores ſuos in perpetuum pro cenſu libram unam incenſi, & capitulo Aquenſis canonicæ aliam libram in feſto S. Mariæ medii auguſti. Item de voluntate utrarumque partium ſtatuunt, & ordinant, & volunt eſſe in perpetuum valiturum, quod prædicti fratres, qui nunc ſunt, vel qui pro tempore fuerint in dicta manſione non poſſint, vel debeant ſponſas, vel ſponſum benedicere, mulieres a partu ſurgentes recipere, ſcapſellas, vel fuſtes imponere, vel deponere, peregrinis pœnitentias dare, niſi de licentia dicti Epiſcopi, neque communicare exceptis fratribus, & ſororibus de ordine, ſepulturas recipere, niſi forte aliquis agens in extremis ibi ex devotione eligeret ſepulturam. In quo ita ſtatuunt, & ordinant, quod ſi capitulum Aquenſe ibi fuerit præſens in exequiis mortuorum, ibi habeat duas partes oblationum omnium, & miſſam majorem, tertiam prædictis fratribus relinquendo. Et ſi contingerit, quod capitulum ibi non eſſet, prædicti fratres totam oblationem recipiant de mortuariis, cuſtodi, vel nuncio capituli duas partes integre conſignando, exinde duas cartas fieri rogarunt. Interfuerunt teſtes D. Obertus Pavalionus, Henricus de Porta, Jacobus Oculibovis, & Jacobus Matarius. Ego Rogerius Not. S. P. &c.

Collatio Eccleſiarum S. Nazarii, & S. Mauritii de Predaſco facta ab Henrico Ep. Aquenſ. Lanfranco electo a clerico earum.

217 MCCLVII.

In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti. Amen. MCCLVII., indictione XV., die Dominicá XIII. madii, in Caſtelletto Aquis præſentibus teſtibus Magiſtro Pagano, Henrico de Tertio, Anſelmo de Murbello in præſentia D. Henrici Epiſcopi Aquenſis, & de .... Anſelmus Clericus Eccleſiarum S. Nazarii, & S. Mauritii de Predaſco elegit, poſtulavit, & recepit Presbiterum Lanfrancum de Ovrano in miniſtrum, & rectorem dictarum Eccleſiarum. Unde idem Dominus Epiſcopus attendens quod... Lanfrancus ſit utilis, & neceſſarius dictæ Eccleſiæ, jam dictam electionem, & receptionem confirmavit, ac ipſum Presbiterum Lanfranchum per baculum, quem in manibus habebat inveſtivit de ipſa Eccleſia, & .... & temporalibus Eccleſiarum prædictarum committendo, conferendo, & confirmando eidem presbitero adminiſtrationem, & rectoriam dictarum Eccleſiarum, ut ipſe poſſit regere, agere, defendere, & gubernare dictam Eccieſiam. .... temporalibus tamquam rector, & diligens miniſter..... de Aquis Publicus Notarius hanc cartam tradidi, & tranſcripſi de cartulariis .... Ferrarii de Montemoriſino Notarii, ſicut ipſam imbreviatam inveni nihil in ipſa addens, vel minuens, quod mutet, vel variet ... auctoritate mihi data, & conceſſa a majori conſilio civitatis Aquis, & in fine me ſubſcripſi (1).

(1) *Hæc inveſtitura cum aliis bene multis fuit juſſu Guidonis II. Epiſcopi Aquenſis in publicam formam redacta ann.* 1343. *ob quæſtiones juris patronatus cum monaſterio de Prædalibus poſtmodum ibi ædificato.*

Teſtatio, qua Fratres minores profitentur jus parochiæ S. Johannis ſpectare ad Capitulum.

MCCLVIII. 218

Anno Domini MCCLVIII., indictione I., die lunæ IV. menſis januarii (1) in capitulo majoris Aquenſis Eccleſiæ, præſentibus D. Presbitero Willelmo capellano dictæ Eccleſiæ, & Alberto Scota teſtibus rogatis. F. Bertolinus miniſter fratrum minorum in provincia Lombardiæ cum fratre Belengario cuſtode Montisferrati, & cum F. Henrico Guardiano fratrum minorum de Aquis omnem pacem, & concordiam habere deſiderans cum Capitulo Aquenſis Eccleſiæ in præſentia D. Dodonis Archidiaconi, D. Ottonis Archipresbiteri, D. Lotherii præpoſiti, Presbiteri Petri ſacriſtæ, D. Bovonis, D. Oglerii, & D. Henrici canonici Aquenſes, voluit, & proteſtatus fuit cum voluntate, & conſenſu fratrum dictorum, & cum voluntate dictorum canonicorum pro capitulo reſidentium, quod totum jus parochiæ S. Johannis libere pertineat ad dictam majorem Eccleſiam, & ſi aliquis aliquam elegerit ſepulturam apud dictam Eccleſiam S. Johannis, & canonici fuerint invitati, habeant, & dicant majorem Miſſam, & totam oblationem recipiant in ipſa die prædictis fratribus data, & conceſſa parte oblationum, quas eiſdem dictus Lotherius præpoſitus voluerit aſſignare. Si vero capitulum fuerit ibi præſens, tunc nuncius capituli, ſive cuſtos accipiat dictam oblationem, ſicut ſupra dictum eſt; ſi vero contingeret dictum præpoſitum mori, poſt deceſſum ejus fratres ſupradicti poſſint alium eligere de capitulo dictæ majoris Eccleſiæ quem voluerint, qui eiſdem de prædictis oblationibus partem debeat, quam voluerit aſſignare, & inde duas cartas fieri rogavit. Ego Bonusfilius Notarius.

(1) *Hic deeſt* exeunte, *alioquin error in numeris graviſſimus erit. Dies enim quarta erat dies Veneris & in junio erat Martis dies.*

Sententia declarans quandam poſſeſſionem Meladii clientelarem eſſe Eccleſiæ S. Mariæ de Aquis.

MCCLVIII. 219

Anno Domini MCCLVIII., indictione I., die Jovis X. januarii in clauſtro Aquenſis canonicæ præſentibus D. An ..... Benzone Judice Simone Barberio Amelio de Puſterna de Aquis, & Muſſo Graſſi de Biſtagno teſtibus rogatis. Petrus de Puſterna Arbiter electus, & conſtitutus a D. Lotterio Aquenſi præpoſito ex una parte, & Tidixio Rofredo de Meladio ex alia, ut apparet per cartam factam per me infraſcriptum Notarium, quæ ſic incipit MCCLVII., indictione XV., die Veneris XVIII. octobris in platea majoris Eccleſiæ Aquenſis præſentibus Petro Ocha, Bonofilio Aquidei Bonifilii, & Simone Barberio teſtibus rogatis. D. Lotterius Aquenſis præpoſitus nomine Eccleſiæ S.

Mariæ de Aquis Aquenſis canonicæ ex una parte, & Tidixius Rofredus de Meladio ex altera ſeſe compromiſerunt ſtare laudi, & arbitrio, ſeu arbitratui Petri de Puſterna de omnibus litibus, diſcordiis, & controverſiis ſuis, quæ vertuntur, vel verti videbantur inter eos occaſione dricturum, & decimæ, quos, & quam dictus præpoſitus petebat ipſi Tidixio de petia una terræ, & prati, quæ, & quod fuerunt quondam Henrici Blanchi jacentem in territorio Meladii, ubi dicitur Canalis, cui cohærent Villelmus Rofredus a duabus partibus, hæredes Alberti Caſutana, & via publica promittentes ad invicem &c., & ſuper petitione, quæ in libello continetur, qui ſic incipit: agit D. Lotterius Aquenſis Eccleſiæ præpoſitus nomine, & vice ipſius Eccleſiæ contra Tidixium Rofredum de Meladio coram vobis Domino Petro de Puſterna arbitro electo, & arbitratore inter dictum Dominum præpoſitum, & dictum Tidixium in cauſſa, quæ vertitur inter eos, & petit ab eo ſtaria ſex grani pro quinto, & ſtaria duo pro decima, & medietatem unius plauſtri fœni pro quinto, & decima pro tempore præterito, ſalvo jure principalis. Hoc ideo, quia dictus Tidixius tenet, & poſſidet unam petiam terræ partim prativam, & partim arativam in territorio Meladii, ubi dicitur Canalis, cui cohærent Villelmus Roffredus a duabus partibus, & heredes Alberti Caſſotanæ, & via publica, & ſi quæ aliæ ſunt cohærentiæ, quæ terra reddit, & reddere debet dictæ Eccleſiæ quintum, & decimam. Item petit dictus Dominus præpoſitus dicto nomine quartam partem unius plauſtri fœni a dicto Tidixio pro quinto, & decima pro tempore, & de tempore præterito, hoc ideo, quia dictus Tidixius tenet, & poſſidet unam petiam prati in eodem territorio, & in eadem hora cohærent heredes quondam Ogerii Camalerii, & Scataracii, & heredes Alberti Caſſotanæ, pars cujus prædicti filiorum inferior, quæ eſt deverſus fontem reddit, & reddere debet dictæ Eccleſiæ quintum, & decimam. Unde cum dictus Tidixius laboraverit dictam terram, & pratum, & recollegerit ex dicta terra fructus, & prato ipſe, vel alius pro eo, & ex ipſa terra, & prato exierint hinc retro tot fructus quot decima, & quintum de dictis fructibus aſcendit uſque in prædictam quantitatem, & plus, & dictus Tidixius ceſſaverit in præſtatione dictorum quintorum, & decimarum, ideo dictus Dominus præpoſitus prædicto nomine agit, & petit ut ſupra, & ut dictus Tidixius condemnetur in futurum ad præſtationem decimæ, & quinti de dicta terra, & de dicto prato verſus dictum Dominum præpoſitum, & verſus dictam Eccleſiam, & hoc petit omni jure ſibi, & prædictæ Eccleſiæ competens ſalvo jure addendi, minuendi, mutandi, corrigendi, & alterius petitionis faciendæ. Unde dictus Petrus de Puſterna arbiter, ut ſupra viſa dicta petitione, & viſis teſtibus, & inſtrumentis, & petitionibus, & confeſſionibus utriuſque partis, & omnibus hinc inde propoſitis, & habito conſilio D. Henrici Rachani, ac plurium ſapientum condemnavit dictum Tidixium in ſtaria quatuor grani pro tempore præterito pro quinto, & in ſtarium unum grani pro decima, & in quintam partem duorum plauſtrorum fœni uſque ad triginta dies proximos. Et ut de cetero det, & præſtet dicto Domino præpoſito nomine Eccleſiæ ſupradictæ quintum, & decimam dictæ terræ, & prati, quæ in libello continetur, & abſolvit dictum Tidixium a ſuperfluo dicti grani, & fœni petito in libello pro tempore præterito; & lata fuit hæc ſententia in ſcriptis, unde plures cartas unius tenoris fieri præceperunt. Ego Nicolaus Manxionis Notarius Palatinus his omnibus interfui, & hanc cartam, ut ſupra ſcripſi. Ego Albertus Galea de Aquis Notarius Palatinus mandato D. Alberti Aquenſis Epiſcopi hanc cartam factam a prædicto Nicolao, ſicut eam inveni ſcriptam, ita & in ipſo ſcripſi exemplo &c. Ego Bonfilius Notarius Palatinus &c.

Particula D. Henrici Epiſc. Aquenſ. Teſtamenti.

M C C L V I I I. 220

Anno Dominicæ Nativitatis MCCLVIII., indict. I., die Veneris XXIV. madii in Caſtelletto Aquis, præſentibus teſtibus rogatis F. Guidono de Sezadio, F. Gerardo de ordine prædicatorum, D. Oglerio canonico Aquenſi, Henrico de Tercio, canonico Plebis de Meladio, Nicolino clerico Eccleſiæ de Alice, Jacobo Bagnaria, Gabriele Flore de Viqueria, & Armano de Garona de Alexandria. D. Henricus Epiſcopus Aquenſis volens facere teſtamentum per nuncupationem, quia timebat de defectu ſuo propter ægritudinem, quam patiebatur, ſicut inferius continetur, diſpoſuit, ſtatuit, & ordinavit dando mihi Opizoni infraſcripto Notario, ut de quolibet legato, quod fecerit, poſſim cuilibet pertinenti conficere publicum inſtrumentum. In præſens legavit Eccleſiæ cathedrali Aquenſis Eccleſiæ B. Mariæ petiam unam terræ, quam Epiſcopus Aquenſis viſus eſt habere in territorio Aquis, ubi dicitur ad Pradellum, cui cohærentes illi de S. Lazaro via, ſive aliæ ſint ei cohærentiæ . . . . . dicto legato dictæ Eccleſiæ debeant facere ſibi anniverſarium omni anno, quo ſacriſta dictæ Eccleſiæ percipiat fructus dictæ terræ, & ipſos fructus in die anniverſarii dividat inter canonicos, qui fuerunt præſentes ad officium dicti anniverſarii, ſi vero non facerent prædicti canonici anniverſarium prædictum, revertatur dicta terra ad Aquenſem Epiſcopum. Opizzo de Monte Morixeno &c.

Declaratio illorum, qui Beſtagni tenentur ad fodrum Epiſcopo Aquenſi præſtandum.

M C C L V I I I. 221

Anno Domini MCCLVIII., indictione I., die Veneris penultima novembris in caſtro Beſtagni, in conſilio more ſolito congregati. D. Albertus Aquenſis electus, & credendarii unanimiter ſtatuerunt, quod ſex boni viri de dicto loco eligerentur, qui exceptarent omnes homines de Beſtagno, qui non conſueverunt dare aliquod in ſubventionibus, & exactionibus fodri Domini Epiſcopi Aquenſis, & ibidem Domini Electi, & dicti credendarii elegerunt Oglerium Lazzarum, Galubium, Henricum Columbum, Johanninum Lazzarum, Lucium Ariberti, & Gallum Paganum, qui dixerunt omnes

homines debere ſolvere præter domum dicti Oberti, & heredum Oberti Culardi, & domum Maſcarorum, & Dalmatii, excepto quod tempore D. Henrici quondam Epiſcopi Aquenſis, illi de Ferra non ſolverunt exactionem fodri cum aliis de Beſtagno. Ego Opizzo de Monte Morixino &c.

Abſolutio Vicariorum poteſtatis Septebrii ab excommunicatione.

222 M C C L I X.

Anno Domini MCCLIX., IX. martii in clauſtris majoris Eccleſiæ Aquenſis, præſentibus D. Morando Judice, D. Arnaldo Benzo, & F. Petro de Hoſpitali teſtibus rogatis. Veniens Bernardus Bellot de Septebrio ſindacus, & procurator vicariorum poteſtatis Septebrii, ut patet per publicum inſtrumentum Willelmi Notarii dicti loci, tenor cujus talis eſt: Anno Domini MCCLIX., die Dominica IX. exeunte martio &c. Ad recipiendam abſolutionem excommunicationis a Domino Electo Aquenſi, vel ab ejus delegato, in qua erant pro damno, quod dictum commune dederat in boſco canonicorum Aquenſium, juravit ſtare nomine prædictorum vicariorum, & communis prædicti mandatis Eccleſiæ, & D. Lotherii Aquenſis præpoſiti, & delegati dicti Domini Epiſcopi Electi Aquenſis in hac parte. Vener. D. Bernardus petit a dicto delegato ſuo nomine, & nomine prædictorum abſolutionem a dicta excommunicatione, qui delegatus recepto juramento ab ipſo ſindaco ſuo nomine, & nomine prædictorum vicariorum, & communis ipſum ſuo nomine, & nomine dictorum Vicariornm, & communis abſolvit a dicta excommunicatione præcipiendo ei nomine prædictorum, ne de cetero talia, vel ſimilia contra dictam Eccleſiam committant, & de damno illo ſatisfaciant, & concordent cum dicto capitulo ad ſuam voluntatem. Bonusfilius N. &c.

Inveſtitura Conradi Epiſc. Aſtenſ. D. Gulielmo marchioni Montisferrati ex chartulario ejuſdem Eccleſiæ.

223 M C C L X.

Anno Domini MCCLX., indictione III., die V. intrante auguſto in præſentia infraſcriptorum teſtium. D. Conradus Dei gratia Aſtenſis Epiſcopus nomine, & vice Eccleſiæ, & Capituli Aſtenſis Eccleſiæ inveſtivit D. Gullielmum marchionem Montisferrati de omnibus iis, quæ ipſe D. Gullielmus Marchio tenet ab Eccleſia Aſtenſi. Qui vero D. Gullielmus marchio incontinenti juravit, & fecit fidelitatem prædicto D. C. Epiſc. nomine, & vice ſupradictæ Eccleſiæ, & facere promiſit ea, quæ in capitulis fidelitatis continentur. Actum eſt hoc ſub porticu canonicæ Aſtenſis. Interf. D. Martinus de Revello, D. Manuellus de Cocconato, D. Ubertus Plebanus Coſſembraudi, & D. Jo. Scurzabò de Janua. Et ego Bonifacius Groſſus Notarius de Novello interfui rogatus, & hanc cartam ſic ſcripſi.

Deditio civitatis Aquarum Gullielmo marchioni Montisferrati a Ghibellinis expulſis facta.

M C C L X. 224

Anno Domini MCCLX., indictione III., die Martis V. intrantis octobris in caſtro Turriculæ, teſtes Rainerius Baſtardus, D. Cunradus, & D. Manfredus marchio de Boſco, in quorum præſentia D. Andreas de Aquis ſindicus, & procurator, & certus Nuncius D. Gullielmi Joannis civis de Aquis, & Vicarii totius partis illorum, qui exierunt extra Aquis conſtitutus voluntate omnium prædictorum in pleno conſilio eorum prædicto D. Gullielmo Vicario, & ipſis conſiliariis omnibus unanimiter, & concorditer eorum nomine, & nomine totius partis prædictorum, prout continetur in carta facta anno Domini MCCLX., indictione III. die Jovis ultima ſeptembris in refectorio monaſterii S. Petri de Aquis per Nicolaum Manſionis Notarium ad compromittendum, & promittendum, & dandum juriſdictionem tam realem, quam perſonalem civitatis Aquis, & cortile ejuſdem, & ejus diſtrictus, & omnia ſuæ partis D. Gullielmo honorabili marchioni Montisferrati ex certa conſcientia, & auctoritate ſibi commiſſa, & conceſſa ſuo nomine, & prædicti D. Willelmi Joannis, & omnium de ſua parte dedit prout melius potuit D. Gulielmo illuſtri marchioni Montisferrati civitatem Aquis, & omne ejus cortile, & juriſdictionem, tam intus eam, quam extra eam, & inſuper ſuo, & prædictorum nomine juravit fidelitatem prædicto Domino Marchioni, & ejus heredibus, ita quod ipſe, & ipſi, quorum procurator eſt, dicto Domino Marchioni obſervabunt omnia, quæ in forma fidelitatis continentur eo modo, & forma, quod dictus Dominus Marchio, & ſui heredes amodo in perpetuum teneant dominium civitatis Aquis, & caſtrorum, & juriſdictionum civitatis jam dictæ.

Carta ſindicatus talis eſt: anno Domini MCCLX., indictione III., die Jovis ultima ſeptembris in refectorio monaſterii S. Petri de Aquis in pleno conſilio eorum, qui exierunt extra Aquis, præſentibus Manuello (1) Teſtabovis, Rufino Petri Vercii, & Armando Scata teſtibus rogatis. D. Willelmus Joannes civis Aquis, & vicarius totius partis illorum, qui exierunt extra Aquis voluntate totius conſilii infraſcripti, & ipſi conſiliarii omnes unanimiter, & concorditer eorum nomine, & totius partis ſupradictæ faciunt, creant, conſtituunt, & ordinant D. Andream de Aquis præſentem, volentem, & recipientem ſuum ſindicum, actorem, procuratorem, & certum nuncium, videlicet ad compromittendum, & promittendum, & dandum juriſdictionem tam realem, quam perſonalem civitatis Aquis, & ejus cortile, & ejus diſtrictum, & omnia ſuæ partis D. Gulielmo honorabili marchioni Montisferrati, D. Ugoni de Cruce, & D. Guidoni de S. Alexandro, & cuilibet alii perſonæ, & quibuslibet perſonis, quibus dictus Andreas ſindicus voluerit, & ad faciendum fidelitatem dicto Domino Marchioni, & omnia, quæ eidem placuerit, promittendo mihi Notario infraſcripto recipienti nomine ejuſdem civitatis referre... & (2) quidquid per ipſum ſindicum

factum, completum, promissum, juratum, ordinatum, vel tractatum fuerit in prædictis, & circa prædicta certum, & firmum perpetuo habere, tenere promiserunt, & juraverunt, & aliquo tempore non contravenire sub obligatione suorum bonorum. Nomina consiliariorum sunt hæc: D. Ogerius canonicus, Manfredus Besurici bon. . . . . Facellus D. Andreæ, Odicio Blancus, Bergaminus, Bonesius, Redanus, Petrus Pertadea, Fatoinus, Ubertus Ollarius, Armandus Scote, Maresçotus, Jacobus Gorberti, Henricus Boicii, Vialius Peolotus, Joannes Cacariolus, Niger Presbiteri, W. Petrus Bonus, Badalo, Petrus Gribarius, Aquideus Bordella, Nicolotus Gorgoglonus, Henriggio Bubulcus, Henricus Blancus, Fredericus . . . . . Barberius, Ogerius Boicii, Ralorgna, Rubeus Goslæ, Gratuerius, Bonus Piper, Morandus Agrade, Manfredus Facellus D. Andreæ, Percevallus de Porta, Ugo Piper, Otho Roba, Willelmus Boccazus, Willelmus Facellus D. Andreæ, Petrus Besurii, Multura, & Ogerius de Castelletto (3), dando dictus D. Willelmus Joannes, & omnes consiliarii supradicti Bartholomeo Agrado Notario licentiam reficiendi, & faciendi hanc cartam ad voluntatem dicti D. Marchionis, & D. Andreæ, & hanc cartam fieri rogatus... Et ego Nicolaus Mansionis Notarius Palatinus his omnibus interfui, & hanc cartam, ut supra de eorum voluntate tradidi. Ego Henricus de Dego (4) Palatinus Notarius interfui ad dictam donationem, & fidelitatem faciendam, & hanc cartam scripsi voluntate dicti Domini Marchionis, & Andreæ, & cartam Sindicatus.

(1) *Maruello*. (2) *Cujuslibet cujus interierit*.

(3) Licet nos propriis oculis authenticam scripturam inspexerimus, eamque uti potuimus diligenter exscribere conati simus, attamen ne videamur aliorum lectiones respuere, idcirco variantes hasce adtexere optimum putamus. *Nomina consiliariorum sunt hæc: D. Ogerius canonicus, Manfredus Besurici, Bonus frater D. Andreæ, Odicio Blancius, Bonajus Boccazus. Matheus Podidis, Petrus Pelaboscotinus, Obertus, Olerius, Arnaudus Scotæ, Maresçoltus, Jacobus Prosberici, Henricus Bocazus, Vialis, Peolotus, Johannes Catariolus, Niger Presbiter, Willelmus, Petro Bonus, Badillo, Petrus Curbonus, Aquedeus Bordella, Ricalottus, Gorgoglotus, Heneriogia, Bubulcus, Enrietus Blancius, Fredericus Meride, Barberius, Ogerius Boicii, Rilorgna, Rubeus Gosle, Varnerius, Bonus Piper, Morandus Agradi, Manfredus frater D. Andreæ, Perrivallus de Porta, Ugo Piper, Otto Ruba, Willelmus Boccazus, Willelmus State D. Andreæ, Petrus Besurici, Multieri, & Ogerius de Castilletto*. (4) *Trezo*.

Electio D. Bastardini de Monteferrato in potestatem Alexandriæ.

225 M C C L X.

Anno Nativitatis Domini MCCLX., indictione III., die lunæ XIII. mensis decembris in palatio novo communis Alexandriæ, in reformatione consilii generalis facti dicta die, totum consilium voluit nemine discrepante, quod D. Bastardinus de Monteferrato capitaneus Alexandriæ in nomine Domini nostri Jesu Christi sit, & esse debeat auctoritate præsentis consilii rector, & potestas civitatis & communis Alexandriæ a kalendis januarii proximi futuri usque ad annum unum faciendo, & exercendo per se ipsum dictum regimen, seu podesteriam, ut alterum loco sui, & per se gereret, ponendo quæ voluerit, sive placuerit eidem, quod sit in sua electione, & mero arbitrio, & habendo pro suo salario dictæ podesteriæ libras mille, & tercentum Papienses, itidem quod alias ordinatum fuit potestatem Alexandriæ eligendum debere habere: hoc acto, & dicto expressim, quod ipse D. Bastardinus, ut alium quemcumque in dicto regimine sibi substituat habere, & tenere continuo debeat in dicto regimine tres bonos judices suis expensis, & duo milites prudos, & discretos: debeat etiam jurare super capitulis communis Alexandriæ, & eadem attendere, & inviolabiter observare: & si dictus D. Bastardinus venerit ante calendas januarii prædictas, & dictum regimen juraverit habere debeat pro rata ipsum salarium per quantum ipsi ante ipsas calendas venerit, & juraverit regimen subscriptum & illud facere, & exercere: & D. Paganus de Puteo, D. Antonius Trottus potestas Alexandriæ, una cum ipsis ceteris consiliariis hanc cartam fieri jusserunt. Interfuerunt testes Albertus de Pila, Emanuel de Mirabello, & Enricus de Boccacciis quondam Manfredus de Aquis. Ego Amat de Nigro S. Palatii Notarius hanc cartam mihi jussam scripsi.

Approbatio Alberti Aquens. Episc. testamenti, ac legati Henrici quondam Episc. Aquens.

M C C L X I. 226

Anno Domini MCCLXI., indictione IV., die Jovis III. februarii super solarium Aquensis præp. præsentibus D. Ruzia Abbate S. Petri de Aquis, D. Villelmo Johanne, & D. Andona nepote ejus testibus rogatis ad requisitionem D. Oddonis Aquensis Archidiaconi, D. Lotherii præpositi Aquensis, D. Borivonis Archipresbiteri Aquensis, & D. Presbiteri Petri pro capitulo, & nomine capituli Aquensis, D. Albertus Aquensis Episcopus ratificavit, approbavit, confirmavit testamentum, quantum est in hac parte, & legatum factum dictæ Ecclesiæ Aquensi a dicto Henrico quondam Aquensi Episcopo, prout continetur in instrumento facto per Opizonem Notarium, qui sic incipit anno Dominicæ Nativitatis MCCLVIII., indictione I., die Veneris XXIV. madii in Castelletto Aquensi &c. volens dictum legatum ratum, & firmum perpetuo permanere, promittens dictum legatum ratum, & firmum perpetuo se habere, & nullatenus convenire, unde rogatus cartam fieri. Ego Bonusfilius Notarius S. Palatii &c.

Fœdus Alexandrinorum cum Papiensibus.

M C C L I I. 227

Anno MCCLXII., indictione V. die lunæ pridie calendas augusti in Palatio novo communis Papiæ in consilio mille credendariorum. Papiæ ibi-

dem collectorum per ſonum campanæ, & voces præconum communis Papiæ more ſolito collectorum. Hæc eſt forma pacis, & concordiæ, ſocietatis, & fraternitatis, & communionis factæ, & firmatæ inter commune, & homines Papiæ ex una parte, & commune, & homines Alexandriæ ex altera parte, videlicet quod idem commune, & homines Alexandriæ promittunt, & jurant communi, & hominibus Papiæ eos adjuvare, manutenere, & defendere cum armis, & ſine armis contra quamlibet perſonam, civitatem, & communitatem, & locum, & quaſcumque alias perſonas cum totò exfortio eorum, de cetero in perpetuum remittendo omnes injurias, & offenſas ab hodie retro factas tempore guerræ, & propter guerram, ſalva fidelitate, quam fecerunt, & habent ipſi Alexandrini Excellentiſſimo Domino Manfredo regi Siciliæ, filio Divi Auguſti D. Friderici Imperatoris memoriæ recolendæ; & vice verſa communes, & homines Papiæ promittant, & jurent communi, & hominibus Alexandriæ eos adjuvare, manutenere, & defendere cum armis, & ſine armis contra quamlibet perſonam, civitatem, & communitatem, & loca, & quascumque alias perſonas cum toto exfortio eorum, & de cetero in perpetuum ad honorem, & fidelitatem iſtius D. Regis, & quouſque ipſi Alexandrini perſeveraverint, & ſteterint in fidelitate prædicta remittendo omnes injurias, & offenſas ab hodie retro factas tempore guerræ, & propter guerram, ſalva amicitia communis, & hominum Derthonæ, & ſalvis conventionibus, & amicitiis communis, & hominum Aſtenſium, & Vercellenſium; & ſalvis omnibus hominibus, & terris, quos & quas commune, & homines Papiæ tenent, & habent. Hoc addito, quod ſi contingeret, quod Deus avertat, quod aliqua diſcordia, ſeu contentio verteretur, ſeu eſſet inter commune Alexandriæ, & commune Haſtæ, & inter commune Vercellenſe, & commune Alexandriæ, commune Papiæ dabunt operam adhibere bona fide, quod ipſa guerra, & diſcordia ſopiatur, & legaliter terminetur, & ad ſtatum pacificum reducatur. Super quam diſcordiam, & contentionem commune Papiæ debet eſſe judex, & cognitor, & arbiter de medio, ſi placuerit illis, inter quos eſſet contentio; alioquin prædictum commune Papiæ ſit æqualis, & communalis amicus inter dicta communia, & commune Alexandriæ, & inde hanc cartam fieri juſſerunt. Interfuerunt teſtes Ricardus de Beccaria, Stefanus Bottus, & Andreas Vacca ec.

Breve Urbani Papæ Epiſcopo Aq. ex Reg. Litt. Ap. Urbani PP. IV. Tom. IV. lib. 3. Ep. 995.

228 MCCLXIV.

Urbanus &c. Venerando fratri Epiſcopo Aquenſi ſalutem &c. Meritis Religionis dilecti filii Prioris, & fratrum Eremitarum de Alexandria Ordinis S. Auguſtini inducimur, ut ipſa proſequamur benevolentia gratioſa. Sane ipſorum petitio nobis exhibita continebat, quod Nos intellecto, quod dilectus filius Præpoſitus, & Canonici Eccleſiæ ſancti Martini de Gamundio de Alexandria ob cauſas varias in ipſa Eccleſia non poterant reſidere, nec de animabus Parochianorum ſuorum curam gerere opportunam, ex quo inter Parrochianos ipſos non leve generabatur ſcandalum, quod etiam ipſi Præpoſitus, & Canonici Nobis per ſuas literas intimarunt cupientes, ut dilectis filiis Priori, & fratribus Eremitanis de Alexandria Ordinis S. Auguſtini eadem Eccleſia cum libris, calicibus, ornamentis, poſſeſſionibus, & pertinentiis ſuis omnibus conferretur, ſibi dictæ Eccleſiæ redditibus pro ſubſtentatione ſua quamdiu vixerint reſervatis, quodque quantum in eis erat illis prædictam Eccleſiam duxerant conferendam, Nos eorum, ac dilecti filii fratris Gulielmi ejuſdem Ordinis Pœnitentiarii noſtri ſupplicationibus inclinati, cum non habeant in civitate Alexandriæ locum eorumdem habitationi accomodum, illis ſuper hoc quantum cum Deo poſſumus providere volentes, fraternitati tuæ dedimus noſtris literis in mandatis, ut de cauſis, & ſcandalo hujuſmodi, ac ſtatu, & facultatibus ejuſdem Eccleſiæ, & utrum in hac parte eorum eſſet ſupplicationibus annuendum, univerſis etiam circumſtantiis inquireres per te, vel per alium diligentius veritatem; & eam ſub ſigillo tuo nobis quantocius deſtinares, ut ordinaremus ſuper hoc, quod expediens videremus. Porro tu per dilectum filium fratrem Rufinum Priorem S. Siri de Alexandria feciſti ſuper præmiſſis diligenter inquiri, & inquiſitionem hujuſmodi ſub ſigillo tuo ad noſtram præſentiam deſtinaſti. Quia vero per inquiſitionem ipſam manifeſte apparet, quod dicti Præpoſitus, & Canonici propter tenuitatem reddituum, & facultatum dictæ Eccleſiæ in ea non poterant reſidere, propter quod animarum inibi cura negligitur, & inter ipſos, & parochianos eoſdem grave ſcandalum eſt exortum, & quod prædicta Eccleſia domibus ipſius ruinam minantibus eſt omnino ſervitoribus deſtituta, quodque ipſi in civitate ipſa locum ſibi accomodum non habent, nos ipſorum ſupplicationibus annuentes præfatam Eccleſiam cum juribus, & pertinentiis ſuis auctoritate præſentium illis conferimus de gratia ſpeciali, ejus redditibus prædictis Præpoſito, & Canonicis quamdiu viderint reſervatis. Ita tamen, quod aliquem Presbiterum idoneum ejuſdem Ordinis, vel alium tibi, vel tuis ſucceſſoribus præſentent perpetuo ad curam parochiæ Eccleſiæ ſupradictæ. Quo circa mandamus, quatenus eoſdem Priorem, & Fratres in corporalem prædictæ Eccleſiæ, ac jurium, & pertinentiarum ejus poſſeſſionem per te, vel per alium inducas, & defendas inductum ipſius Eccleſiæ redditibus reſervatis quamdiu vixerint Præpoſito, & Canonicis memoratis. Non obſtante qualibet indulgentia Sedis Apoſtolicæ, de qua cujuſque toto tenore de verbo ad verbum oporteat in noſtris literis plenam, & expreſſam mentionem fieri, & per quam effectus præſentium impediri valeat, vel differri contradictores ec. uſque compeſcendo. Ceterum curam parochiæ ſupradictæ committas alicui Presbitero idoneo ipſius Ordinis, vel alii, quem dicti Prior, & Fratres tibi ſucceſſive duxerint præſentandum. Datum apud Urbem veterem 6. calend. auguſti anno tertio.

Conſtitutio Procuratoris facta ab Alberto Epiſcopo ad recuperandos reditus Eccleſiæ Aq.

229 MCCLXIV.

Anno Dominicæ Nativitatis milleſimo ducenteſimo ſexageſimo quarto, indictione ſeptima, die Martis prima januarii. In Camera Domini Lotherii Præpoſiti Aquenſis. Dominus Albertus Epiſcopus Aquenſis conſtituit, & ordinavit Gullielmum Baldiconem ſuum certum nuncium villicum, & gaſtaldum actorem, & procuratorem ad exigendum, & recuperandum omnes reditus, & proventus pertinentes jam dicto Epiſcopo in Aquis, & in ejus territorio, ad omnia demum faciendum quæ ſpectant, & pertinere videntur dicto Procuratori villico, & gaſtaldo, & quidquid inde per dictum Gullielmum factum fuerit tam in agendo, & defendendo quam in recipiendo dictos proventus, & alia jura ſua idem Dominus Epiſcopus ratum, ac firmum promiſit ſemper habere, & nullo tempore convenire. Interfuere teſtes dicti Dominus Præpoſitus, Dominus Henricus, Præpoſitus Bublienſis, Arancus Notarius, & Jacobus Ferrarius de Aquis.

Opizzo . . . . . juſſu dicti Domini Epiſcopi hanc cartam ſcripſi.

Solutio Canonis Eccl. Aq. a Mon. Tilieti.

230 MCCLXV.

Anno Domini MCCLXV., indictione VIII., die martis III. martii. In clauſtro Canonicæ Aquenſi præſentibus D. Arnaldo Benzone judice, Bonifacio de Garbazola, & D. Henrico Botaccio T. v. & R. Frater Ruffinus de Inciſa, & Fr. Conradus de Garbazola de ordine monachorum Ciſtelli, qui dicunt ſe moram facere in Eccleſia S. Mariæ de Tilieto . . . . . ejuſdem loci, ſicut dicunt, dederunt, & repræſentaverunt D. Loterio Aquenſi Præpoſito, & D. Ruffino Scatte, D. Ogerio, & D. Simoni de Garbagna Canonicis S. Mariæ majoris Aquenſis nomine, & vice Monaſterii de Tilieto libras quatuor ceræ, & ex parte Abbatis, & Monaſterii loci prædicti, quas ipſi confitentur, & dicunt dictum Monaſterium de Tilieto debere dare, & reddere, & quondam reddidiſſe Eccleſiæ majori de Aquis annuatim occaſione cenſus, & hanc cartam fieri rogaverunt. Ego Nicolaus Manxionis Not. Palatii ecc.

Electio Procuratoris facta ab Archiepiſcopo Mediolanenſi pro recipiendis fructibus benef. in Dioc. Aſtenſi, Albenſi, Savonenſi, & Aquenſi.

231 MCCLXVI.

O. Dei, & Apoſtolicæ Sedis gratia ſanctæ Mediolanenſis Eccleſiæ Archiepiſcopus Domino Joanni Quaglato Aſtenſi Canonico ſalutem ec.

Tenore præſentium vos conſtituimus, & ordinamus noſtrum nuncium, & procuratorem generalem, & ſpecialem ad omnia noſtra negotia peragenda, & ſpecialiter ad recipiendum fructus omnium beneficiorum primi anni, quæ vacabunt in Civitate, & Diœceſi Aſtenſi, ad nos pertinentes per literas Apoſtolicas ad D. Epiſcopum Placentinum, & de Vico Archipresbiterum ſuper his beneficiis directas; ita tamen quod ſuper prædictis, & circa prædicta facere poſſitis ea omnia, quæ facere poſſemus, ſi præſentes eſſemus, paciſcendo, vel alio modo, & quidquid ſuper his facietis, ratum, & firmum habemus. Item vobis committimus, quod recipiatis, & recipere poſſitis a Clero Albenſi, Savonenſi, & Aquenſi procurationes ſuper eiſdem impoſitas uſque ad hodiernum diem, & ipſis receptis damus vobis licentiam abſolvendi omnes, qui occaſione prædicta incurrerunt excommunicationis ſententiam, vel interdicti, idque vigore hujus mandati. Dat. Viterbii XII. cal. januarii MCCLXVI. IX. indictione.

Induciæ per annum Marchioni Montisferrati, ejuſque ſubditis conceſſæ a poteſtate Alexandriæ.

MCCLXVI. 232

Anno Dominicæ Nativitatis MCCLXVI., indictione IX., die Dominico ſecundo menſis madii in palatio novo communis Alexandriæ in pleno, & generali conſilio campana, & voce præconum more ſolito convocato. Dominus Gullielmus de Cornazzano poteſtas Alexandriæ voluntate, & conſenſu totius prædicti conſilii, & ipſius conſiliarii univerſi nomine, & a parte communis Alexandriæ, & pro ipſo communi Alexandriæ, & diſtrictus, & pro omnibus caſtris, locis, & villis, qui per Alexandriam detinentur, & fodrum, & dacitum, vel collectam communi Alexandriæ præſtant, ſeu præſtare tenentur, & ſe reducentibus in eiſdem dant, & concedunt plenam, liberam, & ſecuram fidantiam, & treguam in perſonis, & rebus Domino Gullielmo honorabili Marchioni Montisferrati, & ſuis hominibus, & diſtrictualibus ipſius, & vaſſallis omnibus ejuſdem, & toti terræ ſuæ, & terris, villis, & caſtris, & locis, quæ, & quas detinet, & quæ, & quas detinent vaſſalli, & diſtrictuales ſui, ita quod aliquæ offenſiones, damna, vel jacturæ amplius non fiant per commune, & homines Alexandriæ, & diſtrictus, vel per terram, caſtra, loca, & villas, quæ per Alexandriam detinentur, & fodrum, dacitum, vel collectam communi Alexandriæ præſtant, ſeu præſtare tenentur, & ſe reducentes, vel qui ſe reducentur in ipſis, dicto Domino Marchioni, & hominibus ſuis, & diſtrictualibus ipſius, & vaſſallis omnibus ejuſdem, & toti terræ ſuæ, & terris, villis, caſtris, locis, quæ, & quas detinent vaſſalli, & diſtrictuales ſui promittendo dictus Dominus Poteſtas, Conſilium, & Conſiliarii prædicti nomine dicti communis mihi notario infraſcripto notario dicti Domini Marchionis, & omnium hominum, & vaſſallorum ſuorum, & omnium locorum, qui per ipſum, ſeu vaſſallos ſuos detinentur, & omnium, & ſingulorum, quorum intereſt, vel intereſſe poteſt dictam treguam, ſeu fidantiam ratam, & firmam habere, & tenere, & haberi, & teneri facere uſque ad annum unum ſub obligatione bonorum dicti communis, & reſtituere omnia damna, & ſingula, quæ dabuntur, ſeu fiunt dicto Domino marchioni, & hominibus, & diſtrictualibus ſuis, & vaſſallis, &

terræ ſuæ, & terris, & villis, locis, quæ, & quas detinent vaſſalli, & diſtrictuales, ſeu quoquo modo, vel loco per homines Alexandriæ, & diſtrictus, & per homines caſtrorum, locorum, villarum, quæ per Alexandriam detinentur, & communi Alexandriæ fodrum, dacitum, ſeu collectam communi Alexandriæ præſtant, vel præſtare tenentur, & habitantes, & reducentes, ſeu qui reducent in eiſdem, & inde dictus Poteſtas, Conſilium, & Conſiliarii hanc cartam fieri juſſerunt. Interfuerunt teſtes Manuellus de Mercello, Florius Cirimellus, & Gandulphus de Fiblinis. Ego Ruffinus de Burgo Not. ec.

Juramentum Sindici capituli Aquenſis parendi mandatis nuncii Archiep. Mediolan.

233 MCCLXVII.

Anno Domini MCCLXVII., indictione X., die Veneris XXVIII. menſis januarii. In præſentia teſtium infraſcriptorum D. Petrus canonicus, & ſacriſta Aquenſis, & ſindicus, & procurator, actor, & nuncius capituli Aquenſis, ſicut continetur in inſtrumento facto a Bonfilio notario Anno Domini MCCXLVII., indictione X., die lunæ 8. januarii juravit ſtare mandatis Eccleſiæ, & obedire præceptis, & mandatis D. Johannis Quaglati canonici Aſtenſis, actoris, procuratoris, & nuncii P. Archiepiſcopi Mediolanenſis, ſicut continetur in literis ipſius D. Archiepiſcopi autenticatis per me Henricum Fornarium, tenor quarum literarum inferius annotatum eſt, & quia prædictum capitulum, & clerici Aquenſes excommunicati fuerunt &c.

Capitula in quadam cauſa Canonicorum, ubi plura de horum juribus in Eccleſiam S. Johannis ſuburbii Aquenſis.

234 MCCLXXII.

Anno Dom. MCCLXXII., indictione X. XVIII. octobris in majori Eccleſia Oberto Rabia Dim. ..... Ramæ ...., & D. Morando de Porta teſtibus rogatis. D. Arnaldus Benzius judex communis Aquis ſedens pro jure reddendo ad inſtantiam Henrici de Porta Sindaci Eccleſiæ majoris Aquenſis præcepit mihi Salvino Notario autenticare omnia capitula, & poſitiones, quas ipſe Henricus voluerit in cauſa ipſius Enrici nomine Eccleſiæ, & Willelmi Tabitæ tutoris filiorum Guidonis Sartoris ..... intendit hic probare, quod domus Guidonis Sartoris de Burgo, cui cohærent via a duabus partibus, Nicolinus Gorglonus, & domus ſancti Spiritus, debet annuatim ſolidos decem miniſtro S. Joannis de Burgo.

Item quod Eccleſia S. Joannis erat capella Eccleſiæ ſanctæ Mariæ majoris Aquenſis, & ſubdita erat dictæ Eccleſiæ majoris, & bona, & jura, quæ erant dictæ Eccleſiæ S. Joannis, ſeu Miniſtri ipſius pertinebant dictæ Eccleſiæ maiori, ſeu capitulo, & quod capitulum prædictæ majoris Eccleſiæ in dicta Eccleſia S. Joannis habebat inſtitutionem, & deſtitutionem tamquam in rem ſive Capellanorum, ſive Miniſtrorum, & Clericorum dictæ Eccleſiæ S. Joannis ſine requiſitione, & conſenſu Epiſcopi, vel alterius majoris.

Item quod capitulum majoris Eccleſiæ ſanctæ Mariæ Aquenſis conceſſit, & dedit ſtatum, & habitationem fratribus minoribus Eccleſiæ, & ædificiorum S. Joannis, & topiæ, & horti ſolummodo adjacentium ipſi Eccleſiæ. Reliqua vero bona, & jura, quæ erant Eccleſiæ ſancti Joannis, Eccleſiæ ſanctæ Mariæ majoris applicuerunt, & retinuerunt auctoritate, & conſenſu Epiſcopi ſui Electi Aquenſis, & voluntate, & conſenſu Presbiteri Guiberi Miniſtri Eccleſiæ S. Joannis, & Conradi clerici, & voluntate, & conſenſu fratrum minorum ..... Teſtis Belengonus dicit matrem Guidonis dicti condemnatam fuiſſe ad ſolvendos decem ſolidos ſub ulmo majoris Eccleſiæ.

Teſtis Faxana, teſtis Jardinus, teſtis Arancus dicit, quod interfuit conſilio, ubi fuit ordinatum, & fuerunt poſiti extimatores ad extimanda bona hominum Aquis; conſilium fuit factum in refectorio. Item quod S. Joannes erat capella majoris Eccleſiæ, ſeu titulus, & quia habuit, & accepit a dicto Presbitero Guibaro pro Domino Archipresbitero Lanfredo, & pro Eccleſia majori dandum quoddam pro collecta Epiſcopi; & quum Cappellanus majoris Eccleſiæ erat abſens, tunc mittebant Canonici ad ipſum Presbiterum Guibarum, ut veniret ad dicendum miſſam, & ad chriſtianandum, & ad bautizandum tamquam Cappellanus. Item teſtis Muſſus Stephanus dicit quod vidit, ubi nunc eſt iſta domus, terram eſſe vacuam.

Item teſtis Lotherius præpoſitus dicit, quia vidit ſemper dictam Eccleſiam S. Joannis teneri, & poſſideri ab Eccleſia majori, & nullo mediante hanc inſtituere Clericos, ſcilicet Cunradum, & Presbiterum Ubertum de Ponte ponendo in illa Eccleſia taliam, & præcipiendo dicto Presbitero tamquam Cappellano ſuo, quod veniret ad bautizandum, & ad canendum miſſam, & ad dandam pœnitentiam, & ipſe obediebat ei tamquam Cappellanus, & conceſſerunt Canonici fratribus minoribus, ut ſtarent in Eccleſia illa retinendo in ſe omnes reditus Eccleſiæ illius, & per viginti annos, & plus vidit illa, & cum eſſet puer veniebat una cum Uberto Presbitero ad Eccleſiam majorem, & adjuvabat eum canere.

Teſtis Ruffinus Canonicus dicit, Canonicos ante decem annos poſuiſſe Cunradum Clericum ſine requiſitione Epiſcopi in illa Eccleſia; & quod eſt ſubdita Canonicæ, ita quod Presbiter Guibarus veniebat ad Domnum ad bautizandum, & ad canendum Miſſas, & ad dandum pœnitentias, quibus Canonici volebant, & omnia officia Canonice faciebat tamquam Cappellanus ſubditus Canonicæ; & quod Canonici imponebant ei taliam, quam volebant Epiſcopo neſciente pro ſe ipſis, & Epiſcopus nil dicebat; & quod illa bona dictæ Eccleſiæ dederunt Canonici D. Willelmo Cappellano ipſius Canonicæ non condicione Epiſcopi, & eo tempore, quo fratres Minores inſtabant ad habendam Eccleſiam ſancti Joannis ec. Dicit his omnibus interfuiſſe, & dationi Eccleſiæ fratribus minoribus, & adfuiſſe D. Morandum, & fratrem Guilfredum.

Item Lanagius dicit Presbiterum Petrum, & Jordanum dediſſe illam domum ad ſponſionem pro Eccleſia ſancti Joannis, & hoc ante annos 45. De hoc

dicit vidisse consilium in libro communis, & in registro, insuper de auditu canonicorum, & ministri dictæ Ecclesiæ dicit, quod Presbiter, seu minister dictæ Ecclesiæ non audebat pulsare terciam, nonam, neque vesperas, nisi primitus pulsabatur campana de Dommo.

Item Ubertus de Ponte dicit cum erat clericus Ecclesiæ S. Johannis, & stabat cum D. Presbitero Guibaro dicit, quod . . . . . ibat ille ad bautizzandum, & ad festa principalia. Ego Salvinus Not. communis Aquis &c.

(1) *Hic adde V.: erat enim eo anno indictio XV. Utrum autem hic error meus sit, an chartæ archivii capitularis, a quo eam exscripsi, ob longam temporis intercapedinem vix bene memini.*

Exceptio in lite coram delegato Archiepiscopo Mediolanensi.

235 MCCLXXIII.

Anno Domini MCCLXXIII. In claustro S. Mariæ de Castello coram D. Amico præposito S. Mariæ de Castello dicente se delegato Archiepiscopi Mediolanensis, præsentibus Murro de Puteo Patre Petrini volentis sibi conferri præbendam in Ecclesia S. Quirici de Castro novo, D. Henricus præpositus dictæ Ecclesiæ dicit se non consentire in dictum delegatum, quod civitas Alexandrina non est ipsi locus tutus, neque suis nunciis, neque accessus ad illam civitatem, cum sit valde periculosus propter discrimina viarum, & guerrarum Marchionis Montisferrati, & Berruariorum hostiles incursus. Gonfredus de Montaldo Not. &c.

Irritatio possessionis captæ cujusdam canonicatus, & in eum alterius immissio facta a Baudicione Electo Aquensi.

236 MCCLXXVI.

Anno Domini MCCLXXVI., indictione IV., die Veneris VII. augusti, in castro Bestagno inter nonam, & vesperas præsentibus D. Petro Presbitero Bestagni, Johanne filio Petri Enhovi de Aquis, Villelmo Moturæ testibus rogatis, & vocatis nos Baudicio Aquensis electus.. electionem Oberti Maresscarchi de Alexandria, qui dicit se canonicum Ecclesiæ S. Mariæ de Aquis per litteras D. PP... nos visis litteris cancellatis, & intellectas ipsas falsas pronunciamus, & penitus irritamus, quatenus de facto possidet, & non de jure; & ideo timentes ne nobis tempus curreret, quum electio sit nobis devoluta, ipso jure volentes prædictam Ecclesiam Aquensem providere de canonico, ne in temporalibus, & spiritualibus detrimentum prædicta Ecclesia patiatur Franceschinum filii Gullielmi de Miribello clericum Ecclesiæ Sancti Martini de Orzaria Aquensis diœcesis eligimus, sive postulamus in canonicum, & in fratrem Ecclesiæ memoratæ: ibidem, & coram testibus suprascriptis D. Ubertus de Motura Archidiaconus prædictæ Ecclesiæ Aquensis prædictum Franceschinum recepit in osculo pacis in canonicum, & in fratrem Ecclesiæ memoratæ, & inde prædictus D. Electus, & prædictus Archidiaconus hanc cartam fieri præceperunt, & voluerunt concessa mihi Notario infrascripto licentia ab eisdem, & retinendo in me quod possim reficere, meliorare præsens instrumentum semel, & pluries cum consilio unius sapientis, vel plurium; & ego Ogerius Barete Notarius Palatinus jussu Domini Electi, & Archidiaconi scripsi.

Absolutio ab excommunicatione inflicta a delegatis Archiepisc. Mediolanen. occasione subsidii Terræ sanctæ.

MCCLXXVII. 237

In Christi nomine. Anno Domini MCCLXXVII. indictione V., die lunæ prima novembris, in caminata D. Uberti Aquensis Archidiaconi, præsentibus D. Bertolino Baudezono, Gullielmo Multuræ, & Canturro Baudezono testibus rogatis, & vocatis. Nos fr. Bencius de Guaschis Guardianus fratrum Minorum de Aquis ex auctoritate sibi tradita, & concessa a R. P. D. Othone sanctæ Mediolanensis Ecclesiæ Archiepiscopo, ut constat per litteras ipsius Domini Archiepiscopi sigillatas sigillo sano, & integro, tenor quarum litterarum sic inscripsit. Omnipotentis Dei, & Apostolicæ Sedis gratia sanctæ Mediolanensis Ecclesiæ Archiepiscopus religioso viro Guardiano fratrum Minorum de Aquis salutem, & sinceram in Deo charitatem . . . . Volens adimplere mandatum Domini Archiepiscopi auctoritate dictarum litterarum, qua fungebatur secundum formam Ecclesiæ, D. Ubertum Aquensem Archidiaconum a quadam sententia excommunicationis in eum lata per D. P. Abbatem sanctæ Juliæ, & Henricum præpositum de Bublio delegatis prædicti Domini Archiepiscopi prout dicebatur, quod libros, & scripturas collectæ decimæ pro subsidio terræ sanctæ ad eos non transmisit, ab excommunicatione hujusmodi liberavit, & absolvit &c. Ego Dardanelius Not. S. P. &c.

Confirmatio Jurisdictionis, quam Alexandrini in suam civitatem concesserant D. Gullielmo marchioni Montisfer, atque extensio ejusdem ad quosdam casus.

MCCLXXX. 238

Anno Dominicæ Nativitatis MCCLXXX., ind. VIII., die Veneris XXVI. mensis januarii, in palatio novo communis Alexandriæ in pleno, & generali consilio campana, & voce præconum more solito congregato. D. Nicolaus Bastardus de Monteferrato potestas, & capitaneus communis, & populi Alexandriæ super infrascriptis consilium postulavit. I. Cum per dictum capitaneum, & ancianos, & sapientes, & consilium generale populi Alexandriæ statutum, firmatum, & stabilitum sit, quod D. Gulielmus marchio Montisferrati habeat plenam, liberam, & generalem bailiam auctoritatem, & potestatem faciendi, ordinandi, & præcipiendi ad suum liberum, & plenum arbitrium, & voluntatem de factis, & super factis, & negotiis, & juribus, & rebus communis, & hominum Alexandriæ ad hoc, ut homines communis, & populus Alexandriæ in

bono, & pacifico ſtatu ſtent, & conſerventur, & ab oneribus, & expenſis defendantur, & hoc tam in faciendo pacem, & concordiam, & parentelas, & conjunctiones per matrimonium inter homines partium Alexandriæ, & inter alios homines Alexandriæ, ſicut ſibi videbitur pro meliori, quam ſuper facto illorum, qui tenent pedagia, & reditus, & res, & jura communis Alexandriæ, ſecundum quod ei videbitur pro majori honore ſuo, & utilitate, & etiam ſuper illis, qui petunt aliquid a communi, vel populo, ſeu ab aliis ſingularibus perſonis obligatis pro communi, vel populo, & generaliter ſuper omnibus, & ſingulis factis, negotiis, & rebus, & juribus communis Alexandriæ præteritis, præſentibus, & futuris, & quod ſuper his omnibus, & ſingulis prædictis Dominus Marchio habeat bailiam, poteſtatem, miſtum, & merum imperium, quod placet ipſi conſilio conſulere, & ordinare ſuper prædictis.

D. Obertus Canis dixit, quod Dominus Marchio habeat bailiam ad totam ſuam voluntatem ſuper omnibus, quæ in poſta continetur, & ſicut in poſta continetur, non obſtante aliquo ſtatuto &c. D. Nicolaus Merlanus dixit, & conſuluit ſimiliter. In reformatione cujus conſilii facta, & revoluta per dictum poteſtatem placuit toti conſilio, ut dixit D. Nicolinus Merlanus, & D. Obertus Canis. Teſtes interfuerunt Opicius Paſtor, Gulielmus Balbus, Vixinus de Boſco, & Obertinus Cubator. Ego Bonifacius Boccaccius Notarius Palatii, & Ufficialis litterarum, & conſiliorum Alexandriæ hanc reformationem conſilii, poſtam, & dicta dictorum ſapientum feci, &c.

Conventiones inter Fratres Prædicatores, & Minores circa prædicationem in Alexandria & finitimis oppidis.

MCCLXXXI.

239 Anno MCCLXXXI. In nomine Domini. Convenerunt Fratres Prædicatores, & Minores de Alexandria ad majorem honeſtatem ſuam, & pacem prædicationes ſuas taliter ordinare, videlicet, quod fratres unius ordinis una ſeptimana prædicent in Gamundio, & Borgoglio, & fratres alterius ordinis in eadem ſeptimana prædicent in Roboreto, & Marenco. In alia ſeptimana fiat e contra, & ſic currat per annum totum. Quum incipiat proxima Dominica adventus, in qua ſeptimana prima adventus propter Dominicas, quæ ſunt pares, ut fiat major variatio, prædicabunt in eis quarteriis civitatis, in quibus prædicarunt ſeptimana proxima præcedenti, non ſe alternando in illis duabus ſeptimanis. Hoc autem ita ſervetur, quod in aliorum terminis, & ſeptimana alii quantumcumque rogati, & invitati non prædicent ullo modo, excepto in domibus religioſis, in quibus quicumque invitati.... prædicare poſſint . . . . . nullo dumtaxat illuc populo convocato. In domibus vero propriis prædicabunt utrique quatenus, & quantum voluerint, excepto quod nec ibi, nec alibi in tota civitate, niſi forte religioſis ſine populi convocatione. Prædicabunt fratres unius ordinis in feſtis ſanctorum ordinis alterius, ſic ſunt feſta Beatorum Marci, Dominici, & Petri martyris quoad Prædicatores, & feſta B. Franciſci, & Antonii de ordine Minorum quoad Minores. In omni etiam die lunæ prædicabunt fratres Minores in domo dominarum ſuarum exceptis feſtis prædictis fratrum Prædicatorum, quando tali die evenerint, & fratres Prædicatores, ſi contingat fieri in Alexandria domus dominarum ad ipſos pertinentium, prædicabunt, ſi voluerint in domo ipſarum per totum annum in una die in ſeptimana, quam elegerint, præter diem lunæ, & diem Veneris, exceptis prædictis feſtis fratrum Minorum, quando in ea die evenerint. Item fratres Prædicatores non prædicabunt in domo ſua, nec alibi in civitate in feſtis Dominarum fratrum Minorum, ſcilicet ſanctæ Mariæ Magdalenæ, & ſanctæ Claræ. Nec fratres Minores prædicabunt in domo ſua, nec alibi in civitate in feſto principali Dominarum, ſi quæ fuerint fratribus Prædicatoribus pertinentes. Quantum vero ad generales prædicationes, quæ fuerint per ſtationes ordinatas, & intuitu pietatis apud S. Chriſtophorum de Gamundio, & de Borgoglio apud S. Mariam de Bethlem, & S. Lazarum, & S. Spiritum, illi, qui hoc anno prædicaverint ibi, non ibi prædicent iſto anno ſequenti, ſive præſenti, ſed potius prædicent alternatim. De prædicationibus villarum ſic fiat, videlicet ſi contigerit fratres non invitatos ire ad villas aliquas cauſa prædicandi, & caſu aliquis alterius ordinis ſupervenerit cauſa prædicandi ſimiliter, qui primus ibi fuit habeat optionem prædicandi ibi, quod intelligendum eadem die mane, vel poſt prandium, & ſi ibi fuerint duo feſta ſequentia immediate ſolemniter celebranda, eligat ipſe quod voluerit . . . . . idem fiat de miſſa, & prædicatione. Quod ſi alter ſcilicet, qui venit ultimo, noluerit prædicare poſt prandium, vel non potuerit ibi eſſe aliqua occaſione interveniente, habeat ſimiliter optionem dicendi miſſam, vel prædicandi, qui prior venerit. Item quod fratres illius ordinis, qui prædicabunt in Quargnento in Nativitate Domini non prædicent illo anno in feſto S. Dalmatii, & contra fiat in anno ſequenti, & intelligimus Nativitatem Domini per quatuor dies tantum, videlicet diem Natalis, diem S. Stephani, S. Johannis, & feſtum Puerorum; ita quod alii fratres prædicare poſſint ibi, ſi voluerint in Circumciſione Domini, & in Epiphania, & Dominica octava. Similiter in villa Solerii quicumque prædicaverit ibi in Nativitate Domini, non debeant alii fratres ibi prædicare in S. Perpetuo, & ita fiat e contra anno ſequenti. Illud idem intelligatur de villa Fibl[illegible]arum, & Montiscaſtri. Item in Quadrageſima, quoniam fratres vadunt ad villas cauſa prædicandi, & confeſſiones audiendi, qui prius intraverint villam, cedant ei alii per octo dies, & non amplius, ſi alii fratres voluerint ibi prædicare. Item prior fratres ſuos, & guardianus ſuos ſæpe monere debeat, ut caveant ſibi ab offenſionibus alterutrum, & hoc non ſolum factis, ſed etiam verbis, & ſi quis contra fecerit, graviter per utrumque Prælatum, ſcilicet Priorem, & Guardianum, qui nunc ſunt, vel pro tempore fuerint, puniantur. Et iſta compoſitio, ſive ordi-

natio teneat, & firmiter obſervetur per ſeptem annos, & ultra, donec per Priorem, & Guardianum, qui pro tempore fuerint, fuerit revocata, & ut memoriæ melius commendetur, omni anno bis legatur in capitulo ordinis utriuſque. Inſuper concordaverunt ad invicem, quod Eccleſia major computetur in quarterio Gamundii.

Collatio Beneficii S. Felicis de Grognardo a Ruzia Abbate S. Petri conceſſa.

240 MCCLXXXII.

In nomine Domini, anno Nativitatis Domini MCCLXXXII., indictione X., die Lunæ II. intrantis martii in ſacriſtia S. Petri de Aquis, præſentibus DD. . . . . Marchio de S. Margarita de Aquis, fratre Guillelmo Rappa monaco monaſterii S. Petri de Aquis, presbitero Guillelmo Capellano dicti monaſterii T. R. & V. D. Rozia Abbas monaſterii S. Petri de Aquis titulavit Belenginum filium Presbyterum (1) de Uvada, & primam tonſuram dedit, & fecit eidem T. B. (2) de Eccleſia S. Filixis (3) de Grognardo, de quo beneficio D. Belenginus coram dicto Domino Abbate, & teſtibus ſupradictis ſtetit tacitus, & acceptavit; & in hanc cartam D. D. Abbas fieri juſſit mihi Notario infraſcripto. Petrus de Bergunzio Notarius S. Palatii hanc cartam tradidi, & ſcripſi.

(1) *Presbyteri* cognomen. (2) *Titulum beneficii.* (3) *Felicis.*

Collatio præpoſituræ collegiatæ S. Johannis de Inciſa facta ab Henrico Vicario Aquen. Eccl.

241 MCCLXXXII.

Anno Domini MCCLXXXII., indictione X., die IV. auguſti in curia, ſive in ſedimine Ugheti Farinei de Aquis, præſentibus D. Bertolino Baldizono canonico Aquenſis Eccleſiæ, D. Frederico Archipresbitero dictæ Eccleſiæ, Gullielmo de Montibello familiari D. Enrici vicarii teſtibus rogatis, & vocatis. Cum in præpoſitura Eccleſiæ S. Johannis de Inciſa pro cultu divino unus præpoſitus, & tres canonici conſueverint eſſe de longa conſuetudine ibidem diutius obſervata, & nunc canonici deficiant per negligentiam præpoſiti, & canonicorum dictæ præpoſituræ, nos frater Enricus de Locedio generalis Vicarii Aquenſis Eccleſiæ, ipſa Paſtore vacante, & totius Epiſcopatus, nolens quod antiquus numerus in eadem Eccleſia obſervatus pro aliquorum inſolertia ſubvertatur, quem ibidem, & alibi in noſtra civitate, & diœceſi augeri cupimus pro cultu divino potius, quam reſtringi, dummodo antiquæ facultates ibidem exiſtant D. Ubertum Aquenſem Archidiaconum in dicta præpoſitura inſtituimus in canonicum fratrem conferentes eidem in dicta præpoſitura beneficium, & & præbendam cum omni plenitudine honoris, Can. &c. amoto quolibet illicito detentore &c. Ego Ruſinus Barreta de Aquis Notarius &c.

Aſſignatio temporis ad comparendum coram Archiep. Mediol. in cauſa electionis Oglerii in Epiſcopum Aquenſem.

MCCLXXXIII. 242

Anno Domini MCCLXXXIII., indictione XI., die Veneris XVIII. martii (1) comparentibus coram Domino Archiepiſcopo, D. Oglerio electo in Epiſcopum Eccleſiæ Aquenſis ex una parte, & D. Uberto Archidiacono de Aquis pro ſe, & D. Ruzzia Abbate monaſterii S. Petri de Aquis, & aliis canonicis ejuſdem Eccleſiæ Aquenſis, quorum procurator eſt, idem Dominus Archiepiſcopus aſſignat eis terminum diem lunæ poſt octavam Paſchæ Reſurrectionis Dominicæ proximæ venturæ cauſa, & negotio manente in eo ſtatu, quo nunc eſt, quo termino ambæ partes compareant coram eo ad procedendum in cauſa, & negotia prædicta. Ego Antegradus Crottus &c.

(1) *Erat dies Jovis; at facilis fuit notarii lapſus pro die ſequenti.*

Sententia D. Thomæ Marc. Malaſpinæ circa jus paſcendi inter commune Murbelli, & Caſinellarum.

MCCLXXXIV. 243

Anno Dominicæ Nativitatis MCCLXXXIV., indictione XII., (1) die Martis IX. aprilis in Eccleſia de Cormorino D. Thomas marchio Malaſpina arbiter . . . electus a Frondiolio de Murbello ſindico . . . D. C. . . . ut in charta . . . Bonifacii de Zabreria Not. MCCLXXXIII. . . . & Albertaccio Sola de Caſſinellis ſindico dicti loci . . . ſententiavit . . . quod homines de Murbello . . . & de Caſſinellis ab hodie in antea debeant communiter paſcare cum eorum beſtiis . . . Item . . . ſententiariis . . . . quod ſicut vadit via Caralis de Valle longa uſque ad petram ſquilliantem, & ad foſſatum de Rodemocho, & ſicut vadit dictum foſſatum uſque ad viam de Taliolis, & ſicut vadit via de Taliolis per coſtam uſque ad Beltreſcam, & ſicut vadit via de Caralis per Beltreſca per via Caralis de Salto uſque ad flumen Urbarum deverſus Urtietum, & deverſus illos de Mollariis ſit, & eſſe debeat de cetero in bandita illorum de Caſſinellis, ad quam homines de Caſſinellis non poſſint, nec debeant adire, niſi ad voluntatem D. Thomæ prædicti . . . in banno . . . XX. Terdonen. quorum X. ſint dicti domini, & alii X. illorum de Caſſinellis, & a dictis confinibus ultra . . . poſſint . . . licite boſcare ad eorum voluntatem; ita quod aliquis . . . non debeat ducere aliquem extraneum . . . qui contra fecerit ſit in bannos XX. . . . . præter quam in caſtagnetis, & arboribus allevatis domeſticis . . . . Teſtes rogati interfuerunt Thomas de Serra, Paulus de Uvada, Fredericus Zabreria, Conradinus de Piſauri &c. (2)

(1) *Currebat indictio VII.*

(2) *Prædicta ſententia confirmata, & declarata fuit per ſequiorem hanc anni MCCCXLII. (a), indictione XIV. intrante julio in caſtro Carmorini ante præſentiam D. Iſnardi M. Maleſpinæ, Odonus de Be-*

chis de Murbello ſindicus . . . ut per chartam .... Thomæ Zabreriæ Not. MCCCXV., indictione XIII., die IX. ſeptembris . . . & Manfredus Baxardus de Caſſinellis ſindicus . . . . ut per chartam . . . Petri Presbiteri Not. MCCCXIV., indictione XII., die II. madii, communi conſenſu declarant prohibitionem præcedentis ſententiæ vigere a S. Maria martii ad S. Mariam auguſti. Addunt autem intelligi in bandita hominum de Murbello ſupra ſtratam Coraxi, ſicut extenditur foſſatum Porraciæ, & a foſſato Porraciæ, ſicut vadit foſſatum Canelletæ, & ſicut vadit pratum illorum de Salvago uſque ad Grippam, & a gripa uſque in coſtam de Gorretis, & a coſta Gorretæ, ſicut vadit boſcum Johannis Borei uſque in monte, & a monte, ſicut vadit coſta Preſtuphi uſque ad podium Bardoni, & ſicut vadit confines illorum de Murbello, & Ponzono uſque in foſſato Mandriæ, & a foſſato Mandriæ uſque in ſtrata Cauterii, & ſicut vadit dicta ſtrata in la Viglante ſolvat pro banno illi de Caſſinellis ſol. XX. Terdon. & illi de Murbello ſolvat unum caſtronum ..... (quorum bannorum medietas ſit D. Iſnardi, & medietas communi de Murbello.) Interfuerunt teſtes vocati, & rogati D. Bonifacius de Zabreria, Magiſter Lautellinus de Uvada, Gulielmus Natta de Murbello, & Gulielmus Perraza de dicto loco. Ego Paganus Caligarius Imp. auct. Not. &c.

(a) *Hoc anno numerabatur indictio X., quare, vel indictio, vel annus mendoſus eſt. Puto ego potius annum emendandum, ac MCCCXVI. reponendum. Probabile enim haud eſt procurationem ſindacis a Murbelli, & Caſſinellarum oppidanis factam tot annis ante, quot interfuerunt inter MCCCXV., & MCCCXLII.*

Teſtamentum Bonifacii marchionis de Carreto.

244 MCCLXXXV.

Anno Domini MCCLXXXV., indictione XIII., die Sab. V. exeunte menſe februarii in caſtro Ponti præſentibus teſtibus ſupraſcriptis. In nomine Dei Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, a quo bona cuncta procedunt, & glorioſæ Virginis Mariæ Matris Domini Noſtri Jeſu Chriſti. Amen. Quoniam ego Bonifacius marchio de Carreto timeo, ut in extremis morte, vel gravi corporis infirmitate ſubito præocupatus non poſſim facere mea ordinamenta, idcirco ſanus mente, & corpore cupiens omnia mea bona diſponere, tale facio teſtamentum. Inprimis ſtatuo, volo, & ordino, quod omnia male ablata, & injuſte per me acquiſita, ſi quæ reperirentur, reddantur, & reſtituantur de bonis meis. Item ſtatuo ..... quod omnia debita .... ſolvantur creditoribus de bonis meis videlicet Eccleſiæ S. Alexandri de Ceſſolis libras C. Aſtenſ. Item recepi in depoſito a præpoſito Behlienſ. (*Bublienſ.*) .... quandam pecuniæ ſummam de denariis decimæ deputatæ in ſubſidium terræ Sanctæ, de qua pecunia debeo ſolummodo ſolvere collectoribus dictæ decimæ libras CV., & ſolidos VI. Aſtenſes, & reſiduum totum ipſius depoſiti tenetur ſolvere Valliérminus frater meus, ſicut apparet per quoddam inſtrumentum factum de pactis, & conventionibus habitis . . . & factis inter me, & ipſum Valliérminum in diviſionibus, quas fecimus poſtea de bonis noſtris. Item D. Percivallio de Lavania cognato meo libras CL. Pſenis ipſorum, quas mihi exiſtenti Romæ mutuavit. Item habui ab ipſo D. Percivallio tantum pannum pro veſtimentis familiæ meæ, qui valere poterat circa libras C. ejuſdem monetæ. Item debeo dare Nicoloſio, & Franceſchino de Grimaldis libras XXXV. Januenſ. Item Aloyſiæ de Canellis domicellæ Caracoſſæ uxoris meæ libras LX. Aſtenſ. Item Manelluzio de Romania familiari meo perparos .... XVI. de auro. Item .... monacho Fructuarienſi lib. X. Aſtenſ. Item Anſelmo Blanco de Rocha lib. X. Aſtenſ. Item Gullielmo de Eccleſia de Ulmo lib. III. Aſtenſ. Item quædam mulier de Inſcia mutuavit cuidam familiari meo unum auguſtale de auro, quod expendit in meo ſervitio. Etſi reperirentur aliqua alia debita mea alicui reſtitui debere, volo, & ordino, quod reddantur, & ſolvantur de bonis meis. Item habeo quaſdam alias quæſtiones de pecuniis, & quibuſdam aliis bonis, & rebus in dubio cum perſonis infraſcriptis de quibus utrum tenear ad reſtitutionem ipſarum, aut non, ſum incertus. Et quoniam dictas quæſtiones habeo in dubio, non expreſſe ordinavi eas reſtitui, & ſolvi debere, verumtamen quia nimis magna ſcriptura, & verborum prolixitas eſſet ipſas oppoſitiones ſeriatim, ac totum factum, & proceſſum ipſarum quæſtionum modo, & forma, ſicut eas habeo in præſenti teſtamento ſcribi, & recitari juſſi, & volui, ſicut ſunt .... & ſicut habetur .... de ipſis, ac totum factum, & proceſſum ipſarum quæſtionum modo, & forma, ſicut eas habeo per ordinem ſcribi, & declarari in quodam alio publico inſtrumento inde facto a Geminiano Notario infraſcripto hoc eodem anno, & indictione, die Sabbati V. exeunte menſe febr. in caſtro Ponti ad hoc, ut de ipſis quæſtionibus ſemper rei veritas inveniatur, & appareat evidenter, jubens, ut ſuper his ab honeſtis, & ſapientibus viris ſalubre conſilium habeatur, & ſi quid repertum fuerit, & conſultum a me reſtitui debere de bonis meis reſtituatur, ac plenius perſolvatur cui, vel quibus reſtituendum fuerit, & ſolvendum iſti ſunt illi, cum quibus habeo quæſtiones in dubio, primo Rainerius de Monmoreto civis Aſtenſis, Martinus Beliziis de Rocca, heredes quondam D. Viniacis de Ponto, heredes quondam D. Blanchæ de Sexamo, Rolandus de Pontremulo, Magiſter Johannes de Cumis, Brozardus de Zezimis, & Prior S. Mariæ de Plano. Item lego, indico, ac dimitto pro anima mea, & remiſſione peccatorum meorum & ut Deus miſereatur, & parcat animæ meæ, ac etiam dignetur in æternis habitaculis collocare, ac etiam pro monumento pro me conſtruendo, & ædificando lib. CC. Aſtenſ. videlicet Eccleſiæ S. Mariæ de Ponto, ad quam eligo, & ordino ſepulturam meam lib. XXV. Aſtenſ. pro miſſis, & orationibus ad Deum celebrandis, quas libras XXV. volo, & ordino dari, & poni in utilitatem durabilem Eccleſiæ ſupradictæ, ſeu in aliquibus poſſeſſionibus, vel aliis bonis immobilibus, quæ ſemper ad utilitatem ipſius Eccleſiæ permaneant, atque ſpectent. Item

lib. XXV. Aſtenſ. pro meò monumento conſtruendo, & ædificando, quod apud ipſam Eccleſiam juxta portam majorem ipſius Eccleſiæ ad manum dexteram, ſicut ingreditur in ipſam portam volo, & ordino fieri pulchrius, quam poterit de prædictis libris XXV. Si vero contigerit me alibi, quam in Ponto voluntate divina ab hoc ſæculo tranſmigrare volo, & ordino, ut corpus meum, vel oſſa mea apportentur Pontum, & ad prædictam Eccleſiam ſepeliantur, dummodo non reperiretur me alibi elegiſſe ſepulturam meam: reliquas vero libras CL. Aſtenſes volo, & ordino dari, & diſtribui inter pauperes, & pia loca ſecundum quod placuerit, & melius videbitur Ven. viro D. Percivallo de Lavania . . . . cariſſimo cognato meo, & uxori meæ Caracoſſæ . . . . . ſororis prædicti D. Percevalli. Item volo, quod Simoneta filia mea habeat de bonis meis lib. D. Januenſes pro ipſa maritanda, & uſque in prædictas libr. D. eam in heredem inſtituo in bonis meis jubens eam eſſe tacitam, & contentam, & nihil ultra petere poſſit. Item ſtatuo, quod Alaxina filia mea ſimiliter habeat de bonis meis libr. D. Januenſes pro ea maritanda. Inſuper inſtituo, & dimitto Gullielmum Danielem, Ottobonum, & Percivallium filios meos æqualiter in heredes, in omnibus aliis bonis mobilibus, & immobilibus, & juribus meis, & eos dimitto, & volo eſſe in cuſtodia, ac protectione, ac ſub Dominio prædicti D. Percivalli eorum avunculi, & prædictæ Caracoſſæ matris ipſorum, quos ſcilicet D. Percivallum, & prædictam Caracoſſam do, conſtituo, & dimitto tutores, & curatores ſupradictorum filiorum meorum quemlibet eorum in ſolidum ſcilicet tutores minorum, & curatores majorum XIV. an., ſed cum D. Percivallus non poſſet commode ſuper negotiis ipſorum gerendis ſemper præſentialiter intereſſe, volo, & ordino, quod præſ. Caracoſſa ſit domina, & cuſtos, ſalvatrix, & gubernatrix prædictorum filiorum meorum, & totius domus meæ, ſalva ſemper voluntate, conſilio, & mandato ipſius D. Percivalli, & hæc habeat de bonis meis honorifice victum, & veſtitum in vita ſua, donec cum ipſis filiis meis ſibi placuerit permanere. Si forte contingerit aliquo tempore prædictam Caracoſſam nollet permanere cum prædictis filiis meis, ſed ab eis vellet ſeparari, volo, & ordino, quod ipſa haberet de bonis meis ultra dotes ſuas lib. CC. Aſtenſes. Cum autem videam, & agnoſcam prædictos filios meos Wilielmum Danielem, Ottobonum, & Percevallium ex hereditate paterna poſt meum deceſſum non poſſe vivere, & ſtare honorifice, ut deceret, ac per opem, & conſilium dicti D. Percevalli eorum avunculi, & aliorum amicorum ſuorum fieri poſſet, & tentari, quod prædicti Ottobonus, & Percevallinus poſſent acquirere, & obtinere aliqua beneficia Eccleſiaſtica, unde dimiſſa paterna hereditate Gullielmo Danieli prædicto, viverent, & ſtarent honorifice, ac decenter, in plurimum complaceret, dum tamen hoc fieret prædictorum Ottoboni, & Percevallini ſpontanea voluntate. Item ſtatuo, & ordino, quod prædicti filii, & heredes mei debeant, & teneantur habere Leonem filium meum, & alios filios meos naturales, ſcilicet Conradum, & Oddonum caros . . . & benivolos. Ac eis bene facere, & dicere dummodo ipſi voluerint ſtare ad eorum ſervitium, & mandatum, & . . . eorum.... permanere, & maxime Leone partibus . . . . duabus, item devote teneantur habere Manuelluxium, & . . . Aloyſiam caros, & benivolos, eiſque benefacere, ac dicere, ac eos gubernare, & ſalvare in domo mea dando eis, & cuilibet . . . . dum vixerint, victum, & veſtitum convenienter de bonis meis, dum tamen voluerint ſtare ad eorum ſervitium, & mandatum. Item debeant, & teneantur habere caros, & benivolos omnes maſuengos, & familiares meos, ac eis benefacere, & dicere dummodo voluerint ſtare ad eorum ſervitium, & mandatum. Item ſtatuo, & volo, quod prædicti filii mei, & heredes . . . teneantur, & debeant ſolvere omnia legata, & debita mea prædicta, & omnia male ablata, & injuſte per me acquiſita, ſi qua reperirentur me habuiſſe, reſtituere debeant de bonis . . . ac præſens teſtamentum, & omnia ſtatuta, & ordinamenta, & legata, quæ in iſto præſenti teſtamento continentur attendere . . . . . Item habeo quaſdam alias quæſtiones, ſed non in dubio cum Friderico Simplici de Rocchetta, & Henrico fratre ſuo, atque cum Jacobino filio quondam comitis Bartolomei fratris prædictorum Friderici, & Henrici occaſione caſtri, & loci Bublii, ſeu illius partis dicti caſtri, quæ fuit quondam D. Oddi marchionis de Carretto avi mei, ac etiam occaſione quorumdam aliorum bonorum, & rerum, quæ, & quas emi, & acquiſivi in dicto loco, quas quæſtiones omnes, ſicut ſunt, & habetur de ipſis, ac totum factum, & proceſſum ipſarum quæſtionum in modo, & forma, quo, & qua habeo juſſi, & volui ſcribi, & per ordinem declaravi in alio publico inſtrumento inde facto a Geminiano Notario infraſcripto hoc eodem an., & ind., die Sab. XXIII. febr. in caſtro Ponti ad hoc, ut de ipſis quæſtionibus inveniatur ſemper rei veritas, & appareat evidenter, & ut etiam poſt meum deceſſum filiis meis ſint notoria ſicut mihi, nec per ignorantiam prædictorum Friderico, Henrico, ac Jacobino in his prætermitterent jura ſua, dummodo prædicta bona non recuperaſſem in vita mea, quæ quidem recuperare ſpero divina largiente gratia, & ad quæ recuperanda totum meum propoſitum eſt inter cetera facere meum poſſe. Item volo, quod omnia alia teſtamenta, codicilli, & legata, quæ, & quos ante præſens teſtamentum feciſſe, ſeu per me reperirentur fore facta ab hodie hinc retro ſint, caſſa, vana, & ſic prænominatus D. Bonifacius de Carretto præcepit mihi Geminiano Notario infraſcripto, ut de prædictis omnibus ſingulis publicum facerem inſtrumentum. Actum eſt hoc in caſtro Ponti. Interfuerunt teſtes ad hoc vocati, & rogati Maſcarus Notarius, & Jacobus Goslinus Notarius de Beſtagno, Jacobus Corbellarius de Lovazolio, Manuel de Romania familiaris ipſius D. Marchionis, Jacobinus Sirmondus de Canellis, Bonencarteus de Laxolo, qui moratur in Ponto, & Guidotus de Venetiis, qui ſimiliter moratur in Ponto. Ego Geminianus de Regio S. Palatii Notarius &c.

Depositiones circa possessiones, quæ in oppido Meladii tenentur ad decimam Ecclesiæ S. Mariæ Aquensi.

245 MCCLXXX . . .

Anno Dominicæ Nativitatis MCCLXXX . . . indictione XI., die Dominico VI. mensis julii (1) in castello Meladii, in præsentia infrascriptorum testium Rofredus de Feleis confitetur se tenere jugera circa . . . . terræ seminatæ de Ecclesia Aquensi, & Jacobus in territorio Meladii in loco ubi dicitur Predosis, & eidem Ecclesiæ reddit quintum, & decimam, coheret & Bonus Joannes, & Otto Garozo. Bonus Joannes confitetur ibidem terram de ipsa Ecclesia tenere, & reddit similiter quintum, & decimam, cohærent ei Rofredus, Otto Garozo, & Albertus Rug. Otto Garozo confitetur ibidem terram tenere, & reddit Ecclesiæ quintum, & decimam, & ei cohærent Rofredus, fossatum Erri, Reeg. Et Joannes Reeg confitetur se tenere tantumdem terræ de Ecclesia Aquensi, & ei reddit quintum, & decimam, cohærent ei Joannes Bozerd, Fidixius Gazar. Matelda uxor Nerverii confitetur filios suos tenere de terra præfatæ Ecclesiæ in præfato territorio, ubi dicitur Curtinum, & ei reddit medietatem, & decimam, cohærent ei Otto Garozo, & Obertus Belengius. Item aliam petiam, ubi dicitur in Canalibus, quæ similiter dat medietatem, & decimam, cohærent ei Alamandus Galla, & Ecclesia, & reddit medietatem, & decimam. Item in eodem territorio ad Felezium ortum, vineam, & sedimen, & reddit quintum, & decimam, cohærent ei filia de Mancasola, Balcima de Canali. Otto Garozo confitetur tenere unam petiam ad Cortinum in eodem territorio, quæ reddit medietatem, & decimam, & ei cohærent filii Nerverii, & via. Item aliam in præfato territorio in Luvaniam, quæ reddit quintum, & decimam, & ei cohærent Rodulfus Montabonus, & Belengarii. Rodulfus Montabonus confitetur tenere unam petiam prædicto territorio ad Felechium, quæ reddit quintum, & decimam, & ei cohærent Luvaudi, & Anselmus. Anselmus Montabonus confitetur ibidem ad Felezium tenere unam petiam, quæ similiter reddit quintum, & decimam, quæ ei cohærent Rodulfus Montabonus, & . . . . . Item aliam in Moliis, cohærent ei Petrus de Vineis, via a duabus partibus; item in Luvania aliam terram, cui cohærent Arnaldus Falinzana, & via. Item aliam ad sanctum Damianum, & ei cohæret Episcopus via, & Buzerdi, & ex omnibus reddit præfatæ Ecclesiæ quintum, & decimam. Rodulfus Montabonus confitetur tenere aliam petiam præfato territorio in Luvaniam, & ei cohæret Anselmus Montabonus, & viæ; item aliam petiam ibidem inter duas vias, & ei cohæret Otto Columbus, & Belengerii, & ex omnibus reddit quintum, & decimam, & fictum annuatim pro omnibus novem denarios. Martinus Belengerius confitetur tenere duas petias præfato territorio in Luvania cohæret utriusque via, & utriusque Rubaudus, Belengerius, & dant quintum, & decimam. Praoc confitetur unam petiam tenere in Lunguriis, & reddit quintum, & decimam cohærent ei Buzerdi. Interfuerunt testes Ardezonus, Archipresbiter de Melaz, Arnaldus Falinzana, & Albergantus. Eodem die apud Felez Albertinus Cors confitetur tenere ad Felex clofam suam, & fratris, quæ Ecclesiæ Aquensi redit quintum, & decimam, & ei cohærent filii Ogerii de Bublio, Albertus Luvandus, & via præsentibus testibus Presb. Anselmo, Manfredo Taiafero, & Rubaudo de Cavatorio. Ibidem Balzima filia quondam Mancasole, quod ipsa, & soror tenent terram, & curiam ad nucem de Bravis, & ei cohærent ipsæ sorores, Otto Garoz; item aliam ad Telez, & ei cohærent filii Nerverii, Tidixius Dumini, Balcema de Canali, Obertus Belengerius; item aliam in Luvaniam cohærent Belengerii, & Montaboni, & una ex prædictis omnibus reddunt quintum, & decimam. Item unam petiam ad Curtinum, cui cohæret Casutana, Jacobus Benn., & Henricus Buzerdi; item unam petiam in Predosis, & ei cohærent Budus Docti, & via, reddunt medietatem, & decimam. Interfunt testes Rubaudus de Cavatorio, & Arnaldus Falinzana. In costa Fiura eodem die præsentibus Odezono Archipresbitero, & Arnaldo Falinzana Rubaldus Belengerius confitetur tenere unam petiam in Luvaniam, cohærent Martinus Belengerius, Albertus Luvaudus; item aliam in Moliis cohæret ei Otto Garoz, Rodulfus Montabonus, filius Reeg, & via, & reddunt quintum, & decimam. Ibidem Alamandus Galla confitetur tenere unam petiam ad Nuxetam, quæ redit medietatem, & decimam, & ei cohærent Vilielmus, filii Nerverii Corvexii, & Rofredus præsentibus Amaldo Falinzana, & Simone quondam Giuze. Tidimini confitetur, quod tenet unam petiam terræ in Predosis, quæ reddit medietatem, & decimam, & ei cohærent Rabayl, & Anselmus Guerz. Eodem die in Castello Ubertus de sancto Damiano confitetur tenere unam petiam in Canalibus, quæ reddit quintum, & decimam, & ei cohæret Vilielmus Blancus, Gulielmus de Casutana, Presbiter Tidixius. Interfunt testes Arnaldus Falinzana, & Sicardus Doctus. Eodem die apud plebem de Melaz, Guido Ricard confitetur tenere unam petiam ad sanctum Damianum, quæ reddit quintum, & decimam, & ei cohæret Gulielmus Blancus, Petrus Guerz, & via Montaboni. Item aliam in Lunguriis, quæ reddit medietatem, & decimam, & ei cohærent Rabayl, Otto Mannar, & Belengarii. Interfunt testes Albergantus, & Bernardus de Montebarucio. Die Dominico X. mensis augusti (2) Anselmus Guerz confitetur tenere unam petiam . . . . . quæ reddit medietatem, & decimam, & ei cohærent Tidixius Domini, Otto Mannar. Rabayl confitetur tenere unam petiam ad Foucam, quæ dat quintum, & decimam, & ei cohæret Otto Rava Buzerdi; item aliam in Predosis, & ei cohæret filia Mancasole, Tidixius Domini; item aliam, & ei cohæret Casutana, Jacobus Bejanani Buzerdi, reddunt medietatem, & decimam. Item aliam petiam ad Felechium, ei cohæret Rubaudus de Cavatorio, filii Nerverii, & dat decimam. Petrus de Costa confitetur tenere unam petiam ad Nuces

Binellas

Binellas, cohærent Belengarii filii Gulielmi, & dat medietatem, & decimam; ibidem aliam, cohæret Alamandus Galla, filii Ogerii de Bublio, & reddunt quintum, & decimam. Interfuerunt teſtes Michael Sac, Otto Garoz, Petrus de Melaz. Ego Marro Notarius Palatinus, rogatus interfui, & inde hanc cartam tradidi, & ſcripſi, atque complevi. Ego Ubertus Galea Notarius Palatinus mandato D. Alberti Aquenſis Epiſcopi hanc cartam factam a prædicto Marro, ſicut eam inveni in authentico, ita & in iſto ſcripſi exemplo. Ego Bonfilius Not. Pal. &c.

(1) *Dies Dominica concurrit cum die VI. julii an. MCCLXXXI., & MCCLXXXVII. ſed indict. in illo erat IX., in iſto XV.*

(2) *Hæ notæ indicant annum MCCLXXXI., vel MCCLXXXVII., quo confirmantur ſuperius annotata.*

Confirmatio Clericatus Eccleſiæ S. Nazarii de Predaſco facta ab Othone electo Ep. Aquenſ.

246 MCCLXXXVII.

Anno Domini MCCLXXXVII., indictione XV., die Lunæ XVIII. auguſti Aquis in platea majoris Aquenſis Eccleſiæ præſentibus Jacobo Goſberti, Rainerio Bellexio . . . de Cavatorio teſtibus rogatis. D. Presbiter Lanfranchus Eccleſiæ S. Nazarii de Predaſco ex ſua propria voluntate recepit Bellexium filium Paganini filii quondam fratris Muſſi de Secundo in clericum, & in fratrem Eccleſiæ ſupradictæ oſculo pacis interveniente coram D. Othone Electo Aquenſi promittendo dictus D. Lanfranchus Presbiter eidem Belleſcio Clerico ſuo dare, reddere, & ſolvere libras XX. Aſtenſes annuatim in feſto Beatæ Mariæ Virginis medio auguſti de reditibus, & proventibus Eccleſiæ ſupradictæ pro ſua præbenda, & beneficio, & pro victu, & veſtitu dicti Bellexii. Qui Dominus Electus omnia ſupradicta confirmavit, & ſuam auctoritatem interpoſuit, & inde hanc cartam fieri præceperunt. Et ego Guiſcardus Notarius Palatinus hanc cartam ſcripſi, tranſcripſi &c.

Citatio Oglerii Electi Aquenſis Mediolanum occaſione novæ electionis Gulielmi Dardanelli in Epiſc. Aquenſ.

247 MCCLXXXVIII.

Anno Domini MCCLXXXVIII., indictione I., die Martis XXIV. auguſti in Eccleſia plebis S. Bartholomæi de Meladio præſent. &c. D. Oddonus canonicus, & . . . . . majoris Aquenſis Eccleſiæ repreſentavit ex parte R. P. D. O. Sacræ Mediolanenſis Eccleſiæ Archiepiſcopi D. Oglerio, qui ſe gerit pro Electo Aquenſis Eccleſiæ litteras, quarum tenor talis eſt: Otho Dei, & Apoſtolicæ ſedis gratia Sacræ Mediolanenſis Eccleſiæ Archiepiſcopus Venerabili in Chriſto fratri D. Oglerio Dei gratia Aquenſi Electo ſalutem, & ſinceram in Deo charitatem. Cum ex parte fratris Gullielmi Dardanelli Monaci monaſterii S. Petri de Aquis coram nobis præſentatum fuerit quoddam decretum electionis factæ de ipſo in Epiſcopum, & Paſtorem Aquenſis Eccleſiæ, quam vacare, & eas vos fore privatum aſſerit, ipſius electionis, ſeu poſtulationis confirmationem, ſeu approbationem a nobis cum inſtantia poſtulando, nos volentes in ipſo negotio juris tramitem obſervare vos requirimus, & citamus, quatenus ad medium menſis octobris proxime venientis coram nobis, ſeu Vicariis noſtris, aut ipſorum altero ſufficienter comparere ſtudeatis jura, ſi quæ vobis in Aquenſi Eccleſia competunt, defenſuri, quem terminum vobis pro primo, ſecundo, & tertio peremtorio propter viarum diſtantiam ad prædicta facienda duximus aſſignandum, & ſi dies termini in diem inciderit feriatam, ſequens dies non feriata ſuppleat; ſi vero comparere neglexeritis de jure procedemus vobis ulterius non citatis. Dat. Mediolani die XXI. auguſti anno Domini MCCLXXXVIII., indictione I. Ego Willelmus Beſſuricus Notarius &c.

Indulgentiæ Nicolai PP. IV. pro Eccl. maio. Alex. Diœc. Aquenſ.

MCCLXXXIX. 248

Nicolaus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei univerſis Chriſti fidelibus præſentes litteras inſpecturis ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Licet is de cuius munere venit &c. . . . . cupientes igitur, ut Eccleſia S. Petri Apoſtoli de Alexandria Aquenſis diœceſis congruis honoribus frequentetur . . . . unum annum, & quadraginta dies de injuncta eis pœnitentia miſericorditer relaxamus. Datum Romæ apud S. Mariam majorem V. id. decembris Pontificatus noſtri anno ſecundo.

Indulgentiæ multorum Epiſcoporum pro Eccl. majori Alex. diœc. Aquenſ.

MCCLXXXIX. 249

Univerſis Chriſti fidelibus præſentes litteras inſpecturis Philippus miſeratione divina Salernitanus Joannes Mol. Theoctiſtus Adrianopolen., Joannes Nicoſienſis, frater Laurentius Coſanen., Stephanus Bituricenſis, Matheus Cretenſis, Rodoricus Trecenſis, & frater Uhilmanus Bracharenſis Archiepiſcopi, Aimericus Collimbrienſis, & Bartholomeus Gajetanus, Gonterus Ambrianenſis, Conradus Tulenſis, Joannes Eſinus, Joannes Lamicenſis, Petrus Salmantinus, Orlandus Narnienſis, Maurus Amerienſis, & Enricus Tridentinus Epiſcopi ſalutem in Domino ſempiternam. Licet is de cujus munere venit &c. . . . Cupientes igitur, ut Eccleſia S. Petri Apoſtoli in Alexandria Aquenſis diœceſis congruis honoribus frequentetur omnibus vere pœnitentibus, qui . . . . . acceſſerint, vel manus porrexerint adjuctrices, aut in extremis laborantes, quidquam facultatum ſuarum legaverint ad fabricam Eccleſiæ memoratæ, nos de omnipotentis Dei miſericordia, & beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi, dummodo has noſtras indulgentias loci dioceſanus ratas habere, ſeu confirmare decreverit, ſinguli ſingulas quadraginta dierum indulgentias de injunctis ejus pœnitentiis in Domino relaxamus pro cujus . . . . . Datum Romæ anno Domini

MCCLXXXIX., VI. idus martii Pontificatus D. Nicolai Papæ IV. anno II., indictione II.

Indulgentiæ Othonis Archiep. Mediolan. pro Ecclesia majori Alexandriæ.

M C C X C I I. 250

Otho Dei, & Apostolicæ Sedis gratia sanctæ Mediolanensis Ecclesiæ Archiepiscopus discretis viris . . . . Archidiacono Præposito, & capitulo Ecclesiæ, & S. Petri de Alexandria salutem in Domino. Licet is de cujus munere venit &c., cupientes igitur consumationi Ecclesiæ vestræ prædictæ nostrum benevole suffragium impertiri omnibus vere pœnitentibus, & confessis, qui ad ipsius Ecclesiæ fabricam de suis bonis contribuerint, seu manum porrexerint adjuctricem, quadraginta dies de injuncta sibi pœnitentia, confisi de misericordia Jesu Christi, & B. Ambrosii confessoris Patroni nostri meritis indulgemus. In cujus &c. Dat. Mediolani die X. januarii, anno Domini MCCXCII., indictione V.

Fœdus inter commune Rocchæ vallis Urbarum, & Alexandriæ.

M C C X C I I. 251

Anno Domini MCCXCII., indictione V., X. julii in palatio novo Alexandriæ. Hæc sunt pacta, & conventus facta inter D. Mainerium . . . potestatem Alexandriæ, ... & Bogerium Bugerium, & Petrum Pugnam de Dominis de Rocca, & Bossium Casalem, & Ottonem Caudam habitatores ipsius terræ Rocchæ eorum propriis nominibus, & nomine, & vice aliorum Dominorum communis, & universitatis hominum Rocchæ. In primis constituunt se homines Rocchæ cives Alexandriæ, & sub jurisdictione potestatis, & communis Alexandriæ, &c. II. Facere pacem, & guerram &c. III. Recipere potestatem de Alexandria ad brevia uno tempore pro communi, & alio de populo, dando ei pro salario libellas XXV. Derthonenses &c. IV. Debent dare dicti Domini, commune &c., communi Alexandriæ libellas XXV. Astenses pro custodia. V. Versavice potestas Alexandriæ, & commune debeat dictos Dominos, & homines . . . defendere sub pactis infrascriptis. VI. Dicti Domini debeant facere, & tenere molendinum, pedagium, & furnum in villa. VII. Quod de suis blavis, & victualibus faciant homines Rocchæ ad suam voluntatem, dum ea non ducant ad inimicos Alexandriæ. VIII. Quod liceat hominibus Rocchæ, qui sunt . . . aratores in Alexandria . . ducere . . . . suas brazatas ad locum Rocchæ sine contradictione. IX. Quod . . . liceat dictis hominibus Rocchæ cum voluntate potestatis ducere . . . blavam, & victualia de Alexandria, & districtu ad locum Rocchæ, nec alio. X. Quod potestas Rocchæ teneatur facere æqualiter regimen dictæ terræ secundum ordinamentum, & statuta per homines, & commune facta, vel facienda. XI. Quod homines Rocchæ non teneantur solvere pedagia in Alexandria, vel circa. XII. Nec aliquid onus sustinere præter illud, quod sustinent cives Alexandriæ &c.

Venditio curadiæ, & pedagii, & medietatem beccariæ civitatis Aquarum facta ab Oglerio Aq. electo.

M C C X C I I I. 252

Anno Domini MCCXCIII., indictione VI., die Jovis ultimo aprilis in civitate Aquensi, & in camera Othonis Boni Aquensis canonici, præsentibus D. Sturiono de Bellexiis, D. Oberto Marescarco, & D. Oberto Cutica testibus rogatis. D. Oglerius Aquensis Electus dedit, tribuit, & concessit Jacobo filio D. Ricardi de Serdo quamdam curadiam, & pedagium, quam, & quod dictus Dominus Electus habet in civitate Aquis, & omnes fructus, godias, reditus, & proventus dicti pedagii, curadiæ, & medietatem beccariæ, quas, & quos dictus Jacobus habere, & percipere poterit usque ad septem annos proximos, retinendo dictus Dominus Electus in se aliam medietatem beccariæ, & reditus, introitus, & godies ipsius, de quibus pedagio, & curadia, & medietate beccariæ dictus Dominus Electus prædictum Jacobum cum una . . . quam in manibus habebat usque ad dictum tempus septem annorum præsentialiter investivit, qui Jacobus juravit, & promisit D. D. Electo fideliter curare &c. Insuper D. Jacobus remisit omnibus hominibus de Tercio, & specialiter Bocardo, & filiis, Bovero, & filiis Alberto Balbo, & mihi Notario infrascripto recipienti, & stipulanti nomine ipsorum omnes injurias, & omnia damna eidem facta a prædictis & eosdem, & quemlibet ipsorum absolvit, & eisdem remisit &c. Ego Franciscus Novellus de Tercio Notarius Rev. in Christo Patris D. Guidonis Dei gratia Aquensis Episcopi, & comitis, jussu dicti Episcopi &c.

Renunciatio Presb. Lanfranchi Ecclesiæ sancti Nazarii de Predasco D. Oglerio Electo Aq.

M C C X C I I I. 253

Anno Domini MCCXCIII., indictione XV. (1), die Veneris V. junii in civitate Aquis, in clausto majoris Ecclesiæ præsentibus D. Arancho Aquensi canonico, D. Presbitero Marescalco Aquensi canonico . . . Francisco de Bellexiis Aquensi canonico testibus vocatis, & rogatis. D. Oglerius Aquensis Electus præcepit mihi Jacobo Botatio Notario infrascripto, ut authenticarem, & in formam publici instrumenti redigerem quamdam scripturam . . . authenticatam in actis Domini Electi ad petitionem D. Presbiteri Andreæ Januensis, tenor cujus talis est. Die Veneris XV. madii D. Presbiter Lanfranchus de Mursasco venit coram Domino . . . . rexignavit, & renunciavit in manibus prædicti Domini Electi administrationem Ecclesiæ S. Nazarii de Predasco, quam cuicumque ipse Dominus Electus volet, det in nomine Domini promittens, quod quidquid per ipsum Dominum Electum factum fuerit . . . . factum, & firmum habebit, atque tenebit, & inde cartam prædictus Electus fieri rogavit. Ego Jacobus Botatius Imperiali auctoritate Notarius,

& nunc prædicti Domini Electi hanc cartam rogatus scripsi.

(1) *Erat tunc indictio VI.*

Confirmatio Presbiteri Andreæ in Rectorem Ecclesiæ S. Nazarii a Domino Oglerio Aquensi Electo facta.

254 MCCXCIII.

Anno Domini MCCXCIII., indictione VI., die Veneris VI. intrante junio (1) in civitate Aquis in claustro majoris Aquensis Ecclesiæ præsentibus D. Arancho Aquensi Canonico, D. Oberto Marescalcho Aquensi Canonico, Alexandrino Bellexio Aquensi Canonico, & Leone Morando de Aquis testibus vocatis, & rogatis. Bellexius filius quondam Paganini de Bellexiis de Aquis, & Clericus Ecclesiæ sancti Nazarii de Predasco petiit licentiam a D. Oglerio Aquensi Electo eligendi unum Ministrum in Ecclesia sancti Nazarii de Predasco. Qui Dominus Electus dedit ei licentiam, & concessit eligendi, seu postulandi unum bonum, & sufficientem ministrum . . . . . Bellexius habita licentia, & obtenta eligendo postulavit, & postulando elegit D. Presbiterum Andream Januensem virum providum, & discretum, & eum recepit in osculo pacis ad beneficium . . . . . prædictæ Ecclesiæ. Quam electionem Bollengius, & Percivalius Domini de Predasco præsentaverunt eidem D. Oglerio Electo Aquensi, & petierunt eamdem electionem, seu postulationem ab eodem humiliter . . . . . Electus eorum precibus inclinatus prædictam electionem, seu postulationem utpote canonicam laudavit, recepit, adeoque probavit, & confirmavit, & suam auctoritatem interposuit, & decretum . . . . . Andream cum uno baculo, quem in manibus habebat, investivit tam in spiritualibus, quam in temporalibus prædictæ Ecclesiæ. Qui dictus Dominus Presbiter Andreas prædicto D. Oglerio Electo Aquensi suo nomine, & suæ . . . . . fidelitatem; & prædictus D. Oglerius Aquensis Electus præcepit Bellexio Clerico prædictæ Ecclesiæ, ut ipsum Presbiterum Andream ponat in possessionem corporalem prædictæ Ecclesiæ, & prædictus Dominus Electus præcepit fieri . . . . . Jacobus Botatius Imperiali auctoritate Notarius, & nunc prædicti Domini Electi hanc cartam rogatus scripsi.

(1) *Hic emendanda vel dies mensis, vel hebdomadæ. Primum puto, quia facilius errari potest in numero, quam in verbo; ac proinde reponendum* V. intrante junio.

Induciæ indictæ inter Marchionem Montisferrati commune Alexandriæ, Aquarum, Caxinarum, & Grognardi ad V. annos.

255 MCCXCV.

In nomine Domini nostri Jesu Christi amen. Anno Nativitatis ejusdem MCCXCV., indictione VIII., die lunæ VI. mensis junii in Ecclesia majoris Beatæ Mariæ civitatis Aquarum D. Gullielmus marchio de Carreto procurator illustris viri D. Joannis Marchionis Montisferrati ad hæc specialiter constitutus ut patet per cartam factam per Odonum de Paganino Notarium hoc eodem anno, millesimo, & indictione die Jovis prima mensis junii, vice, & nomine ipsius D. Marchionis Montisferrati terræ suæ, & omnium Vassallorum ipsius D. Marchionis, & hominum ex una parte, & D. Facius de Gen. ..... civis Alexandrinus sindicus, & procurator communis, & universitatis Alexandriæ ad hæc specialiter constitutus, ut patet per cartam factam per D. Mostardum Notarium, hoc eodem anno, & indictione die Dominico V. mensis junii nomine ipsius communis, & universitatis Alexandriæ, & districtus, & jurisdictionis Alexandriæ, & pro communi, & hominibus civitatis Aquensis, jurisdictionis, Episcopatus, & districtus Aquensis, & pro communi, & hominibus Caxinarum, & jurisdictionis, & districtus Caxinarum, & hominibus Grognardi ex altera, pro bono ipsarum partium fecerunt, constituerunt, & firmaverunt bonas, & incorruptibiles treguas inter sese invicem, & inter ipsum D. Marchionem Montisferrati, terram, homines, & vassallos suos, & commune, & homines Alexandriæ, jurisdictionis, & districtus, & commune, & homines Aquensis Episcopatus, Aquensis jurisdictionis, & districtus eorumdem, & commune, & homines Caxinarum, jurisdictionis, & districtus, & commune, & homines Grognardi, & cum ipsis communibus, & hominibus civitatis Alexandriæ, Aquensis, & Episcopatus, Caxinarum, Grognardi, & districtus, & jurisdictionis eorumdem, & inter ipsum commune, & homines civitatis Alexandriæ, jurisdictionis, & districtus, commune, & homines Caxinarum, & districtus, commune, & homines Grognardi, jurisdictionis, & districtus ejusdem, & prædictum D. Marchionem Montisferrati terram suam, & vassallos, & homines suos, & cum ipso D. Marchione terra, hominibus, & vassallis suis; ita tamen quod non intelligantur positi in hac tregua pro parte D. Marchionis, nec nominati pro ipso aliqui homines, vel vassalli, qui modo stent in civitate Alexandriæ, nec qui sint sub jurisdictione communis Alexandriæ, nec in aliqua terra, vel loco, qui teneatur per commune, & homines Alexandriæ, nec per commune, & homines civitatis Aquensis, vel Episcopatus Aquensis, nec per commune, & homines Caxinarum, vel Grognardi, sed pro parte communis Alexandriæ sint in tregua. Quæ tregua duret usque ad quinque annos proxime futuros, & annum unum de continuando, sub pactis tamen, & conditionibus infrascriptis, quia sic inter ipsas partes expressum convenit.

Primo. Quod quidquid inter commune, & homines civitatis Alexandriæ, jurisdictionis, districtus, Aquensis Episcopatus, jurisdictionis, & districtus, Caxinarum, & districtus, & Grognardum habent, & tenent, illud habeant, & teneant durante dicta tregua, & anno de continuando, ita quod de hoc non moveatur eis quæstio per ipsum D. Marchionem Montisferrati, nec per suos vassallos, & homines, nec fiat per ipsum, nec per suos vassallos, & homines, quominus ipsa communia civitatum Alexandriæ, Aquarum, Caxinarum, & Grognardi, quæ nunc habent, & tenent, habeant, & teneant

durante dicta tregua, & anno de continuando. Et vice versa ipse D. Marchio, & ejus terra, vassalli, & homines, quæ nunc habent, & tenent, quocumque modo habeant, & teneant, etiamsi pertineant ad ipsa communia, & homines civitatis Alexandriæ, jurisdictionis, & districtus, Aquarum, & Episcopatus, jurisdictionis, & districtus, Caxinarum, jurisdictionis, & districtus, vel ad aliquem, vel aliquos ipsorum communium, & hominum, illud habeat, & teneat durante dicta tregua, & anno de continuando; ita quod de hoc eis nulla quæstio moveatur per dicta communia, & homines, nec per aliquos, vel aliquem ipsorum fiet, quominus ipse D. Marchio, & ejus terra, vassalli, & homines, quæ nunc habent, & tenent, habeant, & teneant durante dicta tregua, & anno de continuando.

Item quod ipse D. Marchio durante dicta tregua, & anno de continuando non possit per se, nec per aliquam aliam personam habentem causam ab eo, nec aliquibus obligationibus, vel contractibus quocumque nomine censeantur contra commune civitatis Alexandriæ, nec contra . . . . . partium, quæ hinc retro fuissent in civitate Alexandriæ, nec contra alias personas civitatis, jurisdictionis, & districtus Alexandriæ, seu contra alias personas, vel universitatem aliquam, vel alii pro eo fuissent pro communi Alexandriæ, seu pro aliqua alia singulari persona civitatis Alexandriæ, vel districtus, causa aliqua obligationis, vel cujusdam pacti ipsius D. Marchionis, sive aliunde. Et e converso ipsum commune, & homines Alexandriæ, & universitas non possit uti contra ipsum D. Marchionem aliquibus juribus, contractibus, & obligationibus factis hinc retro durante dicta tregua, & anno de continuando.

Item quod carcerati, qui detinentur per ipsas partes, vel per aliquam ipsarum, sive per aliquem, vel aliquos de ipsis partibus de alia parte, seu de aliqua terra jurisdictionis, & districtus alterius partis quocumque modo, vel causa detineantur, libere, & sine redemptione aliqua a carceribus relaxentur, solvendo guardias condecentes ad arbitrium dictorum D. D. Gullielmi Marchionis de Carreto, & Facii de Gen. . . . . s, si non possent se de ipsis guardiis ipsi carcerati cum custodibus convenire.

Item quod Foreusciti Nitiæ, Montisrocherii, Castriveteris, & Montaboni pro parte civitatis Alexandriæ, & Foreusciti S. Salvatoris pro parte D. Marchionis godire possint, & debeant bona sua, & res suas ubicumque ea habent super finibus, terris, & jurisdictione ipsarum partium, seu alterius ipsarum, & per suos tamen nuncios, ita quod personaliter non accedant, nec vadant ad loca, unde Foreusciti sunt durante dicta tregua, & anno de continuando.

Item quod D. Marchio Montisferrati teneatur suo posse procurare, quod homines Alexandriæ, & districtus absolvantur per Summum Pontificem, & Romanam Ecclesiam ab excommunicatione, & interdicto, in quo sunt. Quam treguam, & omnia, & singula prædicta dictus D. Gullielmus procurator nomine dicti D. Marchionis, & dictus D. Facius Sindicus nomine dicti communis ex hominum civitatis Alexandriæ, jurisdictionis, & districtus promittentes quod dictum commune, & homines Alexandriæ facient, & curabunt, quod prædicta communia Aquarum, Caxinarum, & Grognardi, & jurisdictionis, & districtus eorumdem prædictam treguam, & omnia, & singula in ea contenta attendent, & observabunt inter sese vicissim universaliter, & alter alteri solemni stipulatione omni effectu attendere, & observare promiserunt, & nullo ingenio, modo, vel causa contrafacere, vel venire. Et durante dicta tregua, & anno de continuando una pars alteram, nec aliquis de una parte aliam partem, seu aliquem de alia parte non offendet contra dictam treguam, nec offendi faciet, nec ei damnum dabit in re, vel persona sub pœna decem millium marcharum argenti, quæ pœna solvatur, & exigatur a parte non observante dictam treguam . . . . . parti attendenti, & observanti toties, quoties fieret contra ipsam treguam, vel contra prædicta fieret. Et soluta, vel non soluta ipsa pœna, nihilominus rata, & firma permaneat ipsa tregua, & quidquid superius est præmissum usque ad terminum supradictum. Ita tamen quod una pars non intelligatur alteram offendere, nec facere contra dictam treguam, nec ipsam treguam rumpere, si amicos suos juvaverit, vel ipsis amicis consilium, vel auxilium dederit in eorum amicorum terris, jurisdictionibus, & districtibus, dummodo aliquam terram, quæ per aliam partem nunc teneatur, vel durante dicta tregua, & anno de continuando tenebitur, non offendant, nec invadant; nec intelligatur similiter facere contra treguam, nec treguam rumpere, si aliquæ singulares personæ, vel persona de ipsis partibus aliquem de alia parte offenderet, vel damnum daret, sed restituatur, & emendetur damnum passo infra mensem unum a die damni dati, si tamen de ipso damno, & offensa fuerit manifestum. Et pro prædictis omnibus, & singulis firmiter attendendis, & observandis obligatur una pars alteri promittens, & obligans stipulanti, & recipienti nominibus, quibus supra . . . omnia earum partium bona pignoravit. Item quod una pars aliam, & bona utriusque sub quolibet judice convenire, & . . . . . possit . . . . . subjiciendo se se, & ipsas partes, & quamlibet ipsarum jurisdictioni cujuslibet judicis etiam non sui, renuntiando fori privilegio, & omni alteri juri, quo se tueri posset, & venire contra prædicta, vel aliqua prædictorum, confitentes ipse D. Gullielmus nomine dicti D. Marchionis, & ipse D. Facius nomine dicti communis civitatis Alexandriæ dictam treguam, & omnia ista fore necessaria, & utilia ipsis partibus, & cuilibet ipsarum partium. Et teneatur D. Marchio illos vassallos suos, quos pro parte sua voluerit esse in dicta tregua nomine communis Alexandriæ, *declarare*, & mittere per publicum instrumentum infra tres menses. Et inde plures cartas unius tenoris fieri rogaverunt, & præceperunt præsentibus venerabilibus viris D.D. Ruzia Abbate Monasterii S. Petri de Aquis, fratre Percivalio Pipere Vicario custodiæ Montisferrati, fratre Pagano Lodula, Manfredo Busano capitaneo populi Aquensis, Uguzzono Pellucco, Uberto Archidiacono Aquensi, Sturione

de Belexiis judice, Pagano Baudizono de Beſtagno judice, Manuello Lanzaveg, & . . . . . de Prato teſtibus ad hæc ſpecialiter vocatis, & rogatis.

Ego Boninus Moſcardus Notarius Palatinus prædictis interfui, & rogatus hanc cartam mihi juſſam ſcripſi.

Conceſſio Parochialis Eccleſiæ S. Stephani Alex. facta fratribus Servis B. M. V. ab Archid., & Capit.

256 MCCXXXXV.

In nomine Domini Noſtri Jeſu Chriſti amen. Anno Nativitatis ejuſdem MCCLXXXXV., indictione VIII., die Jovis VII. menſis julii in Eccleſia ſancti Stephani de Borgolio. Cum Parochiani ipſius Eccleſiæ ſancti Stephani majori Eccleſiæ Alexandriæ immediate ſubditæ humiliter poſtularent, & inſtanter peterent, & devote requirerent a D. Archidiacono, & capitulo Eccleſiæ prædictæ Alexandriæ, quatenus intuitu pietatis, & obſervantiam Dei, & Beatæ Mariæ Virginis concedere dignarentur ad habitandum, & ſtandum fratribus Servis Beatæ Mariæ Ordinis ſancti Auguſtini Eccleſiam prædictam ſancti Stephani cum ſediminibus, & ædificiis ipſius Eccleſiæ cum poſſeſſionibus, juribus, & pertinentiis ejuſdem Eccleſiæ, & ad faciendum ibi conventum de fratribus ejuſdem ordinis, & ad ſerviendum eidem Eccleſiæ, & Parochiæ, & viciniæ, & ad faciendum in ipſa Eccleſia omnia ſervitia facta, & negotia, quæ expedierint, & conſueta ſunt fieri per Rectores, & Clericos ejuſdem Eccleſiæ capitulo, & Eccleſiæ Alexandrinæ ſalva diſciplina ſui ordinis. Ecce quod D. Aſcherius Archidiaconus Alexandriæ de voluntate, & conſenſu fratrum ſuorum DD. Rufini Archipresbiteri, Ottonis Præpoſiti, Bertholini de Puteo, Joannis Merlani, Jacobini Guaſchi, Girardi de Puteo, Rufini de Rogeriis, & Oberti Lanzavegiæ, Canonicorum ſanctæ majoris Eccleſiæ, & ipſi Canonici voluntate, & conſenſu dicti D. Archidiaconi, & una cum eo eorum nomine, & nomine, ac vice totius capituli, & Eccleſiæ majoris prædictæ Parochianorum prædictorum precibus, & poſtulationibus inclinati attendentes, & conſiderantes, quod in eadem Eccleſia divinum Officium creſcebat, & augmentabatur prædictam Eccleſiam ſancti Stephani juxta modum, & formam poſtulationis prædictorum Parochianorum ſupraſcriptæ conceſſerunt, & contulerunt fratri Percivallo Priori provinciali fratrum Servorum Beatæ Mariæ ordinis ſancti Auguſtini, & fratri Henrico Teotonico de ipſo ordine recipientibus nomine, ac vice ipſius ordinis ſub infraſcriptis conditionibus: videlicet quod prædicti fratres, ſeu ordo non debeant, nec poſſint alicui perſonæ, collegio, vel univerſitati dare, concedere, tranſmutare, vel alienare, neque ipſam Eccleſiam alteri ordini ſubjicere, nec aliquid de rebus, & bonis immobilibus, ſeu juribus ipſius Eccleſiæ ſancti Stephani ſine licentia, conſenſu, & auctoritate prædictorum Archidiaconi, & capituli Alexandriæ facere; de rebus autem mobilibus faciant ad voluntatem ſuam. Et ſi contrafecerint, vel factum fuerit non valeat, nec teneat ipſo jure exceptis caſibus eiſdem fratribus a jure conceſſis. Item quod conventus, & fratres ipſius ordinis, qui pro temporibus habitabunt, ſeu fuerint apud ipſam Eccleſiam, debeant, teneantur, & velint præſtare, & facere reverentiam, & honorem jure Parochiæ prædictis Archidiacono, & capitulo, & ab ipſo Archidiacono curam animarum ille, qui Prior electus fuerit, in ipſa Eccleſia prædictorum fratrum petere, & recipere pro ſe, & ſucceſſoribus ſuis durante Priore generali dicti Ordinis: quo Priore generali ſublato, & ſublato Priore dicti conventus Prior ſubſequens in ipſo conventu teneatur ipſam curam petere, & recipere, qua cura petita, & obtenta, vel non ipſo facto ipſe Prior poſſit, & ei licitum ſit curam ipſius Parochiæ effectualiter gerere, & exercere. Item quod prædicti Fratres, & Prior, qui pro tempore ibi fuerint, habita animarum cura ab ipſo D. Archidiacono, & capitulo Eccleſiæ prædictæ, qui modo eſt, & pro tempore fuerit in ipſa majori Eccleſia, ſeu ab Epiſcopo ſi ibidem eſſet, teneantur, & debeant jure Parochiæ ſervire ipſi Eccleſiæ continue, & Parochianis ejuſdem, & omnia alia facere tam in vivis, quam in exequiis defunctorum, & in eundo ad ægros, & mortuos, & omnibus aliis, quæ jus, & cura ipſius Eccleſiæ exigit, & requirit. Item quod ipſi fratres ſive tres, vel duo ex ipſis fratribus de ipſo conventu ſingulis annis in perpetuum venire debeant, ſtare, & intereſſe ad majorem Eccleſiam Alexandriæ pro divino officio faciendo in ſolemnitatibus, videlicet in Sabbato ſancto, in Sabbato Pentecoſtes, & in vigiliis ad veſperas, & in feſto ad miſſam, & veſperas ſancti Petri, & non ſe removere, donec officium dictum fuerit abſque licentia Archidiaconi, vel Archipresbiteri. Et ſi contrafactum fuerit, & non venerint, & ſteterint, ut ſup. ſolvant dicti fratres, & conventus eorum, & ſolvere debeant, & dare teneantur dicto capitulo pro qualibet vice, qua non obſervaverint ut ſup., libram unam ceræ. Item quod prædicti fratres, ſeu ordo prædictus, vel aliqua alia perſona pro ipſo ordine, aut pro ipſo conventu fratrum, qui apud ipſam Eccleſiam ſancti Stephani eſſent pro temporibus, & ſtarent, non poſſint, nec debeant, nec eis licitum ſit impetrare aliquod reſcriptum, vel literas, ſeu indulgentiam contra prædicta, vel aliquod prædictorum, & quod non utantur, nec uti poſſint, ſeu debeant aliquo reſcripto, vel literis impetratis, vel impetrandis ab ipſis fratribus, ſeu ordine prædicto, quo, ſeu quibus aliquid prædictorum minui, differri, vel tranſmutari poſſit aliquo modo, vel caſu. Quæ omnia, & ſingula prædicti fratres Percivallus, & Henricus dicti ordinis ſuo nomine, & nomine ſucceſſorum ſuorum, & dicti ordinis voluerunt, & ratificaverunt, & approbaverunt, rata, firma, atque grata habuerunt. Promittendo prædicto D. Archidiacono ſtipulanti, & recipienti ſuo nomine, & ipſius capituli, & Eccleſiæ majoris Alexandriæ perpetuo rata, & firma habere, & tenere, attendere, & obſervare, & adimplere in totum, & cum effectu omnia, & ſingula prædicta in unoquoque capitulo, atque caſu, & ſpecialiter, quod non impetrabunt aliquod reſcriptum, ſive literas, nec utentur impetratis, quo, ſeu quibus veniant, ſeu veniri poſſint contra

prædicta, vel aliquod prædictorum. Et quod sic facient, & curabunt, quod prædicta omnia, & singula confirmabuntur, & approbabuntur, & promittent perpetuo debere attendi, servari, & adimpleri, & in nullo contraveniri per capitulum generale dicti ordinis, seu per illum Priorem, vel quocumque alio nomine censeatur, Generalem ordinis prædicti solemniter, & per publicum instrumentum usque ad novem menses proximos, seu in primo capitulo generali, quod fiet per ipsum ordinem, sive per fratres ipsius ordinis. Et quod ab inde usque ad alios sex menses dabunt, & consignabunt ipsi Archidiacono prædicto, seu capitulo prædictum instrumentum. Et inde prædicti D. Archidiaconus, & Canonici, & dicti fratres Percivallus, & Henricus eorum nominibus, & prædictis hanc chartam, & plures ejusdem tenoris fieri rogaverunt, & voluerunt ut supra. Interfuerunt testes D. Robacuntus Guascus, D. Petrus Archipresbiter plebis de Uviliis, frater Gullielmus de Barcellona, qui moratur ad sanctum Dalmatium de Marencho, D. Presbiter Ubertus Pastronus de Vignali, Joannes Guascus, & Grationus Sichus de Vignali.

Ego Ottobonus Asinarius notarius Sacri Palatii, & scriba capituli Ecclesiæ Alexandriæ prædictis interfui, & hanc cartam rogatus scripsi, & subscripsi, & pro ipsa Ecclesia ecc.

Electio Procuratoris facta a capitulo Aquensi in Odonem, ut adeat Episcopos Saonensem, Albensem, Terdonensem ad impediendam consecrationem Oglerii electi.

257 MCCXCVI.

Anno Domini MCCXCVI., indictione IX., die Veneris VIII. junii in Aquis, & in capitulo majoris Ecclesiæ Aquensis præsentibus Vexino Delisalvi, Gullielmo de Munda de Camorino, & Petro Golse testibus vocatis, & rogatis. Domini Ubertus Aquensis Archidiaconus, Præpositus Fridericus, Archipresbiter Obertus Marescarchus sacrista, Bonellus de Bellengeriis, & Alexander de Bellexiis omnes prædictæ Ecclesiæ Aquensis Canonici, ibi pro capitulo residentes constituerunt eorum nomine ..... D. Odonem de Bellengeriis Cantorem, & Canonicum prædictæ Ecclesiæ sindicum, & procuratorem ..... ad repræsentandum se coram V. V. P. P. Dominis, Domino Episcopo Sagonensi, D. Episcopo Albensi, & Domino Episcopo Terdonensi ..... ad significandum coram eis ..... crimina, & defectus Domini Oglerii, qui se gerit pro Electo Aquensi ad proponendum, & contradicendum, ne dicti Domini Episcopi eidem Domino Oglerio munus consecrationis offerant, vel concedant, & ad appellandum, & jurandum ec.

Et ego Manfredus Caraccia publicus Not. ec.

Alia deputatio duorum Canonicorum, ut eadem de causa adeant ordinarios Ecclesiæ Mediol.

258 MCCXCVI.

Anno Domini MCCXCVI., indictione VIIII, die lunæ XVIII. junii in civitate, & in capitulo majoris Ecclesiæ Aquensis, præsente Domino Sicardorana caput populi civitatis Aquensis, D. Arancho Aquensi Canonico, & Willelmo Multuræ de Aquis omnibus vocatis, & rogatis, D. Ubertus Archidiaconus, Bertolinus Præpositus, Obertus Marescargus Sacrista, & Oddonus Joannes Cantor omnes Aquenses Canonici pro capitulo rexidentes fecerunt, constituerunt, & ordinaverunt communi nomine, & nomine cujuslibet ipsorum, & nomine prædictæ Ecclesiæ, & prædicti capituli D. Fredericum Archipresbiterum, & Bonellum Joannem ambos Aquenses Canonicos, & de prædicto capitulo præsentes, & sponte excipientes, sindicos, actores, & procuratores, & nuncios speciales, & quidquid de juris beneficio melius esse possunt, quemlibet communiter in solidum, ita quod non sit melior condicio occupantis, & quod unus inceperit, alter perficere, & finire possit, ad repræsentandum sese coram Dominis Archipresbiteris, & Dominis Ordinariis Ecclesiæ Mediolanensis, & quolibet ipsorum ad denunciandum, & significandum coram eis, & quolibet ipsorum eorum nomine, & nomine prædicti capituli Aquensis crimina, & defectus D. Oglerii, qui se gerit pro Electo Aquensi, & ad supplicandum prædictis Dominis Archipresbiteris, & Ordinariis, ut commissionem factam ad postulationem dicti D. Oglerii Domino Episcopo Sagonensi, Domino Episcopo Albensi, & Domino Episcopo Derthonensi, ut ipsi D. Oglerio munus consecrationis impendant, revocare dignentur ad impetrandum, & contradicendum, opponendum, defendendum, jurandum, & ad appellandum, & generatim ad omnia, & singula facienda, quæ in prædictis, & circa prædicta, & quolibet prædictorum fuerint opportuna, & quod ipsimet omnes, & singuli facere possent, si præsentes essent, dantes, & concedentes prædictis sindicis, & procuratoribus, & cuilibet ipsorum plenam, & liberam potestatem, & mandatum ad prædicta omnia, & singula facienda, quæ circa prædicta, & in prædictis fuerint, & occurrerint facienda, promittentes mihi jam dicto Notario inscripto recipienti, & solemniter stipulanti, nomine etiam eorum cujuslibet prout cujus interest, vel interesse possit, se se rata, & firma perpetuo habituros quæcumque prædicti sindici, & procuratores, vel alter ipsorum in prædictis, & circa prædicta a quolibet prædictorum duxerint adimplere sub obligatione omnium bonorum dicti capituli, quæ bona pro prædictis attendendis, & observandis mihi jam dicto Notario stipulanti, & recipienti nomine, quo supra pignori obligant, & in unum instrumentum, & plura fieri præceperunt.

Et ego Ant. Caraccia public. Not. Palatinus interfui, & rogatus hanc cartam tradidi, & rescripsi.

Sententia arbitrorum circa unionem Eccl. S. M. Magdal., & S. Hyppoliti de Nicia cum Eccl. Aq.

MCCXCVII. 259

Anno Domini MCCXCVII. XXVIII. novembris præsentibus D. Uberto Archidiacono, D. Frederico Archipresbitero, D. Aranco Canonico, D. Bonello Canonico Ecclesiæ Aquensis testibus vocatis,

& rogatis. Cum multa, & varia litigia fuerint inter D. Bertolinum Aquenſem Præpoſitum ex una parte, & D. Presbiterum Willelmum Trencherium ex altera parte vicarium Eccleſiæ S. Magdalenæ, & S. Hypoliti de Bellomonte de Nicia ſuper eo, quod dictus præpoſitus dicebat dictas Eccleſias eſſe unitas Aquenſi Eccleſiæ, & præcipue præbendas, & ideo fructus dictarum Eccleſiarum ad ſe pertinere, ad concordiam venientes ſeſe compromiſerunt in D. D. Oddonem Joannem Aquenſem canonicum, & Petrum de Belengio de Uvada, & pronunciaſſent dicti arbitri dictum Willelmum eidem præpoſito dare debere ſingulos annos ſeſtaria XX. frumenti in feſto B. M. V. de auguſto &c. Ego Albertus Joannes de Belengio Not. &c.

Abrogatio collationis factæ ab Oglerio Electo Aquen. duarum Eccleſiarum juris patr. capit. Aquenſ.

260 M C C X C V I I I.

Anno Domini MCCXCVIII., die XIII. octobris præſentibus D. Petro Abbate monaſterii S. Petri de Aquis. Cum Rev. vir D. Ogerius Aquenſis Electus confeſſus fuerit contra debitum, & juſtitiam ceſſiſſe de facto adminiſtrationem Eccleſiæ S. Laurentii, & Clericatus S. Georgii de Uuiliolis de Caſſinis, ſcilicet primam Presbitero Henrico de Uuiliolis, & ſecundum clerico Jacobo filio Willelmi Coſtæ dicti loci, & quum certus ſit, quod prædictæ Eccleſiæ S. Georgi, & S. Laurentii ad Aquenſe capitulum pertineant pleno jure tam in inſtitutionibus, quam in deſtitutionibus, tam per privilegia Romanorum Pontificum, quam per conſuetudinem approbatam, & detentam a memoria hominum, & ultra; ecce quod præfatus Epiſcopus cum nullum jus habeat ad inſtitutionem, & deſtitutionem, & quod ipſa Eccleſia de miniſtro, & clerico ordinata erat ab Aquenſi capitulo per Baudizonum de Platea Presbiterum, & per D. Fredericum Archipresbiterum Aquenſem clericum ejuſdem Eccleſiæ, caſſat quidquid ad poſtulationem quorundam fecerat in dicta Eccleſia ecc. Henricus Rachamus Notarius S. P. &c.

Literæ Bonifacii PP. VIII. Archipres. Montisbarutii, ut revocet omnes alienationes illegitimas bonorum ad Eccleſiam parochialem Molariarum ſpectantium.

261 M C C X C I X.

Anno Nativitatis Domini MCCXCIX., indict. II., die IV. aprilis in villa de Molariis in domo Archipresbiteri ſuper eo, quod frater Percivallus monachus ſanctæ Juſtinæ de Sezadio, procurator Rubei Archipresbiteri Plebis de Molariis, ut patet in carta procuræ facta manu Oberti Teſtæ Notarii anno MCCXCVIII., indictione XI., die V. octobris acta in Uvada, impetraverit litteras in curia Romana Ven. Patris D. Papæ ſigillatas bulla Plumbea &c. vice, & nomine dicti Archipresbiteri. Idcirco dictus Archipresbiter Rubeus tradidit Archipresbitero de Montebarutio dictas litteras &c. tenor quarum &c.

Bonifacius ſervus ſervorum Dei &c. Archipresbitero Plebis de Montebarutio ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Dilecti filii Rubei Archipresbiteri Eccleſiæ ſanctæ Mariæ de Molariis Aquenſis diœceſis precibus inclinati præſentium tibi auctoritate mandamus, quatenus ea quæ de bonis ad Archipresbiteratum ſuum ipſius Eccleſiæ ſpectantibus alienata inveneris illicite, vel diſtracta ad jus, & proprietatem ejuſdem Archipresbiteratus legitime revocare procures, contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſcendo. Teſtes autem, qui fuerint nominati, ſi ſe gratia, odio, vel timore ſubtraxerint, cenſura . . . compellas veritati teſtimonium perhibere. Dat. Laterani idibus Januarii Pontificatus noſtri anno IV. Teſtes interfuerunt &c. Ego Obertus Teſta Not. &c.

Aſſignatio partis fructuum Benef. Paroch. S. Nazarii de Predaſco clerico Bellexio.

M C C C. 262

Anno Domini MCCC., indictione XIII., die Martis IX. februarii in caſtro Beſtagni, præſentibus Petro de Eccleſia, Guillelmo Morando, Guillelmo Gosberto teſtibus vocatis ante præſentiam noſtri Oglerii Dei gratia Aquenſis Electi. D. Presbiter Joannes de Villa rector, & miniſter Eccleſiæ S. Nazarii de Predaſco, ut patet carta inde facta manu Leonis Gratarolæ Notarii, quæ ſic incipit. Anno Domini MCCXCVII., indictione VIII., die Lunæ ecc. Bellexius de Bellexiis clericus dictæ Eccleſiæ, ut dicunt præſentati ecc. Igitur quum præfatus Presbiter Joannes ſciat ſe ſecundum facultates dictæ Eccleſiæ debere dicto clerico ſuo dictæ Eccleſiæ pro beneficio ſui clericatus, & præbendæ reſpondere ſtatuit, voluit, ordinavit, & firmavit idem Presbiter Joannes, quod dictus Bellexius habeat, & habere debeat de cetero, & in futurum a dicto Presbitero Joanne, vel a ſucceſſore ſuo omni anno tempore meſſionum pro præbenda clericatus ſui modios tres grani ad menſuram Predaſchi, cui actui legitimo nos Oglerius Aquenſis Electus noſtram, & Aquenſis Eccleſiæ auctoritatem interpoſuimus, & decretum. In cujus rei teſtimonium de prædictis fieri juſſimus publicum inſtrumentum. Ego Henricus Botatius Notarius publicus Palatinus, nunc dicti Domini Electi Notarius hanc cartam mihi juſſam rogatus ſcripſi.

Immunitas vectig., & pedag. a Johanne march. Montifer. conceſſa Eccl. S. Urſi Auguſtæ ex archivio ejuſd. faſc. III. n. XVI.

M C C C I I. 263

Johannes marchio Montisferrati univerſis, & ſingulis judicibus, poteſtatibus, & caſtellanis, rectoribus, miniſtris, & officialibus terræ ſuæ præſentem licentiam inſpecturis ſuam gratiam cum ſalute. Noveritis, quod pro remedio animæ noſtræ, & prædeceſſorum noſtrorum Eccleſiæ B. Petri, & S. Urſi Auguſtæ, & omnibus ſervitoribus ejuſdem

per totam terram noſtram dedimus, & conceſſimus litteras tranſitus, ita quod abſque ulla vectigalium, & pedagii ſolutione tam in terra, quam in aqua per eam libere ſemper tranſeant, & immunes ſtratarum iter habeant, & conductum. Dat. Clavaſii die XI. aprilis, XV. indict. an. MCCCII.

Electio rectoris Eccl. S. Nazarii de Predaſco facta a cler. Bellexio, & Ogerii Ep. Aquen. Elect. confirmatio.

264 MCCCIV.

Anno Domini MCCCIV., indictione II., die VII. novembris in caſtro Beſtagni; præſentibus Petro Culardo, & Belengio Barberio de Beſtagno teſtibus vocatis, & rogatis. Nos Oglerius Aquenſis Electus per hoc publicum inſtrumentum electionem factam per . . . de Bellexiis de Aquis clericum Eccleſiæ S. Nazarii de Predaſco de Presbitero Joanne de Vidixono ad rectoriam, & adminiſtrationem Eccleſiæ S. Nazarii de Predaſco, ut de electione patet publico inſtrumento facto manu Leonis Gratarolæ . . . ratificamus, & approbamus omni modo, jure, & forma, quo, & qua melius poſſumus auctoritate noſtræ ordinariæ poteſtatis, atque prædictum Presbyterum Joannem cum libro, quem in manibus tenebamus, inveſtimus de rectoria . . . Eccleſiæ de Predaſco, & rerum omnium temporalium, & ſpiritualium pertinentium ad Eccleſiam ſupradictam, ita quemadmodum dictus Presbyter Joannes de Vidixono dictam Eccleſiam de Predaſco, & bona ipſius ſpiritualia, & temporalia regere, & gubernare . . . rector legitimus . . . . Notarii manu fieri publicum inſtrumentum. Ego Leo Gratarola Notarius publicus hanc cartam mihi juſſam feci, tradidi, ſcripſi.

Inveſtitura D. Oddoni Epiſc. Aquenſ. Elect. de decimis Ulmi Petro Rotundo.

265 MCCCV.

In nomine Domini amen. Anno Nativitatis ejuſdem MCCCV., indictione III., die Jovis XXIV. junii in caſtro Beſtagni præſentibus Bertolino Aquenſi præpoſito, Guiſcardo de Enviciatis, Fratre Georgio Columbo, & fratre Jacobino Rapa teſtibus vocatis, & rogatis. D. Odonus Aquenſis Electus cum uno baculo, quem in manu habebat, inveſtivit Petrinum Rotundum de Rocha Ovrani ſuo nomine, & nomine Henrietti, & Anſermini fratrum ſuorum de parte eis contingente decimæ, & decimationis de Ulmo, & poderio ipſius, ſalva ſemper juriſdictione Aquenſis Eccleſiæ. Quam inveſtituram anteceſſoribus dicti Petrini fecerat Albertus Aquenſis Epiſcopus, prout apparebat per publicum inſtrumentum factum manu Opicii Ferrarii de Monte Morixino Notarii concurrente anno Nativitatis Domini MCCLI., indictione IX., die Dominico XXVII. auguſti. Qui dictus Petrinus ſuo nomine, & nomine fratrum ſuorum juravit fidelitatem dicto D. Odono Aquenſi Electo, & ſucceſſoribus ſuis eo modo, ut ipſe Petrinus nomine fratrum ſuorum de cetero habeat, & teneat prædictam decimam, & decimationem cum omni eo modo, & utilitate, ac pertinentiis ſuis nomine recti feudi. Conſtituens ipſe Dominus Electus jamdictum Petrinum procuratorem ſuum tanquam in rem ſuam ad exigendam partem decimæ memoratæ ſibi contingentem. Et ibidem prædictus Petrinus ſuo nomine, & prædictorum fratrum ſuorum tactis ſanctis Evangeliis juravit fidelitatem dicto Domino Electo, & ejus ſucceſſoribus. Et inde unum inſtrumentum, & plura fieri præceperunt. Et ego Joannes Biſtagnus Notarius publicus his omnibus interfui, & hanc cartam mihi juſſam rogatus ſubſcripſi.

Ego Franciſcus Novellus de Tertio Aquenſis diœceſis Imperiali auctoritate Notarius hanc cartam, prout eam imbreviatam inveni in quodam protocollo ſcripto manu Joannis Beſtagni de Beſtagno, quondam Notarii in publicam, & authenticam inſtrumenti formam redegi de licentia, & auctoritate mihi conceſſa a Rev. in Chriſto P., & Domino meo D. Guidone D. G. Aquenſ. Epiſc., & comite de qua licentia patet publicum inſtrumentum factum manu Joannini de Quiregio Not. ſub anno Domini MCCCLV. In fine me ſubſcripſi, & meum ſignum appoſui conſuetum.

In tabulario Epiſcopi Aquenſ. aliam reperi hujus anni die Dominico V. menſis decembris præſentibus D. Bertolino Baudizono Aquenſi præpoſito . . . Beſtagno, & Henrico de Monte conceſſa eidem Petro Rolundo nomine ſuo, & fratrum ejus ab eodem Oddono Epiſc. El. Aquen. de eiſdem decimis Ulmi. *Qua autem de cauſſa fuerit repetita, mihi eſt incompertum.*

Alia Eigerxio de Bublio de parte decimarum Sexami, Monaſterii, Caſſinaſchi, Bublii, Lovazolii, Ceſſolarum, & Veximi.

MCCCV. 266

In nomine Domini Amen. Nativitatis ejuſdem MCCCV., indictione III., die Sabbati IV. menſis ſeptembris in caſtro Beſtagni, præſentibus D. Bertolino Aquenſi præpoſito, D. Bonello Joanne Aquenſi canonico, & Petro Rolandi de Sexamo teſtibus vocatis, & rogatis. D. Eigerxius ſapiens de Bublio de dominis ipſius loci per ſe, ſuoſque heredes fecit fidelitatem Ven. in Chriſto P. D. Odono Dei gratia Aquenſi Electo, ſuiſque ſucceſſoribus de parte decimæ, & decimationis, quam ipſe, & ſui anteceſſores tenebant, & nunc viſus eſt tenere in Sexamo, in Monaſterio S. Juliæ, in Caſſinaſco, in Bublio, in Lovazolio, in Ceſſolis, & in Veximo eo modo ut ipſe, & ejus heredes de cetero habeant, & teneant prædictam partem prædictarum decimarum ſibi contingentem cum omni commodo, & utilitate, & pertinentiis ſuis nomine recti feudi, præſtans dictus D. Eigerxius per ſe, ſuoſque heredes eidem Domino Electo, ſuiſque catholicis ſucceſſoribus fidelitatis debitum juramentum, & inde præceperunt fieri unum inſtrumentum, & plura. Et ego Joannes Beſtagnus Notarius publicus his omnibus interfui, & hanc cartam mihi juſſam rogatus ſcripſi.

Alia quorundam bonorum in Rocheta Pelafea D. Simplici de Calamandrana.

267 MCCCVI.

Anno Domini MCCCVI., indictione IV., die Mercurii VI. aprilis in caſtro Epiſcopali Biſtagni, præſentibus D. Jacobino marchione de Inciſa, D. Ottolino Bacario de Nicia, magiſtro Alberto Baudezono, & Bonello Joanne Aquenſi canonico teſtibus vocatis, & rogatis. In conſpectu Ven. P. Othonis Dei gratia Epiſcopi Aquenſis ſe præſentavit D. Fridericus Simplex de Calamandrana ſuo nomine, & nomine Henrici ejus fratris petens ab ipſo Domino Epiſcopo ſibi ſuo nomine, & prædicti fieri, & renovari inveſtituram de omni eo, quod ipſe tenet in feudum ab Eccleſia Aquenſi, & ab ipſo dicto Epiſcopo nomine dictæ Eccleſiæ in Ripecula Pellafeæ, vel alibi pollicens ſe ſuo nomine, & nomine quo ſupra, paratum facere fidelitatem Eccleſiæ Aquenſi, ac ipſi Domino Epiſcopo nomine dictæ Eccleſiæ . . . qui dictus Epiſcopus audita ipſius petitione ipſum D. Fridericum . . . . . in uno libro, quem manu habebat, inveſtivit . . . in feudum gentile, nobile, & nomine Henrici ejus fratris &c. . . . qua inveſtitura facta ipſe D. Fridericus . . . . fidelitatem fecit, & juravit ipſi D. Epiſcopo nomine dictæ Eccleſiæ . . . . . ſingula ea facere, quæ facere tenetur nomine dicti feudi. Ego Joannes Beſtagnus Notarius &c.

Alia bonorum in Cartoſio Opicio Mori.

268 MCCCVII.

Anno Domini MCCCVII., indictione V., die IX. decembris in Cartoxio, præſentibus Alberto Joanne, & Iacobo Mori de Punzono ad hæc vocatis teſtibus, & rogatis. Opicius Mori de Punzono juravit, & fecit fidelitatem Rev. Patri D. Oddoni Dei gratia Aquenſi Epiſcopo, ejus ſucceſſoribus de omnibus terris cultis, & incultis, vineis, poſſeſſionibus, piaziis, caſtanetis, ruvetis, atque gerbis, quæ, & quos habet, tenet, & poſſidet in villa Cartoxii, & ejus poſſe, confitendo ſe dictas terras, & poſſeſſiones omnes tenere in feudum ab Aquenſi Eccleſia, quem Opicium dictus Epiſcopus cum uno baculo, quem habebat, præſentialiter inveſtivit ſalvo jure Aquenſis Eccleſiæ, & cujuslibet alterius perſonæ; & inde unum inſtrumentum, & plura fieri præceperunt &c.

Nunciatio operis novi contra præceptum Epiſ. Aquen. Deleg. renovatum FF. Prædic. adverſus FF. Minores.

269 MCCCVIII.

Anno Nativitatis Domini MCCCVIII., indictione VI., die vero XVII. menſis madii in Alexandria. Ego Joannes Squarzaficus ſyndicus, ac procurator fratrum Prædicatorum de Alexandria, ut patet per cartam factam a Percivalio Queſto Notario MCCCVI., indictione IV., die Domincæ . . . . menſis auguſti, dico, proteſtor, & denuntio ſindicario, & procuratorio nomine dicti conventus, & dictorum fratrum, quod vos FF. Minores laboratis contra denuntiationem novi operis hoc anno, & tempore debitis vobis legitime factam per fratrem . . . . dicti conventus, & Fr. ſindicum, & procuratorem eorundem, & contra privilegia dictorum . . . . . & libertatem S. Romanæ Eccleſiæ, & contra præceptum Domini Epiſcopi Aquenſis Delegati D. Neapolionis Reverendi Legati S. Pontificis tamquam contemptores, & tranſgreſſores &c. Ego Mattheus de Arco Imperiali auctoritate Notarius his omnibus interfui, & hanc cartam . . . tradidi, & ſcripſi.

Inveſtitura decimarum S. Juliæ D. Thomæ de S. Julia.

MCCCVIII. 270

In nomine Domini. Amen. Anno Nativitatis ejuſdem MCCCVIII., indictione VI., die XXVIII. madii apud Curtismiliam, videlicet apud domum fratrum Minorum, præſentibus D. Othone marchione de Carretto, D. Gulielmo de Bruneto, & D. Belengio Joanne de Aquis ad hæc vocatis teſtibus, & rogatis. D. Thomas de S. Julia juravit, & fecit fidelitatem Ven. in Chriſto Patri, & D. D. Othoni Dei gratia Aquenſi Epiſcopo, ejuſque catholicis ſucceſſoribus de parte decimæ, & decimationis villæ de S. Julia, & de maſſa, quam ipſe, & anteceſſores ſui habuerunt, & tenuerunt ab Aquenſi Eccleſia, & quæ provenire debet pro hereditate Patris ipſius D. Thomæ, de qua decima, & decimatione idem Dominus Epiſcopus per ſe, & ſuos ſucceſſores cum uno baculo, quem in manibus tenebat, inveſtivit cum plenitudine omnis juris &c.

Alia de decimis Galgani, Bruduni, Verdobii, Galvazanæ, & Carentini, Rufino, & Henrico Malcalciato, & Oberto Thedixio de Montebarutio.

MCCCVIII. 271

In nomine Domini. Amen. Anno Nativitatis ejus MCCCVIII., indictione VI., die XIX. aprilis apud Aquenſem Eccleſiam, præſentibus Magiſtro Petro de Petrazanis Archipresbitero Plebis de Finacio, Magiſtro Alberto Baudezzono Archipresbitero Plebis de Veximo, & Juderto Sburlato de Montebarutio ad hoc vocatis teſtibus, & rogatis. Ven. in Chriſto Pater D. Odo Dei gratia Aquenſis Epiſcopus volens prædeceſſorum ſuorum veſtigia imitari in bonis actibus, ac acquiſitum, ac relictum per ipſos theſaurum incomparabile, amicos videlicet, & fideles omni qua poteſt cura, & ſolicitudine conſervare, lecto, & oſtenſo quodam publico inſtrumento conceſſionis, & inveſtituræ in feudum factæ in Ruffinum, & Hinracium, Malcalciatum, & Obertum Thedixium de Montebarutio, recipientes pro ſeipſis, & ipſorum heredibus a bon. mem. D. Gulielmo olim Aquenſi Epiſcopo de decimis, & juris decimationis terrarum ſuarum, & in burgo noſtro in Galgano (1), & de tribus partibus decimæ, & decimationis de Territorio de Bruduno,

de Verdobio (2), & de Galzana, quæ eſt in territorio de Bellomonte, & de tercia parte decimæ, & juris decimationis in territorio Carentini diœceſis Aquenſis, ut conſtat de his publico inſtrumento confecto manu Opizzonis Ferrarii de Montemorixio Notarii publici anno MCCLI., indictione IX., X. maii. Prædeceſſores DD. Jacobi Malecalciati, & Conradi Thedixii de Montebarutio, a quibus ipſi Jacob, & Conradus per paternam lineam deſcendunt, & conſiderans idem Dominus Epiſcopus anteceſſores, & majores prædictorum Ruffini, Henrici, & Oberti in feudum ipſius decimæ, & jus percipiendi eaſdem continue ab Aquenſi Eccleſia per longiſſima tempora tenuiſſe in feudum a prædeceſſoribus ipſius D. Othonis Aquenſis Epiſcopi nomine ſuo, & vice, ac nomine Epiſcopalis menſæ Aquenſis, & nomine ſucceſſorum, & pro eis dedit, & conceſſit, dat, & concedit jure, & cauſa renovationis anteceſſorum, & inveſtituræ prædictorum jurium, & rerum feudatarum in feudum, & pro feudo prædictis Jacobo Malecalciato, & Conrado Tedixio de Montebarutio recipientes pro ſe, & ſuis heredibus maſculis tantum legitime deſcendentibus ab eiſdem decimas, & jura percipiendi, petendi, exigendi, & colligendi decimas prædictorum locorum, & terrarum ex fructibus proventuris ex illis a quibuſcumque univerſitatibus, & perſonis expreſſe omnes conceſſiones, & inveſtituras factas per ſuos prædeceſſores Epiſcopos catholicos inter ipſos heredes de Malecalciatis, & de Thedixiis, ipſorumque heredes ex certa ſcientia renovans, approbans, & confirmans, ipſosque Jacobum, & Conradum recipientes pro ſe, & heredibus ſuis, ut dictum eſt, de ipſis decimis, & juribus percipiendi, & exigendi eaſdem, & de ipſo feudo cum ſuo annulo inveſtivit dans, & concedens ex nunc ipſis licentiam intrandi, & retinendi poſſeſſiones jurium prædictorum, promittens eiſdem ſupra dicta omnia perpetuo rata, & firma habere, reſervans ſcilicet dictæ menſæ Epiſcopali libram unam piperis per ipſos, ipſorumque heredum annis ſingulis circa Nativitatem Domini in ſignum dominii perſolvendo, ipſis Jacobo, & Conrado hæc volentibus, & ad ejus ſolutionem ſe, ſuoſque heredes pro prædictis obligantibus ſolemniter, qui prædicti Jacobus, & Conradus pro ſe, ſuiſque heredibus, ibidem ipſi Domino Epiſcopo recipienti pro ſe, ſuiſque ſucceſſoribus de fidelitate ſervanda tamquam univerſali vero Domino Eccleſiæ, & illis præſtiterunt ſolemniter juramentum &c.

(1) *In membrana littera decuſſata erat, ſicuti in alia voce Galvazzana. Numquid erit* Gajan *regio in agro Montisbarutii?* (2) *Jacet in territorio Montisbarutii vicum eadem fere denominatione.*

Diploma Henrici VII. Regis Rom. monaſterio de Tilieto.

272 M C C C X I.

Henricus Dei gratia Romanorum Rex ſemper auguſtus. Univerſis Sacri Romuni Imperii fidelibus præſentes litteras inſpecturis gratiam ſuam, & omne donum. Accedens ad noſtræ majeſtatis præſentiam honorabilis, & religioſus vir . . . . Abbas conventus monaſterii Tilieti ordinis Ciſtercienſis Aquenſis diœceſis nobis humiliter ſupplicavit, quatenus ipſi monaſterio ſuo privilegium infraſcriptum innovare, & confirmare de benignitate Regia dignaremur, cujus privilegii tenor talis eſt. *Hic refert diploma Ottonis IV. anni MCCIX.* Devotis igitur ſupplicationibus præfati Abbatis, & conventus favorabiliter inclinati prædictum privilegium, & omnia in eo contenta, prout rite, & provide ſunt conceſſa, innovamus, approbamus, confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus, adjicientes inſuper de gratia ſpeciali, quod coloni, ſeu maſſarii, qui poſſeſſiones ipſius monaſterii nunc colunt, vel in poſterum colent, non teneantur, nec cogi poſſint per Principes, Marchiones, Barones, Vicarios, Capitaneos, Poteſtates, Conſules, & Rectores alios quoscumque civitatis caſtrorum, burgorum, ſeu villarum quocumque nomine cenſeantur ad fodra talias collectas, seu exactiones aliquas quovis nomine nuncupentur aliquatenus perſolvendas, nec ad aliquas ſervitutes angarias, ſeu functiones publicas, reales, ſeu mixtas modo aliquo ſolvendas ſine noſtro ſpeciali beneplacito, & mandato: & nihilominus concedimus, & permittimus, quod quilibet fideles Chriſti poſſint eidem monaſterio legare in ultima voluntate de bonis ſuis mobilibus, & immobilibus, exceptis bonis feudalibus Imperii, prout eis ipſorum conſcientia ſuadebit, non obſtantibus aliquibus ſtatutis, aut conſuetudinibus in contrarium editis per comunia civitatum, villarum, caſtrorum, & burgorum, ſalvo jure noſtro, & Imperii in omnibus ſupradictis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc noſtræ innovationis, approbationis, confirmationis, & conceſſionis paginam infringere, vel ei auſu temerario contraire, quod qui fecerit prædictam pœnam, & noſtram graviſſimam indignationem ſe noverit incurriſſe in cujus innovationis, approbationis, confirmationis, & conceſſionis ſigno præſentes litteras ſcribi, & majeſtatis noſtræ ſigillo juſſimus communiri. Datum Mediolani XV. calend. februarii, an. Domini MCCCXI. regni vero noſtri anno III.

Litteræ ejuſdem Mathæo Vicecom. pro reducendis in urbem Alexandrinis.

M C C C X I. 273

Henricus Dei gratia Romanorum Rex ſemper auguſtus nobili viro Matheo Vicecomiti Vicario noſtro dilecto Mediolani gratiam noſtram, & omne bonum. Alexandriæ civitati procurante auctore diſcordiæ jam gravibus exaſperatæ injuriis, & doloroſis inteſtinis afflictæ puncturis libenter, ut ad pacis ſtatum tranquillum, & concordiæ reducatur, intendimus, & ut in obedientia noſtra conſiſtat, apponimus per nos, & alios ſollicitudinis noſtræ partes. Sane in fidelitate, & induſtria tua plenam fiduciam obtinentes, & affectantes extrinſecos ad propriam, & avitam patriam, & obedientiam noſtram reduci volumus, & fidelitati tuæ committimus per præſentes, quatenus per viam pacis, & concordiæ ad reducendam intrinſecus Alexandriam ad propria, & ad noſtram obedientiam civitatem

prædictam sic procures ferventer, & sagaciter laborare, quod qui ex affectu optatur exinde subsequatur effectus, & tu ex præmissis apud Regiam nostram majestatem semper sis propensius commendatus. Datum Januæ cal. novembris anno Domini MCCCXI. Regni nostri tertio.

Hasce literas excerptas legit ex antiquo MS. existente in Biblioteca Ambrosiana Mediolani N. 227. P. M. Cavallerius, *qui illas, ut alia bene multa, mihi communicavit.*

Aliud Diploma Odono Episcopo Aquensi jussu Guid. II. Episc. a tribus Notariis ex autographo descriptum.

274 MCCCXI.

Henricus Dei gratia Romanorum Rex semper augustus. Universis S. Romani imperii fidelibus præsentes literas inspecturis gratiam suam, & omne bonum. Considerantes quod Majestatem decet Regiam ad eorum vota perficienda, qui Nobis ratione imperii tamquam membra capiti junguntur, favorabiliter inclinari, eorumque justis petitionibus tam benignum, tamque gratiosum præbere consensum, quod ex specialis gratiæ prærogativa cognoscantur specialius se dilectos. Noverit igitur præsens ætas, & succeßura posteritas, quod attendentes venerabilem Aquensem Episcopum Principem nostrum dilectum, & eamdem Ecclesiam fidem, & devotionem semper sacro Romano imperio observasse, ipsius devotis supplicationibus inclinati, omnia privilegia, jura libertates, & gratias prout sibi, & Ecclesiæ prædictæ a Divis Romanorum Imperatoribus, & Regibus nostri prædecessoribus rite, & provide sunt tradita, & concessa de liberalitate Regia approbamus, ratificamus, & præsentis scripti patrocinio confirmamus. Nulli ergo hominum omnino liceat hanc nostræ approbationis, ratificationis, & confirmationis paginam infringere, vel ei in aliquo ausu temerario contraire, quod qui facere præsumpserit gravem nostram indignationem se noverit incurrisse. In cujus rei testimonium præsentes literas, majestatis nostræ sigillo jussimus communiri.

Signum Domini Henrici Romanorum Regis invictissimi. Datum apud Mediolanum X. cal. febr., indictione VIIII. anno Domini MCCCXI. regni vero nostri anno tertio. Ego frater Henricus Tridentinus Episcopus sacræ Imperialis aulæ Cancellarius vice Domini Henrici Colonienßis Archiepiscopi sacri Romani Imperii per Italiam Archicancellarii recognovi.

Venditio bonorum duarum Eccles. Ricaldoni facta a Monialibus S. Thomæ suburbii Jan.

275 MCCCXIV.

In nomine Domini amen. Margarita Molocella abbatissa monasterii S. Thomæ de suburbiis Januæ in præsentia consensu, & voluntate infrascriptarum Monialium, & Sororum dicti monasterii, quarum nomina sunt soror Francescina, Stancona Priora, S. Johanna Gullielma, S. Francescina Manuaca, S. Gareta Mezerazogo, S. Petra Cattanena, S. Clariscia de Vignono, S. Andriola Mignada, S. Aldina de sancto Sinesio, S. Catelina Canzelaria, S. Catelina Tancaro, S. Benedicta Pasia, S. Alaxina Sigibalda, S. Petrina Bechignona, S. Marietta Maria Vacca, S. Marietta Pinella, S. Margarita de Mari, S. Mabellina de Negronis, S. Simonina Scota, S. Isabella de sancto Prospero, S. Simonina Beghignona, & S. Angelina de sancto Ginono Moniales dicti monasterii, & ipsæ Moniales auctoritate dictæ Dominæ Abbatissæ congregatæ in parlatorio, sive capitulo dicti monasterii, ut moris est, nomine, & vice dicti monasterii, & conventus vendiderunt, cesserunt, & tradiderunt, vendunt, cedunt, & tradunt Leoni de Ricaudono civi Januensi recipienti pro se, & hæredibus suis terras, & possessiones infrascriptas, quæ ad Ecclesias S. Martini, & S. Ægidii visæ sunt pertinere positas in territorio Ricaudoni in loco ubi dicitur **Vallis de Piceta**, quæ Ecclesiæ supradictæ cum terris, & possessionibus suis pertinent, & subsunt pleno jure in temporalibus, & spiritualibus dicto monasterio S. Thomæ, & quibus terris cohærent, ut infra dicetur, in primis petia una terræ campi positæ in dicto territorio de Ricaudono . . . . . cui cohærent in primis . . . . . vel hæredum Rainerii de Piceto, & Petri Ferrari, & Andreæ de Castegneto, inferius fossatus de Carenzano, ab uno latere via, ab alio dictus fossatus. Item aliam petiam terræ campivæ positæ in dicto territorio in loco ubi dicitur Plazzæ, cui cohærent superius, & ab uno latere terra Anselmi Cozzelli, & Jacobus Cozzelli, & ab alio latere terra hæredis, vel hæredum Pegni de Piceto. Item aliam petiam terræ vineatæ positæ in dicto territorio in loco, ubi dicitur S. Stephanus, cui cohærent superius via in parte ec. Item aliam petiam terræ boschivæ, & laborativæ positæ in dicto territorio in loco, ubi dicitur Nemus Donaldæ ec. Item aliam petiam terræ prativæ positæ in dicto territorio in loco, ubi dicitur Cavazato ec. cui cohærent in parte terræ Alberti Bellati, & in parte terræ Morandi de Demezzano. Item aliam petiam terræ laborativæ ubi est Ecclesia S. Martini, cui cohærent ec. ab alio latere terram Thomæ Sburlati in parte terræ hæredum quondam Othonis de Vallis ec. Item aliam petiam prativæ terræ in dicto territorio in loco dicto campus de Piris, & Insulis, & Solarorio, & Sunghis de Piceto ec. cohærent ec. terra hæredum quondam Durandi de Demezzago, & terra Morandi de Demezzano ec. cohærent terra Ecclesiæ S. Andreæ de villa de Guiglonis. Item aliam petiam terræ loco, ubi dicitur Rocca, sive Tanna. Item aliam petiam terræ loco dicto vallis Henrici, cohærent hæredes Tritii de Piceto, & terra Alberti Cavalli, & terra S. Andreæ prædictæ. Item aliam petiam terræ loco dicto vallis de Arbara ec. Item aliam dicto loco Castagnetum de Piceto. Item aliam petiam terræ Castagneti ec. Item aliam terræ boschivæ loco dicto ad Lovi, cohærent terræ hæredum Pignini de Piceto ec. Item aliam petiam terræ Castagneti ec. item ec. bona omnia, & omnes terras positas in dicto territorio, quæ sunt, & fuerunt Ecclesiæ S. Martini ec. vendunt pretio librarum 125. Januæ, quas a dicto Leone habuisse, & recepisse profitentur (1) salvo, & reservato censu dictarum Eccle-

siarum S. Martini, & S. Ægidii, quæ percipiunt, & percipere consueverunt a dictis Ecclesiis Dominus Episcopus Aquensis, & capitulum Ecclesiæ Aquensis ec. Actum in dicto parlatorio dicti monasterii anno Dominicæ Nativitatis MCCCXIV., indictione XII., die VI. aprilis testibus præsentibus Presbitero Cresio Capellano hujus monasterii ec.

(1) *Hæc pecunia fuit versa ad emendum Januæ balneum, domos in Callego, & possessiones Alberti de Zignago, quam emtionem æque ac præcedentem venditionem approbavit D. Porchetus Archiepiscopus Januensis instr. rog., ac scripto in palatio suo Archiepiscopali S. Silvestri.*

Investitura decimarum Denicis, & Ponzoni Marchionibus de Ponzono.

276 MCCCXX.

In nomine Domini amen. Anno Nativitatis ejusdem MCCCXX., indictione III, die VII. decembris in Cartosio præsentibus D. Jacobo de Bellingeriis de Aquis, Nicolino de Pradasco, & Stephano Johanne de Aquis ad hæc vocatis testibus, & rogatis. Nobilis vir D. Bonifacius marchio de Ponzono suo nomine, & nomine fratrum suorum DD. Joannini Petrini, Cuceti, & Albertini facit fidelitatem R. P. D. Oddono Dei gratia Aquensi Episcopo de parte decimæ Denicis, & Ponzoni, quam ipse & fratres sui tenent, & possident, & visi sunt tenere, & possidere sui antecessores in locis prædictis confitendo se dictam decimam locorum prædictorum tenere ab Aquensi Ecclesia, & & cum una spata, quam in manu habebat idem Dominus Episcopus per se, suosque successores eumdem D. Bonifacium recipientem pro nomine, & fratrum suorum prædictorum præsentialiter investivit, salvo jure semper Domini Episcopi, & Ecclesiæ Aquensis, præstans idem D. Bonifacius suo proprio nomine, & prædictorum fratrum suorum fidelitatis debitum juramentum, & inde præceperunt fieri unum instrumentum & plura. Ego Joannes Bestagnus Not. pub. his omnibus interfui, & hanc cartam mihi jussam rogatus scripsi.

Roberti Regis literæ ad populum Bergolii.

277 MCCCXX.

Robertus Dei gratia Rex Jerusalem, & Siciliæ Ducatus Apuliæ, & Principatus Capuæ, Provinciæ ec., Forcalquerii, ac Pedemontis comes discretis viris, rectoribus, ac officialibus, consulibus, populo, & communi Bergolii dilectis fidelibus suis gratiam suam, & bonam voluntatem. Ad notitiam vestram perducimus per præsentes, quod nuper recepimus literas tenoris sequentis.

S. R. M.

Petrus Moureti terræ osculum ante pedes. Serenitati vestræ tenore præsentium notum fiat, quod Dominus Philippus de Valesio carissimus nepos vester die lunæ 7. hujus mensis martii iter suum de Cenomano feliciter versus Lugdunum continuatis dietis suis arripuit. Eodem similiter die D. Carolus de Valesio frater ejus obtenta licentia a Domino Patre suo iter suum de comitatu Valesii arripuit versus Lugdunum, ita quod infallibiliter Domino concedente per totum diem Sabbati in vigilia Paschæ ad tardius præsentes erunt ibidem. Ego autem de licentia præfati D. Philippi præveni, & applicui Lugdunum, ubi præstolor adventum ipsorum nepotum vestrorum, dimisso judice Luca de Neapoli socio meo penes eumdem D. Philippum ad sollicitandum ipsum incessanter. Et quia ad præsens tot sunt in regno Franciæ inundationes aquarum, & itinera lutosa, equi, ac arma, & arnesia ipsorum Dominorum, & aliorum Comitum, Baronum, & gentis armigeræ infra dictum terminum nullatenus poterunt Lugdunum intrare, sed postea venient successive. Præfatus vero D. Philippus monstram totius gentis suæ armigeræ recipiet Lugduni, & deinde ipse cum tota sua gente armigera monstram faciet in Provincia, prout vestræ placuerit Majestati. Quidquid tamen interim fieri contigerit, culmini vestro sollicite referabo. Si placet Ex. Regiæ Gulielmus de Monteregali serviens armorum D. Regis Franciæ, & Cambellanus D. Principis Tarentini de majori parte Nobilium venientium in comitiva præfati D. Nepotis vestri, & de aliis pluribus vos informabit. Script. Lugduni die XXVI. martii III. indictione. Præscripta igitur vestræ prudentiæ duximus intimanda, notificantes vobis, quod instanti die Sabbati erimus in S. Remigio cum Baronibus Provinciæ dante Deo ad ordinandum, quod associent D. Philippum de Valesio, ut cum eorum comitiva magnificentius, & honorabilius ire possit. Nova quoque vobis nunciare curabimus, prout habebimus successive. Vos itaque tam viri probi, strenui, & fideles ex parte vestra continue agere studeatis, ut vestris, & nostris laboribus optatus finis adveniat, & prosperitatis de proximo amœnitas desiderata lucescat. Dat. Avenioni die IV. aprilis III. indict. ec.

Aliæ Johannis P. XXII., quibus dat Archidiacono Eccl. Alex. bona hujus, cum fuerint vindicata.

278 MCCCXXI.

Joannes Episcopus ec. Dilecto filio Oddoni Guasco Archidiacono Eccl. Alex. salutem ec. Grata devotioni studia, quibus erga Nos, & Romanam Ecclesiam digne .... merentur, ut petitiones tuas in iis præsertim, quæ tuum, & Archidiaconatus tui respiciunt commodum, favorabiliter ad exauditionis gratiam admittamus. Oblata siquidem nobis tua petitio continebat, quod civitas Alexandriæ antiquis temporibus Episcopum habuerit per tempora diuturna, dictaque civitas Episcopo caruit a tempore, cujus memoria non existit; & ex tunc tam commune dictæ civitatis, quam personæ singulares de dicto communi civitatis ad ejusdem bona immobilia ad mensam Episcopalem spectantia manus occupatrices, prout eis secundum varietates temporum favor potentiæ temporalis suppetiit, extenderunt; tuque Divino, & Apostolico favore, ac tuorum assistentia recuperare desideras dicta bona, & propterea super iis intrepide procedere, ac subire non dubitas magna onera expensarum. Quare nobis humiliter supplicasti, ut hujusmodi bona per te, illa

poſtquam recuperata fuerint, donec de Epiſcopo inibi proviſum fuerit, exiſteret (1) retinenda tibi de benignitate Apoſtolica concedere dignaremur. Nos itaque tuis ſupplicationibus inclinati præfata bona occupata, poſtquam per te recuperata fuerint, cum omnibus juribus, & pertinentiis ſuis tuo Archidiaconatui ejuſdem Eccleſiæ Alexandriæ uſque ad Sedis Apoſtolicæ beneplacitum applicamus. Nulli ergo ec. hanc paginam ec. Dat. Avenion. VI. calendas maii A. V.

Ex regiſtro lit. Apoſt. Joan. Papæ XXII. A. V. parte 2. Epiſtola 1256. (1) *Forte ex interim.*

Aliæ ejuſdem Epiſcopis Vercel., & Terd. pro recuperatione bonorum Eccl. Alexandrinæ.

279 MCCCXXI.

Venerabilibus fratribus . . . . . Vercellenſibus, & Terdonenſibus Epiſcopis, ac Milano de Modio Canonico Bononienſi ſalutem ecc. Cum nos bona immobilia Eccleſiæ Alexandrinæ, quæ tam per commune civitatis Alexandriæ, quam ſingulares perſonas ejuſdem communis occupata detinentur, ad quorum recuperationem dilectus filius Oddo Guaſco Archidiaconus Alexandrinus intendit efficaciter per ſe, & ſuos interponere partes ſuas, poſtquam per ipſum recuperata fuerint Archidiaconatui ſuo Alexandrino per noſtras ſub certa forma literas auctoritate Apoſtolica duximus applicanda, diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus vos vel duo, aut unus veſtrum per vos, vel alias cum ſuper hoc ab eodem Archidiacono fueritis requiſiti, faciatis eidem Archidiacono, vel procuratori ſuo ejus nomine de dictis communi, & ſingularibus perſonis ipſius communis bona detinentibus ſupradicta de plano, & ſine ſtrepitu, & figura judicii juſtitiæ complementum, facientes quod decreveritis per cenſuram Eccleſiaſticam firmiter obſervari. Teſtes autem qui fuerint nominati, ſi ſe gratia, odio, vel timore ſubtraxerint, cenſura ſimili appellatione ceſſante compellatis veritati teſtimonium perhibere. Non obſtante ec. . . . . de una, & duabus dietis, & aliis conſtitutionibus contrariis quibuſcumque, etſi communi, & perſonis eiſdem, & quibuſcumque aliis perſonis communiter, vel diviſim a Sede Apoſtolica ſit indultum, quod excommunicari, aut interdici nequeant, vel ſuſpendi per literas Apoſtolicas, quæ de indulto hujuſmodi plenam, & expreſſam non fecerint mentionem. Datum ut ſupra ec.

Locatio bonorum Eccl. Aq. in Cavatorio ejus Sindico facta.

280 MCCCXXIV.

Hoc eſt exemplum cujuſdam inſtrumenti, cujus tenor talis eſt. In nomine Domini amen. Anno Nativitatis ejuſdem MCCCXXIV., indictione VII., die XIII. decembris in caſtro Cavatorii præſentibus Stephano Johanne Caſtellano Cavatorii, Manuele de Lovini (1), Facino Scuto, & Petro Oddono ad hoc vocatis teſtibus, & rogatis .... N. P. D. Oddonus Dei gratia Aquenſis Epiſcopus conſiderans, & attendens infraſcriptam conceſſionem, & dationem in emphiteuſim fore utilem, neceſſariam, expedientemque ſibi, & menſæ ſuæ Epiſcopali, nec non & Eccleſiæ Aquenſi, idcirco tractatu ſolemni, & deliberatione diligenti præhabitis, & vice ordinaria poteſtatis ſibi competentis, & omni jure modo, & forma, quibus melius poteſt ſuo, & menſæ Epiſcopalis, & Eccleſiæ ſuæ nomine, nec non & ſucceſſorum ſuorum dedit, locavit, & titulo locationis conceſſit Johanni Mariæ Moræ, cui dicitur Cerrutus ſindico communitatis, & hominum de Cavatorio, de cujus ſindicatu patet publicum inſtrumentum manu mei notarii infraſcripti confectum hoc eodem anno, menſe, & die (2), recipienti, & ſtipulanti . . . . . ſindicario nomine dicti communis, & hominum, & ſingulorum de dicto communi, cujuſcumque conditionis, & ſtatus exiſtant, ad utendum, fruendum, percipiendum, godiendum, & omne velle ipſius communitatis, & hominum, & perſonarum ejuſdem loci faciendum pro certo, & infraſcripto adfictu, & reditu ſinguliş annis ut infra. Ipſi Domino Epiſcopo, & ipſi menſæ Epiſcopali, ac ſucceſſoribus ſuis reddendo omnes conditiones dirictus, & fictus, & fodrum, quibus commune Cavatorii, & ſingulares perſonæ dicti communis tenentur ipſi dicto Domino Epiſcopo, & ejus ſucceſſoribus reſpondere hinc ad decem annos proxime venientes, promittens ipſe Dominus Epiſcopus dicto ſindaco recipienti, & ſtipulanti nomine quo ſupra, prædictam conceſſionem gratam, ratam, & firmam habere, & non contrafacere, vel venire per ſe, vel ſucceſſores ſuos, ſed ipſam conceſſionem ab omni homine, univerſitate, & collegio legitime defendere ..... & expedire, nullamque dationem, obligationem, vel contractum de dictis conditionibus, dricis, fodris, & fictis, vel prædictorum occaſione facere, vel feciſſe, cujus prætextu dicta conceſſio infrangatur, vel infringi poſſit quoquo modo, vel quominus idem ſindicus nomine prædicto, & omnes, & ſinguli de dicta communitate tam in communi, quam in ſingulari uti, & frui valeant dictis dricis, & fodris, fictis, & conditionibus, prout & ſicut eis placuerit, & viſum fuerit expedire hinc ad terminum ſupradictum. Verſa vice prædictus ſindicus ſindacario nomine quo ſupra promiſit, & convenit dicto domino Epiſcopo recipienti, & ſtipulanti ſuo, & ſucceſſorum ſuorum nomine dare, & ſolvere quolibet anno dictorum annorum decem nomine fictus, redditus, & proventus dictarum conditionum, dictorumque drictorum, fodrorum, & fictuum libras centum & decem denariorum bonorum Januenſium, medietatem videlicet dictarum librarum centum in cal. januarii, reliquam vero medietatem in feſto Reſurrectionis proxime ſubſequentis, in fine quoque dicti termini prædictas conditiones, fodra, fictus, & redditus conſignare, & dimittere in eo ſtatu, quo nunc ſunt, vel meliori ipſi domino Epiſcopo Aquenſi, & ejus ſucceſſoribus ſuis, quæ omnia, & ſingula promiſerunt viciſſim una pars alteri ad invicem ſolemnibus ſtipulationibus intervenientibus hinc inde firma, grata, & rata habere, & tenere, & non contrafacere, vel venire per ſe, vel alium quacumque de cauſa, vel ratione de jure, vel de facto ſub pœna librarum 25.

Januenſium ad invicem inter ipſas partes interpoſita ſtipulatione ſolemni in ſingulis capitulis hujus contractus promiſſa, quæ toties committatur, & exigi poſſit cum effectu, quoties contra factum fuerit in præmiſſis, & quolibet præmiſſorum, quæ pœna ſoluta, vel non, rata maneant omnia, & ſingula ſupra ſcripta. Item reficere, & reſtituere una pars alteri ad invicem omnia, & ſingula damna expenſas, & intereſſe, quæ, & quas una pars occaſione alterius, ſive culpa fecerit, vel ſubſtinuerit in judicio, ſive extra. Pro quibus omnibus, & ſingulis firmiter obſervandis obligavit dictus ſindicus vice, & nomine quo ſupra dicto Domino Aquenſi Epiſcopo accipienti, & ſtipulanti ut ſupra omnia bona communis, & hominum loci de Cavatorio. Et ipſe Dominus Epiſcopus ſuo, & ſucceſſorum ſuorum nomine obligavit dicto ſindico recipienti, & ſtipulanti, ut ſupra omnia bona Epiſcopalis menſæ, & Eccleſiæ Aquenſi. Et inde duo inſtrumenta, & plura &c. Ego Joannes Beſtagnus Notarius S. Palatii his omnibus interfui, & hanc cartam mihi juſſam rogatus, ſic ſcripſi. Ego Joannes de Quiregio Novarienſ. diœc. Imperiali auctoritate Notarius &c.

(1) *In alio exemplari* Lorili, *in alio* Coxili.

(2) *In ipſo ſunt deſcripta nomina conſiliariorum, qui procurationem ſindico commiſerunt hoc modo.* Nomina conſiliariorum ſunt hæc: Joannes de Verdexio, Bolengus de Verdexio, Jacobus Marenchi, Jacobus Oriolus, Joannes Jordanus, Xandia Scutus, Percevallus Auricula, Franciſcus Aqueis, Jacobus de Vineis, Henricus Donda, Henricus de Buria, Joannes Camparius, Petrus de Vineis, Montanus Camparus.

Memoria cenſus a delectis viris civitatis Aquenſis deſcripti anno.

281 MCCCCXXV.

Ego Gullielmus de Belleratis Notarius, & deputatus ſuper regiſtris Aquis (1) has particulas extraxi de quodam regiſtro communis, & hominum civitatis Aquenſis de tricerio de burgo factum de anno Domini MCCCXXV. per ſapientes viros deputatos per conſilium generale civitatis. Sunt autem eorum nomina ſequentia, D. Jacobus, D. Guertii, Jacobus Baldezonus, Ferrarius Racamus, Bonellus de Oxilo, Franciſcus Bellexius, & Burgognonus Multura, Petrus Aguxius, Albertus Bava, Jacobus Chriſtianus, Franciſcus Beſſurius, Enricus Caſſul, Albertus de Porta, Albertus Gelinus regiſtratores electi &c.

(1) *Hic vivebat tempore Guidonis II. Epiſcopi, ut patet ex docum. ad ann. MCCCLXVII.*

Denunciatio Theodoro M. Montisf. injuriarum, & occupationis Caſtelleti Alexandri Aſinarii Aſtenſ., ut Eccl. Aquenſ. adverſus iſtum tueatur.

282 MCCCXXXII.

In nomine Domini amen. Anno nativitatis ejuſdem MCCCXXXII., indict. XV., die Lunæ XVII. (1) januarii in Montilio, ſcilicet in Eccleſia S. Antonii præſentibus Dominis Percivallo Abbate S. Petri Aquenſis, Lazaro de Cortexellis, & Joanne de Cariſio teſtibus vocatis, & rogatis. In quorum præſentia teſtium Rev. Pater D. Oddonus Dei gratia Aquenſis Epiſcopus ſuo nomine, & vice majoris Eccleſiæ Aquenſis requiſivit, & præmonuit Excellentiſſimum virum D. Theodorum marchionem Montisferrati præſentem, & audientem, quod ipſe Dominus Marchio ſuo poſſe debeat juvare, & juvare velit, manutenere, & defendere ipſum Dominum Epiſcopum, & Aquenſem Eccleſiam ſub debito Sacramento fidelitatis, ad quod ipſi Domino Aquenſi Epiſcopo, & Eccleſiæ prædictæ ipſi Dominus Marchio tenetur contra, & adverſus D. Alexandrum Aſinarium de Aſt, ejus homines, & ſeguaces, & coadjuctores ipſius D. Alexandri, qui contra Deum, & juſtitiam auſu temerario, & ſacrilego invadere, & occupare præſumpſit caſtrum, & villam Caſtelletti juris, & proprietatis ipſius Domini Epiſcopi, & Aquenſis Eccleſiæ ſpoliando ipſum Dominum Epiſcopum, & Aquenſem Eccleſiam pacifica poſſeſſione juris, & proprietatis caſtri prædicti, in qua poſſeſſione ipſe Dominus Epiſcopus erat, & pacifice poſſidebat, & tenebat tempore dictæ occupationis, & invaſionis factæ per ipſum D. Alexandrum, & ejus ſequaces, ut ſupra. Et qui etiam D. Alexander cum ſequacibus, & coadjutoribus ſuis guerram quotidie invadendo, & offendendo ipſi Domino Epiſcopo, & hominibus Epiſcopatus ipſius Domini Epiſcopi realiter, & perſonaliter facere conantur prout publicum eſt, & notorium, & quod non poſſit ulla tergiverſatione celari; præcipiens idem Dominus Epiſcopus exinde fieri inſtrumentum, & plura per me Notarium infraſcriptum. Ego Albertus Bava de Aquis publicus Imperiali auctoritate Notarius his omnibus interfui, & rogatus ſcripſi.

(1) *Erat Sabbatum.*

Excerpta fœderis inter Regem Robertum, & Manfredum M. Salut. a Pingonio in ſuo codice Jofredi ab. Eccl. annotata.

MCCCXXXIV. 283

Vidi in manibus Ill. D. Caſſiani Putei præſidis inſtrumentum anno MCCCXXXIV., XII. febr. actum Aſtæ in domibus Iſnardorum, ubi habitabat Seneſcalcus Regis Roberti. Pacta ſunt inter Regem Robertum, & Manfredum marchionem Salutianum, & ejus filios Manfredum, Theodorum, & Bonifacium. Pro Rege erat Philippus de caſtro Pazano miles, Seneſcalcus comitatus Pedemontis. Item unitæ erant comunitates Aſt, Alexandriæ, Terdonæ, Valentiæ (1), Caſſinarum forenſitarum, Mediolani, Papiæ, Vercellarum, Novariæ, Albæ, Cunei, Montisregalis, Claraſci, & Buſqu. . . . . & pro quibus idem Seneſcalcus habebat mandatum. Pro Marchione erant delegati Manfredus Audo, Borralus filius Henrici marchionis de Ponzono, Allegimus de Braida, & Antonius Aloa; & promittebat idem Seneſcalcus ipſis procuratoribus defendere dictum Marchionem Salutiarum, & ejus liberos contra omnes, & ad recuperandum ſuam terram, & jura ſua contra omnes occupatores, præter quam ab obedientibus ipſi Regi, in quibus obe-

dientibus non intelligantur Fridericus de Salutiis, Thomas ejus filius, & Marchiones de Carretto. Et promittit Seneſcalcus, quod omnes dictæ communitates ratificabunt infra duos menſes; & vice verſa dicti procuratores Marchiones Salutiarum promittunt defendere totam terram dicti Regis, & dictarum communitatum, exceptis Philippo de Sabaudia, filiis ejus, & terra ſua, & Marchione Montisferrati, in quantum ſibi tenetur pro feudo ſuo. Et quod una pars, vel alia non poſſit treguam, vel pacem, vel guerram facere, ſine mutuo conſenſu. Item, quod omnia caſtra, quæ in futurum dicti Marchiones acquirent, & tenebunt de feudo Regis; & hoc intelligatur de terra, quam tenet Fridericus de Salutiis, & Thomas ejus filius. Item, quod dicti Marchiones nihil movebunt contra Marchionem Montisferrati, & confœderatos ipſi ſine conſenſu Regis.

(1) *Hic perperam addebatur* Navarræ.

Commutatio beneficii ab Oddone Guaſco Archid. & commendatore Epiſcop. Alex. approbata.

284 MCCCXXXVI.

In nomine Domini amen. Anno Nativitatis ejuſdem MCCCXXXVI., indictione IV., die Sabati XI. menſis maii in Alexandria, videlicet in domibus Eccleſiæ S. Mariæ de Borgolio, quarterio Alexandriæ prædictæ S. Eccleſiæ Mediolanenſi immediate ſubjectæ, in quibus habitat infraſcriptus Dominus Archidiaconus Alexandriæ, præſentibus Ven. D. F. Bellengio Dei gratia Abbate monaſterii ſancti Petri de Borgolio, prædicto Anthonello filio Girardi Guaſchi, & Frederico famulo infraſcripti Domini Abbatis S. Juſtinæ teſtibus vocatis ad infraſcriptæ ſpecialiter, & rogatis. Et exiſtentibus etiam ibidem præſentibus DD. Oglerio Bertramino filio Petrini filii D. Joannis Juriſperiti, ac Bertramono filio D. Gabrielis omnibus de Guaſchis canonicis beneficiatis Eccleſiæ prædictæ S. Mariæ conſtitutis coram Ven. D. Oddone Dei gratia Archidiacono, & ordinario civitatis prædictæ Alexandriæ, ac Apoſtolicæ ſedis gratia commendatore Epiſcopatus ejuſdem, ac F. Gilberto eadem gratia Abbate monaſterii ſanctæ Juſtinæ de Sezadio Aquenſis diœceſis comiſſario in hac parte, & ad infraſcripta peragenda Rev. in Chriſto P. D. D. F. Aycardi Dei, & Apoſtolicæ ſedis gratia S. Mediolanenſis Eccleſiæ Archiepiſcopi, ut de ipſa comiſſione conſtat ipſius Domini Archiepiſcopi litteris ejus ſigillo conſueto pendenti cum filo albo munitis, quarum tenor interius annotatur. Diſcretis viris Antonio nato D. Frederici de Guaſchis canonico beneficiato Eccleſiæ ſupradictæ S. Mariæ ex parte una, et Baldaſſarro nato D. Albertini de Guaſchis clerico beneficiato Eccleſiæ S. Martini de Gambono plebatus plebis S. Dalmatii de Quargnento juriſdictionis Archidiaconatus Alexandriæ ſupradictæ ex altera, aſſerentibus, & volentibus prædicta loca canonicatus, & beneficia, quæ obtinent in dictis Eccleſiis, & locis inter ſeſe ad invicem permutare, utroque ipſorum aſſerente ſe poſſe in alterius Eccleſiæ, ſeu loco comodius exercere. Interrogati prius per prædictos DD. Archidiaconum, & Abbatem, ſi dictam permutationem, beneficia, ac loca prædicta facere, & permutare volebant, & per ipſos, & . . . . . totum de volendo ipſam facere eo modo, jure, & forma, quibus melius poſſent. Reſponſione ſecuta dictus Baldaſſarrus ex cauſa permutationis faciendæ prædictæ cum prædicto Antonio, & ipſius præbenda prædictos clericatum, beneficium, & præbendam, quos obtinent in dicta Eccleſia S. Martini de Gambono cum omnibus juribus, & pertinentibus ſuis in manibus ipſius Domini Archidiaconi, tamquam ordinarii ſui, & coram ipſo pure, libere, ſponte, & ex certa ſcientia reſignavit, dictuſque Antonius ex cauſa prædicta prædictum canonicatum, beneficium, & præbendam, quos tenebat, & poſſidebat pacifice, & quiete in ſæpedicta Eccleſia S. Mariæ cum omnibus juribus, & pertinentiis ſuis in manibus ejuſdem Domini Abbatis, & coram ipſo auctoritate comiſſionis prædictæ ſuprafactæ per ſupradictum Dominum Archiepiſcopum ſimiliter pure, & liberaliter reſignavit, dicente tamen ipſo Domino Archidiacono, & etiam proteſtante ante prædictam reſignationem factam per dictum Antonium, & in ipſa, & poſt, quod per aliquem aſſenſum, quem daret in hujuſmodi permutatione facienda dicto Antonio pro Eccleſia S. Mariæ prædictæ, non intendebat, nec volebat in aliquo præjudicare juri, quod haberet, ſeu unquam habuiſſet Eccleſia major Alexandriæ, ſeu ſedes Epiſcopalis, vel ipſe in Eccleſia prædicta S. Mariæ. Et quod dictæ permutationi conſentiebat, ſalvo ſemper prædictis Eccleſiæ majori, & ſedi, ac ſibi omni jure, quod reperiretur habere, ſeu unquam habuiſſet in prædicta Eccleſia S. Mariæ. Quibus reſignationibus ſic factis prædictus Dominus Archidiaconus clericatum, & beneficium dicti Baldaſſarris, & dictus Dominus Abbas canonicatum, beneficium, & præbendam dicti Antonii auctoritate dictæ comiſſionis omni modo, jure, & forma, quibus melius potuerunt, & ad eos ſpectat acceptarunt, & etiam admiſerunt ex cauſa permutationis prædictæ. Et dicto Baldaſſarro dictus Dominus Abbas auctoritate prædicta, prædictos canonicatum, beneficium, & præbendam quos dictus Antonius in prædicta Eccleſia S. Mariæ obtinebat, & ſic reſignatos per ipſum, ut ſupra cum omnibus juribus, & pertinentiis ſuis contulit, ac eidem providit de ipſis inveſtiendo ipſum Baldaſarrem de prædictis per biretum, quod geſtabat in capite. Et dictus Dominus Archidiaconus ipſum Antonium auctoritate ordinaria, qua fungitur ſupradicta de prædictis, clericatu, beneficio, & præbenda, quod dictus Baldaſarrus obtinebat in dicta Eccleſia S. Martini per birretum ſuum ibidem ſimiliter inveſtivit. Poſt quæ dictus Dominus Abbas incontinenter intrans Eccleſiam prædictam S. Mariæ in præſentia teſtium, & canonicorum ſupraſcriptorum, ac præſente D. Presbitero Joannino Aroba canonico præbendato ejuſdem Eccleſiæ poſuit, & induxit prædictum Baldaſarrum in corporalem poſſeſſionem dictæ Eccleſiæ ad præbendam prædictam, inveſtiendo ipſum per pannos altaris majoris Eccleſiæ ſæpe dictæ S. Mariæ, & per vectem oſtii etiam, & funem campanellæ parvæ in eadem Eccleſia exiſtentis, & aſſignando eidem ſtallum in

choro, & locum in capitulo, ut moris est in eadem. Quibus omnibus, & dictæ permutationi canonici omnes supranominati dictæ Ecclesiæ ibidem, ut præmittitur existentes, & consistentes expresse eumdem Baldasarrum in suum, & dictæ Ecclesiæ verum canonicum, & confratrem pacis osculo intervenjente receperunt penitus, & etiam admiserunt ad præbendam superius memoratam, præcipientes de prædictis supradicti Dominus Archidiaconus, & Abbas una cum prædictis Antonio, & Baldasarre per me Notarium confici debere publica duo instrumenta, & etiam plura, & tot, quot fuerint opportuna per consilium melioranda unius, & plurium sapientium.

Tenor vero litterarum supradicti Domini Archiepiscopi commissionem de qua supra fit mentio continentium, est ut infra. Frater Aycardus Dei, & Apostolicæ sedis gratia S. Mediolanensis Ecclesiæ Archiepiscopus dilecto in Christo religioso viro Patri Gilberto Abbati Monasterii S. Justinæ de Sezadio diœcesis Aquensis salutem in Domino. Cum translatio, seu mutatio personalis Ecclesiis, & personis Eccl. . . . . mentum nos consideratione habita hujusmodi attendentes, quod dilecti nobis in Christo Antonius natus Frederici Guaschi canonicus Ecclesiæ S. Mariæ de Bergolio Alexand. cujus ta. . . . . ad nostram collationem pleno jure spectare noscuntur, et Baldesarrus natus Albertini Guaschi Clericus beneficiatus Ecclesiæ S. Martini de Gambono plebatus plebis . . . . . rant, ut nobis ex parte sua significatum est beneficia, & loca, quæ obtinent in dictis Ecclesiis ex causis pro parte ipsorum nobis expositis justis, & rationabilibus invicem permutare utroque . . . utiliter exercere, quodque ex permutatione hujusmodi commoditas tam prædictis Ecclesiis, quam personis poterit provenire. Nequente tamen eidem permutationi perficiendæ una cum loco . . . . . mitimus per hæc scripta, quatenus consideratis diligenter circumstantiis universis, quæ sunt in talibus attendendæ, si noveritis, quod sicut præmittitur utilitas tam prædictarum &c. . . . & nullum in his inveneritis obstare canonicum impedimentum, nullamque pravitatem intercedere, neque fraudem, super quibus vestram conscientiam oneramus una cum dicto loci diœcesano . . . . . ejusdem diœcesani auctoritate, si vobis ipse vices suas forsan commiserit in hac parte ad permutationem hujusmodi procedentes vice, & auctoritate nostra prædictorum canonicatus, & præben. . . . Antonio ex causa permutationis hujusmodi resignatione recepta eosdem canonicatum, præbendam, & locum dicto Baldasarro cum omnibus suis juribus, & pertinentiis conferatis . . . . . locum Ecclesiæ S. Mariæ de Borgolio prælibatæ recepta prius a dicto Baldesarro ex causa hujusmodi resignatione clericatus, seu beneficii, & loci, quem obtinet in dicta Ecclesia de Gam. . . . . suis juribus, & pertinentiis Antonio supradicto, & eodem translato ad ipsum clericatum, beneficium, & locum per dictum Baldasarrum, ut præmittitur resignata. Et demum recepto prius per vos ab eod. . . . . juramento de observandis statutis, & consuetudinibus ipsius Ecclesiæ, quodque ipse in eadem Ecclesia S. Mariæ, justo impedimento cessante cotidianum, & debitum impendet servitium in divini . . . . . siter residebit, & ibi morando continue, ut debet, comedet, & jacebit. Eundem per vos, vel per alium in ipsorum canonicatus, & præbendæ, ac loci ejusdem sanctæ Mariæ, omniumque suorum jurium . . . . . tuleritis, ipsumque transtuleritis ad ejusdem corporalem possessionem inducatis, & defendatis inductum. Volumus autem, quod non aliud, vel majus seu non plus juris alterutro dictorum An. . . . hujusmodi, seu ex collatione mutua, quæ de dictis beneficiis, & locis utrique ipsorum ex causa ipsius permutationis personarum earumdem facta fuerit acquiri in ipsis beneficiis, ac b. . . . . ad, & permutatus extiterit, quod in illis beneficiis, & locis, de quibus præterea per ipsorum utrumque resignatio facta fuerit ante resignationem hujusmodi nunc eorum alterutri competere dignoscatur. Dat. . . . . trecentesimo trigesimo sexto, indictione quarta, die secundo maii. Quibus quidem dicti Domini Archiepiscopi commissionis litteris appensum erat quoddam sigillum cum cordula alba ceræ rubeæ . . . . . cera communi. In quo sigillo scilicet in media parte sculpta erat imago cujusdam Pontificis sedentis super cathedram pontificalibus induti, & mitram in capite portantis . . . . . tenentis quoddam librum, in quo scripta erant hæc verba S Pax Christi, & ad pedes ipsius duos serpentes super quos tenebat pedes suos, a dextera autem parte dicti Pontificis sculpta im. . . . . scriptum erat super caput Scius Protascius, & a sinistra parte imago alterius sancti, cujus nomen scriptum erat super caput S. Gervasius, & circa caput dicti Pontificis scriptum erat, ut legi videbatur sanctus . . . . litteræ vero circumferentes dictum sigillum sic legi videbantur: S. F. Aycardi Dei & Apostolicæ sedis gratia S. Mediolanensis Ecclesiæ Archiepiscopi. Ab alia vero parte dicti sigilli erat impressum quoddam sigillum parvum ceræ rubeæ formæ rotundæ, in quo sculpta erat imago B. Virginis Mariæ filium suum tenentis, litteræ vero circumferentes dictum sigillum, sic legi videbatur: secretum F. Aycardi de Camodia &c.

Ego perpetuus Bellescannus de Borgolio Alexandriæ publicus Imperiali auctoritate Notarius supradicti Domini Archidiaconi officialis, & scriba supradictæ permutationi, & contentis in ea, dum agerentur, præsens interfui una cum testibus suprascriptis, & ea sic, ut præmittitur fieri vidi, & rogatus hanc cartam tradidi, & in hanc publicam formam redegi, & scripsi, signoque meo solito signari in testimonium veritatis &c.

Investitura Castelleti de Aquis facta Johanni M. Montisferrati ab Ottobono Ep. El. & confir.

M C C C X L. 285

Anno Domini amen. Anno Nativitatis ejusdem MCCCXL., indictione VIII., die I. augusti, Rev. in Christo Pater Dominus Ottobonus Dei gratia Aquensis Electus, & confirmatus considerans,

&

& diligenter advertens Illuſtrem Principem Dominum Marchionem Montisferrati pro Caſtelleto Civitatis Aquis, & quibuſdam aliis rebus fore antiquiſſime vaſſallum Aquenſis Eccleſiæ, volens prædeceſſorum ſuorum in Aquenſi Eccleſia veſtigia ſequi per ſe & ſuos ſucceſſores vice, & nomine dictæ Aquenſis Eccleſiæ inveſtivit, cum uno annulo aureo, quem ipſe Dominus Electus in manu ſua tenebat, Illuſtrem virum Dominum Johannem Marchionem Montisferrati, præſentem, & recipientem de dicto Caſtelleto de Aquis, & generaliter de omnibus, & ſingulis, de quibus ipſe Dominus Marchio, vel ejus anteceſſores fuit, vel eum fuiſſe inveſtitum apparuit ab Aquenſi Eccleſia ſupradicta tali modo, quod ipſe Dominus Marchio dictum Caſtelletum & communia alia, quæ ſolet tenere in feudum a dicta Aquenſi Eccleſia, ut ſupra de cetero in perpetuum habeat, teneat, & poſſideat, & ſuum velle faciat, ſalvo debito fidelitatis juramento, qua quidem inveſtitura facta, prædictus D. Marchio per ſe, & ſuos ſucceſſores promiſit, & convenit dicto D. electo pro ſe, & ſuis ſucceſſoribus, & vice, & nomine Aquenſis Eccleſiæ recipienti, & ſtipulanti, & corporaliter ad Sancta Dei Evangelia tactis Scripturis juravit ſe pro dicto Caſtelleto, & aliis, ut ſupra, ipſius Domini Electi, & ſucceſſorum ſuorum, & Aquenſis Eccleſiæ fidelem eſſe Vaſſallum, & pro ipſo feudo facere pacem, & guerram pro ipſo Domino Electo, dicto nomine, & ejus ſucceſſoribus, & ipſum Dominum Electum dicto nomine, & Aquenſem Eccleſiam contra omnem perſonam commune collegium, & univerſitatem defendere, & juvare, nec non bona, & honores ipſius Aquenſis Eccleſiæ, quos nunc habet, & in futurum habebit, manutenere, & ſalvare, & nunquam eſſe in facto, dicto, vel conſilio, in quo, vel per quod ipſe Dominus Electus, vel ejus ſucceſſores perſonam, vel membrum amitterent, vel dicta Aquenſis Eccleſia bona aliqua, ſeu honores perdere poſſet, vel aliquam incurreret læſionem. Conſilium, ſi quod ab ipſo Domino Marchione dictus Dominus Electus, vel ejus ſucceſſores dicto nomine requirerent, fideliter impartiri. Et ſi quid ipſi Domino Marchioni ſub fide, & credentia nomine dictæ Eccleſiæ commiſſum fuerit ſecretum tenere, & nulli pandere, nec per quod pandatur facere ſine licentia ipſius Domini committentis, & nihil quod in damnum, vel detrimentum ipſius Domini Electi, vel Aquenſis Eccleſiæ verti poſſet, committere, vel modo aliquo machinari. Immo ſi quem, vel quos ſciret damnum, vel læſionem contra ipſum Dominum Electum, vel Aquenſem Eccleſiam committere, ipſo Domino Electo, & ſuis ſucceſſoribus nunciare. Et generaliter puram & meram fidelitatem fecit eidem recipienti, ut ſupra, pro ipſo feudo, prout, & ſecundum quod capitulis novæ, & veteris formæ fidelitatis continetur. Et inde plures cartas fieri præceperunt unius tenoris ad conſilium ſapientis. Actum in civitate Aquis, ſcilicet in Eccleſia majori dictæ civitatis in ſacriſtia dictæ Eccleſiæ, præſentibus nobilibus viris domino Marchione, Comite de Cochonato, Bonifacio de Carreto nepote ejuſdem Domini Electi, Sucio de Tilio, Bertolello de Cerexeto, & Pachino de Carreto de Ponte, teſtibus ad hæc vocatis, & rogatis. Ego Franciſcus Novellus de Tertio, Imperiali auctoritate Notarius, his omnibus interfui, &c.

Locatio bonorum in Meladio Oddoni M. Ponzoni.

MCCCXL. 286

ANno Domini MCCCXL., Ind. VIII., die 16. novembris actum in Ponto, videlicet in caſtro dicti loci, præſentibus D. Georgio Maſcario, & D. Dominico Maſcario juriſperito de Beſtagno, Ottobono Bonifacii, Alberto de Carreto, Branchetto Gavanuto, & Belengerio Sartore de Ponto, teſtibus vocatis, & rogatis, cum caſtrum, & locus Beſtagni Epiſcopatus Aquenſis, poſtquam R. P. D. Ottobonus de Carreto fuerat electus canonice in Epiſcopum Aquenſem, detineretur violenter per DD. de Belengeriis de Aquis, & alios forenſitos Aquenſes contra voluntatem dicti D. Electi, & in evidens periculum Aquenſis Eccleſiæ, & canonicorum Eccleſiæ prædictæ, ac reliquorum omnium Epiſcopatus Aquenſis, & oportuerit dictum Dominum Electum volentem dictum caſtrum, & locum redimere, & a manibus dictorum ſic retinentium emere, & perducere ad ſtatum pacificum, & tranquillum, multaſque quantitates, & ſummas denariorum mutuo aſſumere a quampluribus ad redimendum locum prædictum a detentoribus ſupradictis, inter quas pecuniarum ſummas recepit mutuo a nobili viro D. Oddone Marchione de Ponzono florenos auri, & de Florentia 400. & 20. ſolummodo occaſione prædicta. Ecce quod idem D. Electus, & confirmatus fuit confeſſus ſe cauſa mutui recepiſſe a dicto Domino Oddone florenos 420. auri boni, & juſti ponderis ... Pro quibus denariis dictus Dominus Electus per ſe, & ſuos ſucceſſores nomine dictæ Aquenſis Eccleſiæ locavit dicto D. Oddono uſque ad annos X. proximos, primo petiam unam terræ in poſſe Meladii, ubi dicitur Braida Domini Epiſcopi, cohær. via communis, beale molendini, Eccleſia S. Bartolomæi, Erzeni hortaliorum de plano: item petiam unam terræ jacentem in eodem poſſe, & loco, cohær. via a duabus partibus, Manfredus de Puteo, & Ioannes Sacchellius. Item petiam unam prati, & plures petias terræ in eodem poſſe, ubi dicitur Predoſe, quibus cohærent flumen Erri, flumen Burmidæ, heredes Petri Talamatii, Henricus Roffredus, Belengerius Campanus pro Canonicis majoris Aquenſis Eccleſiæ, item Ergeni Manfrelli de Puteo, Odinus Paolottus de Meladio, Eccleſia S. Dalmiani, &c., item terram de Cornato, & generaliter ſingulas alias terras, quæ dicuntur eſſe ſtariorum XVII. grani annuatim, quæ, & quos eadem Eccleſia habere videtur in poſſe Meladii ... ſine eo quod Dominus Electus, vel ſucceſſores ſui, vel aliquis pro eo aliquid habeat, vel recipiat de godiis, vel de fictibus prædictis uſque ad X. annos, quo tempore debitum de flor. 420. ſit vanum, & ſolutum &c. Ego Franciſcus Novellus de Tertio Notarius &c.

Inveſtitura Rochetæ Pelafeæ Johanni Marchioni Montisferrati.

287 MCCCXL.

IN nomine Domini amen. Anno nativitatis ejuſdem MCCCXL., Indictione VIII., die prima Aug. Rev. in Chriſto P., & D. Ottobonus, Dei gratia Epiſcopus Aquenſis, electus, & confirmatus, vice, & nomine Aquenſis Eccleſiæ, & ſucceſſorum ſuorum tradidit, & conceſſit in perpetuum Illuſtriſſimo Principi D. Joanni Marchioni Montisferrati, præſenti, & accipienti pro ſe, & ejus deſcendentibus in nobile, & gentile feudum paternum, avitum, & antiquum caſtrum, turrim, atque demadium (1), necnon villam, homines, atque vaſſallos Rocchetæ Pelafeæ Aquenſis Diœceſis, omni mero, & mixto imperio, & omnimoda jurisdictione, territorio, diſtrictu, & omnibus pertinentiis caſtri, & villæ prædictæ, poderiorum, cujus caſtri, & villæ cohærent poderia locorum Niciæ, Canellarum, Caſſinaſchi, Sexami, Beſtagni, & Monteboni. Quod caſtrum, & villa feudum eſt antiquum Aquenſis Eccleſiæ, & ſolita ſunt concedi in feudum per ejus Prælatos ab antiquiſſimo tempore, citra quod contraria non eſt memoria, & quod caſtrum, & villa cum ſuis pertinentiis aperta ſunt, & devoluta, atque pervenerunt ad dictam Eccleſiam ex culpa D. Franceſchini de Calamandrana, qui ipſum caſtrum, & villam tenebat in feudum a dicta Eccleſia, commiſſa per dictum D. Franceſchinum contra D. Electum, ſeu Eccleſiam veniendo ipſe D. Franceſchinus contra ſacramentum fidelitatis, eo quod abſtulit dictæ Eccleſiæ caſtrum, & villam Ronchi Zenarii Aquenſis Diœceſis juris, & proprietatis dictæ Eccleſiæ, quod caſtrum invaſit, & occupavit, & adhuc tenet, nolendo ipſa reſtituere dicto Domino Electo, licet fuerit requiſitus, & ex eo, quod dictus Dominus Franceſchinus debuit dictum caſtrum, & villam Rocchetæ vendidiſſe, & alienaſſe D. Ottonino Marchioni Inciſæ ſine licentia ipſius D. Electi ad habendum, tenendum, & poſſidendum jure feudi, & quidquid ipſo D. Marchioni, & ejus deſcendentibus perpetuo placuerit faciendum jure feudi, & fidelitatis ſemper ſalvo cum omnibus, quæ per dicta conceſſa ſunt ſuper ſe, vel infra, ſeu intra ſe in integrum, omnique jure, & actione, uſu, ſeu requiſitione ipſi D. Electo, ſeu ipſi Aquenſi Eccleſiæ, ac prædictis caſtro, villa, & eorum pertinentiis, aut ipſis caſtro, villæ, & pertinentiis eorundem modo aliquo pertinente, quod caſtrum, villa cum ſuis pertinentiis & omnia prædicta conceſſa prædictus D. Electus dicto nomine conſtituit ſe tenere, & poſſidere, ſeu quaſi nomine dicti Domini Marchionis, donec ipſe D. Marchio prædictorum caſtri, & villæ, & aliorum ſupra conceſſorum poſſeſſionem acceperit corporalem, & quaſi, quam accipiendi ipſius D. Marchionis propria auctoritate, & retinendi deinceps dictus dominus Electus licentiam dedit omnimodam. Promittens ipſe D. Electus dicto nomine dicto D. Marchioni, vel ejus deſcendentibus de ipſis caſtro, & villa, & aliis ſupra conceſſis, vel aliquo jure eorum non inferre, nec inferenti conſentire, jure fidelitatis ſemper ſalvo, ſed potius ipſam conceſſionem omnia, & ſingula ſupra, & infra dicto nomine perpetuo rata, & firma habere, & tenere, & in aliquo non contrafacere, vel venire per ſe, vel alios aliqua cauſa, vel ingenio de jure, vel de facto. Item verſa vice ipſe D. Marchio per ſe, & deſcendentes ſuos promiſit, & convenit ipſi D. Electo, ſuo, & dicto nomine ſtipulanti, & corporaliter ad ſacra Dei Evangelia tactis Scripturis juravit ſe de cetero prædictis caſtro, & villa, & aliis ſupra conceſſis, ſeu pro prædicto feudo ipſi D. Electo dicto nomine, & ejus Catholicis in dicta Eccleſia ſucceſſoribus, ſeu ipſi Aquenſi Eccleſiæ fidelem eſſe vaſſallum, & pro ipſo caſtro, villa, & hominibus pacem, & guerram facere pro ipſo D. Electo dicto nomine, & Aquenſis Eccleſiæ contra omnem perſonam, collegium, & univerſitatem defendere, ſeu juvare, nec non bona, & homines ipſius Aquenſis Eccleſiæ, quæ nunc habet, & in futurum habebit, mantenere, & ſalvare, & nunquam eſſe in facto, dicto, vel conſilio, in quo vel per quod ipſe dominus Electus, vel ejus ſucceſſores, perſonam, vel membrum amittant, vel dicta Aquenſis Eccleſia bona aliqua, ſeu honores perdere poſſet, vel aliquam incurrere læſionem: conſilium, ſi quod ab ipſo domino Marchione dictus dominus Electus, vel ejus ſucceſſores dicto nomine requirent, fideliter impartiri, & ſi quid ipſi D. Marchioni ſub fide, & credentia nomine dictæ Eccleſiæ commiſſum fuerit, ſecretum tenere, & nulli pandere ſine licentia ipſius D. Electi, vel Aquenſis Eccleſiæ ... verti poſſet, committere, vel aliquo modo machinari. Immo ſi quem, vel ſi quos ſciret damnum, vel læſionem contra ipſum D. Electum, vel Aquenſem Eccleſiam committere volentem, & volentes, ſuo poſſe diſturbaret, & ſi diſturbare non poſſet, quam velocius fieri poſſit hæc ipſi D. Electo, vel ejus ſucceſſoribus nunciaret. Et generaliter ipſe D. Marchio puram, & meram fidelitatem fecit, & juravit dicto domino Electo nomine recipienti pro ipſo feudo, prout, & ſecundum formam quæ in capitulis novæ, & veteris fidelitatis continetur. Quibus omnibus ſic peractis prædictus dominus Electus dicto nomine dictum dominum Marchionem recipientem ut ſupra de ipſis caſtro & villa, & aliis ſupra conceſſis jure nobilis & gentilis feudi cum annulo aureo, quem ipſe dominus Electus in ſua tenebat manu, legitime inveſtivit oſculo pacis inter eos interveniente in ſignum dilectionis, fidei, & amoris.

Actum in Civitate Aquis, ſcilicet in Eccleſia majori dictæ Civitatis, in ſacriſtia dictæ Eccleſiæ præſentibus nobilibus viris D. Marchione Comite de Cocconato, Bonifacio de Carreto nepote dicti domini Electi, Lucio de Tilio, Bertolello de Cerexeto, & Pachino de Carreto de Ponte, teſtibus ad hæc voc., & rog. . . . . Et inde juſſit facere fieri duo publica inſtrumenta unius, & ejuſdem tenoris, unum videlicet per me Franciſcum Notarium infraſc., & aliud per Raimondellum de Grazano Notarium dicti domini Marchionis dictanda conſilio ſapientis, ſi fuerit opportunum. Ego Franciſcus No-

vellus de Tercio Imper. auct. Not. his omnibus interfui, & rogatus cartam mihi jussam tradidi, & scripsi.

(1) *In alio exemplari: demangium.*

Alia decimarum Ponzoni, & Denicis a D. Guidone II. Episc. concessa DD. Raimundo, Bonifacio, Othoni, & Theodoro MM. Ponzoni.

288 MCCCXLII.

IN nomine Domini amen. Anno Dom. MCCCXLII. Ind. XI., die 17. novembris in Castellaxio Cavatoris, præsentibus D. Thoma Abbate Monasterii Sanctæ Mariæ de Tilieto, D. Guglielmino de Incisa, D. Joanne de Incisa, D. Ottolino Ghisamberto, Gulielmino de Quiglato, Gulielmo Jachello jurisperitorum test. voc., & rog. Cum nobiles viri DD. Raimondinus, Bonifacius, Otho, & Theodorus Marchiones de Ponzono ante præsentiam Rev. in Christo Patris D. Guidonis Aquensis Electi constituti, ipsi D. Electo fidelitatem fecerunt de decimis Ponzoni, & Denicis, quas asserunt se in feudum, & antecessores sui habere ab Aquensi Ecclesia, & prædecessoribus D. Electi Aquensis, & quia virtutum præmia merentibus tribui convenit, consideratis meritis, & virtutibus Dominorum Marchionum prædictorum, & servitiis Aquensi Ecclesiæ hactenus exhibitis per eosdem idem D. Electus volens in quantum potest de jure ipsorum petitionem exaudire investivit eosdem, videlicet D. Bonifacium pro medietate, & DD. Raimundum, Odonum, & Theodorum pro alia medietate cum annulo, quem in manibus tenebat de dictis decimis Ponzoni, & Denicis, & de quarterio Cavatoris, & jurium, quod & quæ dicti Marchiones dicunt se debere tenere in feudum a dicto D. Electo, & ab Ecclesia supradicta, si quod, & quæ poterunt docere de jure coram ipso D. Electo antecessores suos possediſſe, & tenuisse, & quæ, & quod ipsi, & prædecessores sui tenere consueverunt in feudum a prædecessoribus d. D. Electi Aquensis, & ab Ecclesia supradicta. Quam concessionem, & investituram d. D. Electus per se, & successores suos promisit dictis Dominis Marchionibus, in quantum melius decebat, juramento firmare, & ratam habere (1). Qui prædicti DD. Marchiones ibidem, & in præsenti fidelitatis juramentum ipsi D. Electo, & Ecclesiæ Aquensi præstiterunt, corporaliter tactis sacrosanctis Evangeliis, promiseruntque in dicto juramento, & sub dicto juramento se se esse fideles Vassallos supradicti D. Electi, & Ecclesiæ Aquensis, & jura, & honores ipsius toto posse, & pro viribus conservare, & ipsi D. Electo, & Ecclesiæ prædictæ servire, quemadmodum eorum prædecessores facere consueverunt, & sicut fideles Vassalli servire, & obedire tenentur eorum Domino; & duo ejusdem tenoris instrumenta . . . . tam dictus D. Electus, quam dicti Marchiones prædicti fieri mandaverunt ad consilium, & dictatum unius, & plurium, si opus fuerit, sapientum, firma semper contractus substantia remanente. Ego Johannes de Castello Imperiali auctoritate Notarius, &c.

(1) *Sic olim in exemplari vetusto in archivio Capituli existente legebam: at in alio recentiori Franciscus Turrius scriptum reperit* in quantum debebit de jure firmam, & ratam habere; *quam lectionem sinceram puto, ac veriorem.*

Traditio literarum Apostolicarum pro liberatione Georgii M. de Carretto Guidoni Ep. Aq.

MCCCXLIII. 289

DIe XXVI. Madii actum in castro Episcopali Bestagni, præsentibus nobilibus viris Oddonino Scarampo legum Doctore, Alberto Oddonino ex Marchionibus Incisæ, Oddonino de Roccheta Marchione Incisæ, Dominus Manuel de Carreto Marchio Saonensis nepos egregii viri D. Georgii de Carreto, nunc in forcia D. Ducis Januensis constitutus (1), & tamquam conjuncta persona ipsius D. Georgii Rev. in Christo Patri D.D. G. Dei, & Apostolicæ sedis gratia Aquensi Episcopo, & Comiti cum reverentia præsentarunt rescripta, sive literas Apostolicas super facto relaxationis D. Georgii prædicti continentes infra scripta . . . & præcipiens exinde fieri publicum instrumentum . . . . Qui dictus Episcopus easdem litteras . . . cum omni obedientia, & reverentia, qua decuit, recepit, offerens se paratum . . . . contenta in dictis litteris facere quidquid de jure tenetur, præcipiens exinde fieri publicum instrumentum.

(1) *Erat iste Buccanigra. Qua autem de causa hæc Georgio adversa contigerint, enarratum legi apud Raphaelem a Turri, qui in sua Cyrologia p. 144. ex Bizzarri historici Genuensis testimonio refert anno MCCCXLI. Marchionem Georgium se junxisse cum patriciis Januensibus res novas molientibus contra Ducem Buccanigram, ac rem Albingaunensem, quæ tunc erat sub potestate Januensium turbasse. Sed cum Dux Johannem de Mari misisset Albingaunum cum triremibus, ipse coactus receptui canere Genuam ad petendam veniam proposita incolumitate accersitus fuit; sed cum fœdus fregisset, captus duriores pœnas irato duci dedit. Hinc in caveam primum, deinde in carceres malæ paghæ inclusus, diuque retentus, tandem turbis illis, quibus factione patriciorum abdicare coactus est Buccanigra, fugam rupto carcere arripuit. Quæ si vera sunt, jam consequeretur parum apud illius Reipublicæ Ducem valuisse preces S. Pontificis, qui tunc erat Clemens VI. a Guidone Episcopo Aquensi, ut ex carta conjicere est, pro Georgii liberatione ad eum delatas. Hæc autem certiora fierent, si in registris hujus Pontificis litteræ invenirentur ad Guidonem Episcopum nostrum missæ.*

Investitura de Decimis Ulmi Mascaro Mazucho, & Petro, & Gullielmo de Rotundis.

MCCCXLIII. 290

IN nomine Domini amen. Anno nativitatis ejusdem MCCCXLIII., Ind. XI., die 16. Augusti actum in castro Episcopali Bestagni, præsentibus Con-

radino Beſtagno, Dominico Maſcaro de Beſtagno, & D. Thoma Baudizono de Aquis, teſtibus ad hæc vocatis, & rogatis. Quorum præſentia Rev. in Ch. Pater, & D. Guido Dei gratia, & Apoſtolicæ Sedis Aquenſis Epiſcopus, & Comes attendens, & cognoſcens quod infraſcripta conceſſio Eccleſiæ Aquenſi eſt utilis, neceſſaria, & fructuoſa pro evidenti utilitate ipſius Eccleſiæ dedit, & conceſſit Maſcaro Mazucho de Ulmo recipienti pro ſe, & heredibus ſuis, & vice, & nomine Elenæ filiæ quondam Petri Mazuchi ejuſdem loci Ulmi pro quarta parte, & Petro, & Guillelmo de Rotundis de Rocaverano pro ſe, & eorum heredibus recipienti pro medietate decimam de dicto loco Ulmi, videlicet tres partes ipſius decimæ pro certo fictu, & reditu hinc ad novem annos proxime venturos promittens idem D. Epiſcopus pro ſe, & ſucceſſoribus ſuis, nomine, & vice dictæ Aquenſis Eccleſiæ, ſolemni ſtipulatione interveniente ipſis Maſcaro, & heredibus ſuis, & nomine quo ſupra, Petro, & Guillelmo pro ſe, & eorum heredibus prædictam conceſſionem firmam, & ratam habere, & tenere, & non contrafacere, vel venire, ſed ipſam decimam hinc ad dictum terminum legitime defendere, auctorizare, & manutenere, ab omni homine, perſonæ communi collegio, & univerſitate, & nullam dationem, obligationem, conceſſionem, vel contractum in præfata decima, vel ejus occaſione facere, cujus prætextu dicta conceſſio infringatur, vel quominus prædicti conductores, ſive ipſorum alter dicta decima uti, & frui valeant hinc ad terminum ſupradictum, & hoc ideo quia e converſo prædicti conductores, & quilibet ipſorum per ſe, & eorum heredes promiſerunt, & convenerunt dicto Domino Epiſcopo, & ſucceſſoribus ſuis dictam decimam bene, & diligenter colligere, exigere, petere bona fide, & jura ipſius decimæ manutenere, & conſervare, & nomine fictus, & reditus quolibet anno in feſto S. Thomæ dare, deferre, & apportare in caſtro Beſtagni eidem D. Epiſcopo libram unam candelarum ceræ. Quæ omnia, & ſingula ſupraſcripta prædicti D. Epiſcopus, & conductores promiſerunt viciſſim ad invicem ſolemnibus ſtipulationibus hinc inde intervenientibus firma, & rata habere, & tenere, & non contrafacere, vel venire aliqua ratione, vel cauſa de jure, vel de facto, ſub pœnis, & hypotecis omnium bonorum dictæ Eccleſiæ, & dictorum conductorum ad invicem inter ipſos ſupra præmiſſa. Item reficere, & reſtituere una pars alteri ad invicem omnia, & ſingula damna, expenſas, & intereſſe litis, quæ, & quas una pars occaſione alterius ſua culpa contra prædicta venientis faceret, vel ſuſtineret in judicio, ſive extra. Pro quibus omnibus attendendis, & obſervandis, & pro dicta decima ſic habenda, & tenenda præfati Maſcarus ſuo, & nomine quo ſupra, Petrus, & Guillelmus eidem D. Epiſcopo præſtiterunt debitum fidelitatis juramentum; & inde duo inſtrumenta unius, ejuſdemque tenoris fieri præceperunt ad conſilium unius, & plurium ſapientum, ſi opus fuerit. Ego Ughetus de Rolando, Imperiali auctoritate Notarius, & ſcriba prædicti D. Epiſcopi his omnibus interfui, & hanc cartam mihi juſſam rogatus tradidi, & ſcripſi.

Denunciatio Guidonis Epiſcopi Fratribus Marchionibus de Ponto ſe paratum eſſe idoneæ perſonæ ſolvere pecuniam ſtatutam pro recuperatione Caſtelletti cum expoſtulatione adverſus illorum injuſtam detentionem.

MCCCXLIII. 291

IN nomine Domini amen. Anno nativitatis ejuſdem milleſimo trecenteſimo quadrageſimo tertio, Indictione undecima, die 26. menſis novembris, actum apud caſtrum Beſtagni præſentibus Domino Gullielmo Marencho Archipresbytero Aquenſi, Henrioto de Rolando, Domino Conradino Beſtagno de Beſtagno, Presbytero Reſtagno miniſtro Eccleſiæ Sancti Johannis de Beſtagno, Domino Presbytero Petro de Rolando de Beſtagno miniſtro Eccleſiæ Sancti Marciani de Sancto Marciano, Domino Magiſtro Thoma Baudeſono de Aquis, Gullielmo filio quondam Caranti Ambroxii de Anciſſa, & pluribus aliis teſtibus vocatis rogatis &c. Joannes Paſcharinus de Ponto, qui ſe dicit procuratorem dominorum Henrici, Luchini, Percivalli, & Bonifacii fratrum de Ponto, ſive de Carreto denuntiavit Rev. in Chriſto Patri D. Guidoni, Dei, & Apoſtolicæ ſedis gratia Aquenſi Epiſcopo, & Comiti, quod prædicti fratres de Ponto ſunt parati, & offerunt ſe paratos eidem Domino Epiſcopo velle dare, & relaxare caſtrum & villam Caſtelletti juxta formam arbitralis ſententiæ prolatæ per Dominos Paganinum de Biſſozzero Poteſtatem Aſtenſem, Albertum ex Marchionibus Anciſſæ, & Ughetum de Monteclaro arbitros, & arbitratores inter partes prædictas, dummodo idem Dominus Epiſcopus eiſdem fratribus perſolvat mille quingentos florenos juxta tenorem arbitralis ſententiæ memoratæ, dicens, & denuntians quod ab hac die in antea prædicti fratres de Ponto dictum caſtrum cuſtodient ejuſdem Domini Epiſcopi ſumptibus, & expenſis.

Qui Dominus Epiſcopus ſtatim, & incontinenti præſentibus teſtibus ſubſcriptis, & Notariis infraſcriptis dixit, reſpondit, ac publice proteſtatus fuit quod prædicta denuntiata, & proteſtata per prædictum Johannem Paſcharinum, qui ſe dicit procuratorem ut ſupra, non admittit, nec recipit, eo quia prædictus Johannes Paſcharinus non docet, nec oſtendit ſe eſſe procuratotem prædictorum fratrum de Ponto, cum jure teſtante non credatur quis procurator, niſi prius doceat de mandato. Dixit tamen ad cautelam, & proteſtatus fuit prædictus Dominus Epiſcopus præſente dicto Johanne Paſcharino, qui ſe dicit procuratorem ut ſupra, in præſentia prædicti Domini Archipresbyteri tamquam in præſentia publicæ perſonæ, & præſentibus teſtibus ſupraſcriptis, ac infraſcriptis Notariis quod paratus eſt, & paratum ſe offert recipere dictum caſtrum, & villam Caſtelletti, quod per ipſum non ſtat, quin ipſum receperit, & habuerit a fratribus memoratis de Ponto, ac omnia effectuabilia obſervaverit, quæ in præ-

dicta arbitramentali ſententia continentur, & adhuc paratus eſt recipere ipſum caſtrum gratanter, & libentiſſime. Et propterea publice proteſtatur, quod ſi dicti fratres de Ponto aliquas expenſas fecerint, vel facient deinceps, vel eos feciſſe in præteritum apparuerit in caſtro prædicto, eas facient, & fecerunt invito prorſus, & contradicente præfato Domino Epiſcopo, cum eidem Domino Epiſcopo prædicti fratres per violentiam detinuerint, ac detineant caſtrum, & villam præfatam contra formam arbitralis ſententiæ prælibatæ. Nam prædictus Dominus Epiſcopus, & procurator ipſius prædictis fratribus pluries, & pluries obtulerunt, conſignaverunt, ac ſolemniter depoſuerunt prædictæ pecuniæ quantitatem juxta formam arbitralis ſententiæ memoratæ, petens cum inſtantia debita prædictus Dominus Epiſcopus, & procurator ejuſdem ſibi reſtitui caſtrum prædictum, quod quidem dicti fratres uſque modo facere contempſerunt contra formam arbitralis ſententiæ prælibatæ; ex quo non eſt dubium dictos fratres incurriſſe in pœnam librarum decem millia Aſtenſium in compromiſſo contentam, cujus pœnæ medietas eidem Domino Epiſcopo attendenti & obſervanti omnia, & ſingula in dicta arbitrali ſententia contenta venit perſolvenda per fratres prædictos contrafacientes, ut præmittitur, arbitrali ſententiæ memoratæ; de qua quidem medietate ipſius pœnæ compenſationem objicit prænominatus Dominus Epiſcopus quantitatis prædictæ florenorum mille & quingentorum, proteſtando ſimiliter de reſiduo eidem ſolvendo per fratres prædictos. Imputare ergo ſibi debent memorati fratres ſi expenſas aliquas fecerint, vel facient in poſterum in cuſtodia caſtri prædicti, cum indebite, & injuſte, ut præmittitur, ipſum caſtrum recuſent, & negligant liberaliter relaxare eidem Domino Epiſcopo offerenti, ut prædicitur, ipſum velle recipere voluntarie, & gratanter. Proteſtatur inſuper dictus Dominus Epiſcopus de damnis, & intereſſe datis, & factis per prædictos fratres in caſtro prædicto Caſtelleti, & aliis caſtris ejuſdem Domini Epiſcopi, nec non de expenſis per ipſum Dominum Epiſcopum factis eundo, ſtando, & redeundo in Civitate Aſtenſi, & alibi coram Domino Poteſtate Aſtenſi prædicto occaſione depoſiti memorati facti ob contumaciam fratrum prædictorum. Et de prædictis omnibus, & ſingulis idem Dominus Epiſcopus nobis Notariis præcepit fieri publicum inſtrumentum ad conſilium unius ſapientis, vel plurium. Et ita &c.

Ego Johannes de Caſtello, Imperiali auctoritate Notarius his omnibus interfui, rogatus hanc cartam tradidi, ſcripſi, & me ſubſcripſi, conſueto appoſito ſigno meo.

Ego Ughetus de Rolando Imperiali auctoritate, Notarius his omnibus interfui, & me ſubſcripſi in teſtimonium præmiſſorum, ſignoque meo ecc.

Ego Jacobus, &c.

Præceptum Guidonis Epiſcopi oppidanis Caſtelletti, ut ipſi, non aliis vectigalia, ac tributa ſolvant.

MCCCXLIII. 192

ANno Domini MCCCXLIII., Ind. XI., die 26. novembris in villa Caſtelletti Aquenſis Diœceſis, & in domo Jacobi Coſtæ de dicto loco Caſtelletti, præſentibus Oberto Poncio, & Petro de Burmida ambobus de Beſtagno teſtibus ad infraſcripta vocatis, & rogatis. Quorum præſentia & mei Notarii infraſcripti Goslinus de Goslinis de Beſtagno procurator, & procuratorio nomine ad infraſcripta ſpecialiter ordinatus per Reverendum in Chriſto Patrem Dominum Guidonem, Dei, & Apoſtolicæ ſedis gratia Aquenſem Epiſcopum, ut patet per cartam traditam hodie per me Notarium infraſcriptum, conſtitutus in præſentia Jacobi Coſtæ de Caſtelletto prædicto, conſulis, & ſindici communis, & hominum loci prædicti Caſtelletti Aquenſis Diœceſis ad menſam præfati Domini Epiſcopi pertinentis pleno jure, necnon Jacobi filii quondam.... dicti loci publice dixit, proteſtatus fuit, ac denunciavit eiſdem eorum nomine, & nomine omnium, & ſingularum perſonarum loci præfati, quatenus cum juxta formam cujuſdam arbitralis ſententiæ, arbitramenti, ſive compoſitionis prolatæ, ſeu factæ inter præfatum Dominum Epiſcopum, ſive quoſdam alios ejus nomine ex una parte, & Dominos Luchinum, Bonifacium, & Percivallum fratres de Ponto, ſive de Carreto, ſeu alio ipſorum ſuo, & prædictorum nomine ex alia, pronunciatum, & arbitratum fuerit per Dominos Paganinum de Biſozero Poteſtatem Aſtenſem, Albertum ex Marchionibus Anciſſæ, & Ughetum de Monteclaro, arbitros, arbitratores, & amicabiles compoſitores inter partes prædictas, ſive alios eorum nomine; inter cætera videlicet, quod prædicti fratres de Carreto eidem Domino Epiſcopo reſtituere, ac libere relaxare debeant caſtrum, & villam Caſtelletti, perſolutis tamen eiſdem fratribus per dictum Dominum Epiſcopum mille & quingentis florenis; cumque præfatus Dominus Epiſcopus, ſive alius, vel alii ejus nomine pluries & pluries obtulerint, conſignaverint, ac ſolemniter depoſuerint integralem, & cum effectu prædictam quantitatem pecuniæ, ut de prædictis apparent publica inſtrumenta, ac per Reverendum Dominum Epiſcopum non ſtet, nec eidem imputari poſſit quod non attendat pleonarie, & cum effectu omnia, & ſingula in dicta arbitrali ſententia comprehenſa, ſed potius per partem adverſam, ut aſſerebat procurator præfatus, quod modo, & in poſterum ab hac hora in antea non debeant perſolvere, nec reſpondere præfatis Dominis Luchino, & fratribus, nec aliis quibuſcumque perſonis quovis nomine nuncupentur præterquam eidem Domino Epiſcopo, vel ejus certo nuntio de aliquibus fictis, reditibus, homagiis, fodris, taleis, proventibus, godiis, ſeu aliquibus obventibus quocumque nomine cenſeantur, conſuetis præſtari, vel ſolvi per dictos homines Epiſcopis Aquenſibus occaſione caſtri, & villæ prædictorum, & in poſterum de novo præſtandis, dicens, & proteſtans dictus

procurator dicto nomine, quod si prædictus consul, & sindicus, & homines loci præfati persolverint, vel quomodolibet responderint de prædictis aliis, vel aliis quibuscumque personis præterquam Domino Episcopo, vel ejus certo nuntio, intentionis ipsius Domini Episcopi est ab ipso consule, & sindico, & ab ipsis communi, & hominibus loci præfati velle exigere, & petere supradicta, non obstante solutione aliqua alii, vel aliis per ipsos facta, prout debebit de jure, cum jura attestentur quod ..... non remittitur, sed augetur, cum cuiquam imprudenter solvitur quod alii est de jure debendum .... & prædictis omnibus, & singulis Procurator præcepit fieri publicum instrumentum per me Notarium infrascriptum ad consilium si opus fuerit unius, vel plurium sapientum.

Ego ..... Raschatus Imperiali auctoritate Notarius his omnibus interfui, & hanc cartam mihi jussam tradidi, & scripsi.

Juramentum fidelitatis præstitum a nonnullis civibus Aquensibus Guidoni Episcopo.

293 MCCCXLIIII.

In nomine Domini amen. Anno Nativitatis ejusdem MCCCXLIIII., indictione XII., die XVII. martii actum in castro Episcopali Bistagni præsentibus Domino Francisco de Laveziis de Vercellis Vicario in spiritualibus Domini Aquensis Episcopi, & Comitis, & D. Baudizono de Aquis testibus ad hæc vocati, & rogatis. Constituti ante præsentiam in Christo Patris, & Domini Comitis Guidonis Dei, & Apostolicæ sedis gratia Aquensis Episcopi, & Comitis, Johanellus naturalis filius quondam D. Bonelli de Bellengeriis, Franciscus Rappa, & Albertus Rana omnes cives Aquenses attendentes quod civitas, & castrum Aquense cum mero, & mixto imperio, & omnimoda jurisdictione spectat, & spectare debet ad dictum Dominum Episcopum, & ad Aquensem Ecclesiam pleno jure juraverunt, & fidelitatem fecerunt præfato Domino Episcopo stipulanti, & recipienti nomine, & vice suæ Aquensis Ecclesiæ, & successorum suorum canonice intrantium in Aquensem Ecclesiam promittentes prædicti Joannelli fratres ipsi Domino Episcopo, & ejus successoribus, ut præmittitur, canonice intrantibus, quod de cetero non erunt in facto, dicto, vel colloquio ubi dictus Dominus Episcopus, ejusque successores possint, vel valeant recipere, seu etiam sustinere damnum, vel jacturam in persona, vel in membris, vel in aliquo adventu, seu etiam in terra sua hominibus, vel vassallis, immo si alio modo possent scire aliquid, sive quod haberet contingere, ipsi Domino Episcopo, ejusque successoribus hominibus, vel vassallis, quod ipsi facerent ei scire pro posse, ipsumque Dominum Episcopum avizarent pro se si possent, sin autem per nuncios suos de omni adventu contrario, quod eidem Domino Episcopo, vel ejus successoribus posset contingere in singulis, & quod defendent, & juvabunt de cetero totis viribus, & pro posse ad recuperandam civitatem, & castrum Aquense sibi, & Episcopis Aquensibus debitum, & debita, & ad recuperandum, & habendum omnia alia castra, jura, jurisdictiones, & bona sibi, & Aquensi Ecclesiæ, & Aquensibus Episcopis de jure debita, & etiam observare omnia ea, quæ continentur in capitulis fidelitatis novæ, & veteris secundum quod continetur in libris de usu feudorum prout melius, & perfectius dici possunt, de qua fidelitate sic præstita ut supra tam dictus Dominus Episcopus, quam prædicti Joannellus, Franciscus, & Albertus præceperunt mihi Notario infrascripto fieri publicum instrumentum unum, & plura ecc.

Aliud simile præstitum a Percivallo Ab. S. Petri nomine partis externæ civitatis Aquarum.

MCCCXLIV. 294

In nomine Domini amen. Anno Nativitatis ejusdem MCCCXLIV., indictione XII., die 24. martii actum in castro Episcopali Bistagni, præsentibus Domino Francisco de Laveziis de Vercellis (1) vicario in spiritualibus Domini Aquensis Episcopi, Henrieto de Rolando de Bistagno, & Joanne Braco de Veximo habitatore Bistagni testibus ad hæc vocatis, & rogatis. Cum Stephanus Joannes de Belengeriis civis Aquensis, Conradus ejus filius, Baudassar, & Gaspar fratres de Belengeriis, Angelinus Joannes, Odonus ejus frater (2), Petrus Joannes, Belardus de Belengeriis, Bonifacius de Belengeriis, Manfredus de Oxile, Joannes ejus frater, Franciscus Rappa, Manuel Garellus, Aguino Bordella, Ferarellus Bordella (3), Ruffinus Cauderarius, Andreas Cauderarius, Bastardus Cauderarius, Ansermus Pellatus, Nicolellus de Bruxa, Bonifacius Tatarellus, Jacobus Pistonus, Albertus Caudanus, Farinarius, Gullielmus Candanus (4), Falchetus Sacconus, Saehus Jacobus, Saraxinus, omnes de civitate Aquensi attendentes, quod civitas, & castrum Aquis cum mero, & mixto imperio, & omnimoda jurisdictione spectat, & spectare debeat ad D. Guidonem Episcopum Aquensem, & suos successores Aquenses Episcopos pleno jure fecerunt, & creaverunt suum verum, & legitimum procuratorem Ven. virum dominum fratrem Percevallum Abbatem monasterii S. Petri Aquensis ordinis S. Benedicti ad faciendum fidelitatem, & homagium, ut patet instrumento scripto manu Joannis de Plaxano de Caxinis, publico Notario currente MCCCXLIV., indictione XII., die II. septembris (5), eidem Domino Episcopo pro se, & successoribus suis in Ecclesia Aquensi canonice intrantibus; qui quidem Dominus Abbas præfatus constitutus ante præsentiam dicti Domini Episcopi procurator, & procuratorio nomine omnium suprascriptorum juravit, & fecit fidelitatem in præsentia testium infrascriptorum præfato Domino Guidoni Aquensi Episcopo, & comiti recipienti nomine, & vice sua, & successorum suorum canonice intrantium in Aquensi Ecclesia, videlicet quod præfati forensiti civitatis Aquensis de cetero erunt fideles, & obedientes ipsi Domino Episcopo, ejusque successoribus, ut præmittitur, canonice intrantibus, sicut fideles homines, & veri sunt servitores, & esse debent naturali, & vero Domino suo, & quod de cetero non erunt in con-

filio, nec in colloquio, ubi dictus Dominus Episcopus, ejusque successores possint, vel valeant recipere, seu etiam sustinere damnum, vel jacturam in persona, vel in membris, vel in alio aliquo eventu, seu etiam in terra sua, hominibus, vel vassallis; immo si aliquo modo possent scire aliquid siniſtrum quod haberet contingere ipsi Domino Episcopo, ejusque successoribus hominibus etiam, & vassallis, quod ipsi continuo facerent scire pro posse, ipsumque Dominum Episcopum avizarent per se, si possent, sin autem per nuncios suos de omni adventu contrario, quod eidem Domino Episcopo, vel ejus successoribus posset contingere in siniſtrum. Insuper etiam præfatus Dominus Abbas procuratorio nomine prædictorum juravit in animas ipsorum forensitorum, quod ipsi defendent, & juvabunt de cetero totis viribus, & pro posse ad recuperandum, & habendum civitatem, & castrum Aquense sibi, & Episcopis Aquensibus de jure debita, & ad recuperandum, & habendum omnia alia castra, jura, jurisdictiones, redditus, & bona sibi, & Aquensi Ecclesiæ, & Aquensibus Episcopis de jure debita, & etiam idem Dominus Abbas in animas prædictorum constituentium, & procuratorio nomine ipsorum juravit de cetero attendere, & observare omnia, quæ continentur in capitulis fidelitatis novæ, & veteris, secundum quod plenius continetur in libris de usu feudorum (6), prout melius, plenius, & perfectius dici possunt. De qua fidelitate sic præstita ut supra tam dictus Dominus Episcopus, quam dictus Dominus Abbas procurator, & procuratorio nomine omnium prædictorum constituentium præceperunt mihi Ugheto Notario infrascripto fieri unum instrumentum, & plura reficiendum, & reficienda semel, & pluries ad consilium peritorum. Ego Ughetus de Rolando ec.

(1) *Laneriis.* (2) *Fratres.* (3) *Aquinus Bordella, Facinellus Bordella.* (4) *Caudanus.* (5) *Die 20. februarii.* (6) *De ritu.*

Investitura de decimis Rochæ Ovraniæ D. Matthæo Scarampo.

295 MCCCXLV.

Anno Domini MCCCXLV., indictione XIII., die XXV. mensis novembris in castro Episcopali Bistagni præsentibus magistro Jacobo Baldesono, Luchello ejus filio de Begno, & Guillelmino Capero de Bergamasco habitatore Bistagni testibus vocatis, & rogatis, & in Christo Pater, & D. Guido Dei, & Apostolicæ sedis gratia Aquensis Episcopus, & comes studens pro viribus in bonis prædecessorum suorum vestigia imitari, & aquisitum atque relictum per ipsos thesaurum incomparabilem, amicos videlicet, & fideles omni qua potest cura, & sollicitudine conservare, receptis primo testibus, & informationibus, quibus evidenter ostenditur de concessione in feudum quondam Domini Guillelmi de Cart. Domini loci Rochæ Ovrani (1), & Guillelmi Blanchi de dicto loco de decimis, & tertiis partibus decimarum loci Rochæ Ovrani, & hominum dicti loci, prout per dispositiones eorundem testium invenitur evidenter, attendens etiam quod virtutum præmia merentibus tribui convenit ob remunerationem plurium obsequiorum fidei, & amoris circa dictum Dominum Episcopum, & Aquensem Ecclesiam per Matheum Scarampum eidem D. Episcopo hactenus impensorum, eodem D. Matheo petente, & instante vassalitii obsequium, & fidelitatis offerente dicto Domino Episcopo, & Ecclesiæ antedictæ de dictis decimis, & dictarum partibus decimarum, quas se asserit tenere debere in feudum, sicut antecessores suos condominos dicti loci evidenter apparuit tenuisse, dictus Dominus Episcopus volens in quantum melius de jure potest petitionem dicti D. Mathei gratiose, & liberaliter exaudire eandem concessionem in feudum, & ipsarum decimarum possessionem antecessoribus dicti D. Mathei, videlicet Domino Guillelmo, ac Marchionibus de Cart., & Guillelmo Blanco sibi pro parte qualibet contingente ante tempus Lateranensis concilii a suis prædecessoribus concessarum, & omnia, & singula circa hæc a dictis prædecessoribus gesta, & ordinata, utpote provide rite, & bene facta ipsi D. Matheo præsentis renovationis, & infeudationis, ac etiam concessionis autoritate pleniſſime confirmavit, infeudavit, ac etiam investivit, & in confirmationis, renovationis, & infeudationis signum ipsum D. Matheum de dicto feudo dictarum decimarum, quas dictus quondam Dominus Guillelmus ex Marchionibus de Cart. Dominus dicti loci a prædecessoribus dicti Episcopi, & Aquensis Ecclesiæ, & de decimis, seu decimarum portionibus, quas etiam q. Guillelminus Blancus de Rocha tenere in feudum consuevit a prædecessoribus dicti Domini Episcopi, & Aquensi Ecclesiæ antedictæ cum annulo, quem in suis manibns tenebat pro se tantum, & in vita sua dumtaxat gratiose, legitime, & liberaliter investivit eo adjecto videlicet, quod quarta pars dictarum decimarum Ecclesiæ sancti Johannis ejusdem loci, & ejusdem Ecclesiæ ministris, & rectoribus integraliter reservetur promittens per se tantum recipienti, & stipulanti præfatam concessionem, & renovationem, & omnia, & singula suprascripta perpetuo firma, grata, & rata tenere, & habere, nec in aliquo contrafacere, vel venire per se, vel per alium aliqua ratione, vel causa de jure, vel de facto sub pœna centum librarum denariorum bonorum Ianuæ stipulatione præmissa, & refectione damnorum, & expensarum litis, & extra, & obligatione omnium bonorum suorum, qua pœna soluta, vel non, omnia, & singula rata, & firma perdurent. Idem vero D. Matheus statim ibidem de fide, ac fidelitate servanda dicto Domino Episcopo, & Ecclesiæ antedictæ in omnibus, & per omnia, prout quondam dicti D. Guillelmus Marchio de Cart., & Guillelmus Blancus de Rocha servaverunt, & servare debuerunt temporibus retroactis & de prædicta servanda solemniter promiserunt, & corporaliter præstitit juramentum. Et quod quandocumque, & quotiescumque opus fuerit præstare subsidium, & auxilium, ac favorem dicto Domino Episcopo, & Ecclesiæ antedictæ tam de persona sua, quam de hominibus Rochæ, & quod de omnibus, & per omnia erit fidelis vassallus prædicti Domini Episcopi, & Ecclesiæ prælibatæ jura, &

honores ipsius toto posse, & pro viribus defendere, conservare, & augmentare sicut fideles, & legales vassalli servire, & obedire eorum Dominis tenentur secundum quod in usu feudorum novo, & veteri continetur, & sic juravit ad sancta Dei Evangelia tactis Evangeliis sacrosanctis. Post hæc, & in continenti in signum mutuæ, & perpetuæ dilectionis servandæ, & fidei pacis osculum intervenit. Quam quidem investituram, seu infeudationem vult dictus Dominus Episcopus eo modo valere, quo melius dicta concessio, seu infeudatio valere potest de jure, non præjudicando juri in aliquo, seu alicui sinodali, vel provinciali constitutioni generali, vel speciali, nec alicui juramento per dictum Dominum Episcopum præstito in consecratione, vel alias, sed tantum prædictam concessionem facere, & fecisse intendit, si de jure apparuerit quoquo modo licite per eum fieri potuisse. Adjiciens dictus Dominus Episcopus, quod si aliquo jure modo, & forma eidem constaret, seu de jure aliqualiter appareret prædictam infeudationem, imo verius infeudationis confirmationem ordinate per dictum Dominum Episcopum fieri non posse, nec etiam a suis prædecessoribus fieri potuisse, dictam concessionem, infeudationem, seu confirmationem, & quidquid inde factum est ex eo, vel ob id vult pro infectis haberi, & inde tum dictus Dominus Episcopus, quam dictus Dominus Mattheus duo instrumenta unius, & ejusdem tenoris mihi Notario infrascripto fieri præceperunt ad consilium unius, & plurium sapientum, & reficiendum quandocumque ec. Ego Viscomus Mascharus de Bistagno Imperiali auctoritate Notarius prædictis omnibus, & singulis interfui, & hanc cartam mihi jussam scripsi.

(1) *Scilicet Carreto.*

Sententia Guillelmi de Oddono Castellani Bistagni pro Aquensi Episcopo.

296 MCCCXLVI.

Anno Domini MCCCXLVI., indictione XIV., die XVIII. mensis martii in Bistagno ubi jus redditur præsentibus Francisco Rabini, Pagano Culardo, & Francisco filio Nicolini Culardi omnibus de Bistagno testibus ad infrascripta rogatis, & vocatis Dominus Guillelmus de Oddono de Ancisa Castellanus Bistagni pro R. Patre, & D. D. Guidono Dei, & Apostolicæ sedis gratia Aquensi Episcopo, & Comite sedens pro jure reddendo condempnavit Gyraldum Copellum nuncium communis Bistagni constitutum curatorem generalem, & specialem in bonis, & juribus, quæ quondam fuerunt Domini Pagani de Meladio, & Bastardi ejus filii tamquam bonis vacantibus, & defensis ibi præsentem, & confitentem, quatenus det, & solvat Dominico Culardo de Bistagno procuratori Dominicæ Arminiæ, & Domini Antonii filii dictæ Dominicæ Arminiæ, & matris Genevræ quondam uxoris quondam dicti Bastardi quondam Domini Pagani de Melacio libras CCXL. denariorum bonorum Astensium cum melioramento monetæ contentæ in carta dotis dictæ Genevræ ab XXVIII. annis citra, & den. VI. pro condemnatione usque ad dies X. proximos venturos in banno solid. X.

Et ego Goslinus Notarius Sacri Palatii hanc condemnationem mihi jussam sic feci, tradidi, & scripsi.

Decretum Vicarii Gen. Archiepiscop. Mediol. pro jurisdictione Eccl. Maj. Alex. in incolas ejusdem Civitatis.

297 MCCCXLVII.

In nomine Domini amen. Anno MCCCXLVII., indictione XV., die XII. mensis martii. In palatio novo civitatis Alexandriæ in pleno, & generali consilio dictæ civitatis ibidem sono campanæ, voceque præconis more solito congregato ibidem R. D. Joannes de Puteo Vicarius generalis RR. D. Johannis Dei gratia Archiepiscopi Mediolani una cum R. D. Antonio Guasco Archidiacono, R. D. Petro Merlano Archipresbitero, R. D. Mattheo Inviciato Præposito repræsentantes totam Ecclesiam majorem civitatis Alexandriæ, & spectabilibus D.D. Petro de Castelliono Potestas dictæ civitatis cum D.D. antianis, & aliis D D. videlicet D. Julius Guascus, D. Manfredus de Octobelis, D. Ogerius Provera, D. Ruffinus Illia, D. Antonius Longa, D. Obertus Olarius, D. . . . . D. Joannes Maruellus, D. Carbonus Inviciatus, D. Ricardus Merlanus, D. Manfredus Trottus, D. Auriculus Ghiglinus, D. Julianus Squarzafichus, D. Petrus Privignanus, D. Gaspar Berraschus, D. Johannes Mantellus, D. Johannes de Puteo cum omni plena potestate repræsentantes totum consilium ordinant, & volunt, quod ordinatio perpetuis temporibus duret, quod omnes habitantes in civitate Alexandriæ sint sub potestate Ecclesiæ majoris civitatis Alexandriæ dummodo non sint de civibus antiquis non habentibus domos in dicta civitate: etsi venerit tempus opportunum, quod emant domum, infra annum emtionis possint, & valeant se eligere domicilium, & sepulturam in dicta civitate, ubi eis videbitur, & secundum devotionem iplorum habitatorum: sicut in lege notatum est, quod . . . . . possit transferri domicilium de uno Episcopatu in alium, non habita licentia Episcopi prioris domicilii, & jus domicilii tollitur non ipso, quo quis se transfert ad alium locum ecc. Et R. D. Joannes de Puteo Vicarius ut supra, & D. Archidiaconus, D. Archipresbiter, & D. Præpositus de voluntate omnium, & singulorum religiosorum confirmant, & volunt, quod hæc ordinatio habeat locum, & duret perpetuis temporibus; & si quis attentare præsumserit, si sint religiosi, sint ipso jure excommunicati: si sint Laici, solvant libras decem, quæ medietas sit fabricæ Ecclesiæ majoris Alexandriæ, & alia pars sit civitatis. Quibus omnibus sicut supra gestis, ac factis præfatus D. Vicarius cum voluntate prædictorum approbavit, affirmavit, & auctoritatem suam interposuit, & interponit, mandantes de præmissis fieri publicum instrumentum per D. D. Stortolionum Notarium dictæ civitatis præsentibus testibus D. Petrus Grassus, D. Georgius Arnutius, D. Antonius Calcanugius, testibus ad præmissa omnia, & singula vocatis specialiter, & rogatis.

Ego Nicolaus Marcherius filius quondam D. Gutie civis Alexandrini publicus imper. auct. Not. prædictis omni-

omnibus, & ſingulis interfui, & rogatus ut exemplarem exemplavi cum auctoritate R. D. Vicarii generalis Epiſcopatus D. Petri de Ferrufinis, & dominis Anzianis exemplavi de verbo ad verbum omnibus audientibus, & legentibus de originali, ſignumque meum conſuetum appoſui in teſtimonium omnium præmiſſorum.

Ego Bartholomeus Gambarinus f. q. d. Jacobi civis Alexandrini pub. Imperiali auctoritate Notarius prædictis omnibus, & ſingulis interfui, & rogatus ut exemplarem, & cognoſcerem, legi vidi de verbo ad verbum cum auctoritate R.R. D. Vicarii generalis Epiſcopatus, & D. Petri de Feruffinis, & dominis Anzianis dictæ civitatis omnibus audientibus, & legentibus de originali, ſignumque conſuetum appoſui ecc. Ego Petrus de Piris f. q. d. Johannes civis Alexandrini pub. Imperiali auctoritate Notarius prædictis omnibus, & ſingulis rogatus ut exemplarem, & cognoſcerem, legi vidi de verbo ad verbum cum auctoritate R. R. D. Vicarii generalis Epiſcopatus civitatis Alexandriæ D. Petri de Feruffinis, & dominis Anzianis omnibus audientibus, & legentibus de originali, ſignumque meum conſuetum ecc.

Sententia arbitraria de patronatu S. Martini de Gamundio.

298 MCCCXLVII.

Anno Nativitatis Domini MCCCXLVII., indictione XV., die VII. menſis novembris in Alexandria in clauſtro S. Stephani de Beccharíis præſentibus me Notario, & teſtibus infraſcriptis. Quum Eccleſia S. Andreæ dicta de Corriggio Capella S. Martini de Gamundis Parrochialis, & Collegiata, in qua morantur, & reſident fratres, & conventus Ordinis Eremitani S. Auguſtini de Alexandria Miniſtro, ſive Rectore vacaret per mortem Presbiteri Manfredi Guaſtallæ de Vuiliis olim Rectoris, & Miniſtri dictæ Capellæ præſentati in ſua inſtitutione per patronos Laicos ipſius Capellæ Fr. Pagano Bogerio tunc Priori dictæ Eccleſiæ, & Conventus S. Martini, & confirmati per eumdem ad dictam præſentationem factam ſine aliqua contradictione, vel exceptione in Miniſtrum, & Rectorem dictæ Capellæ, in qua Eccleſia, ſive Capella dictus Presbiter Manfredus ſtetit, & vixit per annos quadragintaquinque, vel circa, ut hæc patent publicis inſtrumentis factis milleſimo trecenteſimo ſecundo, indictione XV., die Veneris XXI. menſis decembris receptis per Gerardum Merlanum Notarium publicum de Alexandria pacifice, & quiete uſque ad diem obitus. Et ſapiens vir D. Joannes de Cermellis jurisperitus major, & antiquior ex patronis ipſius Capellæ nomine, & vice ſui, & domus ſuæ, quam etiam aliorum patronorum laicorum vellet præſentare, & producere Miniſtrum, & Rectorem Priori, & Conventui dictorum fratrum Eremitani ordinis S. Auguſtini per eum confirmandum ad dictam Capellam, ſicut hactenus confirmaverunt prædeceſſores dictorum conventus, & fratrum ab antiquo uſque ad diem hodiernam ſine aliqua contradictione, dictus Prior, ſive Superior, & Conventus prædicti contradicentes dictæ præſentationi, & confirmationi allegantes pro ſe, & dicentes quod dicti patroni laici, ſive aliquis ipſorum non habent ſe intromittere de præſentatione, vel ordinatione Miniſtri, ſeu Rectoris in dicta Capella, ſed tantum, & totaliter ſpectabat ad eos ex vigore ſuorum multorum privilegiorum, & plurium ſententiarum antiquarum datarum, & latarum antiquis temporibus pro ipſis fratribus (ut dicebant) per quondam quemdam Dominum Epiſcopum Taurinenſem, & Archiepiſcopum Mediolanenſem, nec non & R. P. D. Archiepiſcopum Januenſem, & Epiſcopum Tertonenſem, & alias etiam confirmationes, & declarationes productas, & oſtenſas ſuper quæſtionibus, & diſcordiis habitis inter dictas partes antiquis temporibus, ut ſuperius eſt præmiſſum, & ex præmiſſis de novo habitis, & factis orta fuerit, & ſit ex utraque parte diſcordia, & materia controverſiæ dubitationis, & cauſæ.

Tandem ipſæ partes volentes parcere laboribus, & expenſis in hoc negotio, & ipſum tangentibus de plane, & concorditer exiſtentes in capitulo dictorum fratrum, & conventus, in quo extat Subprior, & alii fratres dicti conventus propter hoc ad capitulum convocati, & Jacobinus Botatius eorum ſindacus, & procurator, ut conſtat per cartam factam manu Buttini Cermelli Notarii hoc eodem milleſimo, indictione, & die XV. menſis octobris, nec non, & dicti Domini Joannes Cermellus procurator, & ſindacus tam ſui nomine, & domus ſuæ, quam aliorum patronorum conſortum ſuorum dictæ Capellæ, ut conſtat per cartam factam per manum ſupradicti Buttini Notarii, hoc eodem anno milleſimo, & die XVIII. octobris ſeſe concorditer ... compromiſerunt ... in religioſum, & diſcretum virum D. fratrem Anſelmum Gattum profeſſum domus ſancti Joannis dictæ de Capuccio de Alexandria ordinis Humiliatorum ..., de quo compromiſſo, & contentis in ipſo patet per inſtrumentum publicum factum per manum Bottini de Cermellis de Alexandria Notarii publici hoc eodem anno, indictione, & die XXI. menſis octobris, quibus compromiſſo, & inſtrumentis ... diligenter viſis, & pluries examinatis per ipſum ... apud D. fratrem Anſelmum dubitatio non modica ſuper prædictis orta fuerit, & de voluntate ipſarum partium ... ſapientem, & diſcretum, & antiquum virum D. Federicum Paſſalaquam de Derthona utriuſque juris peritum, expertum, legalem, & fidelem. Cujus conſilio, & ſcripturis fideliter receptis ab eo in dicto ſacculo exligato coram ipſis partibus ... ipſe Fr. Anſelmus .... conſilium dicti D. Federici aperuit, & legi, & publicavi fecit per me Notarium infraſcriptum, cujus conſilii tenor eſt.

In nomine Domini amen. Conſilium mei Federici Paſſalaquæ de Derthona aſſumti ad conſulendum ſuper controverſia, ſeu quæſtione inter Dominum Priorem, & fratres Eccleſiæ Collegiatæ S. Martini de Gamundis de Alexandria ordinis Eremitani ex una parte, & quoſdam Parochianos dicentes ſe patronos Eccleſiæ S. Andreæ de Corrigio de Alexandria Capella dictæ Collegiatæ Eccleſiæ S. Martini ex parte alia occaſione inſtitutionis, & præſentationis fiendæ de Rectore ad dictam Eccleſiam ſancti Andreæ ad præſens proprio Rectore vacante per

obitum quondam Presbiteri Manfredi Guastallæ olim Rectoris ad præsentationem Parochianorum prædictorum Ecclesiæ sancti Andreæ prædictæ. Visis prius, & diligenter examinatis instrumentis, juribus partium prædictarum potissimæ partis dictorum fratrum videlicet primo quadam sententia lata inter quondam Præpositum dictæ Ecclesiæ S. Martini ex una parte, & quondam Præpositum Mortariensem ex parte altera per quondam Dominum Episcopum Taurinensem, & Archiepiscopum Mediolanensem de foris signata litera C. Item alia sententia confirmationis dictæ sententiæ factæ, ut dicitur ex commissione Apostolica per quondam Rev. Patres D. D. Archiepiscopum Januensem, & Episcopum Derthonensem, signatur de foris litera B. Item & alia sententia lata super reædificatione dictæ Ecclesiæ S. Andreæ per quondam D. Archiepiscopum Mediolanensem, signatur de foris litera D. Item etiam super reædificatione dictæ Ecclesiæ S. Andreæ viso Apostolico rescripto signato de foris litera F. Item etiam viso uno instrumento, de foris signatur litera G. Et etiam visis dictæ partis Parochianorum instrumentis, primo videlicet duobus instrumentis præsentationis factæ de Jacobino Cermelli per D. Henricum Cermellum, 2. per D. Gullielmum Cermellum ad Clericatum, & Rectoriam dictæ Ecclesiæ S. Andreæ D. fratri Jacobo fratrum Eremitanorum Priori dictæ Ecclesiæ S. Martini, qui Prior eumdem Jacobinum in Rectorem ipsius Ecclesiæ S. Andreæ confirmavit in millesimo bicentesimo octuagesimo secundo, die lunæ XXVII. mensis aprilis. Item aliis duobus instrumentis præsentationis, & confirmationis factarum de dicto Presbitero Manfredo per Dominum Fr. Paganum Bogerium Priorem dictæ Ecclesiæ S. Martini factam millesimo trecentesimo secundo. Item alio instrumento actorum cujusdam quæstionis super institutione Rectoris dictæ Ecclesiæ S. Andreæ scripto in millesimo biscentesimo vigesimoprimo. Item etiam dictæ partis allegationibus per eum super hoc factis. Quibus instrumentis, & juribus diligenter examinatis, & super eis matura deliberatione præhabita, Deum habens præ oculis, Christi nomine invocato tale est, quia dico, & consulo præsentationem Rectoris futuri fiendam ad Rectoriam dictæ Ecclesiæ S. Andreæ nunc, & in futurum ad prædictos Laicos patronos pertinere, sic eos jus patronatus præsentandi Dominum Rectorem Priori dictæ Ecclesiæ S. Martini per eamdem dictam præsentationem admittendam, & confirmandam præscripsisse, cum constat per instrumenta prædicta pro parte dictorum Laicorum, ac allegatione exhibita, eos stetisse in pacifica possessione, & quasi juris præsentandi ipsum Rectorem Domino Priori prædicto spatio quadraginta, & quinquaginta annorum, & ultra, propter quod pervenerunt de jure ad præscriptionem prædictam. Quæ prædicta potissime dico, & consulo per ea, quæ leguntur, & notantur extra de causa possessionis, & proprietatis cap. *cum Ecclesia*, extra de præscriptionibus cap. *accedentes*, & jurispatronatus cap. *consultationibus*, cum eorum similibus tam per glosatorem, quam alios ibi notantur hoc allegantes. Non obstant prædicta in contrarium pro parte D. D. Prioris, & fratrum producta, præsertim sententia D. D. Episcopi Taurinensis, & Archiepiscopi Mediolanensis; cum inter alios sententia lata videatur, & sententia inter alios lata aliis non præjudicat, ut extr. de fide instrumentorum cap. *Inter dilectos*: nec non sententia confirmationis dictæ sententiæ factæ per Dominos D. D. Archiepiscopum Januensem, & Episcopum Derthonensem potissime dictæ sententiæ non obstant, quum non fuerit observata per Dominos Priorem, & Fratres, sed verius contra eas factum, & ventum fuit per Priorem, & Fratres dictæ Ecclesiæ S. Martini confirmando præsentatos prædictos ad dictam Ecclesiam S. Andreæ per Parochianos, & Patronos Ecclesiæ ejusdem S. Andreæ, propter quod videntur recessisse a dictis sententiis, & eis renunciasse, tantum etiam ex unico actu in contra eas faciendo, quod probatur extr. de constitutionibus, cap. *Cum accessissent*, cum ejus similibus ibi notatis. Extr. C. *ex parte*, & extr. de præbendis, cap. *Pro illorum*, & exempla de his, quæ fiunt a maiori parte capituli, cap. *Ex ore*, cum eorum similibus, ac etiam non obstant dictæ sententiæ, quia non constat de prædictorum D. D. Archiepiscopi Januensis, & Episcoporum Derthonensis, & Taurinensis, ac etiam Archiepiscopi Mediolanensis præmissionibus, & commissionibus, prout debet constare de ipsis, vel ipsorum tenor in ipsis contineri ad hoc, ut sententiæ ipsæ valeant, seu valerent, quod probatur per ea, quæ leguntur, & notantur extr. de officio Judicis Delegati, cap. *Cum in jure*, sic per consequens non obstat sententia confirmationis D. Mediolanensis Archiepiscopi suprascripti, & Apostolicum rescriptum prædictum, cum sint accessoria iisdem sententiis, ut extr. de fide instrumentorum, cap. *Inter dilectos*, & *Cum igitur*, cum ejus similibus ibi notatis, & supradictis sententiis non obstantibus. Probatur præsertim rationibus, & juribus prædictis, dictum meum consilium esse verum, & de jure procedere.

Quo consilio sic lecto, & publicato suo valore sine intervallo aliquo D. Frater Anselmus compromissarius arbiter, & arbitrator, ut in compromisso prædicto definiendo, sententiando, & declarando in his scriptis sequentem tenorem dicti consilii, & prout in ipso consilio continetur, sic sententiavit, definivit, & arbitratus est in causa prædicta auctoritate sibi concessa a dictis partibus ibi præsentibus, & ut supra pronunciando, & arbitrando, non divertens a dicto consilio, & præcipiendo ipsis partibus omnia, & singula supradicta scripta, & sententias, & arbitrata ex tenore consilii supradicti veri, & consoni sacris canonibus deberi attendi, & observari per quamlibet partium prædictarum sub pœna in compromisso apposita, & numquam contrafacere, vel venire modo aliquo, causa, vel forma sub pœna prædicta, qua soluta, vel non, nihilominus prædicta omnia, & singula cum sint consona, de jure habeant perpetuo roboris firmitatem, quæ pœna si aliqua partium prædictarum contravenerit, vel fecerit, perveniat, & solvi debeat a parte non attendente in partem attendentem, ut in compromisso plenius continetur; & de prædictis omnibus, & singulis D. Frater Anselmus

compromissarius ut supra, præcepit mihi Notario infrascripto, ut conficerem duo instrumenta ejusdem tenoris si expediens fuerit. Interfuerunt testes vocati, & rogati frater Nicolinus Passanus Prior dictæ Ecclesiæ S. Stephani, frater Baudelinus Trinchetus professus domus S. Joannis dictæ de Cappuccio, & Gavarinus de Bistagno habitator Alexandriæ, & quamplures aliæ personæ ec. subscriptum prout infra.

Ego Nicolinus Stortilionus filius Domini Jacobi de Alexandria publicus Imperiali auctoritate Notarius his omnibus interfui, & hanc cartam mihi jussam exerui, & rogatus scripsi, & subscripsi cum signo Tabellionatus.

Consilium IC. Andrejci de Fabriano in controversia de pistrino inter Ep. Aq., & Enrigonum de Calamandrana. Ex membrana Capituli.

299 MCCCXLIX.

Anno Domini MCCCXLIX., indict. II. die XXIX. januarii. In castro Incisæ præsente D. Alberto Marchione Incisæ, & Præposito Ecclesiæ S. Johannis dicti loci. Vertebatur controversia inter D. Guidonem Aquensem Episcopum, & nobilem virum D. Enrigognum de Calamandrana ex DD. Montisboni, quod quoddam molendinum cum ejus ædificiis, & apparatu, & quædam turris dicto molendino contigua, constructum per ipsum D. Enrigognum in rivo Potazzani in territorio Tertii in contrata, quæ dicitur in Vivellis, debebat tolli ecc., quia fundata erat in posse ecc. D. Episcopi, *in quo nullum D. Enrigono* jus erat; tum quia (*pistrinum*) fiebat in præjudicium ecc. alteri molendino ipsius D. Episcopi constructo in parte inferiori ipsius rivi, & quia talia pontatica, & molendinorum constructio dicuntur esse regalia, & dominorum jura, *quæ ab Imperatoribus concedebantur*, qui cum Cavatorio & Tercio ecc. dederunt cum suis pertinentiis, & aquis, aquarumque decursibus Ecclesiæ Aquensi ecc., & quia rivus Potazzani est flumen, licet quandoque arescat. Fuerat vero compromissum factum de hac quæstione in D. Dominicum Maschorum de Bestagno jurisperitum, ut patet ex instrumento Franciscì Novelli de Tercio Notario MCCCXLVI., indictione XIV. ultima julii, qui consilium suum habuit, sed cum diem clausisset extremum, remanserunt ejus scripturæ penes ejus hæredes in quoddam sacculo ligatæ, & sutæ. Cupientes autem supradicti .... compromiserunt in nobilem, & potentem virum Gullielmum Marchionem Incisæ hoc modo, quod dictus Gullielmus deberet aperire saccum, & scripturam de hoc ibi repertam promulgare, quæ quidem coram pluribus testibus reperta fuit, in cujus dorso hæc legebantur: consilium mei Franciscì Andrejci de Fabriano minimi legum Doctoris vicarii D. Potestatis Januæ, in qua aderant jurium allegationes, ex quibus probabat injustam fuisse ædificationem molendini, ac proinde debebatur destrui ecc.

Notitia sententiæ circa jura Episcopi Aquensis in oppidum Castrinovi Burmiæ. Ex Chartulario Guidonis II. Episcopi pag. 15.

MCCCXLIX. 300

Anno Domini MCCCXLIX. ecc. præsentibus D. Gullielmo Archipresbitero Aquensi ecc. Declaratum, ac sententiatum fuit, quod Commune, & homines Castrinovi Burmiæ juxta quoddam publicum instrumentum præteritis temporibus factum ecc. tenentur dare annuatim Episcopo, & Ecclesiæ Aquensi libras VIII. cujusdam monetæ ecc. quæ tunc conficiebant libras VIII. cum dimidio Januæ. Item tenentur de una albergaria annuatim. Item dare unam mulam, & unum famulum per tres menses, quoties dicto D. Episcopo contigerit ire ad Romanam Curiam, vel ad Dominum Imperatorem. Item quoties contingeret Episcopum construere de novo aliquam terram, teneantur venire ad adjuvandum ædificare dictam terram, sive locum. Item ei facere fidelitatem sicut ceteri homines Episcopatus Aquensis.

Eadem pagina habetur Aquensis Episcopus habet omnes rivaticos & aquaticos a poderio Sexami, quousque Burmida intrat in Tanagrum, molendinum de Ponzono feudum Episcopi, molendinum de Bagnoliis, molendinum de Fatixiis. Beccaria de aquis est feudum dicti Domini Episcopi.

Renovatio publicationis instrumenti circa investituram decimarum Ponzoni &c. Marchionibus hujus loci facti, atque ejus sinceritatis defensio. Ex membrana Capituli.

MCCCLI. 301

Anno Domini MCCCLI., indictione IV., die XXIX. martii in castro Episcopali Bestagni, præsentibus Gullielmello, & Odonello fratribus, & filiis quondam Carranti de Incisa, & Joannono de Guilia de Murbello testibus vocatis, & rogatis. Cum per Rev. in Christo Patrem, & D. D. Guidonem Dei gratia Aquensem Episcopum, & comitem Dominum generalem in spirit., & tempor. loci Cavatorii ex una parte, & infrascriptos Dominos Marchiones de Ponzono ex altera fuisset propositum debere fieri, & in formam publici instrumenti redigi quoddam publicum instrumentum per manus Joannini de Castello de Tresobio Notarii, cujus instrumenti tenor talis est. In nomine Domini amen. Anno Domini MCCCXLII., indictione XI. die XVII. nov. (*vide supra n.* 288.) & prædicti DD. Marchiones forsitan non bene instructi de qualitate, seu pro veritate facti prædicti videantur asserere, ut relatum fuerat dicto Joannino Notario, & etiam ab ore ipsorum Dominorum Marchionum audiverat, ut dicebat Joanninus prædictus, quod prædictum instrumentum non fuerat, nec erat in publicam formam redactum veraciter, seu integrum, secundum quod per dictum Dominum Episcopum, & dictos Dominos Marchiones fuerat sibi præceptum. Ob quod ipse prædictus Joanninus Notarius volens uti

veritate, ut tenetur ex ſuo officio, volenſque quantum in ſe eſt tollere malam famam, quia videbatur per aliquos occaſione hujuſcemodi diffamari, volens uti veritate, ut verus, & bonus, & fidelis Notarius ex officio ſuo tenetur, volens famam ſuam veraciter ſerenare, & legitime conſervare, ut poſſit ora male loquentium, & referentium claudere, ſuo poſſe dixit, & proteſtatus fuit in præſentia Domini Epiſcopi ante dicti, & teſtium prædictorum, quod ipſe bene, perfecte, veraciter, & integre prædictum inſtrumentum in publicam formam redegit abſque ulla diminutione in aliqua ſui parte, & ſecundum quod per D. Ottolinum Ghiſelbertum tum conſiliarium, & directorem dicti Domini Epiſcopi die, loco, & milleſimo prædictis fuit ſupra dictatum, & quod ex D. Ottolini dictamine veraciter, ut præmittitur, & perfecte duo, exinde inſtrumenta ejuſdem tenoris in publicam formam redegit, quorum unum reddidit, & tradidit Domino Epiſcopo ſupradicto, aliud vero voluit, & obtulit ſæpe, & ſæpiſſime reddere, & tradere integrum, verum, & incorruptum dictis DD. Marchionibus de Ponzono, qui numquam illud recipere voluerunt. Imo, ut dixit, & proteſtatus eſt dictus Joanninus Notarius dicti DD. Marchiones de Ponzono pluſquam XXX. vicibus, vel circa miſerunt prædicto Notario, ut ad ipſos iret, dicentes ei multa verba, & inter cetera dicebant in dicto inſtrumento debere contineri multa alia. Qui dictus Joanninus, ut aſſerit ſemper eis reſpondebat ſe poſuiſſe in dicto inſtrumento juſte, & legaliter quidquid debuerat, & ſecundum quod fuit ei præceptum, nec aliter poſſet facere cum honore ſuo, & honore Notariae, nec aliud ponere in ipſo inſtrumento ad inſtantiam dictorum DD. Marchionum, nec etiam ad inſtantiam dicti Domini Epiſcopi, quia ſi hæc faceret, faceret contra officium Notariæ, & debitum rationis. Et omnia ſupraſcripta dixit, & proteſtatus fuit dictus Joanninus Notarius ad æternam rei memoriam, ut innocentia ſua, & etiam dicti Domini Epiſcopi ſuper prædictis cunctis appareat evidenter. Et exinde dictus Dominus Epiſcopus, & dictus Joanninus Notarius præceperunt fieri publicum inſtrumentum per me Franciſcum Novellum Notarium infraſcriptum ſemper dictandum, & meliorandum, quoties fuerit opportunum ad conſilium unius ſapientis, vel plurium. Ego Franciſcus Novellus de Tertio Imperiali auctoritate Notarius, ſcribaque curiæ Domini Epiſcopi Aquenſis his omnibus interfui &c.

Aliud inſtrumentum huic omnino ſimile ſubjungebatur in charta ejuſdem anni, & diei rogatum a Notario Henrico de Rota de Inciſa in loco Inciſæ ad requiſitionem, & inſtantiam DD. Oddoni, Gulliermini, Alberti, & Johannelli Marchionum Inciſæ coram teſtibus Jacobo de Landulphis de Papia juriſperito, & poteſtate Inciſæ, Johanne de Judice Notario, Nicolino de Verzario de Papia Notario, & Bertolla Bolla nomine communis Inciſæ, quod ob omnimodam ſimilitudinem cum præcedenti inſtrumento hic omittitur.

Jura Epiſcopi in Cavatorio. Ex Tabul. Epiſcop

MCCCLI. 302

In nomine Domini amen. Anno Nativitatis ejuſdem MCCCLI., indictione IV., die tertia madii in Cavatorio, ſcilicet in platea communis dicti loci, præſentibus egregio viro D. Oddonino Marchioni Inciſæ, Trombetta de Inciſa, & D. Ruffino Archipresbitero plebis de Ponzono teſtibus vocatis, & rogatis. Congregati in unum in platea prædicta ſpecialiter pro infraſcriptis agendis Jordanus de Jordanis Caſtellanus dicti loci pro Rev. in Chriſto Patre, & DD. Guidone Dei gratia Aquenſi Epiſcopo, & comite Domino generali loci prædicti tam in temporalibus, quam in ſpiritualibus, & infraſcripti homines, & capita domorum dicti loci ante præſentiam dicti Domini Epiſcopi dicentes, aſſerentes, & proteſtantes, atque confitentes dicti homines omnes, & ſinguli eſſe, & eſſe debere, & anteceſſores eorum fuiſſe ſemper, & immediate homines, & ſubjectos præfati Domini Epiſcopi, & Aquenſis Eccleſiæ, & ſe eſſe, & ſemper fuiſſe a tanto tempore citra, cujus contrarii memoria hominum non habetur ſine eo, quod tenerentur, vel teneantur de fidelitate, vel homagio alicui domino, vel perſonæ, præter quam dicto Epiſcopo ſupradicto, & Aquenſi Eccleſiæ, humiliter, & inſtanter ſupplicaverunt Domino Epiſcopo ſupradicto, ut quamdam gridam jamdiu factam in dicti loci Cavatorii de mandato dicti Domini Epiſcopi ad ſupplicationem, & requiſitionem hominum de Cavatorio anno Domini MCCCXLV, indictione XIII., die I. menſis junii continentem, quod aliqua perſona de Cavatorio, vel quæ habitet Cavatorii non audeat, vel præſumat vendere, vel aliquo modo, ſeu ingenio alienare alicui perſonæ aliquam domum, ſedimen, terram, vel poſſeſſionem, quam habeat in loco prædicto, vel diſtrictu ſine licentia, & voluntate dicti Domini Epiſcopi, vel ejus Caſtellani ſub pœna lib. L. Januenſium pro quolibet contrafaciente, & qualibet vice, & amiſſionis rei venditæ, & rerum venditarum ſine licentia prædicta. Qui Dominus Epiſcopus ſupradictus annuens ſupplicationi ſuorum bonorum hominum prædictorum viſa dicta grida alias de præmiſſis facta, viſo, & conſiderato mature ordinamento confirmavit, & approbavit gridam prædictam, & ei conſenſit, & confirmavit, & approbavit præſens ſtatutum, & ei conſenſit, & omnibus, & ſingulis ſupradictis ſuam, & Aquenſis Eccleſiæ auctoritatem interpoſuit, & decretum, committens, atque præcipiens ibidem, & in præſenti de voluntate omnium, & ſingulorum hominum infraſcriptorum Stephano de Vineis nuncio, & jurato dicti Domini Epiſcopi, & communis prædicti, ut de mandato ipſius Domini Epiſcopi alta, & publica voce proclamet ea, quæ continentur in ordinamento prædicto in locis ubi ſunt aliæ gridæ Caſtellanorum, & officialium dicti Domini Epiſcopi fieri conſuetæ, ut nemo prætextu ignorantiæ a præmiſſis ſe valeat excuſare. Nomina vero hominum in dicto conſilio exiſtentium ſunt hæc: Petrus Picatius, Enricus Auricula, Joannes Fratius, Fergerius de Verdeſio, Paghitius Ferrarius, Jacobus Ot-

toboni, Bertola Gabutus, Baſtardus de Muſſo, Joannes Scutus, Martinus de Verdeſio, Paghitius Geroni, Henricus Marcarus, Manfredus Auricula, Albertus Cavallerius, Joannes Gudius, Guiſcardus de Verdeſio, Bolengus de Vineis, Henricus Camparius, Bertolutus Gujoni, Manfredus Ferrarius, Alexander Camparius, Facinus Onolius, Joannes Rolandus, Henricus Camparius, Antonius Rubeus, Melazotus Aqueſanus, Jacobus Donda, Paganus Bulius, Gullielmus Gandelus, Jacobus de Bucia, Jacobus Ferrarius, Zarbus Camparius, & Jacobus de Verdeſio. Et inde Dominus Epiſcopus, & dicti Caſtellanus, & homines præceperunt fieri publicum inſtrumentum. Et ego Franciſcus Novellus de Tertio imperiali auctoritate Notarius, ſcribaque dicti Domini Epiſcopi interfui, & ſcripſi.

Sequitur proclamatio præcepti eodem die per nuncium facta.

Expoſtulatio Guidonis Epiſcopi adverſus Oddonem, & MM. de Ponzono circa occupationem poſſeſſionum Aquen. Eccl. in Meladio. Ex membrana Capituli.

303 MCCCLII.

In nomine Domini amen. Anno Domini MCCCLII., iudictione V., die XXIII. januarii in caſtro Carmorini ſuper lobiam dicti caſtri præſentibus D. Oddono de Marchionibus Inciſæ, ac D. Petro Spelta juriſperito, & Vicario D. Thoma Marchione Malaſpina, & Franceſchino de Calegario, cui dicitur Clericus de Carmorino teſtibus vocatis, & rogatis. Cum appareret evidenter per inſtrumentum Franciſci Novelli de Tercio Notarii publici ſub annis Domini MCCCXL., die XVI. novembris, & in caſtro Pontis, quod B. M. quondam D. Ottobonus de Ponto ex Marchionibus de Carreto, qui ſe gerebat pro Aquenſi electo, locaſſet ſub conditionibus, pactis, & pœnis in dicto inſtrumento contentis fructus terrarum, & poſſeſſionum de Meladio ad Epiſcopalem menſam ſpectantium pleno jure, & quoſdam adfictus, quos dicta menſa Epiſcopalis, & Eccleſia habet, & habere conſuevit in dicto loco Meladii uſque ad decennium D. Oddoni ex Marchionibus Ponzoni pro CCCCXV. florenis auri, & taliter quod in fine decennii jamdiu elapſi dictus D. Oddonus deberet dimittere, & reſtituere liberas, & expeditas dictas poſſeſſiones, & affictus dicto D. Ottobono, & ſuis ſucceſſoribus, & Aquenſi Eccleſiæ. Conſtetque etiam evidenter alio inſtrumento exinde confecto manu Johannis de Caſtello de Treſobio Notarii publici anno MCCCXLII., indictione X., die XVIII. menſis novembris in Cavatorio, quod D. Guido Aquenſis Epiſcopus, & Comes, qui nunc præeſt Aquenſi Eccleſiæ, volens recuperare caſtrum, & villam Cavatorii ad dictam menſam Epiſcopalem ſpectantia, quæ Marchiones de Ponzono prædeceſſori dicti D. Ep. G. abſtulerant, quia aliter dictos caſtrum, & villam, & juriſdictionem recuperare non poterat, dictam locationem præfato D. Oddoni per dictum D. Ottobonum factam confirmaverit, & taliter etiam quod in fine dicti decennii præfatus D. Oddonus prædictas poſſeſſiones, & fictus debebat dimittere, & reſtituere libere expeditas dicto D. Guidoni, & Aquenſi Eccleſiæ, & reficere expenſas, & damna, & intereſſe, quæ inde dictus D. Ottobonus, & ipſe Guido ſuſtineret: conſtetque etiam evidenter in Civitate Aquenſi, ac etiam in Cavatorio, Meladio, Tercio, Beſtagno, & circumpoſita regione, quod dictus D. Oddonus in fine dicti termini contenti in dictis inſtrumentis veniens contra fidem ſuam, & in dictis inſtrumentis contenta, noluerit dictas poſſeſſiones adfictus, & bona dicto D. Guidoni, & Aquenſi Eccleſiæ dimittere expeditas, ſed de ipſis contra Deum, & omnem juſtitiam, & contra promiſſiones, & pacta in dictis inſtrumentis contenta de anno proxime præterito exportari fecerit fructus, & bona, necnon & dictos fictus rapuerit: qua in re dictus D. Guido Aquenſis Epiſcopus videns quod dictus D. Oddonus a præmiſſis & fide ſua recedebat, volens dicti D. Oddonis malitiam convincere, compromiſſum fecit in D. Ottolinum Chiſalbertum juriſperitum Vicarium D. Marchionis Montisferrati, & Presbiterum Ruffinum Archipresbiterum Ponzoni tamquam in arbitros, & arbitratores, & amicabiles compoſitores, qui ex ſua ſententia arbitramentali condemnaverunt dictum D. Oddonem ad reſtituendos dicto D. Guidoni, & Aquenſi Eccleſiæ fructus per eundem de dictis poſſeſſionibus indebite exportatos, & ad reſtituendum omnia alia bona, & fictus ſublatos ad finem, & terminum dictæ locationis ſibi factæ, ut patet etiam alio publico inſtrumento confecto manu Protaſii de Bellomonte publici Notarii: ecce quod D. Guido Aquenſis Epiſcopus attendens, quod dictus D. Oddonus contenta in dictis inſtrumentis obſervare noluerat, ut debebat, & multo minus ea, quæ per dictos arbitros arbitrata, & declarata, & pronunciata fuerant; cerneretque, quod ad invadendas, occupandas, & detinendas per dictum D. Oddonum poſſeſſiones, fructus, & fictus de Meladio DD. Bonifacius, Gujetus, Theodorus, Ludovicus, & Thomas, & alii ſui conſortes ex dictis Marchionibus Ponzoni præbebant, & præbent dicto D. Oddoni auxilium, conſilium, juvamen, præſentibus, audientibus, & intelligentibus dictis DD. Bonifacio, & Oddone, & in dicto caſtro Carmorini, & in præſentia teſtium prædictorum, & quamplurium aliorum idem D. Epiſcopus ipſi D. Oddoni dixit, & expreſſe denunciavit, ipſumque requiſivit, monuit, & ortatus fuit, ut ſub pœnis, comminationibus, & præceptis in dictis inſtrumentis locationis, & ſententiæ arbitralis contentis deberet ſibi, & Aquenſi Eccleſiæ dimittere, & reſtituere libere expeditas terras poſſeſſiones, fructus, & fictus ſuperius memoratas, & omnia alia obſervare, quæ in dictis inſtrumentis ſententia arbitramentali plenius continentur; & ut exportata per dictum D. Oddonem, & ejus familiam cum damnis, & intereſſe contentis nota forent, fructus ex dictis terris exportatos ecc. ad modia XXXV. frumenti ad menſuram civitatis Aquis, & ad modia L. ſpelte, & ad modia XXX. parmole, & ad modia L. avene, & ad XXV. plauſtra feni: damna vero intereſſe, & expenſas exinde factas poſuit, & eſtimat ad flore-

nos duomillia; requisivitque, monuit, & ortatus fuit dictum D. Bonifacium de Ponzono in persona sua, & aliorum suorum consortium, quod tam sub pœna fidelitatis, ad quam sibi tenebantur, quam etiam sub pœnis, & comminationibus contentis in dictis instrumentis, & sententia arbitramentali, & sub pœna etiam privationis omnium feudorum, quæ tenebant, seu unquam tenuissent ipsi, vel antecessores sui ab Aquensi Ecclesia, quod ulterius non deberet, nec ipse, nec alii sui consortes ex dictis Marchionibus Ponzoni dicto D. Oddoni ad invadendas, & occupandas, & detinendas dictas possessiones, fructus, & fictus præbere consilium, auxilium, & juvamen palam, vel occulte; monuitque nihilominus requisivit, & ortatus fuit dictum D. Oddonem ecc.; & nihilominus ex abundanti licet bis alias dictus D. Guido ut patet litteris, & publicis instrumentis inde confectis manu Franciſci Novelli de Tercio publici Notarii dictos D.D. MM. de Ponzono monuisset, & requisivisset, & ortatus fuisset, quod deberent desistere ab invaxione dictarum terrarum, bonorum, & fructuum sub pœnis contentis comminationibus, & præceptis in constitutione provinciali provinciæ Mediolanensis, quæ incipit EFFRÆNATA CUPIDITAS contentis: tamen ad majorem cautelam, & ne D. Oddonus occupator, & invasor dictarum possessionum, terrarum, fructuum, & bonorum aliquam ignorantiam posset prætendere, dictus D. Guido Episcopus dictos DD. Bonifacium, & Oddonem monuit, requisivit, & ortatus fuit vivæ vocis oraculo ecc.; & nihilominus licet alias declarasset quasi modo consimili, ut patet publico instrumento confecto manu Franciſci Novelli Notarii; attamen ne dictus D. Oddonus invasor, & detentor posset una cum dicto D. Bonifacio ignorantiam, ut præmittitur prætendere aliqualiter, declaravit dictum D. Oddonem invasorem, nec non & dictum Bonifacium ibi præsentes, intelligentes, & audientes, & alios suos consortes præbentes eidem Oddono in prædictis, & circa prædicta consilium, & juvamen incidisse in pœnas, comminationes, sententias, feudorumque privationes in dicta Constitutione, quæ incipit ut prædictum est: EFFRÆNATA CUPIDITAS contentas, ipsosque, & quemlibet ipsorum monuit propter suos defectus in dictas pœnas, comminationes, & sententias protinus incidisse, prout ipsos & ipsorum quemlibet gradatim actenus tetigerunt, vel tangere potuerunt quomodolibet in futurum; & ulterius dictum D. Oddonem præsentem, & intelligentem requisivit, monuit, & ortatus fuit ex parte R. in X. P. & D.D. Archiepiscopi Mediolanensis, & Mediolani Domini generalis, sub cujus protectione, defensione, & custodia consistebat, & consistit ut ejusdem Domini fidelis suffraganeus, & devotus, quod idem D. Oddonus deberet restituere exportata de dictis possessionibus ecc.; & insuper dictus D. Episcopus obtulit separatum observare in omnem adventum quidquid in dicta arbitrali sententia continetur, vel continebatur, si & in quantum teneret, & deberet de jure, necnon eisdem in omnibus, & per omnia respondere de jure, si aliquando ab eodem Episcopo seu Aquensi Ecclesia volent petere, si & quando, & quomodo, & ubi de jure deberet præcipiens inde fieri publicum instrumentum.

Ego Bartholomeus de Grignasco Novariensis Notarius ecc.

Declaratio obligationis fodri Eccl. Aq. ab incolis Bistagni debiti ex Chartul. Tab. Episc.

MCCCLII. 304

Anno Domini MCCCLII., indict. V., die XVII. martii in castro Episcopali Bistagni, præsentibus DD. Antonio Archipresbitero plebis de Mollariis, Bartholomeo de Grignano de Novaria, & Oglerio Borga de Bestagno testibus vocatis, & rogatis. Venerabilis vir D. Frater Bartholomeus Culardus de Bestagno ordinis Betlemit. constitutus in præsentia Rev. in Christo P. DD. Guidonis Dei gratia Aquensis Episcopi, & Com., nec non in præsentia egregii viri D. Oddoni ex Marchionibus Inciſæ Vicarii generalis in temporalibus Domini Episcopi supradicti interrogatus per prædictum Dominum Episcopum, si homines de Bestagno tenentur ex debito dare fodrum Domino Episcopo, vel non: Qui frater Bartholomeus tactis scripturis juravit, dixit, & respondit: quod ipse multum erat, & fuit domesticus, & secretarius D. Oglerii olim Aquensis Electi, & is tempore ipsius DD. Electi, & DD. Oddoni olim Aquenses Episcopi eorum temporibus sæpe, & sæpissime convocabat, & faciebat convocare multos homines de Bestagno, scilicet infrascriptos: & multos alios ecc. & quando ipsi homines erant coram ipso Domino Electo, vel coram ipso Domino Episcopo, ipse dicebat, quod darent ei suum fodrum; quod sibi dabant, interdum lib. I., interdum XI., interdum XXX., & interdum XX. secundum gravitates, & voluntatem dictorum Domini Electi, & Episcopi &c.

Responsio Marchionis Montisferrati ad præsentationem litterarum Archiepiscopi Mediolanensis eadam de Cassinis facta.

MCCCLIII. 305

Anno Domini MCCCLIII., indict. VI., die octava mensis februarii ante portam villæ Tridini in strata publica, per quam itur versus Publetum, præsentibus testibus &c. Cum per quendam de Cassinis præsentarentur litteræ quædam ex parte D. Archiepiscopi Mediolani inter cetera coutinentes, quod Petrum de Plaxano, & hæredes Leonis de Plaxano, & Gullielmum Rubeum, & certos alios de Cassinis se asserentes terras, & possessiones habere in finibus Maransanæ, & Vixoni permitteret bonis suis, & fructibus ipsarum possessionum gaudere secundum continentiam litterarum dictarum, de qua præsentatione ipse de Cassinis præcipiebat fieri publicum instrumentum; præfatus D. Marchio visa, & intellecta dictarum litterarum continentia dixit eidem, & protestatus fuit, quod prædicti de Cassinis fuerunt, & sunt ejus proditores, & genitoris sui, & multa commiserunt contra legem Juliam majestatis, propter quæ dicti, eorum terræ, possessiones, & bona spectant de jure ad cameram ipsius D. Marchionis, & eidem sunt confiscata, & etiam ipse totus locus Cassinarum spectat, & spectare debet de jure ad ipsum Dominum

Marchionem, quare ipſe Dominus Archiepiſcopus habere debet ipſum Dominum Marchionem prædictis conſideratis rationabiliter excuſatum, & inde &c.

Poſitiones circa ſtatum oppidi Meladii ante deſtructionem factam ab Alexandrinis.

306 MCCCLIII.

Anno Domini MCCCLIII., indictione VI., die XIV. menſis auguſti. Actum in Biſtagno, ſcilicet in Eccleſia S. Joannis dicti loci, præſentibus Ven. viris DD. Alberto Baudezono Archipresbitero plebis de Biſtagno, & Sturiono Belexio Notario de Aquis teſtibus vocatis, & rogatis. Ven. vir D. F. Bartholomeus de Culardis de Biſtagno Ordinis Bethlem. ad æternam rei memoriam juravit, & dixit, & proteſtatus fuit in manibus, & præſentia Rev. in Chriſto Patris, & Domini Dei gratia Aquenſis Epiſcopi, & Comitis, quod olim fel. mem. D. Oglerius Aquenſis Electus pacifice, & quiete tenebat, & poſſidebat cum omni juriſdictione ſpirituali, & temporali caſtrum, locum, & villam Meladii Epiſcopatus Aquenſis, & quod idem Dominus Electus tenebat ibi ſuos caſtellanos, ſcilicet D. Anſelmum, & interdum D. Paganum de Guizicis, qui in dicto caſtro morabantur, & poſtmodum caſtrum Melazini pro dicto Domino Electo tenebant, & cuſtodiebant, & in dicto loco exercebant . . . . perſonis dicti loci, & etiam omnibus hominibus de Meladio . . . . . Domini Electi pœnam, & omnimodam juriſdictionem, & quod ipſemet F. Bartholomeus omnia vidit oculis ſuis, quia ipſe multoties . . . . & fuit in dicto loco Melazini, in quo erant pulcherrima ædificia, & pulcherrimæ caminatæ, & Eccleſia, & una turris, quæ erat ſimilis turri de Tertio, & vidit, quod Alexandrini videlicet homines de Alexandria diruerunt, & fecerunt dirui dictum caſtrum cum turri, & ædificiis, & tranſtulerunt, & fecerunt transferri omnes homines Aquenſis Eccleſiæ, qui morabantur in dicto loco Melazini ad prædictum locum Meladii, de qua proteſtatione dictus Dominus Epiſcopus ad æternam rei memoriam præcepit fieri publicum inſtrumentum.

Ego Franciſcus Novellus de Tertio Imperiali auctoritate Notarius hanc cartam recepi, licet Joannes Figuarius de mea voluntate eam ſcripſerit.

Catalogus Eccleſiarum Agri Alexandrini cum earum poſſeſſionum extimatione.

307 MCCCLV.

In nomine Domini Noſtri Jeſu Chriſti, B. Mariæ Virginis, & omnium Sanctorum. Amen. Hoc eſt regiſtrum, ſive extimum datum poſſeſſionibus Eccleſiarum civitatis, ac juriſdictionis Alexandriæ.

Eccleſia major Alexandriæ. .	L. 20.	S.
Eccleſia, ſive Monaſterium Dominarum de Margarita.	9.	
Eccleſia S. Martini de Glariis. .	8.	5.
Eccleſia S. Michaelis. . . .	4.	15. 60
Eccleſia, ſive Monaſterium Dominarum de Magdalena.	16.	
Eccleſia S. Petri de Capitevici. .	8.	
Eccleſia S. Mariæ de Villaraſca. .	L. 2.	S. 7.
Eccleſia S. Georgii.	5.	
Eccleſia S. Dalmatii.		10.
Eccleſia S. Nicolai Carmelitarum. .	4.	19.
Eccleſia S. Martini.	1.	13.
Eccleſia S. Spiritus.	3.	2.
Eccleſia S. Mariæ de caſtro Marenchi.		15.
Eccleſia S. Lazzari.	2.	15.
Eccleſia S. Mariæ de Graviterra. .		13.
Eccleſia S. Antonii Hieruſalem. .	10.	
Eccleſia S. Joannis de Ripa Hieruſalem.	15.	
Eccleſia S. Juliani de Fraſcheta. .		10.

De Gamundio.

Eccleſia S. Mariæ, & SS. Laurentii, & Clementis.	12.	
Eccleſia S. Martini Heremitarum. .	20.	
Eccleſia S. Mattei Humiliatorum. .	46.	5.
Eccleſia S. Andreæ de Corrigio. .	2.	2.
Eccleſia S. Mariæ de Campis. .	16.	
Eccleſia Monacharum de porta Januenſi.	5.	
Eccleſia S. Joannis Hieruſalem de porta Januenſi.	10.	
Eccleſia Dominarum de Pozolio. .	6.	
Eccleſia S. Mariæ Parvæ. . . .	1.	
Eccleſia S. Chriſtophari de porta Januenſi.	6.	3.
Eccleſia S. Marci.	2.	
Eccleſia SS. Trinitatis de Gamundio.	4.	14.
Eccleſia S. Salvatoris de Caſtellatio.	20.	
Eccleſia S. Joannis de Caſtellatio. .	4.	15.
Eccleſia S. Rainerii de Caſtellatio.	10.	
Eccleſia S. Thomæ de Caſtellatio. .	3.	
Eccleſia S. Stephani de Caſtellatio. .	8.	
Eccleſia, ſeu Hoſpitale S. . . . de Gamundio.	2.	
Eccleſia S. Eugenii.	8.	1.
Eccleſia Dominarum de Verulcha. .	8.	
Eccleſia S. Magdalenæ de Zerba. .	1.	10.
Eccleſia S. Antonini de Porta nova.	1.	10.
Eccleſia S. Joannis Hieruſalem de Morticio.	27.	
Eccleſia S. Jacobi de Villanova. .	10.	
Eccleſia S. Leonardi.	55.	
Eccleſia, ſive Grangia Campaniæ. .	45.	
Eccleſia S. Mariæ de Foro, & Capella de Carentino.	5.	10.
Fratres prædictæ S. Mariæ, & ſancti Baudolini.	26.	10.
Eccleſia, ſive Monaſterium de Foro.	8.	
Eccleſia S. Mariæ de Bethelem de porta Marenchi.	1.	
Eccleſia S. Felicis, & S. Agathæ de Wiliis.	4.	15.
Eccleſia S. Petri de Uviliis. . . .	1.	8.
Eccleſia S. Joannis de Hieruſalem Uviliis.	4.	5.
Eccleſia, ſive Monaſterium S. Chriſtophari de Bergamaſco.	20.	
Eccleſia S. Petri de Bergamaſco. .	4.	10.
Eccleſia, ſive Domus S. Iacobi de Spathis de Bergamaſco.	10.	

De Roboreto.

Eccleſia S. Bartholomei de Capitevillæ.	2.	5.
Eccleſia, ſive Domus S. Joannis Humiliatorum de Capucio, & cum S. Paulo,		

& cum poſſeſſionibus Domus Dei Aſt, L. S.
& cum dedicatis, quæ poſſeſſiones Domus
Dei erant regiſtro. . . . . 120.
Eccleſia S. Mariæ de Caſtello. . 13.
Eccleſia S. Syri Humiliatorum. . 9.
Eccleſia S. Joannis de Bannis. . 4. 10.
Eccleſia S. Stephani de Beccariis. . 1.

De Bergolio.

Eccleſia S. Mariæ de Burgolio. .
Eccleſia, ſive Monaſterium S. Petri de
Burgolio. . . . . 16. 5.
Eccleſia S. Ioannis Hoſpitalis de porta
Alexandriæ. . . . . 8.
Eccleſia Trinitatis de Burgolio. . 4. 15.
Eccleſia S. Stephani de Burgolio. . 10.
Eccleſia S. Michaelis de Pozzolaſcho. 10.
Eccleſia S. Chriſtophari de Burgolio. 2.
Eccleſia domus S. Margaritæ, quon-
dam . . . Epiſcopali. . . . 20.
Eccleſia S. . . . de Bergolio. . . 3.
Eccleſia S. . . . de Bergolio. . . 1.
Eccleſia S. Petri. . . . . .
Eccleſia S. Joannis Hieruſalem de Solerio. 9.
Eccleſia S. Dalmatii de Quargnento. 10.
Eccleſia S. Nazarii de Apiano. . 5.
Eccleſia S. Martini de Gambono. . 1.
Eccleſia S. Euſebii de Burgaro. . 1.
Eccleſia S. Nazarii de Miliarinis. . 2.
Eccleſia, ſive Hoſpitale de Ponterotto
de Quargnento. . . . . 2.
Eccleſia S. Blaxii de Cavagnaſco de
Quargnento. . . . . 5.
Eccleſia, ſive Laborerium vallis Amo-
zoiæ de Quargneto. . . . . .
Eccleſia, ſive Domus S. Joannis Hieru-
ſalem de Quargneto. . . . .
Eccleſia S. Ambroſii de Felizzano.
Eccleſia S. Euſebii de Lu. . .
Eccleſia S. Petri de Fiblinis. .
Eccleſia S. Chriſtophari de Fiblinis.
Eccleſia, ſive Domus S. Joannis Hieru-
ſalem de Fiblinis. . . . . .
Eccleſia S. Mariæ de Pelio de Cuccaro.
Eccleſia, ſive Domus S. Ioannis Hie-
ruſalem de Cuccaro. . . . . .

MCCCLV. Incarn. VII. januarii reaptatum, & correctum fuit extimum ſupradictum Eccleſiarum per correctores ad hoc electos per Clerum Alexandriæ, exiſtente . . . . . civitatis Alexandriæ D. Franciſco de Puteo, & fuerunt correctores infraſcripti D. Putheo præceptor Domus S. Joannis Hieroſolimitani de Ripa, & de Alexandria, D. Cattaneus de Alice de Guaſchis canonicus majoris Eccleſiæ Alexandriæ, D. F. . . . præpoſitus Domus S. Joannis Humiliatorum de Capuccio de Alexandria, D. F. Petrus de Mulamno Prior Eccleſiæ S. Jacobi de Gamundio de Alexandria. Summa hujus extimi eſt ſuper tot librarum octo centum quinquaginta novem, ſolidi ſex (1).

(1) *Summa hic contenta efficit libras* 770. *ſ.* 17. *In multis vero Eccleſiis numeri evanuerunt.*

Inveſtitura de decimis S. Juliæ, & Nioſæ Bonifacio Manfredo, Georgio MM. de Carreto.

MCCCLIX. 308

Anno Domini MCCCLIX., indictione XII., die XII. junii in caſtro Beſtagni, præſentibus Ven. viris Franciſco Archipresbitero plebis de Conchis; Thomoegno Archipresbitero plebis de S. Julia, circumſpectis viris DD. Antonio Teſtadoro utriuſque juriſperito, Antonio Baudezono de Beſtagno, & Blaxio de Feno judice Papienſi, & Antonio de Boxio de Spigno teſtibus ad præmiſſa vocatis, & rogatis. Cum nobilis vir D. Bonifacius ex Marchionibus de Carreto ſuo proprio nomine, & tamquam procurator, & procuratorio nomine, & conjuncta perſona fratrum ſuorum DD. Manfredi, & Georgii una cum ipſo D. Bonifacio Domino caſtri, & villæ S. Juliæ Aquenſis diœceſis, pro quibus fratribus ſuis ipſe D. Manfredus promiſit de rato, acceſſiſſet perſonaliter coram Rev. in Chriſto P. & D Guidone Dei gratia Aquenſi Epiſcopo, & Comite, humiliter ſupplicavit eidem, ut ipſum D. Bonifacium ſuo nomine, & quo ſupra dignaretur inveſtire de decima, & jure decimandi hominum, & perſonarum locorum S. Juliæ, & Nioſæ, ſicut prædeceſſores dictorum Dominorum fuerunt inveſtiti per tempora retroacta ab Aquenſi Eccleſia, & per Rev. Patres Dominos quondam Epiſcopos prædeceſſores ipſius Domini Epiſcopi offerens ſe paratum idem D. Bonifacius ſuo nomine, & quo ſupra occaſione dictæ decimæ facere, & jurare, ac attendere eidem Domino Epiſcopo, & ſucceſſoribus ſuis debitam, & veram fidelitatem, ſicut apparet prædeceſſores ipſorum Dominorum feciſſe, & juraſſe prædeceſſoribus Domini Epiſcopi ſupradicti. Ecce quod præfatus Dominus Epiſcopus annuens ſupplicationi ipſius habens plenam, & veram informationem, quod illæ decimæ de S. Julia, & de Nioſa fuerunt antiquum feudum, & antiquitus infeudatæ, & inveſtitæ per prædeceſſores ſuos Dominos dicti loci, viſo primo uno inſtrumento facto manu Joannis Beſtagni Notarii ſub anno Domini MCCCVIII., indictione XI. die XIII. maii in quo continetur, quod D. Thomas de S. Julia juravit, & fecit fidelitatem Ven. in Chriſto P., & D. Oddoni Dei gratia Aquenſi Epiſcopo ejuſque catholicis ſucceſſoribus de parte decimæ, & decimationis villæ de S. Julia, & de Nioſa, quam ipſe, & anteceſſores ſui habuerunt, & tenuerunt ab Aquenſi Eccleſia, & quæ provenire deberet pro hereditate ipſius D. Thomæ, de qua decima, & decimatione idem Dominus Epiſcopus per ſe, & per ſuos ſucceſſores ipſum D. Thomam legitime inveſtivit. Et inde viſo alio inſtrumento facto manu Goslini de Baudezonibus Notarii ſub anno MCCCXVII., indictione XV., die XV. menſis aprilis, in quo continetur, ſicut Ven. Pater Dominus O. Dei, & Apoſtolicæ ſedis gratia Aquenſis Epiſcopus inveſtivit D. Manuellum de S. Julia Aquenſis diœceſis ſuo nomine, ac nomine fratris ſui Henriceti, & Joannini nepotum ſuorum de tertia parte dictæ decimæ S. Juliæ, & Nioſæ

dictæ

dictæ diœceſis nomine Aquenſis Eccleſiæ pro nobili, & gentili feudo, prout conſueverunt tenere anteceſſores ſui in feudum ab Aquenſi Eccleſia. Qui Dominus Epiſcopus dictum D. Manuellum recipientem ſuo nomine, & quo ſupra de dicto feudo legitime inveſtivit, & ipſa inveſtitura facta dictus D. Manuel juravit, & fecit eidem Domino Epiſcopo pro ſe, & ſuis ſucceſſoribus debitam fidelitatem. Et ſuper his omnibus habita deliberatione matura, Chriſti nomine invocato, & B. Mariæ Virginis ejus Matris in cujus vocabulo, & nomine Aquenſis Eccleſia eſt fundata, inveſtivit cum uno annulo aureo per ſe, & ſuos ſucceſſores vice, & nomine Aquenſis Eccleſiæ de gratia ſpeciali prædictum D. Bonifacium, & pro ſe, & fratribus ſuis, & eorum heredibus recipientem de tribus partibus decimarum, & jurium decimationis locorum S. Juliæ, & Nioſæ, & bonorum, atque hominum dictorum locorum. Quæ tres partes propter negligentiam prædeceſſorum Dominorum dictorum locorum S. Juliæ, & Nioſæ, qui infra terminum debitum non recognoverunt dictum Dominum Epiſcopum de decimis ſupradictis . . . . ſalvo ſemper, & reſervato, & excepta de dictis tribus partibus quadam inveſtitura per ipſum Dominum Epiſcopum diu facta Franciſco de Aretis de Nioſa, & decima bonorum ipſius, de qua inveſtitura conſtat per publicum inſtrumentum factum manu mei Notarii infraſcripti anno Domini MCCCLV., indictione VIII. die XXV. auguſti, & ſalva etiam quarta parte decimationis prædictæ, quæ debet eſſe, & pervenire Eccleſiis parochialibus locorum ipſorum. Tali modo, & forma, quod prædicti DD. Bonifacius, & fratres, & eorum heredes, & nuntii de cetero nomine dicti feudi dictas tres partes decimarum poſſint petere, & requirere, exigere, & habere habendo ſecum Presbiteros dictarum Eccleſiarum, vel eorum nuntios, qui juſte, & fideliter colligant, & exigant ſuam quartam partem prædictam, & de ipſa decima faciant ad ſuam omnimodam voluntatem, ſalvo ſemper jure, & honore Aquenſis Eccleſiæ, & omnium perſonarum. Qua quidem inveſtitura facta idem D. Bonifacius ſuo nomine, & tamquam procurator, & conjuncta perſona dictorum fratrum ſuorum, pro quibus promiſit de rato, ut ſupra juravit, & fecit per ſe, & eorum heredes eidem Domino Epiſcopo, & in manibus ſuis tactis ſanctis ſcripturis puram, & meram fidelitatem, ſicut conſueti ſunt vaſſalli facere Dominis ſuis, & ſicut continetur in capitulis novæ, & veteris fidelitatis. Et promiſit per dictum Sacramentum omnia, & ſingula attendere, & obſervare, quæ ſuperius continentur de quibus omnibus omnibus, & ſingulis dictus Epiſcopus, & prædictus D. Bonifacius præceperunt fieri publica inſtrumenta facienda, & reficienda toties, quoties fuerit opportunum.

Conceſſio poſſeſſionum cujuſdam de Biſtagno defuncti ſine heredibus ex ſe natis facta ejus fratri ab Epiſcopo.

309 M C C C L X.

Anno Domini MCCCLX., indictione XIII., die X. menſis auguſti in caſtro Beſtagni, præſentibus Ven. viro D. Franciſco Archipresbitero plebis de Conchis, Guillelmo de Oddono, Antonio Botini de Inciſa, & Polello Gallo de Tertio teſtibus vocatis, & rogatis. In quorum præſentia Rev. in Chriſto Pater D. Guido Dei gratia Aquenſis Epiſcopus, & Comes Dominus generalis loci, tum in ſpiritualibus, & temporalibus, conſuetus ſuccedere in dicto loco his, qui ſine heredibus legitimis ex ſe natis decedunt, volens de bonis, & rebus, quæ erant Joannis filii quondam Manfredi Garelli de dicto loco Antonio Garello fratri dicti quondam Joannis, qui Joannes deceſſit diviſus a matre, & aliis fratribus ſuis ſine heredibus ex ſe natis, facere gratiam ſpecialem, inveſtivit in ſuo annulo aureo, quem in manu tenebat, prædictum Antonium per ſe, & ſuos heredes recipientem de omnibus, & ſingulis bonis, & rebus, vaſis, utenſilibus, juribus, & actionibus, quæ erant Joannis prædicti ab eo, ut præmittitur, diviſi tali modo, & forma, quod dictus Antonius per ſe, & ſuos heredes dicta bona omnia, & jura de cetero habeat, teneat, & quiete poſſideat cum omnibus ingreſſibus, & regreſſibus ſuis uſque in vias publicas, ſalvo ſemper jure Domini Epiſcopi, & omnium perſonarum, pro qua quidem inveſtitura dictus Antonius dedit, & ſolvit dicto Domino Epiſcopo florenos duodecim auri, hoc tamen acto in præſenti contractu in principio, medio, & fine ipſius, quod ſi Margarina mater dicti Antonii, & Bartholomeus frater dicti Antonii dederint, & ſolverint, ac reſtituerint dicto Antonio aliquam partem dictarum inveſtiturarum per totum præſentem menſem auguſti, quod pro tanta parte, quanta ſatisfaciant ei, debeant habere de dictis bonis dicti quondam Joannis, aliter vero non. Et inde hanc cartam fieri præceperunt.

Ego Joannes de Quiregio Novarienſis diœceſis Imperiali auctoritate Notarius, præfatique Domini ſcriba his præſens fui, & hanc cartam recepi, & ſcripſi.

Sententia Guillelmi de Oddono Caſtell. Beſtagni.

M C C C L X I. 310

Anno Domini MCCCLXI., indictione XIV., die XVIII. menſis martii. In Beſtagno, ubi jus reddit &c. præſentibus Franciſco Rabini, Pagano Culardo, & Franciſco filio Nicolini Culardi omnibus de Beſtagno teſtibus ad infraſcripta rogatis, & vocatis. D. Guillelmus de Oddono de Anciſa Caſtellanus Beſtagni pro Rev. Patre, & D. D. Guidone Dei, & Apoſtolicæ ſedis gratia Aquenſi Epiſcopo, & comite, ſedens pro jure reddendo condemnavit Gyraldum Copellum nuncium communis Beſtagni conſtitutum curatorem generalem, & ſpecialem in bonis, & juribus, quæ quondam fuerunt D. Pagani de Meladio, & Baſtardi ejus filii tamquam bonis vacantibus, & defenſis, ibi præſentem, & confitentem, quatenus det, & ſolvat Dominico Culardo de Beſtagno procuratori D. Arminiæ, & D. Antonii filii dictæ D. Arminiæ, & matris Genevræ quondam uxoris quondam dicti Baſtardi dicti quondam D. Pagani de Melacio, libras CCXL. denariorum bonorum Aſtenſium cum melioramento

monetæ contentæ in carta dotis dictæ Genevræ ab XXVIII. annis citra, & den. VI pro condemnatione usque ad dies X. proximos venturos in ban. solidos X.

Et ego Goslinus Notarius S. Palatii hanc condemnationem mihi jussam sic feci, tradidi, & scripsi.

Monitio Vicarii gen. Episc. Aquens. facta Abbati Monasterii, ac hominibus S. Juliæ, ut compareant Bistagni coram Episcopo.

311 MCCCLXI.

Anno Domini MCCCLXI., indictione XIV., die XII. junii in castro Bestagni, præsentibus circumspecto viro D. Antonio Baudezono de Bestagno jurisperito, & Guillelmo de Oddone de Incisa habitatore Bestagni testibus vocatis, & rogatis. Ven. vir D. Franciscus Archipresbiter plebis de Conchis, Rev. in Christo P. & DD. Guidonis Dei gratia Aquensis Episcopi, & Comitis in spiritualibus generalis Vicarius personaliter præcepit mihi Joannino de Quiregio Notario infrascripto ad instantiam, & requisitionem nobis viri D. Joanni Scarampi ex Dominis loci Bublii requirentis suo proprio nomine, & vice, & nomine omnium, & singulorum Dominorum dicti loci Bublii, nec non vice, & nomine communis, & hominum loci prædicti, ut exemplarem, & autenticarem, & in publicam formam instrumenti redigam litteras infrascripti tenoris, suprascriptio quarum litterarum talis est: Rev. in Christo Patri D. Georgio Abbati monasterii S. Juliæ, nec non discreto viro sindico communis dicti loci Aquensis diœcesis. Tenor vero intrinsecus dictarum litterarum talis est: Rev. Pater, nobiles viri DD. Joanninus Scarampus, Robertus Bertaudus, Guillelmus de ultra Burmidam eorum nominibus, & vice, & nomine aliorum Dominorum loci Bublii, ac etiam vice, & nomine sindici communis, & hominum dicti loci, hodie nos requisiverunt instanter, ut cum ipsi dictis nominibus intendant aliqua dicere, atque protestari coram Rev. P D. G. Dei gratia Aquensi Episcopo, sive nobis circa ea, quæ pronunciata fuerunt per arbitros per vos, & ipsos electos super quæstionibus inter vos, & ipsos vertentibus, velimus vos requirere, quatenus si vestra interest, velitis die crastina ante tertiam esse in loco Bestagni audituri protestationem ipsam, quam facere intendunt, ut supra. Quare ad instantiam prædictorum vos requirimus, rogamus etiam, & monemus, quatenus, si vestra interest, vel alicujus vestrum, ad audiendum dictam protestationem die crastina sitis in dicto loco Bestagni occasione prædicta, alioquin dictam protestationem facient, ut asserunt vestra absencia non obstante registratis præsentibus ad cautelam, de quarum præsentatione vobis, vel alteri vestrum facta latori jurato dabimus plenam fidem. Datum Bestagni die VI. junii anno Domini MCCCLXI. Presbiter Franciscus de Tertio Domini Episcopi Aquensis Vicarius in spir. &c. Die VI. junii Paschinus de Setebrio de Bestagno nuncius in hac parte dicti Domini Vicarii retulit cum Sacramento se hodie de commissione dicti Domini Vicarii præsentasse dicto Domino Abbati litteras suprascripti tenoris.

Ego Joaninus de Quiregio Novariensis diœcesis Imperiali auctoritate Notarius, præfatique Domini Episcopi, & ejus curiæ scriba hoc exemplum, seu auctenticum ex originali scriptura supradicta in actis prædicti D. Episcopi, & Vicarii supradicti, fideliter scripsi, autenticavi, & exemplavi, & in publicam formam instrumenti redegi de mandato D. Vicarii supradicti, & postea ad originalem scripturam illud fideliter ascultavi, & quia utrumque concordare inveni, me subscripsi, & meum signum apposui consuetum.

Diploma Caroli IV. Imper. confirmantis Guidoni Episc. ejusque Ecclesiæ omnia privilegia a superioribus Regibus, & Imperator. concessa.

MCCCLXIV. 312

In nomine sanctæ, & individuæ Trinitatis feliciter amen. Carolus quartus divina favente clementia Romanorum Imperator semper augustus, & Boemiæ Rex ad perpetuam rei memoriam. Inter glorioſas Reipublicæ curas, quibus cor nostrum pro nostrorum salute fidelium perpeti meditatione distrahitur, nostra circa id præcipue versatur intentio, & ad hoc sedulum destinamus affectum, qualiter almam matrem Ecclesiam sponsam Regis, & in cujus gratia temporalia Regio nostro parent Imperio, summa semper studio veneremur. Istud autem tunc nos exequi rite perpendimus, dum cunctæ Ecclesiæ honori pariter, & quieti prospicimus, & ministros divinis mancipatos offequiis Imperatoriæ petitionis præsidio in pacis dulcedine confovemus libertatem ipsorum, & jura nunc vetera renovantes, nunc nova pro necessitate temporum largientes. Sane Ven. Guido Aquensis Episcopus Princeps, & familiaris Aulicus noster dilectus ante nostræ majestatis constitutus præsentiam litteras sanctæ memoriæ D. Clementis Papæ sexti pro sua recommendatione nobis ab eo, dum adhuc in humanis esset, scriptas exhibuit, & intercedente ad serenitatem nostram pro eo Ven. Nicolao Patriarcha Aquilejense fratre nostro nobis humiliter supplicavit, ut privilegia divinæ recordationis Imperatorum, & Regum Romanorum nostrorum prædecessorum sibi, & Ecclesiæ suæ Aquensi concessa, de quibus fidem plenariam nobis fecit, nec non & omnia, & singula in eisdem privilegiis contenta, sive per ea ipsi Ecclesia Aquensi, & suo Episcopo data, collata, confirmata, & indulta confirmare, eademque de novo concedere, & Episcopum prædictum pro se, & dicta sua Ecclesia de iisdem investire de benignitate Regia dignaremur. Primum quidem privilegium est divi Guidonis quondam Imperatoris Romani, per quod idem Imperator Ecclesiam S. Vigilii fundatam in corte Urba cum omnibus suis appendiciis, decimis, dominicatis ejus, & utriusque sexus familiis, & suis adjacentis, Ecclesiæ, & Episcopo Aquensi donavit, & fuit quondam actum, & datum Papiæ idibus maii anno DCCCXC., indictione IX. anno primo Imperatoris D. Guidonis serenissimi Imperatoris augusti. Secundum privilegium est Ottonis quondam Imperatoris super districtione urbis Aquensis intrinsecus, & extrinsecus per tria milliaria

circumquaque. Item ſuper plebibus Oſſima, Gamalerii, & Veximi, Caurti, & Saritelli cum terris, decimis, & pertinentiis per ipſum Ottonem eidem Epiſcopo, & Aquenſi Eccleſiæ collatis: & fuit quondam datum XV. kal. maii, anno Dominicæ Incarnationi DCCCCLXXVIII. Regni vero Domini Imperatoris auguſti anno XIX., Imperii vero ejuſdem anno XI., indictione VI. Actum eſt autem in Curte, quæ dicitur Alteſeæ feliciter amen. Item tertium privilegium eſt Ottonis Regis Romanorum ſuper prædicta diſtrictione urbis Aquenſis, & omnium caſtellorum, & villarum ad Eccleſiam Aquenſem pertinentium, & omnium hominum proprietatem dictæ Eccleſiæ inhabitantium tam de Cavatorio, quam de Tertio, & de Septebrio, de Caſſinis intrinſecus, & extrinſecus per tria milliaria circumquaque, necnon ſuper confirmatione dictarum plebium de Oſſima, Gamaleriis, Veximi, Caurto, Saritello, terrarumque, & decimarum, & pertinentiarum ipſarum, & fuit quondam datum XII. kal. maii, anno Dominicæ Incarnationis DCCCCXCVI. Regni vero D. Ottonis invictiſſimi Regis decimo tertio, indictione octava Actum in civitate, quæ dicitur Cremona feliciter amen. Quartum privilegium, & divi Henrici quondam Imperatoris Romanorum concedentis, & confirmantis Eccleſiæ, & Epiſcopo Aquenſi caſtella, & villas prædictas videlicet Cavatoris, Septebrii, Caſſinarum, nec non diſtrictionem dictæ urbis Aquenſis, & eorumdem caſtellorum intra, & ab extra per tria milliaria ab omni parte, ac donationem prædictarum plebium Oſſimæ, Gamalerii, Veximi, Caurti, Saritelli, & S. Vigilii cum terris, familiis, rebus, & pertinentiis ſupradictis, nec non caſtella, Vidixonem, Mirabellum, Grognardum, Pulſonem, Piretum, Meduliam cum appendiciis eorumdem, & omnia prædia, jura, juriſdictiones, & bona omnia, quæ quondam Guido Aquenſis Epiſcopus Eccleſiæ præfatæ per cartulam donationis contulit videlicet, quidquid viſus eſt habere infra civitatem Aquenſem, & extra eam in territoriis ejus puta in Septebrio, & in Meladio turribus muro, & foſſato circumdatam cum ſua portione ejuſdem caſtelli, & villæ cum omnibus territoriis, & pertinentiis ſuis in integrum cum ſupradictis rebus una cum caſis, ſediminibus, vineis, terris cultis, & incultis, pratis, ſilvis, montibus, vallibus, planiciebus, aquis, aquarum decurſibus, molendinis, piſcationibus, & omnibus rebus mobilibus, & immobilibus, & utriuſque ſexus familiis ad prædictum Epiſcopum, & ad prædictas curtes, & plebes pertinentibus, & fuit quondam datum tetio kal. jan., indictione octava, anno Dom. Inc. MXL., anno vero ordinationis Henrici XII. regnanteque I., & fuit actum in civit. Ratisbonæ felic. amen. Item quintum privilegium eſt D. Henrici II. Romanorum Imperatoris, per quod ſubſcripta donat, & de jure ſuo in jus, & proprietatem Aquenſis Eccleſiæ, & præſulum ejus funditus tranſtulit, videlicet in civitate Aquenſi, necnon in Meladio, Cartoſio, Caſtronovo, quod dicitur Frumentiana, Biſtagno, Tertio, Alicis, Paternis, Septebrio, Caſſinis, Gamalerio, Cavatorio, Foro, Groniardo, & terris S. Vigilii placita, diſtrictiones, & duella valeant legaliter exerceri. Item conceſſit eidem Eccleſiæ, & ejus Epiſcopis, & corroborat, quod facultatem habeant, quoſcumque advocatos velint eligendi, & poteſtatem omnis publicæ exactionis in prædictis locis, habeant, & exerceant reciſa omnium Marchionum, comitum, vicecomitum, & aliarum perſonarum, quarumcumque poteſtate, & fuit quondam datum VIII. idus julii, anno Dom. Incar. MLII., indict. V., anno autem D. Henrici III. Regis, II. Imperatoris, ordinationis ejus XXIV., regni XIV. Imperii VI., & fuit actum Ratisbonæ feliciter amen. Item ſextum privilegium eſt D. Henrici IV. Romanorum Imperatoris, quo donante laudavit, conceſſit, & tradidit in poteſtatem Epiſcopi, & Eccleſiæ Aquenſis caſtra, villas, & poderia Montisboni, Verdobii, & Rochettæ Palafeæ, ac Soirani, & Ronchizenarii, & villas, & terras, & loca inter Tanagrum, & Burmidam conſiſtentia. Item caſtellum, villam, & terram de Bonovicino cum pertinentiis ſuis, & fuit quondam datum II. kalendas julii, indictione IX. anno Dominicæ Incarnationis MCXVI. regnante Henrico V. Rege Romanorum anno X., Imperante VI. actum eſt. Item ſeptimum privilegium Henrici Regis terras, & loca de Plaxano, & Saralayo cum capella, domibus, vineis, pratis, & pertinentiis Epiſcopo, & Eccleſiæ Aquenſi conferentis. Octavum privilegium eſt celebris, & recolendæ memoriæ D. Henrici quondam Romanorum Imperatoris Auguſti, tum vero Regis avi noſtri cariſſimi prædicta, & alia omnia Epiſcopi, & Eccleſiæ Aquenſis privilegia per prædeceſſores, & Reges Romanorum data, & conceſſa in genere confirmantis, & fuit quondam datum apud Mediolanum decimo kalendas februarii, indictione nona, anno Domini MCCCXI., regni vero ejuſdem anno tertio. Nos igitur præfati Principis, & familiaris noſtri dilecti Ven. Guidonis Aquenſis Epiſcopi tam juſtis, quam devotis ſupplicationibus benigne occurrentes aſſenſu prædicta privilegia, & omnia, & ſingula in eis, & quolibet earum contenta, prout per anteceſſores Dominos Imperatores, & Reges Romanorum provide ſunt conceſſa, ac omnia, & ſingula præſcripta, & infraſcripta, & quæ dictus Epiſcopus, & Eccleſia ſua poſſidet, ſeu quorum poſſeſſionem per invaſionem, ſeu occupationem, per alienationem, vel alienationes, infeudationem, vel infeudationes, donationem vel donationes, conceſſionem, vel conceſſiones, ſeu quamvis fraudem, vel violentiam, ſeu aliquo ingenio, ratione, vel cauſa, quovis modo, vel aliter amiſerunt, vel extra dictorum Epiſcopi, & Eccleſiæ poteſtatem poſita fuerant, perdiderunt, alienarunt, donarunt, vel conceſſerunt in feudum, ſeu alio quovis modo, jure, vel forma extra manus fortiam, juriſdictionem, & poteſtatem dictorum Epiſcopi, & Eccleſia poſita fuerunt; vel ſunt ex certa ſcientia, & de immenſa noſtra plenitudine poteſtatis dicto Epiſcopo Principi noſtro, ſuis ſucceſſoribus, & Aquenſi Eccleſiæ prædictæ ratificamus, approbamus ſibi, & Eccleſiæ ſuæ prædictæ, ſuiſque ſucceſſoribus confirmamus, ac de novo de innata nobis clementia liberaliter concedimus, & donamus, dictumque Epiſcopum in noſtræ Majeſtatis præſentia comparentem ſuo, & prædictæ

Ecclesiæ suæ nomine, ac successorum de ipsis investimus, & auctoritate Romana Imperiali ex certa scientia, & magna nostræ plenitudine potestatis præsentibus investimus, ac ipsum, & Ecclesiam suam Aquensem ad uberioris gratiæ incrementum cum prædictis, & aliis universis, & singulis eorumdem Episcopi, & Ecclesiæ civitatibus, castris, burgis, villis, fortalitiis, munitionibus, terris, regalibus, juribus, jurisdictionibus, plebibus, locis, possessionibus, & bonis mobilibus, & immobilibus, quibuscumque censeantur nominibus, & in quibuscumque juribus, & rebus consistant Episcopo, & Ecclesiæ prædictis tam per dictos Imperatores, & Reges Romanorum prædecessores nostros suprascriptos, vel alias juste, & provide collata, vel confirmata, seu per quoslibet nobiles, ignobiles, vel alias concessa, & donata sub nostra, & Sacri Romani Imperii protectione speciali recipimus, & tutela, omnia hujuscemodi, & singula, ut præmittitur præfato Episcopo, & Aquensi Ecclesiæ de immensæ nostra plenitudine potestatis ex certa scientia, & speciali gratia confirmantes, & de novo etiam concedentes, non obstante si præmissa, vel eorum aliqua, seu aliquid quocumque tempore occupata sunt, vel fuerint, seu invasa per quemcumque alienata, infeudata, rapta per vim, aut quolibet ausu, vel potentia, dolo, vel fraude, minus juste distracta, vel qualitercumque rapta, sublata, & extra prædictorum Episcopi, & Ecclesiæ quocumque titulo posita potestatem. Nos enim tales, & quascumque alias violentias, occupationes, invasiones, alienationes, & etiam infeudationes, rapinas, & distractiones, donationes, concessiones, instrumenta, sententias, arbitrationes ordinarias, delegatas, & omnia alia, ac scripturas, & inde secutas, & secuta, vel aliter qualicumque modo pronunciata, scripta, vel facta, & detentationes cassas, & irritas judicamus penitus, & inanes, dictumque Episcopum, & Ecclesiam ejus prædictam, & successores adversus eas, & earum quamlibet ex certa scientia in integrum restituentes, & pro restitutis haberi jubentes, mandantes, volentes, & statuentes de nostræ Romanæ Imperatoriæ plenitudine potestatis nulla temporis præscriptione, invasione, occupatione, alienatione, donatione, concessione, infeudatione, sententia arbitrali, vel ordinaria, videlicet qualecumque instrumentum, privilegium, seu privilegia, vel scripturas in perpetuum, se jura aliqua contra præsentem nostram dispositionem, constitutionem, pragmaticam, confirmationem, donationem, & ordinationem invasoribus, occupatoribus, detentoribus, alienatoribus, infeudatoribus, promulgatoribus, sententiatoribus, donatoribus, vel scriptoribus, seu distractoribus hujusmodi quomodolibet in præjudicium Ecclesiæ Aquensis, & sui Episcopi, & successorum profutura. Ceterum quum sæpedictus Ven. Guido Aquensis Episcopus, & Princeps noster dilectus par quasdam litteras bonæ memoriæ quondam D. Innocentii Papæ tertii nobis monstraverit Aquensem, & Alexandrinam Ecclesias per eumdem D. Innocentium, sive per prædecessorem suum Alexandrum Papam olim unitas fuisse, prout usque hodie unus dignoscitur esse Pontifex utriusque, quumque eidem Episcopo spiritualium omnium prædictæ Alexandrinæ Ecclesiæ solicitudo, & cura incumbat, & res cum onere suo transire debeat, sitque indignum, si is, qui ad onus eligitur, exclusus maneat a mercede, decernimus, statuimus, volumus, & jubemus de prædicta nostra magna plenitudine potestatis, ut universalia temporalia, puta castra, terræ, villæ, loca, jura, & jurisdictiones, territoria, regalia, dominia, & alia universa, & singula dictæ Alexandrinæ Ecclesiæ in potestate, & manu dicti Aquensis Episcopi, suorumque successorum perpetuo consistant, quæ sibi, suisque successoribus, & Ecclesiæ suæ prædictæ concedimus, conferimus, & ex certa scientia, & magna Romanæ nostræ plenitudine potestatis etiam confirmamus, & de novo concedimus, & donamus, ut sicut eidem Ecclesiæ, & ejus plebi seminat spiritualia, ita etiam metere temporalia gratuletur. Insuper ut in omnibus, & singulis præfatis civitatibus, partibus, castris, villis, burgis, terris, locis, poderiis, & districtibus eorumdem, & per tria milliaria circumcirca, & in omnibus, & singulis hominibus, & vassallis, & utriusque sexus, familiis, & mancipiis in dictis civitatibus, castris, terris, villis, burgis, partibus, poderiis, & districtibus stantibus, & habitantibus, vel qui videlicet tempore venturo stabunt, vel habitabunt, & in plebibus, vicis, & territoriis, ac ubique inter Tanagrum, & Burmidam dicto Guidoni Episcopo Principi nostro charissimo, & Aquensi Ecclesiæ, suisque successoribus, & officialibus nihil desit potestatis, & dominii prædicta omnia supra expressa de novo etiam, & ex certa scientia, & gratia speciali, & de immensa nostræ Romanæ Imperatoriæ plenitudine potestatis prædicto Guidoni Episcopo Principi nostro charissimo, & per eum dictæ Ecclesiæ Aquensi, & Episcopali mensæ, & suis successoribus confirmamus, largimur, tradimus, & donamus, funditus omnia, & singula supradicta in ipsum Guidonem Aquensem Episcopum, & Episcopalem mensam ipsius, & in Aquensem Ecclesiam, & successores dicti Episcopi penitus transferentes cum omni mero, & mixto imperio, dominio, & signoria alta, & bassa, concitu, districtibus, juribus, & honoribus, omnimodaque alia jurisdictione hominibus etiam, & vassallis, ipsorumque fidelitatibus, servitutibus, & homagiis, ac utriusque sexus familiis, & mancipiis, & successoribus, & præsertim in his, & ab eis, & ex his, qui, vel quæ in omnibus, & singulis prædictis civitatibus, castris, terris, locis, burgis, villis, partibus, poderiis, & districtibus, plebibus, contratis, & vicis decedent in futurum, vel decesserint absque filiis legitimis ex se natis, & cum omnibus aconzamentis, & cum omnibus bannis, fodris, & etiam cum omnibus angariis, & perangariis, & bandimentis victualium omnium, & aliarum rerum, & bonorum in quibuscumque partibus consistant, vel quocumque nomine censeantur, jurisdictionibus omnibus, & duellis, ac regalibus universis, & cum factionibus, reparationibus, & clausuris murorum, spaldorum, fossatorum omnium prædictorum, & prædictarum civitatum, & castrorum, villarum, terrarum, burgorum, necnon cum montibus, vallibus, planiciebus, sylvis, pascuis,

paludibus, aquis, aquarum ductibus, rivis, foſſatis, & ruinis, aquarumque decurſibus, navigiis, pontibus, molendinis, batenderiis, piſcationibus, venationibus, aucupationibus, paſſagiis, pedagiis, guidagiis, pontibus, furnis, teloniis, mercatis, fodris, nundinis, omnibusque exactionibus publicis, & privatis, monetis, monetæque tam auri, quam argenti, alteriuſque metalli fabricandæ, ſeu cudendæ, Notariis, & ſeu Notariorum per totum orbem, & in toto orbe noſtro Imperiali auctoritate creationibus, plenaria poteſtate, omnibuſque aliis redditibus proventibus, & obventionibus univerſis, bonis etiam mobilibus, & immobilibus, cultis, & incultis, ſelvaticis, atque domeſticis ad prædictas civitates, caſtra, terras, villas, burgos, loca, plebes, partes, vicos, & capellas, ipſorum, & ipſarum quælibet, vel quaslibet ſpectantibus, ſpectantia, ſeu ſpectare debentibus, vel debentia, & in prædictis civitatibus, terris, caſtris, villis, burgis, locis, plebibus, vicis, capellis, partibus, poderiis, & diſtrictibus conſiſtentibus, & conſiſtentia, & demum quidquid juris dominii, poteſtatis, & imperii in omnibus, & in ſingulis dictis civitatibus, caſtris, terris, villis, burgis, locis, plebibus, capellis, vicis, partibus, rebus, & contratis, eorumque poderiis, & diſtrictibus, & etiam inter dicta flumina Tanagri, & Burmidæ juris Imperii nos habere conſiſterit, atque conſtat. Ita quod prædictus Epiſcopus Princeps noſter chariſſimus, & Aquenſis Eccleſia, & ſui ſucceſſores per ſe, & ſuos officiales poſſit, & poſſint in perpetuum, in omnibus, & ſingulis dictis civitatibus, caſtris, terris, villis, burgis, locis, vicis, plebibus, & partibus, & ipſorum omnium, & ſingulorum poderiis, & diſtrictibus, & in omnibus, & ſingulis partibus inter Tanagrum, & Burmidam conſiſtentibus omnia, & ſingula exercere, facere, ſtatuere, ordinare, præcipere, & mandare, exerceri facere, ſtatui facere, præcipi, & mandari, & ordinari, quæ nos Carolus Imperator, noſtrique ſucceſſores poſſemus de magna noſtra Romana Imperatoria, & abſoluta plenitudine poteſtatis, etiam ſi præſentes eſſemus, & ſi omnes, & ſingulas, omnia, & ſingula civitates, caſtra, terras, villas, burgos, loca, plebes, capellas, diſtrictus, poderia, & partes prænominatas ad manus noſtras, ſine infeudatione aliqua temporibus retroactis facta tenuiſſemus, vel teneremus ad præſens. & quidquid nos in propria perſona noſtra poſſumus, vel poſſemus, ſi ut præmittitur præſentes eſſemus. Et etiam volumus, conſtituimus, ordinamus, præcipimus, & jubemus ex certa ſcientia, & de magna noſtra plenitudine poteſtatis, quod omnes, & ſinguli utriuſque ſexus in omnibus, & ſingulis præmiſſis terris, civitatibus, caſtris, villis, burgis, locis, plebibus, vicis, & partibus, poderiis, & diſtrictibus, ſtantibus, & habitantibus, vel qui in futurum, & in perpetuum ſtabunt, vel habitabunt cujuſcumque conditionis exiſtant, vel exiſtent, teneantur, & debeant dicto Epiſcopo Principi noſtro, & Aquenſi Eccleſiæ, ac ſuis ſucceſſoribus tamquam nobis de dictis mero, & mixto Imperio, dominio, ſignoria, concitu, ac etiam de omnibus angariis, perangariis, ſucceſſionibus, acconzamentis, blandimentis factionibus, & reparationibus murorum, ſpaldorum, foſſatorum, clauſurarum, & aliorum, & aliarum omnium, ac de regalibus, & aliis omnibus, & ſingulis ſupradictis in perpetuum integre reſpondere, ac obbedire, & parere in omnibus, & per omnia, ſicut propriæ perſonæ noſtræ ſine aliqua contradictione juris, vel facti, non obſtantibus quibuſcumque juribus, privilegiis, inſtrumentis, ſententiis arbitralibus, & arbitramentis, ordinariis etiam, ſive delegatis, ac quibuſcumque pactis, ſeu inſtrumentis pactorum, ac obligationibus, promiſſionibus, ſtipulationibus, & aliis omnibus de jure, vel de facto, dictis, ſcriptis, promulgatis, prolatis, ſeu ſententiatis, vel quibuſcumque ſcripturis, ſeu quibuſcumque donationibus, conceſſionibus, infeudationibus, alienationibus, detentionibus, invaſionibus, præſcritionibus præteritis, vel futuris, occupationibus, oppreſſionibus, controverſiis, litigiis motis, vel movendis, & omnibus aliis in contrarium factis, editis, promulgatis, ſcriptis, roboratis, ſententiatis, vel pronunciatis, fiendis, edendis, promulgandis, pronunciandis, ſcribendis, roborandis, vel ſententiandis ex omnibus, aliis ſcripturis, & gratiis, ſub quacumque forma verborum cuicumque, quibuſcumque, vel quomodocumque factis, traditis, vel conceſſis, etiamſi de omnibus, & ſingulis oporteret de verbo ad verbum præſentibus fieri mentionem, quæ contra præmiſſa, vel præmiſſorum aliquod poſſet, vel poſſent quomodolibet obijci, vel opponi, ſeu in aliquo derogare, ſeu etiam obviare, quibus ſpecialiter derogamus, & quæ omnia, & ſingula in contrarium edita, promulgata, ſcripta, pronunciata, arbitrata, ſententiata, prolata, vel roborata, quæ, vel qua huic noſtræ confirmationi, conceſſioni, ordinationi, conſtitutioni, privilegio, ſeu donationi, inveſtituræ, & decreto, & pragmaticæ ſanctioni poſſunt, vel poſſent præjudicare, obviare in aliquo, vel obeſſe ex certa ſcientia, & de dicta immenſa noſtra plenitudine poteſtatis revocamus, caſſamus, irritamus, & annullamus, & pro revocatis, caſſis, irritis, & annullatis perpetuo habere ſtatuimus, volumus, & jubemus prædictum Epiſcopum, & per ipſum ſuam Aquenſem Eccleſiam, & Epiſcopalem menſam, & ſuos ſucceſſores de omnibus, & ſingulis ſupradictis, & in omnibus, & ſingulis ex certa ſcientia, & gratia ſpeciali, & de dicta magna Romana, Imperiali, & abſoluta poteſtate in integrum reſtituentes, & pro in integrum reſtitutis, & reſtituto haberi volentes, mandantes, ſtatuentes etiam, & jubentes. Ceterum ut ſuper pedagiis exigendis, colligendis, & accipiendis meta aliqua apponatur ex certa ſcientia, & de dicta noſtra magna plenitudine poteſtatis, & pragmatica ſanctione concedimus, ſtatuimus, volumus, & jubemus, quod dictus Epiſcopus Princeps noſter, ſuique ſucceſſores per ſeſe, ſuoſque officiales poſſit, & poſſint ab omnibus, & ſingulis, & de omnibus, & ſingulis beſtiis equinis, & mulinis, aſininis, & aliis beſtiis per dictas civitates, caſtra, villas, burgos, partes, & poderia, vel ipſorum aliqua tranſitum facientibus, exeuntibus, vel intrantibus mercimonia, victualia deferentibus capere, & colligere, & levare, ſeu capi facere, colligi, & levari pro

unaquaque beſtia ex prædictis ſolidos decem Imperialium, & pro unoquoque curru, plauſtro, baroccia, vel alio ingenio, mercimonia, ſeu victualia deferente ſolidos quadraginta plus, & minus ſecundum quod dictæ beſtiæ, currus, & plauſtra, & alia eſſent pretioſioribus mercimoniis, ſeu aliis rebus onerati, oneratæ, vel onerata, & de aliis animalibus, & rebus, & omnibus, & ſingulis ſupradictis, quia prolixum eſſet omnia, & ſingula explicare, concedimus etiam, quod poſſit, & poſſint pedagia, exactiones publicas, & privatas, & alia omnia in omnibus, & ſingulis civitatibus, caſtris, terris, villis, burgis, partibus, & poderiis exigere, capere, levare, & exigi, capi facere, & levari per ſuos officiales, & familiares, ſecundum quod dicto Epiſcopo, ſuiſque ſucceſſoribus, officialibus, & familiaribus nomine ipſius Epiſcopi, & ſucceſſorum, & de mandatis ipſorum videbitur utilius expedire. Inſuper etiam illud idem volumus, ſtatuimus, & jubemus de navibus, quæ venduntur, vel vendentur in poſterum, vel quæ tranſitum facient per aquas, vel flumina dictarum partium, terrarum, civitatum, & villarum onerata victualibus, mercimoniis, & aliis rebus quocumque nomine nuncupentur, quod dictus Epiſcopus, ſuique ſucceſſores poſſint per ſe, & ſuos officiales, & familiares pedagia telonea, & alia colligere, & levare, ſecundum quod ei, & ſuis ſucceſſoribus videbitur utilius expedire. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ majeſtatis infringere, vel ei quovis auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumſerit præter indignationem imperialem, & imperiale decretum, & ſanctionem pragmaticam, qua quævis attentata vigore, ac robore carere decernimus, pœnam mille marcharum auri puri, quarum medietatem ærarii noſtri, ſeu fiſci Imperialis, reliquam vero medietatem Cameræ Epiſcopalis uſibus applicari ſtatuimus, toties quoties contra factum fuerit, eo ipſo ſe noverit incurſurum. Signum Sereniſſimi Principis, & Domini Domini Karoli IV. Romanorum Imperatoris invictiſſimi, & glorioſiſſimi Bohemiæ Regis. Teſtes hujus rei ſunt illuſtres Rodulphus Dux Saxoniæ ſacri Imperii Archimareſchallus, Princeps Elector, Valdemarrus Rex Daciæ, Vener. Arneſtus Pragenſis Archiepiſcopus, Joannes Olomucenſis, Joannes Luchonveſſen ſacræ Imperialis aulæ Cancellarius, Theodoricus Wormatienſis, Petrus Florentinus, & Petrus Curienſis Eccleſiarum Epiſcopi, illuſtres Joannes Marchio Moraviæ, Stephanus, & Albertus Bavariæ, Balthaſſar Brunſvicenſis, Bolleo Suidnicenſis, Bolleo Oppulienſis, Orzimislaus Theſinenſis, & Henricus Ligniezenſis Duces, ſpectabiles Joannes Burgravius, Magdeburgenſis Magiſter Curiæ noſtræ, Joannes Landgravius de Lutemberg, & Bertoldus de Hennemberg comites, & alii quam plures noſtri, & Imperii ſacri fideles ſub Imperialis noſtræ Majeſtatis ſigillo teſtimonio literarum. Datum Pragæ anno Domini milleſimo tercenteſimo ſexageſimoquarto, indictione ſecunda, calendis februarii, Regnorum noſtrorum anno decimo octavo, Imperii vero nono. *Sic ſignatum* Cor. Joannes de Praſnitz, *item* per Dominum Imperatorem Rud de Frideberg, *ab extra regiſtrata* Petrus Scholaſticus Bulvicenſis.

Aliud eidem Epiſcopo, ac Marchionibus Inciſæ.

MCCCXLIV. 313

In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis feliciter amen. Carolus quartus divina favente clementia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, & Bohemiæ Rex ad perpetuam rei memoriam. Quamvis ex aſſumto Imperialis dignitatis officio univerſorum, quos ſacri imperii latitudo complectitur ſaluti, & commodo delectemur intendere: ad illos tamen propenſius affectio noſtræ majeſtatis dirigitur, qui conſtantibus diuturnis obſequiis beneficia noſtræ clementiæ meruerunt. Sane attendentes probitatis, conſtantis fidei, & virtutis merita, quibus venerabilis Guido Aquenſis Epiſcopus, & Marchio Inciſæ princeps, & conſiliarius noſter, ac ſpectabiles Georgius, Jacobinus, Johannes, Albertus, Joannardus, Guillerminus, Albertinus, Franciſchinus, Guillerminus, Daniel, Fridericus, & Bernardus Inciſæ Marchiones noſtri, & imperii ſacri fideles dilecti, & eorum progenitores apud celebris memoriæ divos Romanorum Imperatores, & Reges anteceſſores noſtros, & præſertim apud inclitæ recordationis D. Enricum Romanorum Imperatorem avum noſtrum cariſſimum animo ferventi, ac ſtudioſo deſiderio ſæpe, & ſæpius notorie claruerunt ad ſupplicationem inſtantem dicti noſtri Principis Aquenſis Epiſcopi, recepto tamen prius ab ipſo pro ſe ut a Marchione Inciſiæ, & pro dictis Marchioribus tamquam a perſona conjuncta in ſua, & eorumdem Marchionum anima tactis ſacroſanctis Evangeliis pro nobis, & ſucceſſoribus noſtris Romanorum Imperatoribus, & Regibus, & Imperio præſtito debito ſolito conſueto corporali juramento eumdem Epiſcopum, & Marchionem Inciſiæ, & in perſonam ipſius præfatos Marchiones, & quemlibet eorumdem de caſtris infraſcriptis videlicet Caſtrinovi de Inciſia, Bergamaſci, Carentini, Vallium, Cerretæ, & Bethoniæ, nec non de univerſis, & ſingulis villis, feudis, terris, burgis, fortalitiis, locis, diſtrictibus, partibus, contratis, juribus, juriſdictionibus meris, & mixtis, altis, & baſſis, civilibus, & criminalibus, honoribus, regalibus, & ipſorum attinentiis, pertinentiis quibuſcumque etiam nominibus, aut ſpecialibus vocabulis valeant nuncupari, quas, quæ, ſeu quos juſte, & rationabiliter poſſident, & quæ vi, dolo, injuria, ſeu alia cauſa quacumque contra rationem, & indebite poſſidere deſierunt animo deliberato non per errorem, aut improvide, ſed de certa noſtra ſcientia Principum, Comitum, Baronum, & procerum S. R. I. ſerio, & maturo accedente conſilio auctoritate Cæſarea, & de plenitudine imperialis poteſtatis, ſicut digne poſſumus adhibitis ſolemnitatibus conſuetis inveſtivimus, & prædicta omnia benignitate ſolita, & ex innata nobis pietatis clementia præfatis Marchionibus ex ſingulari gratia de novo in feudum nobile, & juxta feudi naturam ab imperio ſacro tenenda, & poſſidenda concedimus liberaliter, & largimur. Inſuper auctoritate Cæſarea præfata eiſdem Marchionibus eorum hæredibus, & prohæredibus ſingula privilegia, literas, inſtrumenta, gratias, libertates, indulta, juriſdictiones, honores, jura, & bona quæcumque

prout talia rite, & legitime proceſſerunt, & ex juſto titulo poſſederunt, aut poſſidere ut prædicitur deſierunt, ex certa noſtra ſcientia pro nobis, & dictis noſtris ſucceſſoribus approbamus, ratificamus, auctorizamus, confirmamus, ac etiam de novo concedimus, & donamus noſtris imperii ſacri, & aliorum juribus in præmiſſis omnibus ſemper ſalvis. Ceterum auctoritate Imperiali ipſis Marchionibus, & eorum hæredibus ex ſpeciali gratia concedimus, & favorabiliter indulgemus, ut in ſuis caſtris, terris, & locis licite auri, argenti, & alterius metalli monetam bonam, & legalem, quæ debitis pondere, & materia non fraudetur ſub propriis ſuis ſignis, caracteribus, & figuris cudere, ſeu cudi facere abſque aliorum præjudicio libere valeant in futurum. Præterea quia relatione condigna noſtra recepit ſerenitas, quod progenitores dictorum Marchionum, & ipſi etiam Marchiones a nonnullis potentibus vi, & metu, qui cadere poſſit in conſtantem alias ſint coacti, quod ipſi ſe, & ſucceſſores ipſorum metu pœnæ, cui reſiſtere non poterant adverſus imperialis juris, & communis juſtitiæ ſententias ad certas ſubmiſſiones, pactiones, conventiones, promiſſa, fœdera, nec non tuitiones, & ſalvas guardias dictis potentibus obligarunt non abſque noſtro, & ſacri Imperii, atque Reipublicæ notabili diſpendio pariter, & jactura nos præfatis omnibus conſideratis, & in examen proinde diſcuſſionis adductis, quamvis illa, quæ ſunt contra juris poſitivi, & rationis ordinem, ac etiam præjudicium ſacri imperii nota diſpendia inita, tractata, ſeu concluſa noſcuntur, ipſo facto nullam obtineant roboris firmitatem, tamen ad abundatioris cautelæ præſidium, & ut præfatis Marchionibus ſecurius caveatur, omnes, & ſingulas pactiones, ſubmiſſiones, conventiones, promiſſa, fœdera, tuitiones, & ſalvas guardias hujuſmodi quibuſcumque ſententiis, verbis, punctis articulis, & clauſulis initæ, conceptæ, ſeu concluſæ noſcuntur voce, vel ſcripto publice, vel occulte, quibus etiam cautionibus promiſſionum, juramentorum, aut fœderum vallatæ noſcantur de certa noſtra ſcientia, & de Imperatoriæ poteſtatis plenitudine revocamus, caſſamus, decernimus, ac penitus annullamus, decernentes, pronunciantes, definientes auctoritate qua ſupra, ac etiam de certa noſtra ſcientia declarantes omnes, & ſingulas ſubmiſſiones, pactiones, conventiones, fœdera, promiſſa, tuitiones, & ſalvas guardias, & omnes ſecuritates ad hoc præſtitas quovis modo, & quævis inde ſecuta nullius roboris, ſeu virtutis exiſtere, nec ad talium obſervantiam, & executionem prædictos Marchiones, aut aliquem eorum aliquatenus obligari: reſtituentes eoſdem in integrum, & in libertatem priſtinam, qua freti ſunt antiquis temporibus priuſquam dictas novitates inirent, ut omni, & totali primitiva pleniſſime gaudeant libertate; ſic quod affuturis temporibus nobis, & dictis noſtris ſucceſſoribus, ac imperio ſacro, ut eorum veris, ac naturalibus ordinariis dominis ſolummodo, & non alteri cujuſcumque dignitatis, præminentiæ, gradus, ſtatus, aut conditionis extiterit ſubeſſe, obſequi, obedire, intendere, & parere debebunt, ſupplentes omnem defectum ſi quis in præmiſſis, vel eorum aliquo obſcuritate, ſeu dubia interpretatione verborum, ſententiarum ecc. Nulli ergo hominum liceat ecc. Si quis autem contrarium temere attentare ecc.

Signum Sereniſſimi Principis, & D. D. Caroli quarti Romanorum Imperatoris invictiſſimi, & glorioſiſſimi Bohemiæ Regis. Teſtes hujus rei ſunt illuſtriſſimus Rodulphus Dux Saxoniæ ecc. Datum Pragæ anno Domini MCCCLXIV. indict. XII. ſecundo nonas martii Regnorum noſtrorum anno decimo octavo, imperii vero nono.

Literæ commendatitiæ pro hoſpitali loci Beſtagni.

MCCCLXIV. 314

Jacobus ex Marchionibus Inciſæ canonicus Aquenſis Rev. in Chriſto Patris, & D. D. Guidonis Dei gratia Aquenſis Epiſcopi, & Comitis in ſpiritualibus Vicarius generalis, dilectis nobis in Chriſto univerſis, & ſingulis Chriſtifidelibus tam Clericis, quam Laicis præſentes literas inſpecturis ſalutem in Domino. Cum ad ſubſiſtentiam, & receptionem pauperum, & egenorum confluentium ad hoſpitale fundatum in loco Beſtagni per præfatum Dominum Epiſcopum coadjuvantibus ei ad præmiſſa multipliciter fidelibus hominibus dicti loci, & in honorem Dei, glorioſæ Virginis Mariæ ejus matris, & Beati Nicolai propriæ non ſuppetant facultates, vos omnes, & ſingulos hortamur in Domino, vobiſque veſtrorum injungimus remiſſionem peccatorum, quod de bonis vobis a Deo collatis velitis Vercellono de Maxino latori præſentium circa ſubſtentationem hujuſmodi pias eleemoſinas miſericorditer elargiri. Vobis igitur omnibus, & ſingulis Abbatibus, Archidiaconis, Præpoſitis, Archipresbiteris, Presbiteris, & Eccleſiarum noſtræ Aquenſis Diœceſis Rectoribus injungendo mandamus, quatenus ſub excommunicationis pœna ipſum Hoſpitalerium latorem præſentium populo vobis commiſſo recommendare curetis, ipſumque populum inducentes verbo pariter, & exemplo, ut eidem circa pietatis opera præſtent ſubſidium, & favorem, ut per hæc, & alia bona, quæ Deo inſpirante feceritis, & fecerint, ad æternæ felicitatis gaudia poſſitis, & valeatis pervenire. Nos igitur auctoritate, qua fungimur de omnipotentis Dei miſericordia, & Beatæ Mariæ Virginis, ac Beati Nicolai confeſſoris precibus confidentes omnibus, & ſingulis Chriſtifidelibus vere pœnitentibus, & confeſſis, qui eidem hoſpitali, ſeu prædicto hoſpitalerio nomine dicti hoſpitalis manum porrexerint adjutricem, quadraginta dies de injunctis eis pœnitentiis miſericorditer in Domino relaxamus. Et ut dictum hoſpitale favoribus, & gratiis amplioribus proſequamur ad laudem, & gloriam ineffabilis Trinitatis, Beatiſſimæque Virginis Mariæ Matris Dei ſupra nominatæ, ac prælibati Beatiſſimi Nicolai, & ut Chriſticolæ ad ſuas eleemoſinas largiendum ferventius animentur prædicto Vercellono, & aliis, qui ad dictum queſtum faciendum ponentur, concedimus, ut unam campanellam deferre, & pulſare poſſint de gratia ſpeciali, ut inter quæſtores alios cog oſcantur nullum alium quæſtorem cum noſtris literis Domini fratris, vel ſine admittatis, imo ſi

qui ad vos venerint cum ipsis literis, eos capiatis, & detineatis, nobis sub fida custodia transmittentes de meritis recepturos. In quorum testimonium ecc.

Datum in castro Bestagni die X. julii, anno Domini MCCCLXIV., indictione II.

Collatio Ecclesiæ Parrochialis Montisaudi cum unione duorum beneficiorum.

315 MCCCLXIV.

Anno Domini MCCCLXIV. V. augusti. Cum pro parte communis hominum loci Montisaudi fuerit supplicatum Rev. in Christo Patri, & D. D. G. Dei gratia Episcopo Aquensi, & Comiti, nec non V. V. D. Jacobino Vic. Gen, ut quod dictus locus Montisaudi, in quo habitant circa 400. animæ, est divinis officiis desolatus, & fuerit sine Presbitero, & Rectore pluribus annis; qui dictus Vicarius circa salutem animarum assidue vigilans concessit Presbitero Simoni Buschæ Clerico, & Beneficiato Ecclesiæ S. Mariæ de villa Carpeneti, & Ecclesiæ S. Michaelis de Tomboal curam animarum dicti loci ecc., & ut decentius in dicto loco possit habere vitam suam, cum reditus ipsius sint ita exiles ec. univit Clericatum Beneficium, & præbendam, quos obtinebat in dictis Ecclesiis Joannes Calegarius de Carmorino olim Clericus dictarum Ecclesiarum dicto Presbitero Simoni Buschæ, & successoribus suis, ita quod amodo sit suus Rector ipsarum Ecclesiarum, qui serviat, & servire debeat dicto communi, & hominibus de cetero in divinis, & ibi exerceat curam animarum, investiens dictum præsentem Simonem cum annulo ecc.

Procuratio omnium Ecclesiarum in Liguria, ac Pedemonte ad Ecclesiam Bethlemitanam spectantium facta Episcopo Guidoni ab Ademaro Episcopo ejusdem Ecclesiæ.

316 MCCCLXV.

In nomine Domini amen. *Vedi infra ad an.* 1369. *pro Ecclesia Occimiani.*

Permutatio Canonicatus Aquensis Ecclesiæ cum Canonicatu de Incisa.

317 MCCCLXV.

In nomine Domini amen. Anno Nativitatis ejusdem MCCCLXV., indictione III., die XXV. junii in civitate Aquis majoris Aquensis Ecclesiæ præsentibus Rev. in Christo Patre, & D. D fratre Jacobo de Ponto ordinis Minorum Episcopo Millepotensi, Presbitero Antonio Bellerato sacrista Ecclesiæ Aquensis, Joanne Arancamillo de Tertio, & Antonio de Bottino Castellano Tertii testibus ad infrascripta vocatis, & rogatis. In quorum præsentia, & mei Notarii infrascripti nobilis vir Dominus Joannes ex Marchionibus Incisæ canonicus præbendatus majoris Aquensis Ecclesiæ ex parte una, & Bartholomeus natus Jacobi de Oddonis de Incisa canonicus sanctorum Victoris, & Coronæ Plebis de Incisa ex parte altera constituti personaliter in jure coram Rev. in Christo Patre, & Domino D. Guidone Dei gratia Aquensi Episcopo, & Comite, nec non in præsentia venerabilium virorum Dominorum Merlini Bellexii Archidiaconi, Presbiteri Bartholomei de Porta, Jacobini ex Marchionibus Incisæ, & Joannini de Quireggio canonicorum dictæ Aquensis Ecclesiæ convocatorum, & congregatorum consentientium, ad omnia, & singula suprascripta, & infrascripta, cum in dicta Ecclesia Aquensi non sint aliqui alii canonici constituti in sacris exceptis ipsis quatuor cupientes ad invicem ipsi Domini Joannes, & Bartholomeus per ipsum Dominum Episcopum permutare animo, & intentione directæ permutationis faciendæ inter eos de dictis canonicatibus, & præbendis ut supra; idem Dominus Joannes canonicus ut supra flexis genibus pure mere, ac sponte animo, & intentione dictæ permutationis faciendæ renunciavit in manibus dicti Domini Episcopi, & in præsentia dictorum dominorum canonicorum canonicatui beneficio, & præbendæ, quos idem Dominus Joannes obtinebat in dicta Aquensi Ecclesia, & omnibus juribus spiritualibus, & temporalibus ad eos spectantibus in eisdem, & hoc dummodo dicta permutatio fiat, & fieri de jure possit, & obtineat roboris firmitatem, & aliter non renunciat, neque cedit ipsis canonicatui beneficio, & præbendæ, eodemque modo, & forma dictus Dominus Bartholomeus præsente, volente, & consentiente dicto Domino Jacobino Archipresbitero plebis prædictæ de Incisa animo, & intentione dictæ permutationis faciendæ flexis genibus coram dicto Domino Episcopo, & præsentibus dictis Dominis Canonicis, & Archipresbitero pure mere, & sponte renuntiavit, & cessit omni beneficio, & præbendæ, quos obtinebat in dicta plebe de Incisa, & omnibus juribus spiritualibus, & temporalibus spectantibus ad eosdem. Quas quidem renunciationes, & cessiones animo, & intentione directæ permutationis faciendæ ut supra factas dicti Domini Episcopus, & Archipresbiter gratas, & ratas habentes liberaliter acceptaverunt. Quapropter dictus Dominus Episcopus considerans quod dictus Bartholomeus melius poterit in dicta Aquensi Ecclesia, quam dictus Dominus Joannes propter exiles reditus residere, & super his, & aliis habita deliberatione matura Christi nomine invocato per modum dictæ permutationis contulit, & concessit dicto Bartholomeo dictos canonicatum beneficium, & præbendam, quos obtinebat dictus Dominus Joannes in Ecclesia Aquensi prædicta, & dictum Bartholomeum transtulit, & præfecit de dictis canonicatu, beneficio, & præbenda, quos obtinebat in plebe de Incisa, ad prædictos canonicatum beneficium, & præbendam dictæ Ecclesiæ majoris Aquensis. Et modo simili de voluntate dicti Domini Archipresbiteri concessit, & obtulit dicto Joanni canonicatum beneficium, & præbendam, quos obtinebat dictus Dominus Bartholomeus in Ecclesia plebis de Incisa supradicta cum omnibus juribus, & actionibus spiritualibus, & temporalibus spectantibus ad ipsa beneficia supradicta, & cum omnibus honoribus, vocibus, & locis spectantibus, ad eosdem inducentes tam præfatus Dominus Episcopus, quam dicti Canonici dictum Bartholomeum in corporalem possessionem dictorum canonicatus beneficii, & præ-

bendæ

bendæ assignantes sibi stallum in choro, & locum in capitulo Ecclesiæ supradictæ Aquensis inducendo eumdem in dictam Ecclesiam aperiendo, & claudendo ostium, imponendo in manibus ejusdem funes campanæ, tobaleas altaris, & de terra dictæ Ecclesiæ in signum possessionis prædictæ. Qui Bartholomeus immediate juravit ad sancta Dei Evangelia tacto libro observare constitutiones canonicorum, & dictam Aquensem Ecclesiam tangentes ibi lectas, & divulgatas per Joannem de Quiregio canonicum supradictum, & occasione canonicatus prædicti, de quibus omnibus, & singulis supradictis Dominus Episcopus, & dicti permutantes præceperunt fieri publica instrumenta per me Laurentium Notarium infrascriptum ad consilium sapientis.

Et ego Laurentius Blanche clericus Traiectensis Diœcesis publicus Imperiali auctoritate notarius prædictis interfui, & rogatus scripsi ecc.

Licentia deferendi vestes laicales concessa Martino de Guaschis Canonico Alex. ab Ep. Aq.

318 MCCCLXV.

Guido Dei gratia Aquensis Episcopus, & Comes dilecto nobis in Christo discreto viro Joanni Martino de Guaschis canonico Ecclesiæ collegiatæ sancti Petri de Alexandria nostræ Aquensis Diœcesis salutem in Domino. Tua supplicatio nobis exhibita continebat, ut quia in mensa, & alibi nobis servis, & etiam nobiscum, & alibi oporteat te cum multis nobilibus laicis conversari, dignaremur de gratia speciali tibi concedere, quod non obstante privilegio clericali possis incedere cum robis, & vestimentis laicalibus, & ideo annuentes tuæ supplicationi præmissæ tenore præsentium tibi concedimus, ut non obstantibus aliquibus constitutionibus provincialibus, & sinodalibus, atque privilegio clericali possis portare quascumque vestes tuas volueris, & potueris, & in ipsis, & cum ipsis incedere quotiescumque, & ubicumque tibi opportunum fuerit, & volueris sine præjudicio aliquali. In quorum testimonium præsentes fieri jussimus nostro sigillo munitas usque ad nostrum libitum duraturas. Actum, & datum in castro novo Bestagni, die VII. augusti, anno Domini MCCCLXV. tertia indictione præsentibus Gulielmo de Oddono, Gulielmo Caranti de Incisa, & Jacomolo Regis de Quiregio testibus ad præmissa vocatis, & rogatis.

Indulgentiæ dantibus eleemosinam pro Cœmeterio de Russigliono.

319 MCCCLXV.

Guido universis, & singulis D. N. J. Christi fidelibus has literas inspecturis salutem, & sinceram in Deo charitatem. Quum cœmeteria, quæ græco vocabulo Poliandra vocantur, debeant esse clausa, & sub clausura consistere taliter, quod corpora fidelium defunctorum ibidem requiescere valeant, & expectare Resurrectionem universalem, quam fides catholica protestatur, ideo cum cimiterium Beatæ Mariæ de Russigliono nostræ Aquensis Diœcesis ex propinquitate fluvii, & ex aliis multis causis indigeat inter alia cimiteria esse clausum, ne corpora, & ossa fidelium ibidem existentium dispergantur, ea propter universis Christifidelibus, qui ad clausuram dicti cimiterii manum porrexerit adjutricem consuetam indulgentiam, dummodo sint vere pœnitentes, & confessi, vel qui erunt in posterum misericorditer indulgemus. In quorum testium ecc. Dat. in castro nostro Bestagni, die VIII. augusti, anno Domini MCCCLXV.

Licentia Episcopi ingrediendi Reclusum in Russigliono cum indulgentiis opem ferentibus ejus constructioni.

MCCCXLV. 320

Guido Dei gratia Episcopus Aquensis, & Comes universis, & singulis D. N. J. Christi fidelibus salutem in eo, qui est omnium vera salus. Cum Margarita de Peceto, ut asseruit coram nobis, ex devotione sui pectoris, & ob remissionem suorum peccatorum affectet summis desideriis intrare Reclusum prope Russiglionum fiendum, & constituendum ex devotione fidelium hominum dicti loci, & a nobis petierit licentiam specialem dictum Reclusum intrandi, & perseverandi in eo Domino concedente, & B. V. Glorioſæ, nosque devotionem sui pectoris attendentes eidem Margaritæ licentiam concessimus introeundi, & standi suis temporibus, ut præmittitur, Domino annuente. Idcirco omnibus Christifidelibus vere pœnitentibus, & confessis, vel qui erunt infra X. dies a data præsentium numerandis, qui ad factionem dicti Recluſi, & quod plus est ad subsistentationem vitæ, & contemplationem prædictæ manum porrexerint adjutricem quadraginta dierum indulgentiam eisdem in Domino concedimus, & indulgemus. In quorum omnium testium has nostras literas fieri mandamus, & sigillo nostro sigillari. Dat. in castro nostro Bestagni, die VIII. augusti, anno Domini MCCCLXV., indict III.

Indulgentiæ eleemosinam dantibus pro hospitali sancti Spiritus civitatis Aquensis.

MCCCLXV. 321

Guido Aquensis Episcopus, & Comes dilectis nobis in Christo universis, & singulis Christifidelibus tam clericis, quam laicis Aquensis Diœcesis, ad quos præsentes pervenerint, salutem in Domino sempiternam. Quoniam, ut ait Apostolus, omnes stabimus ante tribunal Christi recepturi prout in corpore gessimus, sive bonum fuerit, sive malum, oportet nos diem mansionis extremæ misericordiæ operibus prævenire, ac æternorum intuitu id seminare in terris, quod cum multiplicato fructu in cælis recolligere valeamus, firmam spem, fiduciamque tenentes, quod qui parce seminat, parce & metet, & qui seminat in benedictionibus de benedictionibus, & metet vitam æternam. Quum igitur ad subsistentationem pauperum, & egenorum, aliarumque miserabilium personarum confluentium ad hospitale sancti Spiritus de suburbiis de Aquis propriæ non suppetant facultates, nisi a Christifidelibus subveniatur eidem, vos & vestrum quemlibet mo-

nemus, & hortamur in Domino, & in vestrorum injungimus remissionem peccatorum, quatenus de bonis vobis a Deo collatis fratribus dicti hospitalis latoribus præsentium, quum ad vos venerint pro eleemosinis aquirendis, pias eleemosinas, & grata charitatis subsidia erogetis, ut per hæc, & alia bona, quæ Domino inspirante feceritis ad æterna gaudia pervenire valeatis. Nos etiam de omnipotenti Dei misericordia, & Beatæ Mariæ Virginis ejus matris, omnibus, & singulis vere pœnitentibus, & confessis, qui dicto hospitali, & fratribus ipsius manum porrexerint adjutricem quadraginta dies de injunctis eis pœnitentiis misericorditer in Domino relaxamus. In quorum testimonio præsentes fieri fecimus nostro sigillo munitas post annum minime valituras. Datum in castro nostro Bestagni die XVIII. augusti, anno Domini MCCCLXV., indictione III.

Literæ commendatitiæ pro aliquibus Judæis ad fidem ingenti quodam miraculo conversis.

MCCCLXV.

322 Guido Dei gratia Aquensis Episcopus, & Comes Universis, & singulis Abbatibus, Prioribus, Ecclesiarum Rectoribus, & Ministris, seu earum loca tenentibus in Civitate, & Diœcesi nostra constitutis, ad quos præsentes nostræ literæ pervenerint salutem in Domino sempiternam. Notificamus vobis ad nostram notitiam pervenisse, quod Magister Abraham olim Judæorum Cappellanus in lege Rabbinica cum duobus aliis Judæis transibat per quamdam Ecclesiam, & viderunt dicti Judæi quemdam Presbiterum portantem corpus Dei in manu sua, & unus ex dictis Judæis dixit aliis associatis: quam fidem isti Christiani adorant, qui omnes flectunt genua, & faciunt reverentiam uni hostiæ panis, & dicunt, quod est Corpus Domini Nostri Jesu Christi; & dictus Magister Abraham cum aliis Judæis ivit, & recessit ad Sinagogam, & ibi consilium suum fecerunt, quod volebant probare, si illud erat Corpus Domini Nostri Jesu Christi. Dictus Magister Abraham ivit cum duobus aliis Judæis ad Ecclesiam Beatæ Mariæ de Valentia, & ibi unum invenerunt scolarem in una die veniente Sabbato, & dixerunt dicto scolari, da nobis unam hostiam, quæ sit consecrata, & Diabolo instigante dictus scholaris eisdem dictam hostiam consecratam dedit, & dicti Judæi portaverunt dictam hostiam in Sinagoga sua in die Sabbati, & eorum festo Sabbato Magister Abraham dixit: iste est Deus, in quo confidunt Christiani. Dictus Magister Abraham cepit unum cultellum, & dixit si tu es Christus, defendas te. Dictus Magister extraxit dictum cultellum, & rumpit dictam hostiam in tribus partibus, & voluntas Dei fuit talis, quod de qualibet parte sanguis exibat, & dicti Judæi quum illud viderunt, projecerunt dictam hostiam in ignem, & viderunt, quod de dicto igne exivit una columba alba sicut nix, & per unum foramen dictæ Sinagogæ exivit dicta columba, & tunc dictus Magister Abraham videns ista signa coram omni populo, visum, & loquelam amisit, & ad terram prostratus quasi mortuus cecidit. Ex quibus totus populus stupefactus stetit. Demum Exter uxor dicti Abraham vovit Jesu Nazareno, quod si dictus Abraham visum, & loquelam recuperaret, quod in die crastina ipsa cum duabus filiabus, & tribus filiis suis faceret baptizari, & illico facto dicto voto Spiritus sancti virtute dictus Abraham visum, & loquelam recuperavit, & in crastina die dictus Abraham, ejus uxor cum quinque liberis suis, & ad eorum exempla cognita vigintiquinque Judæi tam mares, quam fœminæ se fecerunt baptizari, & omnia bona sua mundana pro fide Catholica reliquerunt, & ob reverentiam Passionis Domini omnes dicti conversi crucem ceperunt, & ultra mare ad sanctum sepulcrum ire promiserunt, nec non ad alias sanctas peregrinationes, quas dictus Salvator una cum suis discipulis visitavit, prout in literis plurimorum R. R. P. P. Dominorum Archiepiscoporum, & Episcoporum vidimus contineri. Unde cum ipsi renati indigeant sanctæ fidei instructione, & non habeant unde vivant, nec complere valeant vota sua, nisi a Christifidelibus eleemosinis adjuventur, ideo universitatem vestram monemus in Domino, & hortamur, quatenus cum dicti conversi, ac eorum nuncii ad vos, & ecclesias vestras accesserint cum præsentibus literis, eos benigne, & charitative recipiatis sine contradictione quacumque, & indulgentias, quas vobis ostenderint, fideliter exponatis, vel per ipsos exponi promittatis. Et si in aliquo loco ubi sint Judæi cum ipsis disputare voluerint, & induxerint Judæos ad sanctam fidem Catholicam in plateis, vel in aliquibus locis aliis, vos cum ipsis inducendo dictos conversos, & verba salutifera pronunciando principaliter interesse velitis. In præmissis taliter vos habentes, quod ob vestri defectum dicti renati, sive conversi a Christi fide vera, & ejus operibus non possint, nec valeant deviare, ut per hæc, & alia bona, quæ vos, & ipsi inspirante Domino feceritis ad æterna gaudia possitis feliciter pervenire. Nos etiam de omnipotentis Dei misericordia, & B. M. V., ac B.B Petri, & Pauli Apostolorum meritis confidentes omnibus vere pœnitentibus, & confessis, qui eisdem manum porrexerint adjutricem 40. dies de injunctis eis pœnitentiis misericorditer in Domino relaxamus. In quorum testimonium præsentes fieri jussimns, & sigillo nostro muniri. Datum in castro nostro Bestagni die IV. septembris MCCCLXV.

Ordinatio Girardini de Guaschis de Bergolio Aquensis Diœcesis.

MCCCLXV. 323

Noverint universi, & singuli præsentes nostras literas inspecturi, quod nos Guido Dei gratia Aquensis Episcopus, & Comes Girardino nato Antonii de Guaschis de Bergolio nostræ Aquensis Diœcesis ætatis idoneæ litterato, & de legitimo matrimonio procreato cupienti adscribi militiæ clericali primam contulimus capitis clericalem tonsuram, & eum in clericum ordinavimus, & titulavimos ad titulum sui patrimonii secundum consuetudinem sanctæ Romanæ Ecclesiæ, & stylum antiquum consuetum. In quorum testimonium præsentes fieri jussimus nostro sigillo munitas. Actum in castro

noſtro Beſtagni die XIX. novembris, anno Domini MCCCLXV., indict. III. præſentibus venerabilibus viris Dominis fratre Oddone Abbate Monaſterii s. Stephani de Tardona, Joanne de Baſſis de Tardona Canonico Tardonenſi, Jacobino ex Marchionibus Inciſæ Canonico Aquenſi, & Joanne Marlino de Guaſchis Canonico Eccleſiæ s. Petri de Alexandria teſtibus vocatis, rogatis, & me Joanne de Quiregio Notario.

Collatio Beneficii s. Juliani de Fraſcheta Girardino Guaſcho de Bergolio Aquenſis diœceſis ab Epiſc. Guidone conceſſa.

324 MCCCLXV.

Guido Dei gratia Aquenſis Epiſcopus, & Comes dilecto nobis in Chriſto Girardino nato Antonii de Guaſchis de Bergoglio noſtræ Aquenſis Diœceſis clerico ſalutem in Domino. Exigentibus tuarum virtutum meritis, ſuper quibus apud nos fide dignorum teſtimonio multipliciter in Domino commendaris, inducimur, ut tibi reddamur ad gratiam liberales. Hinc eſt quod nos volentes intuitu Dei, & tuorum præmiſſorum meritorum tibi facere gratiam ſpecialem clericatum beneficium, & præbendam nunc vacantes in Eccleſia s. Juliani de Fraſchetta de poſſe Alexandriæ noſtræ Diœceſis prædictæ quocumque modo vacent, tibi conferimus noſtra ordinaria poteſtate, inveſtientes te cum annulo noſtro auri, quem in noſtris manibus tenemus, de dicto clericatu beneficio, & præbenda, & de omnibus juribus ſpiritualibus, & temporalibus ſpectantibus ad eoſdem. Decernentes ex nunc irritum, & inane, ſi ſecus contra præmiſſa, vel aliquod præmiſſorum fuerit a quolibet attentatum, vel contigerit attentari. In quorum teſtimonium præſentes fieri juſſimus noſtro ſigillo munitas. Dat. in caſtro noſtro Beſtagni, die XIX. novembris, ann. D. MCCCLXV., indict. III. præſentibus teſtibus quibus ſupra.

Licentia deferendi veſtes Laicales duobus Clericis ex M. M. de Ponzono.

325 MCCCLXV.

Guido Dei gratia Aquenſis Epiſcopus, & Comes dilectis nobis in Chriſto nobilibus viris Ludovico nato q. Domini Raymundini, & ..... nato q. Domini Bonifacii ex Marchionibus de Ponzono Clericis noſtræ Diœceſis ſalutem in Domino. Veſtra ſupplicatio nobis exhibita continebat, quia vos oportet ſæpe equitare hinc inde, & converſare cum aliis nobilibus, & marchionibus, ac dominis laicis dignaremur ... *reliqua omitto, utpote eadem prorſus, ac illa, quæ leguntur in præcedenti n.* 318. Actum, & datum in poſſe loci noſtri Beſtagni, juxta molendinum noſtrum deſuper Burmidam, die XVIII. decembris, anno D. MCCCLXV., indict. III. præſentibus Ven. viro D. Petro de la Turre Capellano, Bertramo Sachello de Meladio, & Henrico Gabetto alias Biſſola de Ponzono teſtibus vocatis, & rogatis.

Collatio Eccleſiæ Parochialis s. Hippolyti de Nicia F. Milano ad præſentationem Canonicorum s. Mariæ de Aquis.

326 MCCCLXVI.

In nomine Domini amen. Anno ejuſd. MCCCLXVI., indictione IV., die XV. junii in caſtro Beſtagni præſentibus venerabili viro Domino fratre Gulielmo Rectore Eccleſiæ s. Mariæ de Quinzano, Gulielmo de Oddoni, Gulielmo Caranti, & Henrico Garabello omnibus de Inciſa habitantibus Beſtagni teſtibus vocatis, & rogatis. Cum frater Milanus de Zoppis de Caſſinis Aquenſis Diœceſis electus Rector, & Miniſter Eccleſiæ S. Hippolyti de Nicia Aquenſis Diœceſis per venerabiles viros Dominos Jacobinum ex Marchionibus Inciſæ, Nicolinum Bellexium Archidiaconum, Presbyterum Bartholomæum de Porta, & Joannem de Quiregio Canonicum Aquenſis Eccleſiæ, cum in dicta Eccleſia non ſint aliqui alii Canonici conſtituti in ſacris exceptis ipſis quatuor, ipſa Eccleſia vacante Rectore per legitimam renunciationem Presbyteri Rolandi de Zarlis olim rectoris ipſius in manibus Rev. in Chriſto Patris, & D.D. Guidonis Dei gratia Aquenſis Epiſcopi, & Comitis ſponte factam, vel per mortem D. Petri de Nummatis electi in Rectorem, & Miniſtrum dictæ Eccleſiæ, vel aliter quomodocumque vacaret comparuiſſet perſonaliter in jure coram præfato D. Epiſcopo humiliter ſupplicando eidem, ut electionem de ipſo factam confirmare dignaretur exibens, & producens coram ipſo D. Epiſcopo inſtrumenta, ſicut dicti Canonici petita, & obtenta licentia ab eodem D. Epiſcopo dictum fratrem Milanum ad rectoriam, & adminiſtrationem dictæ Eccleſiæ elegerunt acceptatione, & requiſitione factis per dictum electum, nec non edicto per ipſum D. Epiſcopum traſmiſſo, & affixo ad valvas Eccleſiæ s. Hippolyti de Nicia ſupradictæ, conſtituens quod ſi aliqua perſona vellet dicere, vel opponere aliquid contra dictum electum, vel contra illos, qui eum elegerunt, ſtuderet coram ipſo D. Epiſcopo, vel ejus in ſpiritualibus Vicario infra certum peremptorium terminum ſtatutum legitime comparere, conſiderato etiam quod nullus apparuit contradictor, quodque dicta electio eſt facta de perſona ſufficienti, viſo quoque inſtrumento infraſcripti tenoris. Nos Bartholomæus Dei & Apoſtolicæ Sedis gratia Abbas monaſterii s. Conſtantii Taurinenſis Diœceſis, ordiniſque beati Benedicti fratri Milano de Oſtergariis de Aſt monaco ordinis prælibati ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Exigentibus probitatis, & virtutum meritis, ſuper quibus apud nos fide digno teſtimonio commendaris, inducimur, ut tibi reddamur ad gratiam liberales; hinc eſt quod nos volentes tibi præmiſſorum meritorum tuorum intuitu gratiam facere ſpecialem, harum ſerie, tenore, & auctoritate, & potentia, quibus melius valemus, & fungimur, ex privilegiorum noſtrorum ſubſtantia, ipſorumque potentia nobis attributa damus, concedimus, & arbitramur plenam potentiam cum omnimoda facultate, & baylia tam a SS. in Chriſto Patre ſummo Pontifice Domino noſtro D. Papa, quam a venerabilibus Dominis Epiſcopis, Cardinalibus, Abbatibus, aliiſque quibuſcumque potentiam, & bayliam habentibus beneficia collocandi, & concedendi ipſa beneficia qualiacumque, & quomodocumque, & ubicumque tenentur impetrandi, ipſa acceptandi, & obtinendi, & ipſis, & ipſorum ſubſtantialibus utendi, & fruendi ad ejus libitum, & omnimodam voluntatem, obtentiſque

beneficiis in ipsis Baptizandi, sponsalia recipiendi, consecrandi, & generaliter omnia, & singula faciendi, quæ ad prædicta, & ipsorum quælibet, & ex prædictis dependentibus, emergentibus, & connexis, & quæ ad prædicta pertinere noscuntur vice sacrosanctæ matris Ecclesiæ . . . in prædictis & ita, & singulariter divisim, atque si sub nostræ Abbatiæ jurisdictionibus, nostrique præsentia facta teneant. In cujus rei memoriam, ut prædictorum cunctis notitia pateat evidenter, fieri jussimus literas nostri sigilli appensione in roborationem præmissorum munitas. Datum Dragonerii die XIV. mensis novembris MCCCLXII., indict. XV. Super omnibus habita deliberatione matura Christi nomine invocato sub protestatione tamen, quod per hanc confirmationem non præjudicetur eidem Domino Episcopo, nec aliis jus habentibus in dicta Ecclesia, electionem de prædicto Presbytero Milano factam de Ecclesia S. Hippolyti supradicta approbavit, ratificavit, & confirmavit, & curam animarum prædictæ Ecclesiæ sibi commisit, ac cum annulo suo aureo, quem in manibus tenebat, eum investivit de dicta Ecclesia, & de omnibus juribus spiritualibus, & temporalibus spectantibus ad eamdem, committens idem D. Episcopus dicto fratri Gulielmo Rectori Ecclesiæ s. Mariæ de Quinzano de Nicia præsenti, & intelligenti, & eidem sub excommunicationis pœna præcipiens, ut ipsum fratrem Milanum electum, & confirmatum ut supra, inducat in corporalem possessionem dictæ Ecclesiæ s. Hippolyti, & omnium jurium spiritualium, & temporalium spectantium ad eamdem, & eum sic inductum auctoritate sua defendat contradictores, si qui forent per censuram Ecclesiasticam compescendo. Quibus in præmissis, & quolibet præmissorum dicto fratri Gulielmo commisit totaliter vices suas, donec eas duxerit revocandas. In quorum testimonium tam prædictus D. Episcopus, quam D. frater Milanus præceperunt de prædictis fieri publicum instrumentum per me Notarium infrascriptum sigillo curiæ Episcopalis Aquensis munitum.

Denunciatio Guidoni Episcopo de Monacho s. Petri jura Paræciæ sanctæ Mariæ majoris invadente.

327 MCCCLXVI.

Anno Domini MCCCLXVI. die V. martii coram D. Guidone Aquensi Episcopo Nicolinus Bellexius Archidiaconus, & Presbyter Bartholomæus de Porta Canonici residentes, & Dominicus Culardus sindicus coram dant querelam, quatenus Ruffinus de Coconato Monacus monasterii s. Petri de Aquis audit confessiones in civitate, ad sepulturam ducit in suo cimiterio dicti monasterii, non vult tradere duas partes oblationum, & turbat jura, & jurisdictiones suæ Ecclesiæ, & Parocchiæ, qui fr. Ruffinus cum Abbate Henrico dicti monasterii contradicunt dicentes monasterium s. Petri Aquensis habere Parochiam in suburbiis (*deest sententia dicti Episcopi*).

Sententia arbitri circa facultatem Episcopi in visitatione Ecclesiæ Cathedralis, & taxam procurationis.

MCCCLXVI. 328

Anno Dominicæ Nativitati MCCCLXVI. In nomine Domini amen. Nos Joannes Collarius Abbas monasterii s. Jacobi Vallis Umbrosæ Astensis, & Lucas Geblais legum Doctor Canonicus Astensis arbitri arbitratores, & amicabiles compositores, & communes amici communiter, & concorditer volentes . . . inter Rev. in Christo Patrem, & D.D. Guidonem Dei gratia Aquensem Episcopum, & Comitem ex una parte, & Canonicos, & Capitulum Ecclesiæ Aquensis ex altera parte in quæstione vertente inter ipsas partes. In eo . . . . . quod dictus D. Episcopus Aquensis dicit se . . . quod de jure communi ordinaria auctoritate potest dictos Canonicos, & Capitulum præfatæ Aquensis Ecclesiæ semel in anno . . . visitare, & si necesse fuerit pluries in uno, & eodem anno visitare, & dum visitat Canonicos, & Capitulum, potest ex his petere ab eis ratione Visitationis procurationem pro qualibet die, quo ipse visitabit, Turonenses quinquaginta argenti in vigorem constitutionis Benedicti Papæ undecimi, quæ incipit VAS ELECTIONIS &c. (1), dicti vero Canonici, & Capitulum Aquens. . . . in contrarium videlicet quod præfatus D. Episcopus nec potest, nec debet ipsos visitare, nec aliquam procurationem debent sibi dare . . . de jure. Item dato quod posset ipsos visitare, non tamen concesso, quod non potest eos visitare nisi semel in anno dumtaxat, nec ab eis potest aliquam procurationem exigere pro ipsa visitatione, & præsupposito, quod dictus D. Episcopus possit prædicta exigere, quod ipsi Canonici, & Capitulum non tenentur solvere præmissa, nisi pro una die tantum. Item dato quod pro una die tantum teneantur solvere quod non debent solvere dictos Turones quinquaginta, sed satis minorem summam, cum Ecclesia Aquensis sit pauperrima, & tenuis in possessionibus, ac reditibus, attenta etiam prædicta forma dictæ Constitutionis VAS ELECTIONIS &c., ut de ipso compromisso in nos facto constat publico instrumento manu Gulielmi de Belleratis de Aquis publici Imperialis aulæ Notarii MCCCLXVI., indict. IV. die XXIII. septembris, visis, auditis, & intellectis, & ruminatis juribus, quæ dictæ partes coram nobis producere voluerunt, & etiam habito colloquio cum ipsis partibus ore tenus, attentaque forma dicti compromissi in nobis facti cupientes, & volentes finem imponere quæstionibus auditis juxta potestatem, & bayliam nobis in hac parte attributam per ipsas partes, & vigore dicti compromissi, Christi nomine primitus invocato, sedentes & in his scriptis de dicta concordia sæpe, & sæpius deliberatione matura in puncto juris super prædictis, & quolibet prædictorum dicimus, pronunciamus, sententiamus, arbitramur, laudari, & observari mandamus per ipsas partes, & qualibet ipsarum partium prout superius continetur . . . .

quatenus . . . . . dictus D. Episcopus Aquensis, & Comes potest de jure communi, auctoritate ordinaria dictos Canonicos, & Capitulum dictæ Aquensis Ecclesiæ semel in anno visitare, & necessitate imminente potest etiam ipsos pluries visitare in eodem anno. Item dicimus, pronunciamus &c., quod dum D. Episcopus auctoritate ordinaria visitat suos Canonicos, & Capitulum potest petetere, & exigere ratione visitationis ab eis procurationem pro qualibet die ipsius visitationis, & dum est in ipso officio visitationis per . . . . juxta formam præfixam, & limitatam in dicta Constitutione Benedicti Papæ XI., quæ incipit VAS ELECTIONIS &c. prædicta dicimus, pronunciamus, sententiamus, & arbitramur, laudamus, & observamus, mandamus per prædictas partes, & inter ipsas sub pœna in dicto compromisso apposita, & adjecta committenda, & exigenda secundum formam ipsius compromissi. Et quia ipse D. Episcopus de bursa sua satisfecit nobis arbitris in florenis IV. ad rationem de solidis XXVI. Astensibus pro quolibet floreno, præcipimus, ut supradictum Capitulum, & Canonici dent ipsi D. Episcopo medietatem, & ea . . pro notario q. . . . . infra XV. dies a tempore notificationis eis facte, & hoc absentibus partibus prædictis, & de prædictis Domini arbitri rogaverunt, & præceperunt per me Notarium infrascriptum fieri publicum instrumentum, si fuerit opportunum anno Domini MCCCLXVI., indictione IV., die XXVI. novembris. Actum Ast in domo habitationis prædicti Abbatis præsentibus testibus Venerando, & Reverendo D. Antonio de Garrettis, & Matheo de Starenghis. Et ego D. Ferrarius de Cunicho Not. &c.

(1) *Hæc decretalis habetur in Extrav. tit. X. de censibus, & procur., & præfert nomen Ben. XII. non XI., ut mendose legitur in hac charta. Edita autem fuit Avenione XV. cal. januarii Pontificatus anno II. ad compescendam Prælatorum in exigendis procurationibus avaritiam. Hujus rei causa generalem pro omnibus locis taxam constituit, quam excedere nefas esset. Dividit autem loca in Galliam, ac Germaniam, Hispaniam, Italiam, & insulas, & partes ultramarinas. De Episcopis vero Italiæ hæc statuit circa procurationem Episcopi*: etiam ... a Cathedralibus Ecclesiis ultra quinquaginta (*Turonenses*) non audeant recipere quoquo modo pro procuratione unius diei, sive in victualibus, sive a volentibus in pecunia. *Ac ne dubium emergeret de Turonensium valore, sic in fine explicat.* „ Porro Turonenses prædictos tales fore intelligimus quod XII. ipsorum valeant unum florenum auri boni, puri, & legalis ponderis, ac cunii Florentini„.

Licentia audiendi confessiones, & absolvendi a casibus reservatis pro Ecclesia Alexandrina data fratribus S. M. de Foro Aq. Diœc.

329 MCCCCLXVII.

Guido Dei gratia Episcopus Aquensis, & Comes dilecto nobis in Domino Jesu Christo fratri Gullielmo Mercario Præposito, necnon fratri Pagano Aicardi fratri Bertramo Maneścalco fratribus conventus s. Mariæ de Foro de Alexandria nostræ Aquensis Diœcesis salutem in Domino. Supplicatio vestri parte nobis exhibita continebat, ut aliquos de casibus nobis, & aliis Episcopis a jure reservatis vobis concedere dignaremur. Annuentes igitur supplicationi præmissæ, tamquam qui salutem animarum nostræ Diœcesis summis desideriis affectamus, tenore præsentium vobis, & cuilibet vestrum committimus, ut quascumque personas de Ecclesia Alexandrina, & circumposita regione vobis confiteri volentes possitis pœnitentialiter audire, & eas de casibus infrascriptis absolvere, & eis, & cuilibet ipsarum injungere pœnitentiam salutarem, super quibus vestram conscientiam oneramus. In quorum testimonium præsentes fieri jussimus, & nostro sigillo muniri. Datum in Castro nostro Bestagni, die penultima martii, anno Domini MCCCLXVII., indict. V.

Casus reservati. Primo de blasphemantibus Deum, B. Virginem, & Sanctos. Item de laborantibus diebus Dominicis, & Festivis. Item de euntibus ad divinos, & divinas, & de utentibus sortilegiis, dummodo tamen non sint publici incantatores. Item de peccantibus contra naturam. Item de incœstu cum matre, sorore, vel filia. Item de commutatione privatorum votorum. Item de perjurio, restituto damno. Item de adulterio. Item de illis, qui interfuerunt in cavalcatis, in quibus facta fuerunt homicidia.

Collatio Ecclesiæ S. Hyppoliti de Nicia Henrico Guarnerio electo a Capitulo Aquensi.

MCCCLXVII. 330

In nom. Dom. amen. Ann. ejusdem MCCCLXVII., indictione V., die XI. junii in castro Bestagni, præsentibus venerabilibus, & discretis viris dominis Jacobino ex Marchionibus Inciśæ, Magistro Gulielmo de Clericis de Nitia, Francisco Gulielmo de Oddonis de Inciśa, & Joanne Martino de Guaschis de Alexandria testibus vocatis, & rogatis. Discretus vir presbyter Henricus Guarnerii electus ad rectoriam, & administrationem Ecclesiæ s. Hyppoliti de Bellemonte de Nitia Diœcesis Aquensis per Capitulum, & Canonicos Aquensis Ecclesiæ, prout de dicta electione patet in actis Curiæ Reverendi in Christo Patris, & Domini Guidonis Dei gratia Aquensis Episcopi, & Comitis, hoc, & eodem anno, & indict., die prima hujus mensis junii constitutus in jure coram præfato D. Episcopo humiliter, & devote supplicavit eidem, prout alias supplicavit, ut electionem ipsam de eo factam ad dictam rectoriam ipsius Ecclesiæ ea vacante rectore per privationem legitime factam de Fratre Milano Operto de Zoppis approbare, & ratificare dignaretur, qui D. Episcopus annuens justæ supplicationi ipsius viri, dicta electione de ejus licentia facta, & edito per ipsum D. Episcopum ad dictam Ecclesiam s. Hyppoliti affixo, & applicato, ac visa etiam sufficientia dicti presbyteri Henrici, & super his omnibus habita deliberatione matura, Christi nomine vocato, & beati Hyppoliti, confirmavit, & approbavit electionem prædictam de prædicto

presbytero Henrico, ut supra factam, & eidem electioni consensit, & suam auctoritatem, & suæ Aquensis Ecclesiæ interposuit decretum. Necnon eumdem presbyterum Henricum de dictis rectoria, & administratione, & omnibus juribus spiritualibus, & temporalibus ad ipsam Ecclesiam spectantibus cum annulo suo aureo legitime investivit. De quibus omnibus, & singulis tam dictus D. Episcopus, quam etiam dictus presbyter Henricus investitus præceperunt fieri publicum instrumentum sigillo ejusdem D. Episcopi impedimenti munitum.

Guido, Dei gratia Aquensis Episcopus, & Comes, dilectis nobis in Christo fratribus Gulielmo de Roliatis rectore Ecclesiæ s. Mariæ de Quinzano de Nitia nostræ Diœcesis salutem in Domino. Cum confirmaverimus electionem factam per Canonicos Aquensis Ecclesiæ de Presbytero Henrico Guarnerii dudum ministro Ecclesiæ de Castronovo Incisæ ad Ecclesiam s. Hyppoliti de Bellomonte de Nitia dictæ Diœcesis tum vacante Rectore per privationem factam per nos de fratre Milano de Zoppis, ultimo rectore ipsius Ecclesiæ, & curam animarum dictæ Ecclesiæ sibi commiserimus, ac eumdem presbyterum Henricum investiverimus de omnibus juribus spiritualibus, & temporalibus spectantibus ad Ecclesiam supradictam: ideo tenore præsentium tibi committimus, & etiam sub excommunicationis pœna præcipiendo mandamus: quatenus dictum presbyterum, Henricum sic per nos confirmatum inducas in corporalem possessionem dictæ Ecclesiæ, & omnium jurium spiritualium, & temporalium spectantium ad eandem, & eum sic inductum auctoritate nostra, defendas contradictores quoslibet, & rebelles per censuram Ecclesiasticam compescendo. Quibus in præmissis, & quolibet præmissorum tibi committimus nostras vices. In quorum testimonium præsentes fieri fecimus nostro sigillo munitas. Datum in Castro nostro Bestagni, die XI. junii, anno Domini MCCCLXVII. indict V.

Collatio Ecclesiæ Parocchialis s. Stephani Castrinovi Incisæ Christoph. Arnutio Monacho s. Petri de Burgolio Aquen. Diœc.

331 MCCCLXVIII.

Jacobinus ex Marchionibus Incisæ, Canonicus Aquensis, R. in Christo P., & D. Guidonis, Dei gratia Aquensis Episcopi, & Comitis in spiritualibus Vicarius Generalis dilecto nobis in Christo fratri Christophoro Arnutio de Alexandria, Aquensis Diœcesis Monaco Monasterii s. Petri de Burgolio, Ordinis s. Benedicti dictæ Diœcesis salutem in Domino. Exigentibus tuarum virtutum meritis, super quibus apud nos fide dignorum testimonio multipliciter in Domino commendaris, inducimur, ut tibi reddamur ad gratiam liberales. Hinc est quod nos intuitu Dei, & tuorum præmissorum meritorum tibi volentes facere gratiam specialem, visis, & receptis literis tibi concessis a tuo Majore, quarum tenor talis est. Noverint universi, & singuli præsentes literas inspecturi, quod nos frater Daniel de Guaschis, Dei, & Apostolicæ Sedis gratia Abbas Monasterii s. Petri de Burgolio Diœc. Aquensis Ordinis s. Benedicti tenore præsentium auctoritate qua fungimur in hac parte omni modo, & jure quibus melius possumus liberam licentiam, & auctoritatem concedimus, & concessam esse ordinamus fratri Christophoro Arnutio de Alexandria ibidem præsenti subdito nostro Monacho, ut possit & valeat recipere, ingredi, & acceptare quamcumque Ecclasiam curam animarum habentem a quocumque legato, Archiepiscopo, Episcopo, & Abbate, & specialiter Ordinis prælibati, ad quem eligetur, vel assumetur per electionem Canonicam, vel per collationem cujuslibet sui superioris eidem collatam intuitu meritorum suorum, & ad ipsam electionem, seu Ecclesiam, ad quam eligetur, & canonice assumetur, vel sibi conferatur, vel aliter sibi debite provideatur, se transferre, & in ipsa Ecclesia valeat libere residere, ac etiam debitam curam animarum exercere. Insuper concedimus sibi, quod possit esse Monachus, & Clericus præbendatus cujuslibet Ecclesiæ, & Monasterii dicti Ordinis s. Benedicti ordinate receptus, ac etiam Canonicus præbendatus a quocumque legato, Archiepiscopo, Episcopo, & Abbate, ac Priore Canonice electis, & gratiam s. Matris Ecclesiæ habentibus ... cum omnibus dependentibus ad eamdem de nostra speciali gratia, & permissione, & auctoritate prædicta In cujus rei testimonium præsentes literas eidem fratri Christophoro supradicto concessimus, & concedimus nostro sigillo ad chordulam pendenti, & apud nos fecimus registrari. Datum Burgolii de Alexandria in claustro Monasterii nostri s. Petri in præsentia venerabilium virorum fratris Joannis Ordinis s. Antonii, presbyteri Montanarii, Guaschi Cappellani nostri, & Michelini Guaschi testibus ad prædicta vocatis, & rogatis, sub ann. Domini MCCCLXVIII. indict. VI., die XVII. julii: rectoriam, & administrationem Ecclesiæ s. Stephani de Castronovo Incisæ Aquensis vacantem per absentationem presbyteri Stephani Revelli ultimi Rectoris ejusdem, vel aliter quomodocumque vacet, tibi conferimus ordinaria potestate, & curam dicti loci tibi compromittimus animarum. In quorum testimonium præsentes fieri jussimus nostro sigillo munitas Actum, & datum in castro Bestagni die XIII. januarii, ann. Domini MCCCLXVIII. indict. VI., præsentibus Mathæo Pastoris, & Gullielmo Voglino, ambobus de dicto loco Castrinovi testibus ad præmissa vocatis, & me Joanne de Quiregio Notar. &c.

Resignatio Clericatus Ecclesiæ s. Ambrosii Felizani Episcopo Aquensi, & ejusdem collatio Antonio de Cassinasco.

MCCCLXVIII. 332

Anno Domini MCCCLXVIII., indictione VI., die ultima julii in area Castri Bestagni, præsentibus venerabilibus viris Dominis fratre Georgio Abbate Monasterii s. Juliæ, Capuzono, & Petrino de Guttuariis, & Thoma de Puteo de Melatdio, testibus vocatis, & rogatis. In quorum præsentia, & mei Notarii infrascripti Marchettus Guttuarius ex Dominis Cassinaschi Aquensis Diœcesis constitutus coram Rev. in Christo Patre, & Do-

mino Guidone Dei gratia Aquēnſi Epiſcopo, & Comiti intendens ad alia ſe transferre pure, & ſponte renunciavit in manibus dicti Domini Epiſcopi Clericatui, beneficio, & præbendæ, quam obtinebat in Eccleſia prædicta S Ambroſii (1), quam renunciationem idem Dominus Epiſcopus gratam habens, liberaliter acceptavit, præcipiens de prædictis fieri præſens inſtrumentum.

Guido, Dei gratia Aquenſis Epiſcopus, & Comes, dilecto nobis in Chriſto presbytero Antonio de Caſſinaſco noſtræ Aquenſis Diœceſis ſalutem in Domino. Exigentibus tuarum virtutum meritis, ſuper quibus apud nos laudabili teſtimonio multum in Domino commendaris, inducimur ut tibi reddamur ad gratiam liberales. Hinc eſt, quod nos volentes intuitu Dei, & tuorum præmiſſorum meritorum tibi facere gratiam ſpecialem, clericatum, beneficium, & præbendam nunc vacantes in Eccleſia S. Ambroſii de poſſe Felizani per renunciationem in manibus noſtris factam per Marchettum Guttuarium olim Clericum dictæ Eccleſiæ tibi conferimus noſtra ordinaria poteſtate. Inveſtientes te cum annulo noſtro aureo de dicto Clericatu, & de omnibus juribus ſpiritualibus, & temporalibus ſpectantibus ad eundem decernentes ex nunc irritum, & inane, ſi ſecus contra præmiſſa a quoquam fuerit quomodolibet attentatum, vel contigerit attentari, in quorum teſtimonium præſentes fieri juſſimus noſtro ſigillo munitas. Actum, & datum in area caſtri Beſtagni, die ultima julii, anno Domini MCCCLXVIII., Indictione VI., præſentibus teſtibus, quibus ſupra.

(1) *Felizzani.*

Electio Antonii Zabreriæ de Murſaſco in Archipresb. de Mollariis, facta a Capitulo Aq. & litteræ Epiſcopi contra prætendentes.

233 MCCCLXVIII.

In nom. Dom. amen. Ann. ejuſdem MCCCLXVIII., Indictione VI, die XXV. ſeptembris in Civitate Aquis, ſcilicet in domibus habitationis Rever. in Chriſto fratris Jacobi Ordinis Minorum, Epiſcopi Millopotenſis, præſentibus ipſo Domino Epiſcopo, Iſnardo Zabrera poteſtate Molariarum, presbytero Franciſco Bordella Rectore Eccleſiæ de Vixidono, & Antonio Bellerato miniſtro hoſpitalis Sancti Antonii de Balneo de Aquis, Petro Scuroto de Aquis, & pluribus aliis teſtibus vocatis, & rogatis. Vacante Eccleſia Sanctæ Mariæ plebis de Campali, ſeu de Molariis Aquenſis Eccleſiæ Archipresbytero, & rectore per renunciationem fratris Antonii Bocatii Monaci Monaſterii de Tilieto in manibus Rever. in Chriſto Patris, & Domini Guidonis, Dei gratia Aquenſis Epiſcopi, & Comitis ſponte factam olim Archipresbyteri dictæ plebis, ecce quod venerabiles viri Domini Jacobinus ex Marchionibus Inciſæ, Nicolinus Bellexius Archidiaconus, & presbyter, Bartholomæus de Porta, Canonici Aquenſis Eccleſiæ in ſacris Ordinibus conſtituti tamquam Capitulum, & pro Capitulo dictæ Aquenſis Eccleſiæ reſidentes, & tamquam ad quos electio futuri Archipresbyteri plebis prædictæ ſpectat, conſtituti perſonaliter in præſentia Rever. in Chriſto Patris, & Domini Guidonis Aquenſis Epiſcopi ſupradicti humiliter, & devote petierunt licentiam eligendi Archipresbyterum futurum dictæ plebis. Qui Dominus Epiſcopus annuens ſupplicationi Canonicorum ipſorum cum proteſtatione . . . . . .

Guido, Dei gratia Aquenſis Epiſcopus, & Comes dilectis nobis in Chriſto univerſis, & ſingulis, tam Clericis, quam laicis, ubicumque ſint, & quocumque nomine nuncupentur, cujuſcumque ſtatus, & conditionis exiſtant, quos tangit infraſcriptum negotium, vel tangere poterit quomodolibet in futurum, ſalutem in Domino. Noveritis, quod coram nobis perſonaliter acceſſit Antonius natus quondam Facini Zabrera de Murſaſco, Clericus noſtræ Diœceſis, dicens, & exponens ſe fore electum in Archipresbyterum ad Archipresbyteratum, rectoriam, & adminiſtrationem Eccleſiæ Sanctæ Mariæ plebis de Campali, ſive de Molariis per Reverendum in Chriſto Patrem, & Dominum Fratrem Jacobum Ordinis Minorum Epiſcopum Millopotenſem tamquam procuratorem, & procuratorio nomine venerabilium virorum Dominorum Jacobini ex Marchionibus Inciſæ, Nicolini Bellexii Archidiaconi, presbyteri Bartholomæi de Porta, & Joannis de Quiregio Canonicorum Eccleſiæ majoris Aquenſis tamquam Capitulum, & pro Capitulo dictæ Eccleſiæ Aquenſis in ſacris Ordinibus conſtitutorum, ad quos electio Archipresbyteri dictæ plebis dicitur ſpectare, de quibus procura, & electione dixerunt patere publica inſtrumenta recepta manu Franciſci Bordellæ publici Notarii, & ipſa Eccleſia vacante Archipresbytero per renunciationem Fratris Antonii de Caſtello dudum Archipresbyteri dictæ plebis in manibus noſtris factam, requirens idem Antonius ſic electus inſtanter, quatenus nos auctoritate noſtra ordinaria dictam electionem de ſe factam ad Archipresbyteratum dictæ plebis ratificare, & confirmare dignaremur, & eidem electioni interponere noſtram auctoritatem pariter & decretum, ac etiam eum inveſtire de dictis Archipresbyteratu, rectoria, & adminiſtratione, & omnium jurium ſpiritualium, & temporalium ad eoſdem ſpectantium, & inducere, ſeu induci facere in poſſeſſionem corporalem omnium prædictorum. Quare tenore præſentium vos, & quemlibet veſtrum monemus, & hortamur in Domino quatenus ſi veſtra intereſt, vel ad vos, ſeu ad aliquem veſtrum ſpectat aliquid dicere, vel opponere contra dictam electionem, ſeu contra perſonas eligentium, ſeu contra electum prædictum aliquo modo, & forma, ſtudeatis infra ſex dies proximos poſt harum affixionem, ſeu applicationem ad fores dictæ Eccleſiæ de Molariis factam coram nobis legitime comparere oſtenſuri, producturi dictum, & oppoſitum quemcumque volueritis dicere, vel opponere contra prædicta, vel aliquod prædictorum. Quem terminum vobis, & cuilibet veſtrum pro primo, ſecundo, tertio, & peremptorio aſſignamus. Alioquin elapſo ipſo termino ad confirmationem ejuſdem Antonii fiendam, ut ſupra, & ad alia juridica circa hoc procedendum juſtitia mediante, & noſtri abſentia non obſtante, & ut de prædictis, vel aliquo prædictorum nullus poſſit ſe per ignorantiam excuſare, præſens edictum juſſimus

affigi, & apponi ad fores Eccleſiæ ſupradictæ, &c. Datum in caſtro noſtro Beſtagni, die XXVI. ſeptembris, anno Dom. MCCCLXVIII, Indict. VI.

Ordinatio Dominici Lanzavegiæ de Alex. Aq. Diœceſis facta ab Epiſcopo Aquenſi.

234 MCCCLXVIII.

Noverint univerſi, & ſinguli præſentes noſtras literas inſpecturi, quod nos Guido, Dei gratia Aq. Epiſcopus, & Comes, Dominico nato Caſſoni Lanzavegiæ de Alexandria noſtræ Aquenſis Diœceſis, ætatis idoneæ, litterato, & de legitimo matrimonio procreato, cupienti adſcribi militiæ Clericali primam contulimus capitis tonſuram, & eum in Clericum titulavimus, & ordinavimus ad titulum ſui patrimonii ſecundum conſuetudinem Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, & ſtilum antiquum conſuetum. In quorum teſtimonium præſentes fieri juſſimus noſtro ſigillo munitas. Actum, & datum in caſtro Beſtagni die XXVI. ſept. Anno Domini MCCCLXIII. Ind. VI. præſentibus diſcretis viris Dominico de Curlandis, Canonico Aquenſi, Guillelmo de Oddonis de Inciſa Caſtellano Beſtagni, & Antonello de Botino Caſtellano Tertii, teſtibus vocatis, & rogatis.

Facultas Fr. Franciſco Milano de Alexand. Aq. Diœc. abſolvendi a caſibus reſerv. in Alex. Ugulii, Solerio, Quargnento, Caſtellatio.

235 MCCCLXVIII.

Guido, Dei gratia Aquenſis Epiſcopus, & Comes, dilecto nobis in Chriſto fratri Franciſco Milano de Alexandria noſtræ Aquenſis Diœceſis, Ordinis Prædicatorum, ſalutem in eo, qui eſt omnium vera ſalus. Tenore præſentium omnibus innoteſcat, quod tuis ſupplicationibus inclinati, & de tua prudentia, & circumſpectione maxime confidentes, tibi committimus harum ſerie litterarum, quod de omnibus caſibus nobis a jure reſervatis, poſſis in dicta Eccleſia Alexandriæ, & Uguliis, Solerio, Quargnento, & Caſtellatio abſolvere perſonas tecum confitentes, utriuſque ſexus, & eis, & ipſorum cuilibet pœnitentiam injungere ſalutarem, nec non & de male retentis, & dimiſſis ad pias cauſas, & dimittendis nomine noſtro componere, prout ſtatuunt Canonicæ Sanctiones. Volumus autem, quod ii, qui filios opprimunt, vel propria manu occiderunt, ad nos, ut ad tuum in hac parte Superiorem remittas. Super quibus omnibus tuam conſcientiam oneramus uſque ad Feſtum Reſurrectionis Dominicæ proximum, & non ultra præſentibus duraturis. In quorum omnium teſtimonium has noſtras patentes litteras mandavimus regiſtrari, & ſigillo noſtro muniri. Datum in Caſtro noſtro Beſtagni, die XXVIII. ſept. anno Dom. MCCCLVIII., Indictione VI.

Collatio Eccl. Parocch. S. M. de Mollariis Ant. Zabreria, cum diſpenſatione circa ætatem.

236 MCCCLXVIII.

In nomine Domini amen. Anno Incarnationis ejuſdem MCCCLXVIII., Indict. VI., die X. octobris in caſtro Beſtagni, præſentibus nobili viro Joanne ex Marchionibus Inciſæ, Iſnardo Zabrera Poteſtate Molariarum, & Gulielmino Zabrera de Murſaſco teſtibus vocatis, & rogatis. Guido Aquenſis Epiſcopus, & Comes dilecto nobis in Chriſto Antonio nato quondam Facini Zabreræ de Murſaſco, Clerico noſtræ Aquenſis Diœceſis, ſalutem in eo, qui eſt omnium vera ſalus. Fide dignorum relatione nos noveris percepiſſe, quod licet tu non exiſtas ad præſens in ætate legitima, ſecundum quod ſtatuunt ſacri Canones, ita quod valeas curatum beneficium ſine diſpenſatione noſtra licite obtinere; attamen propter amicorum tuorum, & attinentium potentiam poſſes, ſi aliquod beneficium tibi conferatur, ipſum utiliter gubernare, & in ſuis juribus reſtaurare. Hinc eſt, quod nos intuitu præmiſſorum volentes tibi facere gratiam ſpecialem de vacante plebe Eccleſiæ Sanctæ Mariæ de Molariis noſtræ Aquenſis Diœceſis Archipresbytero per ſpontaneam reſignationem in manibus noſtris factam juſtis titulis, & de cauſis per Fratrem Antonium de Caſtello, Monacum monaſterii de Tilieto Ordinis Ciſtercienſium noſtræ Diœceſis ultimum Rectorem prædicti Archipresbyteratus, ſive Plebis, & Canonici noſtræ Eccleſiæ Aquenſis in ſacris Ordinibus conſtituti tamquam Capitulum, & pro Capitulo Eccleſiæ Aquenſis prælibatæ aſſerentes electionem Archipresbyteri in dicta Plebe ſic vacante ad ipſos pertinere, petita tamen a nobis, ſecundum quod ſtatuunt conſtitutiones Synodales, quæ faciunt de talibus mentionem, licentia eligendi Archipresbyterum in Plebe prædicta, ipſaque a nobis obtenta, proteſtatione tamen præmiſſa, quod ſi ad ipſos Canonicos noſtræ Aquenſis Eccleſiæ ſupradictæ non ſpectabat, nec ſpectare poſſet de jure eligere Archipresbyterum, quando prædicta Eccleſia Plebis de Molariis vacabat, quod non præjudicaret juri noſtræ ordinariæ poteſtatis; Canonicique prælibati conſtituerint procuratorem ad eligendum Archipresbyterum futurum pro prædicta Plebe Rev. Patrem Dominum Jacobum Millopotenſem Epiſcopum in inſula Cretenſi in civitate Aquenſi reſidentem; idemque Procurator procuratorio quo ſupra te elegit in Archipresbyterum Plebis de Molariis ſupradictæ, prout de dicta procura patere aperitur publico inſtrumento recepto manu Franciſci Bordellæ de Aquis Notarii; & per præfatum procuratorem te ſic electo fuerimus requiſiti, ut ipſam electionem confirmare dignaremur & quod te inveſtire deberemur de omnibus juribus ſpiritualibus, & temporalibus ad prædictum Archipresbyteratum ſpectantibus quoquo modo ac te induci faceremus in corporalem poſſeſſionem omnium prædictorum; miſimus quoque litteras noſtras per modum edicti affigi ad valvas dictæ Plebis, proteſtatione tamen prædicta præmiſſa in omnibus clauſulis ſupradictis, & infraſcriptis, quod non præjudicari poſſet juri noſtræ ordinariæ poteſtatis, ut ſi aliqua perſona contradicere vellet, ſeu aliquam oppoſitionem contra prædictos Canonicos eligentes, ſeu contra prædictam electionem, vel contra perſonam tuam coram nobis certo termino jamdiu elapſo comparere deberet, infra quem terminum coram nobis nullus comparuit contradictor. Ita quamvis

debe-

deberent, & possent eligere Archipresbyterum, si & quatenus dicta Ecclesia de Molariis vacaret, elegerant scienter indignum videlicet te qui non es, nec eras ut confessus fuisti in judicio coram nobis in ætate legitima constitutus, scilicet vigintiquinque annorum, prout statuunt habere volentem Ecclesiam curatam supradictæ Canonicæ sanctiones, & quod etiam non es, nec eras quando fuisti sic electus de facto sufficientis litteraturæ, nec idoneæ ætatis ad tale beneficium gubernandum, propter quæ electio prædicta, si qua facta fuit, ipso jure fuit nulla, & inanis, nihilominus cognoscentes quod a te præfata Ecclesia de Molariis poterit in suis juribus, ut præmittitur, restaurari, & etiam gubernari, ideo tecum quod possis dictam Ecclesiam obtinere ex nostra auctoritate ordinaria, qua fungimur, prout melius de jure possumus, & statuunt sacri Canones prælibati, dispensamus, ita quod non tenearis, insistendo tamen studio litterarum usque ad septenium, vel infra dictum septenium ad faciendum promoveri, dummodo tamen infra annum te requiras, & facias ad subdiaconatus ordinem ordinare, & interim per idoneum Sacerdotem in spiritualibus, & temporalibus dictæ Ecclesiæ, & cures optime deservire, qua dispensatione præmissa, te in rectorem, & administratorem Ecclesiæ Archipresbyteratus prædicti eligimus, tibique administrationem, & rectoriam sæpedictæ Plebis, & curam animarum committimus, & conferimus nostra ordinaria potestate. Volumus autem quod serves omnia supradicta, prout statuunt sacri Canones prælibati infra septenium supradictum, prout a te in manibus nostris, tactis sacrosanctis Evangeliis recipimus juramentum sine . . . . observes, & quantum in te est, facias observari. In quorum testimonium præsentes fieri jussimus nostro sigillo munitas, actum ut supra, præsentibus testibus quibus supra.

Alia de Eccl. S. Laurentii de Gamalerio Aq. Diæc. Gulielmo Bonoxio.

337 MCCCLXVIII.

Guido Dei gratia Aquensis Episcopus, & Comes dilecto nobis in Christo Presbytero Gulielmo Bonoxii de Beata Maria de Saona salutem in Domino. Exigentibus tuarum virtutum meritis, super quibus apud nos laudabili testimonio multipliciter in Domino commendaris inducimur, ut tibi reddamur ad gratiam liberales. Hinc est, quod volentes intuitu Dei, & tuorum præmissorum meritorum tibi facere gratiam, Archipresbyteratum, beneficium, & præbendam vacantes in Ecclesia sancti Laurentii de Gamalerio nostræ Aquensis diœcesis per privationem per nos factam de Bertolino Cazulini de Bosco dudum dictæ plebis Archipresbytero tibi conferimus nostra ordinaria potestate, & curam dicti loci Gamalerii tibi committimus animarum investientes te cum annulo nostro auri de dicto Archipresbiteratu, rectoria, & administratione ipsius, & de omnibus juribus spiritualibus, & temporalibus spectantibus ad eosdem decernentes ex nunc irritum, & inane si secus contra præmissa, vel aliquod præmissorum fuerit quomodolibet attentatum, vel contigerit attentari. In quorum testimonium præsentes fieri jussimus nostro sigillo munitas. Dat. in Castro nostro Bestagni die XXIII. novembris, anno Domini MCCCLXVIII., indictione VI. præsentibus Bertramo de Oddono Castellano Cavatorii, Francisco Pennacio, & Gullielmo de Puteo de Meladio testibus vocatis, & rogatis.

Delegatio Archipresbiteri Gamalerii Aquensis diæc. ad dandam possessionem Rectori Eccl. S. Stephani Castrinovi Incisæ.

MCCCLXIX. 338

Jacobinus &c. dilecto nobis in Christo Presbitero Guillelmo Bonnoxii Archipresbitero plebis sancti Laurentii de Gamalerio Aquensis diœcesis, salutem in Domino cum auctoritate ordinaria contulerimus fratri Christophoro Arnutio de Alexandria monacho monasterii S. Petri de Burgolio Aquensis diœcesis ordinis S. Benedicti Rectoriam, & administrationem Ecclesiæ S. Stephani de Castronovo Incisæ dictæ diœcesis, & curam animarum ejusdem loci sibi commisimus, ac ipsum investivimus de omnibus juribus spiritualibus, & temporalibus spectantibus ad eamdem. Ideo tenore præsentium tibi committimus, quatenus dictum fratrem Christophorum inducas in corporalem possessionem dictæ Ecclesiæ, & omnium jurium spiritualium, & temporalium pertinentium ad eamdem, & eum sic inductum auctoritate nostra defendas contradictores quoslibet, & rebelles per censuram Ecclesiasticam compescendo. Quibus in præmissis, & quolibet præmissorum tibi committimus nostras vices. Datum in castro Bestagni die XIII. januarii, anno Domini MCCCLXIX., indictione VII.

Collatio Ecclesiæ parochialis S. Martini de Castellatio diæces. Aquen. F. Bartholomeo de Fidentia ord. Herem. S. Aug. cum facultate absolvendi a casibus reservatis.

MCCCLXIX. 339

Guido Aquensis Episcopus, & Comes, dilecto nobis in Domino Jesu Christo F. Bartholomeo de Fidencia ordinis Heremitarum S. Augustini conventus Alexandriæ Aquensis diœcesis salutem in eo qui est omnium vera salus. Tua supplicatio nobis nuper exhibita continebat, quod quum tu esses de conventu fratrum ordinis Heremitarum S. Augustini de Alexandria Aquensis diœcesis prædictæ, & tibi provisum fuisset per tuum Priorem, & conventum de Ecclesia S. Martini de Castellatio, sive de Gamundio curam animarum habente, quæ quidem Ecclesia spectat, ut asserebas de jure ad prædictum Priorem, & conventum per privilegia Papalia, & quod nos tibi tamquam verus ordinarius, & diœcesanus tuus deberemus tibi committere, & gratiam facere, prout statuunt, ordinant, & præcipiunt canonicæ sanctiones, videlicet quod possis curam animarum ad præfatam Ecclesiam, ut asseris spectantem populi tibi commissam ministrare, & dictam curam licite exercere, & omnia facere, quæ ad dictam curam spectant quomodolibet de consuetudine, vel

de jure; idcirco nos Guido Episcopus Aquensis superius nominatus tuis justis supplicationibus inclinati prædicta omnia, & singula in prædicta supplicatione contenta gratiose admittentes, tibi committimus, concedimus, & largimur auctoritate ordinaria, qua fungimur, quatenus de cetero possis, prout melius de jure possumus, & debemus in dicta Ecclesia, & pro dicta Ecclesia, ut asseris curam animarum habente populo tibi commisso, & parochianis dictæ Ecclesiæ Sacramenta Ecclesiastica licite ministrare, & impendere pœnitentias salutares. In quorum testimonium cum annulo nostro aureo de prædicta Ecclesia, & de cura prædicta ad ipsam Ecclesiam spectante te investimus, & in possessionem immittimus corporalem. Et prædictus Dominus Episcopus mandavit sigillum suum apponi in testimonium præmissorum, & infrascriptorum, & ulterius usque ad festum S. Pentecostes proxime venturi contulit prædicto fratri Bartolomeo, quod possit absolvere vere pœnitentes de casibus infrascriptis de jure Episcopis reservatis. Actum, & datum in castro Bestagni die VIII. martii, anno Domini MCCCLXIX., indictione VII.

Casus vero prædicti sunt isti. Primo de blasphemantibus Deum, B. Virginem, & Sanctos. Item de committentibus sortilegia, nisi essent publici incantatores, & divini, & euntibus ad prædictos divinatores. Item de incestu, nisi esset cum matre, filia, vel sorore. Item de commutatione privatorum votorum. Item de perjurio restituto damno. Item de committentibus peccata contra naturam. Item de his qui fuerunt in cavalcatis, & exercitibus, ubi fuerunt facta incendia, vel homicidia, dum tamen non incenderint, nec fecerint homicidia manu propria, alii remittantur ad Dominum Episcopum Aquensem. Item de laborantibus diebus Dominicis, & festivis. Item de his, qui comederunt carnes in Quadragesima, & aliis diebus prohibitis a jure.

Facultas P. Zucco O. P. absolvendi Alexandriæ, & Territorio Aquensis diœcesis.

340 MCCCLXIX.

Die VIII. martii. Noverint universi, quod F. Petrus Zucchus de Alexandria Aquensis diœcesis conventus ordinis fratrum Prædicatorum de Alexandria Aquensis diœcesis se præsentavit, ut moris est, ut possit prædicare, audire confessiones, & facere illa, quæ de jure ad ipsum spectant. Quam præsentationem Rev. in Christo Pater D. Guido Aquensis Episcopus ordinarius dictæ Ecclesiæ Alexandrinæ, & diœcesanus acceptavit, eique commisit, quod usque ad festum Pentecostes proxime venturum possit illis de Alexandria, & de circumposita regione diœcesis Aquensis dare pœnitentias salutares pro casibus infrascriptis.

Qui casus sunt. Primo de blasphemantibus Deum, Beatam Virginem, & Sanctos. Item de perjurio restituto damno. Item de incestu, nisi esset cum matre, filia, vel sorore. Item de sortilegiis, nisi essent publici incantatores. Item de commutatione privatorum votorum. Item de laborantibus die Dominicis, & festivis.

Ordinatio D. Melchioris cum juramento erga S. P. in Epis. Osnabrug. ab Episc. Aqu. in Eccl. S. Mariæ de Quinzano Niciæ peracta.

MCCCCLXIX. 341

Noverint universi, & singuli præsentes litteras inspecturi, quod nos Guido Dei, & Apostolicæ sedis gratia Aquensis Episcopus, & Comes provinciæ Mediolanensis hoc Sabbato, in quo cantatur missa: sitientes venite ad aquas, sacram ordinationem infra missarum solemnia in Ecclesia sanctæ Mariæ de Quinzano de Nitia nostræ diœcesis Aquensis generaliter celebrantes receptis cum ea, qua decet reverentia litteris publicis, & patentibus sanctissimi Patris, & Domini, D. Urbani sacrosanctæ Romanæ, ac universalis Ecclesiæ summi Pontificis, & vera bulla plumbea inpendenti cum cordula canabis sigillatis non vitiatis, non abrasis, nec abolitis, & omni vitio & suspicione carentibus, quorum tenor sequitur in hæc verba. Urbanus Episcopus servus servorum Dei dilecto filio Melchiori Electo Osnabrugensi salutem, & Apostolicam benedictionem. Cum nos nuper Osnabrugensis Ecclesiæ pastoris regimine destitutæ de persona tua nobis, & fratribus nostris ob tuorum exigentiam meritorum, accepta de eorumdem fratrum consilio auctoritate Apostolica duxerimus providendum præficiendo te in Episcopum, & Pastorem, prout in nostris inde confectis litteris plenius continetur, nos ad ea, quæ ad tuæ commoditatis augmentum cedere valeant favorabiliter intendentes tuis supplicationibus inclinati, qui ut asseris in minoribus ordinibus dumtaxat constitutus existis, ut a quocumque malueris catholico antistite gratiam, & communionem Apostolicæ sedis habente omnes etiam sacros ordines successive statutis temporibus a jure ab eodem, vel alio antistite similem gratiam, & communionem obtinente assumtis, & in hoc sibi adstantibus duobus, vel tribus catholicis Episcopis similem gratiam, & communionem habentibus munus consecrationis recipere valeas & eidem antistiti, ut ordines conferre, & munus prædictum auctoritate nostra impendere libere tibi possit, plenam, & liberam concedimus tenore præsentium facultatem, volumus autem, quod idem antistes, qui tibi præfatum munus impendet, postquam tibi illud impenderit, a te nostro, & Ecclesiæ Romanæ nomine fidelitatis debitum solitum recipiat juramentum iuxta formam, quam sub bulla nostra injungimus intercluſam; ac formam juramenti, quod te præstare contigerit nobis de verbo ad verbum per tuas patentes litteras tuo sigillo signatas per proprium nuncium, quanto citius destinare procures absquequo Ven. fratri nostro Archiepiscopo Colonienſi, cui præfata Ecclesia Metropolitano jure subesse dignoscitur, per hoc nullum præjudicium inposterum generetur. Datum Romæ apud sanctum Petrum XII. kalendas decembris Pontificatus nostri anno septimo.

Vigore quarum litterarum Apostolicarum præfatum Melchiorem Electum Osnabrugensem, & ad titulum prædictæ Osnabrugensis Ecclesiæ ad sacrum Presbiteratus ordinem ordinavimus, & idem prædictum ordinem contulimus secundum consuetudinem

ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, & ſtylum antiquum conſuetum, in quorum teſtimonium præſentes fieri juſſimus noſtro Pontificali ſigillo pendenti munitas. Actum, & datum in Eccleſia prædicta S. Mariæ de Quinzano de Nicia noſtræ Aquenſis diœceſis die XVII. martii, anno Domini MCCCLXIX., indictione VII. præſentibus Rev. Patribus Dominis fratribus Jacobo ordinis Minorum Millepotenſi, Dalmatio dicti ordinis Licomenſi, Nicolao ordinis Prædicatorum Curlatenſi Epiſcopis, & venerabilibus viris Dominis fratre Michaele Abbate Monaſterii S. Chriſtophori de Bergamaſco, Jacobino ex Marchionibus Inciſæ canonico Aquenſi, & pluribus aliis egregiis militibus, & nobilibus teſtibus ad præmiſſa vocatis, & rogatis.

In nomine Domini amen. Anno Incarnationis ejuſdem MCCCLXIX., indictione VII., die XVIII. martii in Eccleſia S. Mariæ de Quinzano de Nicia Aquenſis diœceſis provinciæ Mediolanenſis, præſentibus egregiis Dominis Baldaſarro Duce Brunſvicenſi, Joanne de Scombourg, Eberardo de Berchem, Antonio Turco de Aſt militibus, Ven. viris DD. fratre Michaele Abbate monaſterii S. Chriſtophori de Bergamaſco, Jacobino ex Marchionibus Inciſæ Aquenſi canonico, & fratre Gulielmo Roliato Rectore dictæ Eccleſiæ S. Mariæ de Quinzano, & pluribus aliis, ibique Rev. in Chriſto P., & DD. Guido Dei, & Apoſtolicæ ſedis gratia Aquenſis Epiſcopus, & Comes provinciæ Mediolanenſis auctoritate ſedis Apoſtolicæ, de qua quidem auctoritate conſtat per litteras publicas, & patentes ſupraſcripti ſummi Pontificis ipſius vera, & ſolita bulla plumbea pendenti in filo canabis ſigillatas non vitiatas, non abraſas, non abolitas, ſed omni prorſus vitio, & ſuſpicione carentes. Quarum litterarum tenor talis eſt. „ Urbanus Epiſcopus, ut ſupra:„ munus conſecrationis impendit Rev. in Chriſto Patri, & D. D. Melchiori Dei, & Apoſtolicæ ſedis gratia Epiſcopo Oſnabrugenſi &c. & ipſum conſecravit Epiſcopum cum ſolemnitate miſſæ juxta ritum, & formam Eccleſiæ conſuetam aſſiſtentibus eidem conſecratori, ſeu conſecrationi Rev. in Chriſto Patribus, & D. D. fratre Jacobo Millopotenſi, fratre Dalmatio Epiſcopo Licomenſi ambobus ordinis Minorum, & fratre Nicolao ordinis Prædicatorum Epiſcopo Curlatenſi. Recipiens præfatus Dominus Epiſcopus Aquenſis a prædicto D. Melchiore Epiſcopo Oſnabrugenſi nomine memorati ſanctiſſimi in Chriſto Patris, & D. D. Urbani divina providentia Papæ V., & Eccleſiæ Romanæ fidelitatis debitæ ſolitum juramentum juxta formam comprehenſam in litteris præfati Romani Pontificis ipſius vera, & ſolita bulla plumbea in filo canabis ſigillatis pendenti non vitiatis, non cancellatis, non in aliqua ſui parte vitioſis, ſed omni prorſus vitio, & ſuſpicione carentibus. Quarum quidem litterarum, & formæ juramenti a præfato Domino Epiſcopo Oſnabrugenſi præſtiti tenor de verbo ad verbum nihil prorſus addito, vel minuto noſcitur eſſe talis. Ego Melchior Epiſcopus Oſnabrucenſis ab hac hora in antea fidelis, & obediens ero Beato Petro, ſanctæque Romanæ, & Apoſtolicæ Eccleſiæ, & Domino meo, D. Urbano Papæ V., ſuiſque ſucceſſoribus canonice intrantibus non ero in conſilio, aut conſenſu, vel facto, quod vitam perdant, aut membrum, vel capiantur mala captione. Conſilium vero quid mihi creditum fuerit per ſe, aut nuncium, aut litteras ad eorum damnum me ſciente nemini pandam. Papatum Romanum, & regalia ſancti Petri, adjutor ero ad retinendum, & defendendum ſalvo meo ordine contra omnem hominem. Legatum Apoſtolicæ ſedis in eundo, & redeundo honorifice tractabo, & in ſuis neceſſitatibus adjuvabo, vocatus ad ſynodum veniam, niſi præpeditus fuero canonica præpeditione. Apoſtolorum limina, ſingulis biennis viſitabo, aut per me, aut per nuncium meum, niſi Apoſtolica abſolvar licentia, poſſeſſionem vero ad menſam meam Epiſcopalem Oſnabrugenſem pertinentem non vendam, neque donabo, neque impignorabo, neque de novo infeudabo, vel aliquo modo alienabo inconſulto Romano Pontifice. Sic me Deus adjuvet, & hæc ſancta Dei Evangelia. Rogantes præfati Domini Epiſcopi me Notarium infraſcriptum de prædictis omnibus, & ſingulis confici, & plura publica inſtrumenta ad ſapientis dictamen ſigillo præfati Domini Conſecratoris inpendenti munita.

Revocatio collationis Eccl. S. Petri Fibinarum factæ ab Archid. Eccl. Alexand. & nova inſtitutio Epiſcopi Aquenſis.

M C C C L X I X. 342

Anno Domini MCCCLXIX., indictione VII., die VIII. novembris in civitate Aſt, ſive in domo habitationis Domini . . . . Abbatis vallis Umbroſæ, præſentibus ipſo Domino Abbate, Presbitero Bartholomeo de Porta canonico Aquenſi, Secundino Scarampo Domino loci Bruni, & Henrico Garabello de Inciſa teſtibus vocatis, & rogatis, & me Notario infraſcripto. Conſtitutus perſonaliter Presbiter Paulus de Fugatio de Fibinis Aquenſis diœceſis in præſentia Rev. in Chriſto Patris, & D. D. Guidonis Dei, & Apoſtolicæ ſedis gratia, Aquenſis Epiſcopi, & Comitis Domini ſui attendens, quod male inſtructus, & ad aliquorum malevolorum per devium ambulando non legitime ſe habuerat erga prædictum Dominum Epiſcopum, & quod ſicut obedientia eſt ſumma virtus Deo placens, ita inobedientia per oppoſitum Deo, & hominibus eſt exoſa, flexis genibus, & ante ipſum Dominum Epiſcopum Dominum ſuum provolutus humiliter petiit veniam de commiſſis, & renuntiavit omni juri ſibi competenti, vel quod ſibi competere poſſet in Eccleſia curata ſancti Petri de Fibinis dictæ Diœceſis quocumque modo eſſet, dicens, & proteſtans, quod ad ipſum Epiſcopum Aquenſem, & non ad alium Dominum ſpectabat de jure collatio, inſtitutio, & deſtitutio dictæ Eccleſiæ S. Petri, nec ad Archidiaconum Eccleſiæ S. Petri de Alexandria Aquenſis diœceſis. Imo ſi qua feciſſet cum prædicto Archidiacono, tamquam erronee facta ipſa revocabat, & renuntiabat in manibus dicti Domini Epiſcopi Domini ſui omni juri ſibi, ut prædicitur competenti. Ac ipſi Domino Epiſcopo humiliter ſupplicavit, quod de ſua ſolita clementia ipſum digna-

retur ad ſui miſericordiam, & gratiam recipere, & habere. Qui D. Epiſc. ut pius Pater eligens cum prædicto ſuo fideli Presbitero Paulo, potius uti miſericordia quam juris rigore ipſum ad ſui miſericordiam, & gratiam reſtituit, & recepit, ac ſibi de adminiſtratione, & rectoria Eccleſiæ curatæ S. Petri dictæ terræ Fubinarum poſt prædicta providit ex ſua ordinaria poteſtate, prout hæc, & alia patent ex litteris, & inſtrumento, exinde confectis per me Notarium infraſcriptum. Quibus omnibus ſic peractis prædictus Sacerdos ſecundum conſtitutionem ſynodalem Epiſcopalis curiæ Aquenſis quæ incipit *Ego talis &c.* Juravit ad ſancta Dei Evangelia eſſe fidelis, & obediens prædicto D. Guidoni Aquenſi Epiſcopo, & ſuis ſucceſſoribus, & quod non erit umquam in conſilio, & aſſenſu, quod prædictus Dominus vitam, vel membrum perdat, vel quod aliquid moleſte, ſeu contrarium eidem, & ſuis officialibus, & familiaribus, & terræ dicti Domini Epiſcopi inferatur, imo quod toto poſſe perſonam prædicti Domini ſui, Epiſcopi defendet, cuſtodiet, & ſalvabit, necnon & officiales, familiares, ac terram ipſius Domini Epiſcopi Domini ſui, & quod etiam toto poſſe dabit conſilium, auxilium, & favorem prædicto Domino Epiſcopo, & ſucceſſoribus ſuis ad manutenendum, defendendum, gubernandum terras, honores, & bona, quæ idem Dominus Epiſcopus tenet, & ad recuperandum prædictas, & prædictos. Conſilium, quod idem Dominus Epiſcopus ſuus ab eo petet ſecundum diſcretionem ſuam eidem fideliter impendet, vocatuſque ab ipſo Domino Epiſcopo Domino ſuo, vel a ſuis vicariis per nuncium, vel per litteras, vel alio quovis modo ſemper ad præſentiam prædicti Domini ſui, & ſucceſſorum ſuorum perſonaliter accedet, & veniet, niſi eſſet impeditus tanto, vel tali modo, quod nullo modo poſſet: officiales, & familiares dicti Domini Epiſcopi benigne recipiet: & omnia alia, & ſingula ſupraſcripta juravit attendere, & ſervare, & ea, quæ in prædicta conſtitutione ſynodali plenius continentur, de quibus omnibus, & ſingulis prædictus Dominus Epiſcopus, & prædictus Presbiter Paulus præceperunt fieri publicum inſtrumentum dictandum, reficiendum, & meliorandum ad dictamen unius, & plurium ſapientium. Et ego Joannes de Quiregio Novarienſis diœceſis Imperiali auctoritate Notarius, præfatique Domini Epiſcopi officialis, & ſcriba prædictis interfui, & hoc inſtrumentum mihi fieri juſſum recepi, & ſignum meum in fine appoſui in teſtimonium præmiſſorum.

Collatio Eccl. S. Laurentii de Occimiano diœc. Vercel. Gulielmo Bavæ Canonico Aſtenſi facta ab Aquenſi Epiſcopo, ſicuti delegato Epiſcopi Bethlemitani.

343 MCCCLXIX.

In nomine Domini amen. Anno Nativitatis ejuſdem MCCCLXIX., indictione VII., die XIII. menſis decembris, noverint univerſi, & ſinguli hoc præſens publicum inſtrumentum inſpecturi, quod vacante Eccleſia S. Laurentii de Occimiano diœceſis Vercellenſis ordinis Bethlemitani per renunciationem ſponte factam de dicta Eccleſia per F. Antonium de Inviciatis dicti ordinis de Alexandria. Nos Guido D. G., & Apoſtolicæ ſedis Epiſcopus Aquenſis, & Comes, ac Vicarius, & commiſſarius generalis Rev. in Chriſto Patris, & D. D. Ademari Epiſcopi Bethlemitani, ad quem jure ordinario ſpectat collatio, & proviſio dictæ Eccleſiæ S. Laurentii, ut de vicariatu, & commiſſione nobis factis per ipſum Dominum Epiſcopum Bethlemitanum facta publicum inſtrumentum ſub ſigno, & manu Antonii Ferroglii clerici Aſtenſis Notariique publici, cujus quidem inſtrumenti tenor dignoſcitur eſſe talis.

In nomine Domini amen. Anno ejuſdem Dominicæ Nativitatis MCCCLXV, indictione III., die XXVII. menſis martii in Pontificatu ſanctiſſimi in Chriſto Patris, & Domini Domini N. Urbani Papæ V. Cum officii paſtoralis cura ſollicite habeat indagare, & Epiſcopali dignitati Eccleſiæ de Bethlem ac menſæ Epiſcopali ipſius quam plura beneficia in multis Patriarchatibus, Archiepiſcopatibus, & Epiſcopatibus mundi ſint menſæ prædictæ Epiſcopalis dignatis annexa, quæ viſitatione præſentialiter indigeant diligenti; ideo in mei Notarii, & teſtium ſubſcriptorum præſentia conſtitutus Rev. in Chriſto Pater, & D. D, F. Ademarus Epiſcopus de Bethlem prædictis, & infraſcriptis intereſſe non valens variis occupatus negotiis ſponte, & ex certa ſua ſcientia, ſuo nomine, & nomine, & vice dicti ſui Epiſcopatus, ac pertinentiarum ipſius, ac menſæ ſuæ, & omni alio jure, modo, & forma, quibus melius & efficacius potuit de reverentia, ſapientia, diligentia, ac fidelitate Rev. Patris, & D. D. Guidonis Epiſcopi Aquenſis, & Comitis provinciæ Mediolanenſis confidens fecit, conſtituit, & ordinavit præfatum Rev. Patrem, & D. D. Guidonem Aquenſem Epiſcopum præſentem, & recipientem ſuum, & dicti ſui Epiſcopatus, & Eccleſiæ de Bethlem certum Vicarium, nuncium, & procuratorem ad infraſcripta in, & ſuper beneficiis, Eccleſiis, & hoſpitalibus, & piis locis quibuſcumque ſitis, ſive ſituatis, vel exiſtentibus in civitatibus, ſive diœceſibus infraſcriptis ad ipſam Eccleſiam de Bethlem, ſive ad ipſum Dominum Epiſcopum, & menſam ipſius ſpectantibus, videlicet in civitatibus, & diœceſibus Aquenſi, Januenſi, Savonenſi, Naulſi, Albigaunenſi, Albenſi, Aſtenſi, Vercellenſi, Papienſi, Terdonenſi, Taurinenſi, Novarienſi, civitatibus, & diœceſibus, & ad ipſa viſitandum, ſeu viſitari faciendum per ſe, vel alium, ſeu alios ex ipſa quæcumque in dictis civitatibus, & diœceſibus exiſtentia menſæ Epiſcopali ipſius civitatis, & Eccleſiæ de Bethlem annexa, ſeu applicata Apoſtolica, vel alia quacumque auctoritate. Et ad ipſam Eccleſiam de Bethlem quovis modo ſpectantia, & pertinentia, & ad ipſa beneficia cum juribus ſuis tam ſpiritualibus, quam temporalibus locandum, & ad fermam, ſeu annuam poſſeſſionem, vel cenſum annuum reddendum quibuſcumque perſonis, quibus eidem D. Guidoni Epiſcopo videbitur, & viſum fuerit expedire, & cum tenentibus ipſas Eccleſias hoſpitalia, vel alia pia loca quæcumque ſint conveniendum, removendum, & amovendum, & de novo aliis, ſeu alii concedendum, exigendum debita eidem Domino Epiſcopo, ſeu Eccleſiæ de Bethlem prædictæ ratione dictarum

Ecclesiarum, hospitalium, vel locorum aliorum piorum, & rationem, & computum quærendum, audiendum, & exigendum, & de receptis pacem, finem, & quitationem, & omnimodam remissionem, & pactum de ulterius non petendo faciendum nomine ipsius Domini Episcopi, & Ecclesiæ de Bethlem, & beneficiorum prædictorum, & aliorum hospitalium, & piorum locorum in dictis civitatibus, & diœcesibus existentium ad dictorum Domini Episcopi, & Ecclesiæ de Bethlem, & beneficiorum prædictorum jus spectantium, & pertinentium, & ad se nomine ipsorum Ecclesiæ de Bethlem, & Episcopi bona pignori obligandum, necnon ad visitandum, corrigendum, instituendum, destituendum, & ponendum ipsas Ecclesias, hospitalia, & pia loca, & res, & bona, atque personas quascumque cujuscumque conditionis ordinis, vel status in ibidem existentes, & moram trahentes, quam alias quascumque, necnon quæstores nomine dictæ Ecclesiæ de Bethlem quærentes eleemosinas quæstas, & legata, atque vota deponendum, & de novo instituendum, & ipsos, & quemlibet ipsorum corrigendum, & promovendum in ipsis locis, & de personis, & rebus ipsorum, & tam in spiritualibus, quam temporalibus justitiam, & rationem faciendum, exhibendum, & administrandum, & generaliter ad omnia, & singula in prædictis, & quolibet prædictorum necessaria, & opportuna faciendum, quæ verus procurator, & vicarius in spiritualibus, & temporalibus facere, corrigere, & visitare, seu reformare posset, etiamsi talia forent, quæ mandatum exigant speciale, & ea etiam quæ ipsemet Dominus Episcopus de Bethlem facere posset in prædictis, & quolibet ipsorum, & dependentibus ab ipsis, & quolibet ipsorum si præsens adesset dans, & concedens dictus Dominus Episcopus de Bethlem suo, & prædictæ suæ Ecclesiæ nomine eidem S. Episcopo Aquensi in prædictis, & quolibet prædictorum, & dependentibus ab ipsis plenam, liberam, & generalem potestatem, ac mandatum speciale in his, in quibus exigitur, ita quod generalitas specialitati non deroget, nec e converso, in his totaliter committendo vices suas, donec eas ad se duxerit revocandas, promittens dictus Dominus Episcopus de Bethlem suo, & dicto nomine mihi Notario infrascripto, ut publicæ personæ præsenti, stipulanti, & recipienti vice, & nomine singulorum, quorum interest, intererit, seu interesse poterit quomodolibet in futurum se rata, grata, & firma perpetuo habiturum omnia, & singula facta, gesta, acta, administrata, seu procurata in prædictis, & quolibet prædictorum, & contra ea nullo tempore contrafacere, vel venire de jure, nec de facto sub obligatione omnium bonorum ipsius, & Ecclesiæ præfatæ de Bethlem, & membrorum, & pertinentiarum ipsius, quæ proinde, & pro prædictis observandis, adimplendis, & non contraveniendis, & firmis habendis mihi jam dicto Notario, quo supra nomine stipulanti pignori, hipotecæque nomine obligavit, renunciando dictus Dominus Episcopus de Bethlem suo, & nomine dictæ Ecclesiæ suæ in prædictis, & quolibet ipsorum exceptioni metus, & in factum condictioni, & exceptioni, sine causa, vel ex injusta causa, & rei non ita gestæ doli mali, & omni alii exceptioni, & juri tam canonico, quam civili, seu privilegio, aut rescripto tam impetrato, quam impetrando, præcipiens tam dictus Dominus Episcopus constituens, quam ipse Dominus Episcopus Vicarius constitutus de prædictis omnibus, & singulis fieri publicum instrumentum unum, & plura, prout fuerit opportunum per me Notarium infrascriptum ad dictatum unius, & plurium jurisperitorum. Actum . . . in domo habitationis Rev. Patris, & D. D. Guidonis Cardinalis Bononiensis, præsente Jacobo Pareti Leodiensis diœcesis familiari dicti Domini Episcopi de Bethlem, Presbytero Petro de Camborg Bisuntiensis diœcesis, & Bartholomeo de Bazanis de Casali Vercellensis diœcesis, & Laurentio de . . . . . diœcesis . . . . testibus vocatis, & rogatis. Et ego Antonius Ferroglius Clericus Astensis publicus Imperiali auctoritate Notarius prædictis omnibus, & singulis una cum dictis testibus interfui vocatus, & rogatus, & in testimonium præmissorum signum meum consuetum apposui, & me suprascripsi.

Ex certa scientia animo deliberato vigore dictæ nostræ intentionis, commissionis, auctoritatis, bayliæ, & mandati præfatam Ecclesiam S. Laurentii sic ut supra vacantem cum omnibus suis juribus spiritualibus, & temporalibus, & aliis quibuscumque contulimus, & concedimus dilecto nobis in Christo Joanni nato Gulielmi Bavæ de Grazano, dicti Rogerii canonico Ecclesiæ Astensis absenti, tamquam præsenti; & Joannem de Guaschis canonicum Ecclesiæ collegiatæ S. Petri de Alexandria nostræ Aquensis diœcesis præsentem, & recipientem vice, & nomine dicti Joannis absentis, tamquam præsentis investimus, & investivimus præsentialiter in uno annulo aureo, quem in nostris manibus tenebamus de Ecclesia prædicta, & de omnibus juribus spiritualibus, & temporalibus, quovis modo spectantibus ad dictam Ecclesiam in signum vere traditæ, & apprehensæ possessionis Ecclesiæ prædictæ, & bonorum, juriumque ipsius Ecclesiæ prædictæ, mandantes, & committentes nos Episcopus Aquensis, & Vicarius, & commissarius prædictus per hoc præsens publicum instrumentum dilectis nobis in Christo venerabilibus viris Manuino, & Faccio de Grassis canonicis Ecclesiæ S. Evasii de Casali diœcesis Vercellensis, ac Presbytero . . . S. Valerii de dicto loco Occimiani diœcesis Vercellensis, & cuilibet eorum in solidum, quatenus accedant personaliter ipsi, vel unus eorum ad dictam Ecclesiam S. Laurentii, & dictum Joannem, seu ejus procuratorem ponant, & inducant in corporalem possessionem, seu quasi dictæ Ecclesiæ S. Laurentii, & bonorum, ac jurium quorumcumque spiritualium, & temporalium ipsius Ecclesiæ, & eidem Joanni faciant de reditibus, & proventibus ipsius Ecclesiæ S. Laurentii integre, & realiter ab omnibus respondere, amoto a dicta Ecclesia quodam Nicolino Teodori Ferrarii de Alexandria iniusto detentore, & occupatore, sic & de facto dictæ Ecclesiæ, & quolibet alio illicito detentore, invocato ad hoc, si opus fuerit auxilio brachii sæcularis

contradictores quoscumque per censuram Ecclesiasticam compescendo. Quem Nicolinum injustum detentorem, & occupatorem prædictum nos Episcopus, & commissarius prædictus tollimus, & removemus vigore præsentis instrumenti ab Ecclesia prædicta. In quorum omnium testimonium præsentes litteras, seu præsens instrumentum fieri jussimus, & præcepimus, & sigilli nostri applicatione muniri, & de prædictis omnibus, & singulis fieri præcepimus publicum instrumentum per Joannem de Quiregio scribam nostrum, & Notarium. Actum, & datum in castro nostro Bestagni præsentibus testibus vocatis, & rogatis, venerabili viro D. Jacobino ex Marchionibus Inciſæ canonico Aquensi, & discretis viris Clemente de Bellomonte Notario, & Jacobino Cataneo de . . . . . Clerico Novariensis diœcesis.

Suspensio interdicti in loco Inciſæ, ac vicis ejusdem concessa Johanni Marchioni.

344 MCCCLXX

Guido Aquensis Episcopus, & Comes Joanni nato quondam Oddonis ex Marchionibus de Inciſa salutem in Domino. Noverint universi has nostras patentes litteras inspecturi, quod quamvis propter rapinam, & injuriam manifestam commissas per Antonium dictum de . . . . Clerico de Bergamasco nostræ Aquensis diœcesis in terris Inciſæ Castrinovi, Bergamaschi, & Carentini interdictum auctoritate Apostolica posuerimus, prout hæc, & alia in actis nostræ curiæ evidenter elucescunt; nos tamen tuis justis supplicationibus inclinati, eo quod per te non stat, nec stetit, quominus dictus Antonellus raptor bonorum Ecclesiæ sancti Jacobi nobis commissæ gubernandæ per Dominum nostrum Papam ad obedientiam nostram, & sanctæ matris Ecclesiæ venerit, quoad te tantummodo, & ad consortem tuam Caterinam prædictum auctoritate præfati Domini nostri Papæ, qua fungimur in hac parte suspendimus interdictum, tibique, & præfatæ tuæ consorti licentiam impertimur, quod januis clausis una cum aliis Sacerdotibus, & Ecclesiasticis valeas divinis officiis, & missarum solemniis interesse, præsentibus usque ad nostrum beneplacitum, & non amplius duraturis, ad cautelam etiam in actis nostræ curiæ registratis. Datum in castro nostro Bestagni die VI. martii, anno Domini MCCCLXX., indictione VIII.

Collatio Clericatus in Ecclesia SS. Fabiani, & Sebast. Carentini facta Guiscardo Bragio ab Episcopo Aquensi.

345 MCCCLXX.

Guido Dei gratia Aquensis Episcopus, & Comes. Dilecto nobis in Christo Guicardo nato Ruffini Bragii de Carentino Clerico nostræ diœcesis salutem in Domino. Exigentibus tuarum virtutum meritis, super quibus apud nos laudabili testimonio multipliciter in Domino commendaris, inducimur, ut tibi reddamur ad gratiam liberales. Hinc est, quod nos volentes intuitu Dei, & tuorum præmiſorum meritorum tibi facere gratiam specialem, cognoscentes, quod in Ecclesiis SS. mm. Fabiani, & Sebastiani de Carentino, prædictæ nostræ diœcesis, quarum collatio, institutio, & destitutio ad nos pertinet, pleno jure non est aliquis Clericus institutus, nisi Gabriel ex Marchionibus Inciſæ, qui propter exiles reditus Ecclesiarum prædictarum non potest apud dictas Ecclesias facere residentiam personalem, nec eisdem in spiritualibus servire, & apud quas tu qui es oriundus de dicto loco potes servire Ecclesiis prædictis, & jura ipsarum defendere cum suis juribus conservare, ideo constituimus te Clericum præbendatum Ecclesiarum prædictarum assignantes tibi pro tua præbenda in bonis, & super bonis prædictarum Ecclesiarum libras quindecim Astenses monetæ Inciſæ tibi solvendas annuatim per rectorem ipsarum, præcipientes tenore præsentium ex nunc rectori ipsarum Ecclesiarum, & qui pro tempore in eis per nos institutus fuerit, quatenus de dicta præbenda tibi debeat integre respondere. In quorum testimonium præsentes fieri jussimus nostro sigillo munitas. Actum, & datum ubi supra præsentibus testibus quibus supra.

Ibidem, & præsentibus dictis testibus Ruffinus prædictus constitutus coram Domino Episcopo, promisit eidem, & juravit in manibus suis bona, & jura dictarum Ecclesiarum manutenere, & laborare, & nulli de bonis ipsis respondere sine ejus licentia, & de eis eidem Domino Episcopo reddere rationem, & de omnibus bonis mobilibus, & immobilibus facere inventarium per totum mensem aprilis proxime venturi, præcipiens dictus Dominus Episcopus de prædictis omnibus fieri publicum instrumentum.

Litteræ pro collata tonsura Bragio de Carentino Aquensis diœcesis.

MCCCLXX. 346

Noverint universi, & singuli præsentes nostras litteras inspecturi, quod nos Guido Dei gratia Aquensis Episcopus, & Comes Guicardo nato Ruffini Bragii de Carentino nostræ Aquensis diœcesis ætatis idoneæ litterato, & de legitimo matrimonio procreato cupienti adscribi militiæ clericali primam contulimus capitis clericalem tonsuram, & eum Clericum ordinavimus, & titulavimus ad titulum sui patrimonii secundum consuetudinem sanctæ matris Ecclesiæ, & stylum antiquum consuetum. In quorum testimonium præsentes fieri jussimus nostro sigillo munitas. Actum, & datum in castro nostro Bestagni die XXVII. martii, anno Domini MCCCLXX., indictione VIII. præsentibus venerabilibus, & discretis viris D. D. Jacobino ex Marchionibus Inciſæ canonico Aquensi, Presbytero Antonio de Castellengo diœcesis Vercellensis, Jacobino Catanio de . . . . . diœcesis Novariensis, Antonio de Bottini, & Ribaldo Aresca ambobus de Inciſa testibus vocatis, & rogatis.

Facultas absolvendi in locis Alex. Quarg. Soler. Castellat. Ugul. & Casal. Aq. diœc. data F. F. Ord. Herem. conv. Alex. ab Episcopo Aquensi.

347 MCCCLXX.

Guido Aquensis Episcopus, & Comes dilectis nobis in Domino Jesu Christo Franceschino de Castelletto, & Francisco Gardino de Castronovo Incisæ ordinis Heremitarum sancti Augustini conventus Alexandriæ Aquensis diœcesis salutem in eo, qui est omnium vera salus. Supplicationibus vestris inclinati, & de circumspectione, ut plurimum confidentes ex auctoritate nostra ordinaria vobis, & vestrum cuilibet committimus, & licentiam damus, quod in dicto loco Alexandriæ, & in Quargnento, Solerio, Castellatio, Uguliis, & Casalibus circumstantibus præfatæ nostræ Aquensis diœcesis possitis confessiones audire; & absolvendi a casibus omnibus nobis, & aliis Episcopis a jure reservatis tenore præsentium concedimus facultatem, & quod possitis illis, qui vobiscum confitebuntur, pœnitentias injungere salutares, super quibus omnibus vestras oneramus conscientias præsentibus usque ad festum Pentecostes proximum duraturis. In quorum testimonium præsentes fieri jussimus, & sigillo nostro muniri. Actum, & datum in castro Bestagni die VIII. octobris, anno Domini MCCCLXX., indictione VIII.

Denunciatio electionis Vicarii Capitularis post mortem Guidonis canonicis absentibus.

348 MCCCLXXIII.

Anno Domini MCCCLXXIII., XXV. martii in castro Bestagni, Bartholomeus de Porta, Gabriel ex Marchionibus Incisæ, presbiter Fabri, vel ejus procurator, Joanninus de Quiregio .... Canonicis absentibus ... Noscat vestra fraternitas, quod statim defuncto Rev. in Christo Patre, & D. D. Guidone Dei gratia Episcopo Aquensi, & Comite nos capitulum congregati in castro Bestagni volentes providere saluti animarum subditarum Aquensi Ecclesiæ, & obviare, ne sede vacante eidem præjudicium generetur ..... constituimus Vicarium generalem tam in spiritualibus, quam in corporalibus egregium, & venerabilem virum D. Jacobum ex Marchionibus Incisæ Canonicum dictæ Ecclesiæ tamquam illum, per quem dicta Ecclesia potest tam in spiritualibus, quam temporalibus defensari; & deinde Rev. in Christo Pater D. D. frater Jacobus Millepotensis Episcopus procuratorio nomine ven. D. Antonii, & Percivalli de Sigismundis nepotum suorum concanonicorum consensit, & approbavit.

Ordinatio habita ab Episcopo Megarensi in Ecclesia Bistagni.

349 MCCCLXXIII.

Anno Domini MCCCLXXIII. XVII. decembris. Præsentibus Rubeo de Coconato Monaco sancti Petri de Aquis, Ludovico de Culardis ord. Bethlem, Telato Filius Magistri Gullielmi de Clericis physici de Nicia D. Franciscus ordinis Prædicat. Episcopus Megarensis de voluntate, & licentia D. Presbiteri Bartholomei de Porta Canonici Ecclesiæ Aquensis, & Vicarii capitularis ejusdem sede nunc vacante post festum S. Luciæ sacros ordines in Ecclesia S. Joannis de Bestagno generaliter celebrando Joannem de Quiregio Canonicum Ecclesiæ Aquensis, & Archipresbiterum Ecclesiæ S. Mariæ Plebis de Bestagno ad titulum dictorum suorum beneficiorum ad S. Presbiteratus ordinem ordinavit secundum consuetudinem Romanæ Ecclesiæ ecc.

Collatio Ecclesiæ Parochialis S. Stephani Bergolii facta ab Archidiacono Priori ejus Conventui.

MCCCLXXVII. 350

Franciscus Dei gratia Archidiaconus, & Ordinarius civitatis Alexandriæ, & jurisdictionis ejusdem tibi Fr. Stephano de Quargento ordinis Servorum S. Mariæ nuper electo, & confirmato in Priorem Ecclesiæ S. Stephani de Alexandria quarterii Bergolii, jurisdictionis supradictæ, & conventualis ordinis prælibati nobis ratione Parochiæ, quam habet, immediate subjectæ, salutem, & sinceram in Domino charitatem. Tua, & ejusdem Ecclesiæ, sive conventus ipsius fratrum nobis porrecta petitio, & petitionis series continebat, quod cum nuper creatus fueris in Priorem Ecclesiæ memoratæ, & tenearis tempore tuæ promotionis factæ de antedicto Prioratu a nobis petere curam animarum dictæ Parochialis Ecclesiæ, quia tempore nunc generalis Prioris dicti Ordinis non fuit a tuis petita prædecessoribus, nec obtenta a nobis, nec a quoquam prædecessorum nostrorum, dignaremur tibi curam antedictam committere, secundum quod teneremus, & debemus ex pactis initis inter prædecessores nostros, & fratres dicti Conventus, & Ecclesiæ prædecessores tuos tempore concessionis dictæ Ecclesiæ factæ fratribus ordinis antedicti in Ecclesia superius memorata. Ejusdem, & prædictorum fratrum visis precibus inclinati de tua utique discretione, & sapientia confidentes, & ne eadem Ecclesia, & ipsius Ecclesiæ Parochia Rectoris defectu patiatur in divinis, & spiritualibus ministeriis detrimentum, tibi præsentium auctoritate committimus, & licentiam plenariam elargimur, ut possis Parochianis dictæ Ecclesiæ tam mulieribus, quam maribus Ecclesiastica omnia, & necessaria Sacramenta conferre, & omnia alia facere in dicta Ecclesia, & ipsius Parochia, quæ ad curam pertineat animarum. In cujus rei testimonium præsentes fieri jussimus, & sigilli, quo utimur, appositione muniri. Dat. apud majorem Ecclesiam civitatis prædictæ anno Domini MCCCLXXVII., die VII. mensis junii, XV. indictione valituris præsentibus pro te, & successoribus tuis, durante tamen nunc generali Priore ordinis antedicti.

Ego Archerus de Puteo natus Gayffini publicus Imperiali auctoritate Notarius pub., & scriba Officialis supradicti Domini Archidiaconi de ejus mandato scripsi omnia suprascripta, & signum meum apposui consuetum in testimonium præmissorum.

Collatio Canonicatus in Eccleſia S. Petri de Fiblinis facta a Miniſtro illius Eccleſiæ, & confirmata ab Archidiacono Alexandriæ.

MCCCLXVII.

351 In nomine Domini amen. Nos Presbiter Paulus de . . . . . Miniſter, & Rector Eccleſiæ S. Petri de Fiblinis Diœceſis Alexandrinæ dilecto nobis Juliano . . . . . Matthæi Nicolæ de Alexandria ſalutem in Domino. Honeſtas morum, & vitæ, aliaque virtutum . . . . . quibus apud nos fide digno teſtimonio commendaris, nos excitant, & inducunt, ut te dono ſpecialis favoris, & gratiæ proſequamur. Cum itaque Eccleſia noſtra S. Petri prædicti per mortem Gaſparis de Gatta quondam Canonici prædictæ Eccleſiæ ad præſens canonice vacaverit, & vacet, & ad nos, & prædeceſſores noſtros ipſius collatio pertineat de jure, & a tanto tempore . . . . . cujus in omnium hominum memoria non exiſtat, maxime quia ad præſens in dicta noſtra Eccleſia nullus alius præter nos eſt in ſacris ordinibus conſtitutus, volentes te meritorum præmiſſorum intuitu proſequi gratioſe, ac etiam prædictæ Eccleſiæ de idoneo providere canonico, & rectore, eandem Eccleſiam vacantem, ut ſuperius eſt expreſſum omni modo, jure, & forma quibus melius poſſumus, & debemus cum omnibus juribus, & pertinentiis ſuis tam ſpiritualibus, quam temporalibus tibi Juliano conferimus, atque damus, ac de ipſo canonicatu, & præbenda ſpecialiter providemus inveſtientes te jure annuli traditione de canonicatu, & adminiſtratione ipſorum in temporalibus, & ſpiritualibus plenarie committentes, volentes, & mandantes omnibus, & ſingulis fictualibus, locatoribus, & colonis . . . . . ſub pœna excommunicationis tibi Juliano integraliter reſpondeant deinceps. Committentes aliis Canonicis noſtris, ut cuilibet eorum tenore præſentis publici inſtrumenti, ut te Julianum quandocumque tibi fuerint requiſiti, ut de bonis rebus, & poſſeſſionibus, ac juribus eidem canonicatui ſpectantibus, ut ſupra in corporalem poſſeſſionem inducant, & ponant aſſignando tibi votum in capitulo, & ſtallum in choro, quibus omnibus, & ſingulis ſupradictis venerabilis Pater Dominus Franciſcus de Puteo Archidiaconus, & Ordinarius majoris Eccleſiæ civitatis Alexandriæ, ſub cujus juriſdictione dicta Eccleſia ſancti Petri de Fiblinis conſiſtit, ſuam auctoritatem interpoſuit pariter, & donavit. Et de prædictis omnibus dictæ partes, & quælibet earum una, & plura fieri rogaverunt per me Notarium infraſcriptum publica inſtrumenta. Actum in Alexandria, videlicet in domibus dicti Domini Archidiaconi ſub an. nat. Dom. MCCCLXXVII., indict. XV., die XXIV. menſis octobris præſentibus presbitero Antonio Corazza, & Villelmo Dazzano quondam Franciſci teſtibus ad prædicta vocatis, & rogatis.

Ego Girardinus Ghilinus publicus Imperiali auctoritate Notarius, ac Officialis, & Scriba dicti D. Archidiaconi prædictis interfui, & hanc cartam mihi juſſam rogatus tradidi, & ſcripſi, & ſigno pro meo nomine roboravi in teſtimonium præmiſſorum.

Literæ delegationis Gregorii XI. Cantori Eccleſiæ Alex. Dioc. Aq. in cauſa Joh. Beruti cum Epiſcopo Terdonenſi.

MCCCLXXVII.

352 Gregorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilecto filio cantori Eccleſiæ S. Petri de Alexandria Aquen. diœc. ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Conqueſtus eſt nobis Joannes de Bernutis civis Terdonenſis, quod ven. Fr. noſter Joannes Epiſcopus Terdonenſis ſuper quibuſdam libris juris canonici, & rebus aliis ad eum ſpectantibus injuriatur eidem; ideoque diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus partibus convocatis audias cauſam, & appellatione remota debito fine decidas, faciens quod decreveris, auctoritate noſtra appellatione poſtpoſita ecc. compeſcendo ecc. Teſtes autem, qui fuerint nominati, ſi ſe gratia, odio, vel timore ſubtraxerint, per cenſuram Eccleſiaſticam compellas veritati teſtimonium perhibere. Dat. Romæ apud S. Petrum XVI. cal. dec. Pontificatus noſtri anno ſeptimo *cum plumb. Gregorius XI.*

R. Frontalis

Concilium generale Marchionatus Montisferrati ab Ottone duce Brunſvicenſi poſt mortem ſecundi Ottonis ad deliberandum de rebus ad ipſum ſpectantibus convocatum.

MCCCLXXIX.

353 In nomine Domini Noſtri Jeſu Chriſti, & Beatæ glorioſæ Virginis Mariæ, ac totius curiæ cœleſtis, amen. Anno Nativitatis ejuſdem milleſimo trecenteſimo ſeptuageſimo nono, indictione II., die lunæ tertio menſis januarii. In caſtro Montiscalvi in caminata magna ſuper volta præſentibus ſapientibus, & nobilibus viris D. Antonio de Silveſtro de Corgnato legum Doctore, D. Oberto de Montalto de Grazzano juris utriuſque perito, Henrieto Turco cive Aſt, Franceſchino de Coccaſtello de Montilio, Odonino Baliſteo de Grazzano, Gulielmo Cicoletto de Verolengo, & pluribus aliis teſtibus notis, & rogatis.

In pleno, & generali parlamento Marchionatus Montisferrati ibidem congregato de mandato ſereniſſimi Principis, & D. D. Otthonis Ducis Brunſvicenſis curatoris, & gubernatoris illuſtriſſimi Principis Domini Joannis Marchionis Montisferrati, & Marchionatus, in quo aderant multorum nobilium, & popularium, & ambaxiatorum locorum Marchionatus maxima multitudo, & principaliter aliqui, quorum nomina deſcribentur inferius, præfatus Dominus Dux dicto nomine petiit ab omnibus exiſtentibus in dicto parlamento ſuper infraſcriptis occurrentibus conſilium ſibi dari.

Et primo ſuper facto petitionis, quod facit illuſtriſſimus Dominus Amedeus Comes Sabaudiæ ab illuſtriſſimo Principe Domino Joanne Marchione Montisferrati, qui petiit locum Clavaxii, & omnia loca Canapitii, Povarinum, & Montecucum quæ loca ſibi aſſerit fuiſſe, & eſſe obligata per illuſtriſſimum Dominum ſecundum Ottonem Marchionem Montisferrati fratrem dicti Domini Marchionis, prout majori

parti

parti hominum exiſtentium in dicto parlamento dicit eſſe notum.

Item ſuper facto auxilii, & ſubſidii dandi, & præſtandi dicto Domino Duci nomine prædicto, ac dicto Domino Marchioni ſuper guerra, quam ei facit, & movet, ac facere ſe præparat Dominus Joannes Galeaz de Vicecomitibus de Mediolano, Comes Virtutum indebite, & injuſte contra pacem factam cum ipſo Domino Marchione ec., & fratribus ſuis. Nam contra fidem ſuam, & contra proprium juramentum occupavit civitatem Aſtenſem, & etiam deinde hoſtiliter occupavit locum S. Salvatoris, prout omnibus exiſtentibus in dicto parlamento ſimiliter notum eſt.

Item ſuper facto fidelitatis præſtandæ per nobiles, & vaſſallos, ac populares, ac terras dominii Marchionatus Montisferrati prædicto Domino Joanni novo Marchioni Montisferrati propter mortem illuſtriſſimi Domini ſecundi Otthonis Marchionis Montisferrati fratris dicti Domini Joannis nuper defuncti, qui deceſſit die 16. menſis decembris proximi præteriti in villa Langherani, diſtrictus civitatis Parmæ, qui etiam repatriare non potuit per viam, quam acceſſerat ſub fidantia ſibi data, ſicut omnibus ibidem in dicto parlamento exiſtentibus plene conſtat.

Quibus ſic expoſitis, & vulgarizatis per ſapientem virum Dominum Ottolinum de Ghiſalbertis legum Doctorem, Vicarium dicti Domini Marchionis, Albertonus de Prato de Montecalvo unus ex conſiliariis dicti parlamenti, Ambaxiator communis, & hominum Montiscalvi, auditis, & intellectis dictis, propoſitis, factis pro parte præfatorum dominorum Ducis, & Marchionis ibidem præſentium dixit, & conſuluit, ſuper facto recognitionis, & fidelitatis præſtandæ per nobiles, & populares Marchionatus Montisferrati dicto Domino Joanni novo Marchioni, quod dicta fidelitas, & recognitio fiat, & fieri debeat per univerſos, & ſingulos vaſſallos, & nobiles, & populares dominii Marchionatus Montisferrati dicto Domino Johanni Marchioni Montisferrati, ſicut hactenus fieri conſueverit ſub hac tamen conditione, quod in caſu quo contingat in futurum quod abſit ipſum Dominum Marchionem interficere, vel vulnerare aliquem de ſubditis, & fidelibus ſuis, ſeu alicui de ſuis ſubditis quantuncumque minimo injuriam, vel violentiam facere realem, vel perſonalem, vel in eorum, aut alicujus eorum mulieribus, quod ſtatim ipſo facto, & nunc, prout & tunc omnis fidelitas, recognitio, & obedientia fienda, & præſtanda dicto Domino Joanni Marchioni Montisferrati caſſa ſit, & vana, & nullum valorem prorſus habeat. Nam poſtquam fideles, & ſubditi Marchionatus ſponte faciunt, & præſtant fidem, & fidelitatem dicto eorum Domino, qua nihil excellentius præſtare poſſunt, ita verſa vice dignum, & juſtum eſt, quod ipſi habeant per effectum fidem dicti Domini Marchionis circa bonam protectionem, cuſtodiam, & defenſionem perſonarum, rerum, & jurium ſuorum, & contra debitum juſtitiæ per ipſum nullatenus opprimantur, quoniam per illuſtrem quondam Dominum ſecundum Otthonem Marchionem Montisferrati fratrem, & prædeceſſorem dicti Domini Marchionis Joannis nimis acriter, & enormiter in perſonis, & rebus eorum, & mulieribus, & aliis, attriti, & paſſi ſunt innumerabiles jacturas, vituperia, diſpendia, exilia, & peſſimas læſiones.

Super facto vero petitionis, quam facit Dominus Comes Sabaudiæ, dixit, & conſuluit, quod præfatus Dominus Dux cum ſibi aſtantibus eligat ſex, vel octo de ſuis fidelibus Marchionatus in hoc parlamento, qui ſuper omnibus, & ſingulis petitionibus prædictis, & aliis tangentibus facta dicti Domini Comitis plenariam habeant poteſtatem dicti Domini Marchionis, & totius Marchionatus.

Super facto autem ſubſidii, & auxilii ſuper guerra dixit, & conſuluit quod inſpiciantur militiæ debitæ Domino Marchioni, & quod reducantur ad pecuniam pro eo, quod ad præſens non bene reperitur commoditas equorum, & quod dicta pecunia detur Domino Duci, & Domino Marchioni pro ſubſidio dictæ guerræ in tribus, vel quatuor terminis, prout ordinabit dictus Dominus Dux cum ſuo conſilio. Poſt hæc Stephanus ex Dominis Cerreti juris peritus dixit, & refirmavit, & conſuluit, ut ſupra, ſalvo quod fidelitates fiant dicto Domino Duci nomine Marchionis, & Fratrum, & Marchionatus uſque ad complementum annorum 25. dicti Domini Marchionis, ut videant, qualiter ſe habebit, & quod in omnibus ſervetur Teſtamentum bonæ memoriæ illuſtriſſimi quondam Domini Joannis Marchionis Montisferrati genitoris dicti Domini Marchionis, per quod teſtamentum uſque ad dictum tempus omnis poteſtas reſervata eſt Domino Duci præfato.

Nicolellus de Tilio ſimul ut ſupra conſuluit, ut dictus Dominus Stephanus. Ludovicus Turcus conſuluit ut ſupra, ſicut prædicti cum hac additione, quod in facto ſubſidii dandi pro guerra fiat tam per modum militiarum, quam per modum alterius ſubſidii, prout melius videbitur Domino Duci, & conſilio ſuo.

D. Ottolinus de Ghiſelpertis Vicarius prædicta confirmavit, ut ſupra, tamen conſuluit, quod nullo tempore, vel modo detur locus Clavaxii illuſtriſſimo Comiti Sabaudiæ. In aliis fiat concordia de jure, vel de compoſitione amicabili cum dicto Domino Comite pereligendos ad hoc, ut ſupra per dictum Dominum Ducem in præſenti parlamento, qui habeant plenariam poteſtatem ſuper hoc, ſalvo de loco Clavaxii, ſuper quo nullam habeant poteſtatem.

Facius de villa de Clavaxio conſuluit, ſicut prædicti alii ſalvo, quod non detur aliquomodo locus Clavaxii Domino Comiti Sabaudiæ, quia nullum jus in ipſo poteſt habere, & dictus locus non potuit ſibi obligari, & etiam homines Clavaxii non conſueverunt, aut interfuerunt alicui obligationi.

Oddinus de Mirolio confirmavit, & conſuluit in omnibus ut ſupra, & ſicut alii prædicti.

In reformatione ejuſdem conſilii, & parlamento facto partito de ſedendo ad levandum per dictum Dominum Ottolinum vicarium obtentum fuit, & placuit omnibus de parlamento prædicto nemine diſcrepante, quod detur poteſtas, & baylia tam de jure, quam de compoſitione, & bona concordia, prædictis eligendis ſuper prædictis factis tangentibus dictum Dominum Comitem Sabaudiæ, & quod detur auxilium, & ſubſidium dictis Dominis per ſubditos ſuos

ſuper dicta guerra tam de debito, quam de gratia, & quod fidelitates fiant dicto Domino Duci vice, & nomine dicti Domini Marchionis, & Fratrum, & Marchionatus, & tamquam curatori, & gubernato dicti Domini Marchionis, & Fratrum, & Marchionatus, quouſque attigerit ætatem annorum 25, pro quolibet, & per modum ſub formis, modis, & conditionibus, qui, & quæ arrengati, & conſulti, & arrengata, & conſulta fuerunt per conſillarios prædictos.

Qui Dominus Dux de præſenti una cum nobilibus, & conſiliariis ſibi aſtantibus elegit, & deputavit ad prædicta facta tangentia Dominum Comitem Sabaudiæ ſecundum formam conſiliorum, & reformationes prædictorum infraſcriptos ibidem præſentes, videlicet Nicolellum de Cavagnolio, Franceſchinum de Gabiano, Loyſium Turcum, Nicolellum de Tilio, Albertonum de Prato de Montecalvo, Antonium Berutum de Vignali, Jacobum de Valle de Tridino, & Dominum Petrum de Miralda de Clavaxio.

Nomina vero nobilium, & populariorum Marchionatus in dicto parlamento exiſtentium ſaltem magis notabilium perſonarum (nam ibi aderant de nobilibus, & ſubditis dicti Marchionatus maxima multitudo) inferius deſcribuntur, videlicet

D. Joannes Baſtardus de Montisferrato.
D. Ottolinus de Ghiſelbertis. } vicarii.
D. Stephanus de Cereſeto. }
Nicolellus de Cavagnolio.
Simon de Gabiano.
Victor Gragnagnus.
Ludovicus Turchus.
Georgius Turchus.
Franceſchinus de Gabiano.
Antonius de Gabiano.
Henrietus de Cereſeto.
Petrinus Turchus.
Ludovicus de Paucuparti de Terricula.
Matthæus Rubeus.)
Gullielmus Gorbella) de Terricula.
Stephanus Rubeus)
Georgius Scarampus de Camino.
Presbiter Johannes de Monceſtino.
Conradus de Cunico.
Memellus Deates de Villa.
Oddinus de Mirolio.
Gaſpardus de Brolio de Pomario.
Albertonus de Prato.) pro communi
Martinus Muſce.) Montiscalvi.
Marchonus de Valle) pro communi Lù.
Johannes Riccanus.)
Michael de Amato) pro communi
Franciſcus de Azelo.) Pontiſturiæ.
Conradus de Coſta.) pro communi
Petrus Cavalus.) Montisbelli.
Antonius de Braida de Montilio.
Franciſcus de Coccaſtello de Montilio.
Johannes de Coccaſtello de Labriano.
Bernardinus de Tilio.
Nicolellus de Tilio.
Anſelminus de Tilio.
Boggeri de Säla.
Marcus de Cellis.
Lanerius Canis de Cellis.
Georgius de Ozane.
Amandus Danze de Fraxinello.
Andiconus Zabaudanus.
Bartholomeus de Saliceto.
Petrus de Caſtello de Ponzano.
Antonius de Caſtello de Ponzano.
Obertus Merlus de Caſteletto.
Antonius de Malvengo.
Delphinus de Cuccaro.
Bavolinus de Camagna.
Johannes de Olivola.
Antonius Gualinus de Conzano.
Franceſchinus de Riparia.
Antonius Berrutus.) pro communi
Stephanus Coratius.) Vignalis.
Forius de S. Joanne) pro communi
Antonius de Scalma.) Roſignani.
Ruphinus Beltramus.) pro communi
Vercillus Pianus.) Ozani.
Antonius Gribaudus.) pro communi
Antonius Coberellus.) Turricellæ.
Ubertinus Capella) pro communi
Silveſter de Facio) Liburni.
Ambroſius de Portis.) pro communi
Antonius Famerius.) Blanzatæ.
Johannes Bellonus.) pro communi civi-
Johannes Beccarius.) tatis Albæ.
Faſius de Villa.) pro communi
D. Petrus de Miraude.) Clavaxii.
Paganus de Paganis.) pro communi
Antonius Miraudus.) Caſtagnolarum.
Jacobus Dettirico) pro communi
Antonius de Mirolio.) Fontanetti.
Antonius Gattus.) pro communi
Johannes Reſtus.) Viarixii.
Antonius de Monte.) pro communi
Johannes Spalla.) Calliani.

Et multi alii, qui non ſunt hic deſcripti, de quibus omnibus, & ſingulis tam dictus Dominus Dux, & Marchio, quam dicti vicarii, aliique multi nobiles, & populares præceperunt fieri unum, & plura publica inſtrumenta ſpecialiter per me Boggeri Cancellarium ſupraſcriptum.

Supraſcriptum exemplum concordat cum ſuo originali autentico adſervato in archivio ſecreto ſereniſſimi Domini noſtri Domini Ducis Mantuæ, & Montisferrati, receptum per Gullielmum Bavam de Grazano nuncupatum Bogeri olim Notarium ecc. Nam facta diligenti collatione ita fuit compertum: in quorum ecc.

Ego infraſcriptus Farrantes Camollinus quondam Albertus filius Mantuæ civis, publicus, imperialique auctoritate Notarius, ac dicti archivii Cancellarius ſic juſſus ſcripſi, & ut aſſoleo hic me ſubſignavi Mantuæ hac die XIX. aprilis 1669.

Præmiſſa vera eſſe atteſtor ego infraſcriptus Præfectus archivii ſecretioris ſuæ celſitudinis, & a ſecretis confinium. In quorum fidem Mantuæ 29. aprilis 1669. Joannes Maria Vaccarius

Donatio hereditatis Joh. Granduli de Cavatorio mortui sine liberis, ac devolutæ ad Cameram Episcop. Belengio Turco ejusdem loci.

354 MCCCLXXX.

Anno Nativitatis Domini MCCCLXXX., indictione III., die XXIV. octobris in majori Ecclesia Aquensi præsentibus magnifico viro D. Isnardo marchione Malaspina, Lancia Forsia (1), & Barono de Baronis (2) familiari domini Malaspinæ, in quorum & mei Notarii præsentia Rev. in Ch. P. & D. Fr. Conradus Aquensis Episcopus, & Comes Dominus spiritualis, & temporalis loci hominum, & totius jurisdictionis Cavatorii . . . . . cum sit consuetum succedere in omnibus bonis mobilibus, & immobilibus hominum dicti loci, & ibi habitantium, quando sine filiis legitimis ex se natis decedunt; ecce quod idem Dominus Episcopus volens de bonis, & rebus, juribus, & hereditate, quæ fuerunt quondam Johannis Granduli de Cavatorio, qui sine filiis legitimis ex se natis decessit, Belengio Turco de dicto loco gratiam facere specialem cum uno baculo, quem in suis manibus tenebat, investivit prædictum Belengium præsentem pro se, & suis heredibus recipientem de omnibus, & singulis bonis, & hereditate, quæ fuerant, & erant dicti quondam Joannis, & quæ ad ipsum quocumque modo, jure, vel causa spectabant, & pertinebant, seu spectare, & pertinere poterant, videlicet de domibus, sediminibus, ædificiis, hortis, terris, pratis, vineis cultis, & incultis, boschis, castagnetis, & possessionibus aliis quibuscumque, ac rebus mobilibus, & immobilibus, quæ quidem possessiones, res, bona, & jura supradictæ dictæ hereditatis exentæ (3) erant ad Cameram dicti Domini Episcopi pervenerant jure consuetudinis longo, & longissimo tempore approbatæ, & obtentæ inter ipsum Dominum Episcopum, & antecessores suos in Cavatorio, & inter homines Cavatorii, & ibi habitantes; eo quod dictus Dominus Johannes decessit sine filiis legitimis ex se natis, qua de causa dicta hereditas ad dictum Dominum Episcopum, & ejus Cameram devoluta est pleno jure tali modo, & forma, quod dictus Belengius, & heredes sui .... hereditatis prædictæ salvo semper jure . . . . . & honore dicti Domini Episcopi Aquensis Ecclesiæ, & salvis aliis juribus quibuscumque. Pro qua quidem investitura dictus Dominus Episcopus fuit confessus, & contentus habuisse, & recepisse a dicto Belengio januinos duodecim boni auri, & justi ponderis, de quibus omnibus, & singulis præceperunt per me Notarium infrascriptum fieri publicum instrumentum.

Ego Johannes Mumbellus de Visono Imp. auct. Not. hanc cartam prout inveni in cartulariis sine protocollis Domini Francisci de Carpeneto Not. de mandato Dominici de Rogeriis Vicarii egregii viri D. Thomæ M. Malaspinæ nil addito, vel mutato ecc.

(1) *Kavansfortia.* (2) *Bavano de Bavanis.*
(3) *Excaitæ* (idest) *erant & devolutæ.*

Commendatio castrorum Bestagni, Castelletti, & Roncozenarii a Ven. Henrico Scarampo Ep. Aq. facta Theodoro Montisfer.

MCCCLXXXIII. 355

Hoc est summarium copiæ instrumenti pactorum habitorum int. Rev. in Ch. P. & D.D. Henricum de Scarampis Aquensem Episcopum, & Nicolinum de Cavagnolio procuratorem Ill., & Ex. Principis DD. Theodori M. Montisferrati.

In nomine Domini amen. Anno Nativitatis ejusdem MCCCLXXXIII., indictione VI., die penultima junii cum pro parte R. D. Henrici de Scarampi Episcopi Aquensis facta fuerit requisitio, & oblata fuerint Ill. Principi D. Theodoro Marchioni Montisferrati capitula continentia infrascripta.

Infrascripta sunt illa, quæ offert, & petit Dominus Henricus Episcopus Aquensis Ill. D. Theodoro Marchioni Montisferrati.

Primo offert ponere velle personam suam, castra, fortalitia, loca, jurisdictiones, & homines Bestagni, Castelletti, & Ronchezenarii Aquensis Ecclesiæ in manibus, forcia, protectione, & defensione, & salvaguardia ill. D. Marchioni Montisferrati retinens sibi omnes reditus molendini, fodri, furni, fictuum, pedagii, & possessionum Ecclesiæ Aquensis in dicta villa Bistagni. Alii autem reditus, ac pœnæ, & banna ipsorum locorum, ac omnes, & singuli reditus dictorum locorum Castelletti, & Roncozenarii remaneant D. Marchioni pro custodia dictorum locorum.

Item petit, & requirit quod D. D. Marchio, cum decisum fuerit a summo Pontifice, teneatur sibi, vel cui pertinuerit dicta loca dimittere expedita una cum aliis juribus dictæ Ecclesiæ, quæ pervenerint ad manus suas.

Item promittit dictus Nicolinus, quo supra nomine præfato Domino Episcopo, quod D. Marchio faciet ei debitam reverentiam impendii in ejus territorio, & de reditibus Ecclesiæ Aquensis pertinentibus in suo territorio constitutis faciet ei respondere.

Qui Nicolellus procurator præfati Domini Marchionis . . . . . prætendente, & requirente, ac sponte confitente præfato Domino Episcopo recipit præfatum Dominum Episcopum castra, fortalicia, jurisdictiones, & homines prædictorum locorum Bistagni, Castelletti, & Roncozenarii sub protectione, salvaguardia, & defensione Domini Marchionis sub pactis, oblationibus, reservationibus, retentionibus, & conventionibus superius per ipsum Dominum Episcopum requisitis.

Quæ quidem omnia, & singula dictus Nicolinus procurator . . . . . D. Marchionis promittit dicto Domino Episcopo in præsenti recipienti, & stipulanti vice, & nomine suo, & vice, & nomine Aquensis Ecclesiæ attendere, & observare, & nullo tempore contrafacere, vel venire aliqua ratione, causa, vel ingenio, de jure, vel de facto sub obligatione omnium bonorum præfati Domini Marchionis.

Ego Conradus de Zabreriis civis Aquis Imperiali auctoritate Not., ac Episcopalis curiæ Aquensis

Cancellarius de mandato R. in Ch. P. & D.D. T. (*Thomæ*) Dei gratia Aquensis Episcopus fideliter extraxi summarium . . . . . de quadam copia . . . . . reperta in archivio instrumentorum, & jurium Aquensis Ecclesiæ.

Literæ Urbani VI. delegantis Abbatem S. Petri de Burgolio in causa Archidiaconi Alexandriæ adversus monasterium S. Margaritæ circa jus visitationis.

356 MCCCLXXXVI.

In nomine Domini amen. Anno Nativitatis ejusdem MCCCLXXXVI., indictione IX., die X. mensis decembris in Alexandria sapiens, & discretus vir D. Dominicus Rana I. V. peritus judex, & consul justitiæ communis Alexandriæ ad bancum quarterii Roboreti sedens pro tribunali in ejus domo suæ propriæ habitationis ecc. præcepit mihi Gullielmo de Puteo Notario ecc. ut rescriptum SS. in Christo Patris, & D. D. Urbani D. Prov. P.P. VI. autenticarem, & in publicam formam redigerem, ut ubilibet faciat plenam fidem: & hæc ad instantiam Presbiteri Joannis Paxerii Archipresbiteri ec., & Presbiteri Blaxii Ghilini Præpositi majoris Ecclesiæ ecc. præsentibus Domino Confrono Merlano, Giorgio Rana filio quondam Ruffini, & Johannino de Amedeo testibus ecc.

Urbanus Episcopus servus servorum Dei dilecto filio Abbati monasterii S. Petri de Bergolio de Alexandria Aquensis Diocesis salutem, & Apostolicam benedictionem. Sua nobis dilecti filii Franciscus Archidiaconus, & capitulum Ecclesiæ de Alexandria Aquensis Diocesis petitione monstrarunt, quod cum olim idem Archidiaconus (cum Archidiaconus dictæ Ecclesiæ, qui est pro ipsis caput dictorum capituli existat, & ad ipsum, & suo, & ipsorum capituli nomine visitatio, correctio, & punitio Priorissæ, & Conventus monasterii S. Margaritæ de Alexandria ordinis S. Augustini dictæ Diœcesis de antiqua, & approbata, & hactenus pacifice observata consuetudine pertineat) dictas Priorissas, & Conventus in eorum monasterio juxta eandem consuetudinem visitare vellet, præfata Priorissa, & certæ Moniales earundem Conventus impediverunt minus juste, quominus dictus Archidiaconus eandem Priorissam, & Conventum, ac Monasterium visitare posset, & inobedientes occasione visitationis hujusmodi (1), Priorissa, ac Moniales prædictæ ad Curiam Mediolanensem loci Metropolitanum (cum ab Archidiacono dictæ Ecclesiæ pro tempore existente ad eamdem Curiam de simili consuetudine tam judicialiter, quam extrajudicialiter appellari possit) appellaverunt; & deinde præfata Priorissa, & Conventus falso prætendentes dictum Archidiaconum eas, & dictum Monasterium visitare non posse, dictos Franciscum Archidiaconum, & Capitulum in causam appellationis hujusmodi coram . . . . . Vicario in spiritualibus Gen. Ven. Fratris nostri Antonii Archiepiscopi Mediolanensis traxerunt in causam. Idemque Vicarius cognitis hujusmodi causæ meritis, & juris ordine observato definitivam, per quam dictus Archidiaconus Priorissam, & Conventum, ac Monasterium prædictum visitare posse (2), sententiam promulgavit, a qua pro parte Priorissæ, & Monialium prædictarum eam iniquam fore falso asserentium fuit ad Sedem Apostolicam appellatum, ac Priorissa, & Moniales prædictæ super appellatione sua hujusmodi nostras ad Abatem monasterii S. Marciani extra muros Terdonenses sub certa forma literas impetraverunt, dictosque Archidiaconum, & Capitulum fecerunt in causam venire appellationis hujusmodi coram dicto Domino Abate dictarum literarum prætextu (3) ad judicium evocari, dictusque Abbas perperam in hujusmodi causa procedens definitivam, per quam eamdem sententiam revocavit, sententiam promulgavit iniquam, a qua quidem sententia ipsius Abbatis pro parte dictorum Archidiaconi, & Capituli fuit ad sedem prædictam appellatum. Quo circa discretioni tuæ per Apostolica scripta mandamus, quatenus de utroque processu cognoscens legalitatem illius, quem legitimum inveneris, approbes, reliquo prout justum fuerit improbato, prout de jure erit faciendum. Testes autem, qui fuerint nominati, si se gratia, odio, vel timore subtraxerint, censuris simili appellatione cessante, compellas veritati testimonium prohibere ecc. Dat. Januæ V. idus aprilis Pontificatus nostri VIII.

Ego Gullielmus de Puteo filius Gregorii civis Alexandrini publicus Imperiali auctoritate Notarius suprascriptas literas, seu rescriptum exemplavi, scripsi, subscripsi, & cum originali publico una cum infrascriptis Notariis auscultavi, legi ecc. Ego Joannes Moscardus Imperiali auctoritate Notarius civis Alexandrinus ecc. Ego . . . . . Canefrus Imp. auct. Not. ecc.

(1) *Hic aliquid deest uti* punire.
(2) *Hic erratum a scriba*: *forte* possunt.
(3) *Forte hic apponendum* &c.

Sententia ad normam deditionis factæ a civibus Aquens. Gullielmo M. Montisf. an. 1278.

MCCCLXXXVI. 357

In nomine Domini amen. Nos Guardonius de Guastonibus in jure civili licentiatus Vicarius generalis illustris, & excelsi Principis D. D. Theodori Marchionis Montisferrati, ac Commissarius specialiter deputatus in causis appellationum interpositarum per Petrum Azetum, Albertinum Bullam suo nomine, & ut patrem, & legitimum administratorem Canturri ejus filii de Aquis in quibusdam sententiis contra dictos Petrum Albertinum, & Canturrum latis per Pastoronum Ferrandum de Cazzulino de sancto Salvatore olim militem, & locum tenentem quondam egregii militis Domini Joannis Bastardi de Monteferrato olim potestatis civitatis Aquis, ut de dicta commissione constat, & apparet tenore, & ex forma quarumdarum literarum, quarum tenor describitur in hac forma. „ Joannes Bastardus „ de Monteferrato locum tenens illustris Domini Mar„ chionis ecc. causam appellationis ad nos interpo„ sitæ per Petrum Azetum, Albertinum Bullam suo „ proprio nomine, & vice, & nomine Canturri „ ejus filii in quibusdam sententiis condemnatoriis „ latis contra ipsos per Pastoronum de Cazzulino

„ de Sancto Salvatore locum tenentem noſtri in po-
„ teſtaria civitatis Aquis, in quibus dictus Petrus
„ fuit condemnatus in libris quinquaginta, in qui-
„ bus quidem ſententiis ipſi condemnati ad nos
„ appellaverunt, vobis committimus audiendam,
„ cognoſcendam, fine debito terminandam ſummarie
„ de plano ſine ſtrepitu, & figura judicii remotis
„ cavillationibus, & ſubterfugiis quibuſcumque, ſe-
„ cundum quod juri, & honori illuſtris Domini
„ noſtri videbitis convenire committentes vobis in
„ prædictis, & circa prædicta totaliter vices noſtras,
„ datis in Montecalvo die V. maii MCCCLXXXV.
„ ſapienti viro Domino Guardonino de Guaſtonibus
„ Vicario illuſtris Domini noſtri dilecto nobis. „
Viſa commiſſione prædicta, & ipſa diligenter in-
ſpecta; viſo etiam libello appellatorio coram nobis
producto per dictos Petrum Albertinum ſuo nomine,
& adminiſtratorio nomine dicti Canturri ejus filii,
cujus quidem libelli tenor ſequitur in hac forma.
„ Die XV. maii coram vobis nobili ſapienti viro
„ Domino Guardonio de Guaſtonibus juris utriuſque
„ perito Vicario illuſtris, & mag. D.D. Theodori
„ Marchionis Montisferrati, & in hac parte com-
„ miſſario delegato ab egregio milite Domino Joanne
„ Baſtardo de Monteferrato locumtenente dicti illu-
„ ſtris, & mag. D. Marchionis loco juris pro tri-
„ bunali ſedente conſtituti Petrus Azetus, & Al-
„ bertinus Bulla ſuo proprio nomine, & vice, &
„ nomine, ac adminiſtratorio nomine Canturri ejus
„ filii omnium de civitate Aquis dicunt, & pro-
„ ponunt, quod per Dominum Paſtoronum Ferran-
„ dum de ſancto Salvatore militem, ac civitatis
„ prædictæ locum tenentem dicti egregii militis Do-
„ mini Joannis Baſtardi lata fuit quædam ſententia
„ condemnatoria de anno MCCCLXXXV., indi-
„ ctione VIII., die XXVI. menſis aprilis proxime
„ præteriti, quæ & per quam condemnaverunt
„ dictum Petrum Azetum in libris quinquaginta
„ dandis, & ſolvendis Cameræ illuſtris Domini
„ Marchionis, & dictum Albertinum in libris vi-
„ gintiquinque, & dictum Albertinum in libris
„ quinquaginta infra certum terminum in dicta con-
„ demnatione comprehenſum ex cauſa tali quali ec.
„ cauſis talibus qualibus in dicta condemnatione
„ affignatis, quam ſententiam condemnatoriam dicti
„ Petrus Albertinus, & Canturrus dixerunt ipſo
„ jure fore nullam, nulliuſque momenti tamquam
„ latam omni juris ordine poſtpoſito, & prætermiſſo,
„ & contra formam capitulorum, & conſuetudi-
„ num, & pactorum dictæ civitatis Aquis, & ſi
„ qua fuit, vel erit, dixerunt eam eſſe, & fuiſſe
„ iniquam, & injuſtam tamquam latam contra ipſos
„ Petrum Albertinum, & Canturrum non culpabiles
„ de contentis in ſententia condemnatoria antedicta,
„ & ex cauſis non veris, neque probatis, neque
„ verificatis in proceſſu tamquam latam non præ-
„ cedentibus probationibus debitis legitimis, & op-
„ portunis ad ipſam ſententiam proferendam, &
„ tamquam latam ex obrepto ſine cauſæ cognitione,
„ & aliis pluribus rationibus, & cauſis, & quia ex
„ dicta ſententia condemnatoria ipſi condemnati ſen-
„ ſerunt, & reputaverunt ſe gravatos in ſcriptis,
„ appellaverunt ad dictum Dominum Marchionem,
„ & ad egregium militem Dominum Joannem Ba-
„ ſtardum prædictum locum tenentem dicti Domini
„ Marchionis, apoſtoloſque ſibi dari petierunt cum
„ inſtantia opportuna, quos obtinuerunt, & dicto
„ Domino locum tenenti præſentaverunt, quodque
„ dictus Dominus locumtenens dictam appellationis
„ cauſam vobis commiſit audiendam, cognoſcen-
„ dam, & fine debito terminandam, ut patet in
„ commiſſione vobis facta, poſita in literis dicti Do-
„ mini Joannis de foris ſignatis per literam A. Item
„ dicunt, & proponunt dicti Dominus Petrus Aze-
„ tus, & Albertinus Bulla dictis nominibus, quod
„ dicta ſententia condemnatoria fuit, & eſt ipſo
„ jure, nulla, vel ſaltem iniqua, & injuſta, & quod
„ per eos, & eorum partes fuit ab ipſa ſententia
„ condemnatoria legitime appellatum, apoſtolique
„ petiti, & quod ſunt infra tempora dictæ appel-
„ lationis proſequendæ, & exercendæ; unde quum
„ prædicta ſint, eſt quod agunt ipſi Petrus, & Al-
„ bertinus dictis nominibus petunt, & requirunt per
„ vos dictum Dominum Guardonium delegatum,
„ & commiſſarium in hac parte pronuntiari, de-
„ clarari, & ſententiari dictam ſententiam conde-
„ mnatoriam ipſo jure fore nullam, vel ſaltem ini-
„ quam, & injuſtam, ac bene, & legitime fuiſſe
„ ab ipſa ſententia condemnatoria appellatum, &
„ male judicatum, ſive condemnatum, & hoc omni
„ modo, jure, forma, & cauſa quibus melius fieri
„ poteſt. „ Viſis, & diligenter inſpectis omnibus,
& ſingulis actis jactitatis in cauſſa principali, ac
etiam appellationis, & condemnationis latis contra
dictos Petrum Albertinum, & Canturrum, & toto
proceſſu diligenter inſpecto, & examinato, qui co-
ram nobis in cauſſa appellationis fuit exhibitum, &
productum; viſis etiam quibuſdam capitulis coram
nobis productis per ipſos Petrum, & Albertinum
ſuo & nomine quo ſupra, & ipſis diligenter in-
ſpectis; viſaque forma condemnationum prædicta-
rum, ac modo applicationis dictarum condemnatio-
num; viſo etiam quodam inſtrumento immunitatum
franchixiarum, & pactorum alias celebratorum, &
factorum inter quondam bonæ memoriæ illuſtrem
principem quondam Dominum Gullielmum Marchio-
nem Montisferrati, & ſindicos, & procuratores com-
munis hominum, & univerſitatis dictæ civitatis Aquen-
ſis, ipſoque inſtrnmento, & in eo contentis dili-
genter inſpectis, & maxime in ea parte, qua ca-
vetur, quod præfatus Dominus Marchio ſolummodo
habere debeat in dicta civitate Aquenſi banna in-
fraſcripta, videlicet bannum homicidii, robariæ, in-
cendii, furtorum, proditionis, falſi, commiſſi, periu-
riorum, & ferutarum, quæ banna capiantur ſecun-
dum formam ſtatutorum, & ordinamentorum com-
munis Aquis factorum, vel faciendorum; viſis etiam
omnibus, & ſingulis, quæ dictæ partes coram nobis
dicere, & exibere voluerunt tam oretenus, quam
in ſcriptis, ac in allegationibus ſubtiliſſime compi-
latis per advocatos dictorum Petri Albertini, &
Canturri, qui laborioſe rumarunt, & tetigerunt,
eorum more ſolito dubia quæſtionis, ac ſuper omni-
bus, & ſingulis habita matura diligenti, & penſata
deliberatione Chriſti, ejuſque Matris Virginis glo-
rioſæ nominibus benigne invocatis, amore, timore,

& ceteris illicitis poſtpoſitis, Deumque ſolum habentes præ oculis, & in mente juxta doctrinam ſalubrem a jure traditam in cap. *cum* & in Extr. de Iurejur. lib. 6. in his ſcriptis pro tribunali ſedentes in domo habitationis noſtræ poſita in Montecalvo ad ſolitum banchum juris dicimus, ſententiamus, pronunciamus dictas ſententias, & earum quamlibet iniquas fore totaliter, & injuſtas, & per dictum Paſtoronum male, & inique fuiſſe pronunciatum, & condemnatum habito reſpectu ad exceſſivum modum condemnationum prædictarum per ipſum latarum, ac etiam modum applicationis in dictis condemnationibus, & per conſequens per dictos Petrum Albertinum, & Canturrum fuiſſe, & eſſe bene, & legitime appellatum a condemnationibus ſupradictis vigentibus pactis, conventionibus, & capitulis ſupradictis, quæ quidem pacta fuerunt de jure poſitivo attendenda, ac etiam obſervanda, cum nihil ſit tam congruum humanæ fidei, quam ea, quæ inter contrahentes placuerunt inter eos ſervari ut L. Ex empto ff. de act. emp. L. 1. ff. de pactis, & §. *Prætor* ait in L. juris gentium Cod. tit. it. L. Pacta Cod. de Pact. cum infraſcriptis ibi: & quia grave eſſet fidem fallere, ut L. 1. in princ. ff. de Conſt. pec.; ac etiam rectitudo in principe præcipue ſit habenda, ut in epiſtola inter claras Cod. de Trin. & fid. ſumma Cathol. Hinc capitula dictæ civitatis, & eorum tenor fuerunt debite attendenda ut in L. Omnes populi. ff. de just, & jur., & in §. Omnes Inſtitution. de jur. nat. gent., & civ. cum aliis ibi jam ex forma, & tenore pactorum ſuperius jam dictorum ſolummodo commune Aquis tranſtulit in præfatum illuſtrem Dominum Marchionem banna homicidii, robariæ, incendii, furti, proditionis, falſi commiſſi, perjuriorum, & ferutarum; aliaque banna omnia ipſum commune in ſe retinuit, ut ex forma dictorum pactorum evidenter apparet, & prædicta delicta, quæ objecta fuerunt prædictis Petro Albertino, & Canturro non ſunt de bannis translatis in præfatum illuſtrem Dominum Marchionem bene ſequitur, neceſſario præfatum tum locumtenentem inique pronunciaſſe. Nam cum ipſi illuſtri Principi fuerint conceſſa ſolummodo banna ſuperius ſpecificata; ergo alia eidem fuerunt denegata: ut L. Cum Prætor. ff. de Iudic. facit Lex Maritus Cod. de Procur, cum aliis ibi lata, data, & ſententialiter promulgata fuit dicta ſententia per ſupraſcriptum D. Vicarium, & Commiſſarium pro tribunali ſedentem ut ſupra in his ſcriptis, & lecta per me Borgexium de Caſtello de tribus terris notarium publicum, & ſcribam dicti D. Vicarii, & Commiſſarii de anno Domini MCCCLXXXVI., indict. IX., die XXVIII. menſis martii præſentibus dictis Petro Azeto, & Albertino Bulla ſuo & nomine quo ſupra, & abſente dicto Paſtorono, ac etiam abſentibus Thomazono, & Rogerino de Montilio Caſtellanis Aquis, legitime tamen, ut in actis apparet citatis, & præſentibus Martino Muſca, Manfredino Mazano, & Antonio de la Cava de Montecalvo, ac Joanne de Albrito, & Antonio de Groſſis de Malamorte teſtibus ad infraſcriptum vocatis ſpecialiter, & rogatis, & de prædictis mandaverunt tum dictus Dominus Vicarius, & Commiſſarius, quam dicti Petrus, & Albertinus fieri publicum inſtrumentum per me notarium infraſcriptum.

Et ego Borghexius de Caſtello de tribus Cerris publicus imperiali auctoritate Notarius, & dicti D. Vicarii, & Commiſſarii ſcriba prædictis omnibus, & ſingulis interfui, rogatuſque ſcripſi, ac ſignum meum conſuetum appoſui ecc.

Locatio decimarum Degi facta ſindicis ejus loci.

MCCCLXXXVIII. 358

Reverendus in Chriſto Pater, & D. H. Dei gratia Aquenſis Epiſcopus, & Comes, dedit, & locavit ad fictum . . . . . ad novem annos proximos Sicho, & filio quondam Petri Caramelli de Dego ſindicis, & procuratoribus communis Degi decimam de Dego ſpectantem dicto Domino Epiſcopo, & pertinentem. Qui Sichus, & filius dicti quondam Petri Caramelli promiſerunt eidem Domino Epiſcopo dare, ſolvere, & reddere totum illud, quod tenentur dare ipſi commune, & homines Degi, & ſoliti ſunt omni anno, præcipientes fieri inſtrumentum per me Ughetum de Rolando. Actum in Beſtagno anno Domini MCCCLXXXVIII., indictione XI., die ultima madii præſentibus Joannino Bellexio Legerio, & Joanne Placen de Beſtagno teſtibus.

Ego Rolandinus de Rolandis de Beſtagno Aquenſis diœceſis imperiali auctoritate Notarius hanc cartam prout eam abbreviatam inveni in libris dictorum . . . . . præfati Domini tunc Epiſcopi Aquenſis, & rogatum fieri per me Ughonem Patrem meum de dictis libris extraxi prout eam inveni nihil addito, vel diminuto quod variet ſententiam ecc.

Abſolutio ab excommunicatione conceſſa cuidam uſurario defuncto a Vener. Henrico Ep. Aq.

MCCCLXXXXV. 359

Anno Domini MCCCLXXXXV., indict. III., die XIX. menſis aprilis actum in Beſtagno in domibus plebis, præſentibus venerandis viris presbitero Micoloſo de Olivela de Janua, presbitero, & rectore Eccleſiæ ſanctæ Mariæ de Sexamo, & Antonio Fabrera de Murzaſco teſtibus vocatis, & rogatis, in quorum præſentia, & mei Notarii infraſcripti. Henricus de Scarampis Dei, & Apoſtolicæ ſedis gratia Aquenſis Epiſcopus, & Comes univerſis, & ſingulis perſonis literas præſentes inſpecturis ſalutem in Domino. Ad æternam rei memoriam, & perpetuam rei fidem vobis volumus facere notum, quod cum mandaviſſemus Presbitero Montano rectori Eccleſiarum de Uvada, ut ſub excommunicationis pœna corpus Jacobi cujuſdam de dicto loco uſurarii publici ſine canonica cautione defuncti, quem contra ſacros canones receperat ad Eccleſiaſticam ſepulturam, exhumare deberet, & extra ſacrum ejicere: item cum Joanni, & Andreolæ filiis dicti Jacobi quondam dediſſemus pariter in mandatis, quatenus infra certum terminum in noſtris literis annotatum coram nobis legitime compareret, cautionem cum fidejuſſione idonea præſtiturum de reſtituendo

omnia, quæ apparere poſſit dictum Jacobum a quavis perſona accepiſſe per uſurariam pravitatem, vel alio quovis modo illicito qualicumque, & ulterius ſoluturum, quod pro nobis taxatum foret pro male ablatis incertis ipſius Jacobi antedicti in uſus pauperum erogandum, ut in actis noſtræ curiæ poteſt latius apparere; ecce comparuit coram nobis Presbyter Conradus prædictus ad ſui excuſationem producens cautionem dicti Jacobi de uſuris reſtituendis receptam per Notarium publicum . . . . . certum . . . . . ſcriptum manu . . . . quo continentur quamplures, & variæ ſolutiones, & reſtitutiones tam per ipſum Jacobum tunc viventem, quam per ejus heredes diverſis perſonis factas, deinde ipſum abſolvit, & reſtituit communioni Eccleſiæ, & taxat heredes in florenos centum, quos Presbiter dictus, & Rector Uvadæ ſolvit Epiſcopo dicto. *In fine hujus chartæ hi tituli adjungebantur.*

MCCCXCVI., II. januarii in Biſtagno in domo S. Mariæ plebis de Beſtagno dictus D Henricus Scarampi Epiſcopus Aquenſis inveſtit Marchetum de Bove de domo in Puſterna.

Eodem anno inveſtit Thoeſtum de domo in Puſterna, qui pro illa tenetur dare minam unam vini boni, & ſpeltæ.

Eodem anno, die XVI. januarii in Beſtagno dictus D. Henricus inveſtit Jacobum Rabelinum de Aquis de petia una terræ ſita in poſſe, qui dicitur Horzenos.

Eodem anno, die X. februarii eodem loco idem Epiſcopus inveſtit Marchetum Bux de domo in Puſterna.

Eodem anno, die VII. febr. in civitate Aquenſi Franciſcus Bordela conſtituit procuratorem ſuum Lothelinum Baudizzonum de Beſtagno, & Petrum de Bonohomine, procuratores ſuos in cauſſa, quam habet contra Luchinum de Pontibus rectorem Eccleſiæ S. Hyppoliti de Bellomonte de Nicia.

Eodem anno, XX. martii Paganus Maſcharus vendit ſextarium terræ ad ratam XXVIII. tabularum pro ſextariis Jacobo de Arcaxio pro florenis decem auri.

Eodem anno, die XX. auguſti Biatexina teſtamento relinquit corpus Eccleſiæ S. Mariæ Plebis, Eccleſiæ S. Joannis ſolidos duos, & ſi contingeret, quod Eccleſia S. Ambroſii rædificaretur ſolidos quinque, ordini S. Catalinæ ſolidos quinque.

Fundatio monaſterii S. Claræ Alexandriæ per D. Conradum de Puteo approbata a Bonifacio.

360 MCCCCII.

In nomine Domini amen. Anno Nativitatis ejuſdem MCCCCII., indictione X., die ultimo menſis decembris, in civitate Alexandriæ, in monaſterio ædificato, & conſtructo per nobilem virum D. Conradum de Puteo, filium quondam D. Antonii ſub nomine, & vocabulo S. Mariæ de Angelis, ſito in dicta civitate in quarterio Roboreti rugata capitis villæ, & præſentibus teſtibus infraſcriptis ad infraſcripta, & ad præſentes actus fiendos ſpecialiter vocatis, & rogatis. Cum Rev. in Chriſto Pater, & D. D. Guillelmus Dei, & Apoſtolicæ ſedis gratia Epiſcopus Papienſis, & Comes receperit litteras ſanctiſſimi in Chriſto Patris, & D. D. N. D. Bonifacii divina providentia Papæ IX. cum bulla plumbea in filis canapis more Romanæ curiæ bullatas, non viciatas quidem, nec corruptas, ſed ſanas, & integras, & omni prorſus vicio, & ſuſpicione carentes, quarum quidem litterarum Apoſtolicarum tenor ſequitur in hac forma. „Bonifacius „ Epiſcopus ſervus ſervorum Dei Ven. fratri Epi„ ſcopo Papienſi ſalutem, & Apoſtolicam benedi„ ctionem. Solicitudinis paſtoralis officii, quod ſuper „ omnes orbis Eccleſias, & monaſteria diſpoſitione „ divina licet immeriti gerimus, continue pulſat, „ & excitat mentem noſtram, ut cunctarum fide„ lium Deo dicatarum virginum, quæ mundanis „ relegatis illecebris ſub arctioris vitæ obſervantia „ ei ſervire deſiderant, qui eſt præ filiis hominum „ ſpecioſus, commodis intendamus, ac in his, quæ „ divini cultus augmentum, & religionis obſervan„ tiam concernunt, eas Apoſtolici favoris præſidio „ foveamus. Sane petitio pro parte dilectarum in „ Chriſto filiarum Agnexinæ de Trottis, & Agne„ xinæ Rapæ, ac Florinæ Leonæ monialium mona„ ſterii ſancti Martini de Foro ordinis ſancti Bene„ dicti Romanæ Eccleſiæ immediate ſubjecti Aquen„ ſis diœceſis nuper nobis exhibita continebat, „ quod propter guerras, & alias diverſas tribula„ tiones, quæ diu viguerunt in partibus Lombar„ diæ, & præcipue in diſtrictu Alexandriæ, ipſum „ monaſterium funditus diruptum, ac poſtratum exi„ ſtat, propter quod moniales dicti monaſterii „ hinc inde vagantes aliquæ ex eis deceſſerunt, „ aliquæ vero, & præcipue Agnexina de Trottis, „ & Agnexina Rapa, ac Florina Leona prædictæ „ ad civitatem Alexandriæ ſe reduxerunt, & ibi„ dem in quadam domuncula ſituata in loco minus „ honeſto, & quaſi prope murum dictæ civitatis „ degerunt, prout degunt de præſenti in divini „ cultus detrimentum, ac dicti ordinis vilipendium, „ & ſcandalum plurimorum. Cum autem ſicut ea„ dem petitio ſubjungebat dilectus filius nobilis vir „ Corradinus de Puteo civis dictæ civitatis quod„ dam monaſterium ſub vocabulo ſanctæ Mariæ de „ Angelis pro nonnullis monialibus inibi ſub ordi„ ne, & regula ſanctæ Claræ Altiſſimo perpetuo „ ſervituris conſtrui fecerit; ipſæque Agnexina de „ Trottis, & Agnexina Rapa, ac Florina Leona, „ quæ ex omnibus dicti monaſterii ſancti Martini „ ſuperſtites remanſerunt, deſiderent dictum mona„ ſterium ſanctæ Mariæ intrare, & ibidem cum aliis „ ipſius monaſterii monialibus ſub ordine, & regula „ ſanctæ Claræ hujuſmodi Domino perpetuo famu„ lari, pro parte earumdem Agnexinæ de Trottis, „ & Agnexinæ Rapæ, & Florinæ Leonæ nobis „ fuit humiliter ſupplicatum, ut cum præfati Cor„ radini ad id etiam accedat aſſenſus eis præmiſſa „ faciendi licentiam, ac quod dicti monaſterii ſan„ ctæ Mariæ, quoad vixerint rectrices, & guber„ natrices eſſe poſſint, & debeant concedere, ac „ omnia, & ſingula bona fructus reditus, & pro„ ventus, & jura ad dictum monaſterium S. Mar„ tini ſpectantia eidem monaſterio S. Mariæ dare, „ & appropriare, & alias ipſis, ac ipſarum ſtatui „ in præmiſſis providere de benignitate Apoſtolica

„ dignaremur. Nos igitur ipsarum Agnexinæ de „ Trottis, & Agnexinæ Rapæ, nec non Florinæ „ hujusmodi pium propositum plurimum in Domino „ commendantes, eisque super his salubriter, prout „ juxta pastoralis officii debitum tenemur, providere „ cupientes, fraternitati tuæ per Apostolica scripta „ mandamus, quatenus si est ita, super quo conscien- „ tiam tuam oneramus, easdem Agnexinam de Trot- „ tis, & Agnexinam Rapam, necnon Florinam, „ & alias monasterii S. Martini moniales, si quæ „ sint, & id facere voluerint de eodem S. Martini „ ad præfatum monasterium S. Mariæ auctoritate „ nostra transferas, & in eo recipi facias in monia- „ les, & sorores, eisque regulam, habitum juxta „ ipsius monasterii S. Mariæ consuetudinem, sicut „ aliis ejusdem monasterii S. Mariæ monialibus in- „ tegre provideri, ac illas inibi sincera in Domino „ caritate tractari, eisque nihilominus, postquam ut „ præmittitur receptæ fuerint, curam, regimen, & „ gubernationem ipsius monasterii, quoad vixerint „ eadem auctoritate committas, eisque concedas, „ quod omnibus immunitatibus, indulgentiis, liber- „ tatibus, & privilegiis, quibus ceteræ moniales „ dicti ordinis S. Claræ, quomodolibet potiuntur „ in dicto monasterio S. Mariæ uti, & gaudere „ libere, & licite valeant, & insuper omnia, & „ singula bona, fructus reditus, & proventus, ac „ jura ad dictum monasterium S. Martini, quæ per „ valores, qualitates, situs, confines, & vocabula „ haberi volumus præsentibus pro expressis perti- „ nentia, ut præfertur eidem monasterio S. Mariæ „ eadem auctoritate dare, & appropriare procures. „ Contradictores per censuram Ecclesiasticam appel- „ latione postposita compescendo, non obstantibus „ quibuscumque statutis, & consuetudinibus mona- „ steriorum, & ordinis prædictorum contrariis, jura- „ mento, confirmatione Apostolica, vel quacumque „ firmitate alia roboratis, aut si pro aliis in dicto „ monasterio S. Mariæ scripta forsan Apostolica „ sint directa, seu si præfatis monialibus a sede „ Apostolica sit indultum, quod interdici, suspen- „ di, vel excomunicari non possint per litteras „ Apostolicas non facientes plenam, & expressam, „ ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi „ mentionem, qualibet alia dictæ sedis indulgentia „ generali, vel speciali cujuscumque tenoris existat, „ per quod præsentibus non expressam, vel totali- „ ter non insertam effectus earum impediri valeat „ quomodolibet, vel differri, & de qua cujusque „ toto tenore habenda sit in nostris litteris mentio „ specialis. Volumus autem, quod præterea locus, „ in quo dictum monasterium sit, diruptum fuerat „ in profanos usus nullatenus convertatur. Datum „ Romæ apud S. Petrum nonis februarii pontifica- „ tus nostri anno undecimo. „ Cumque etiam præ- fatus Rev. in Christo Pater, & Dominus Dominus Episcopus Papiensis prædictorum executor per præ- fatas superius litteras Apostolicas prædicta in præ- fatis litteris Apostolicis fienda, & executioni man- danda commiserit venerabili religioso viro D. F. Stephano de Bestagnis ordinis Minorum B. Franci- sci de Alexandria, ut de dicta commissione patet per publicum instrumentum traditum, & subscrip- tum manu Francisci de Bimio Mediolanensis diœ- cesis Apostolica, & Imperiali auctoritate Nota- rii, præfatique Domini Episcopi, & executoris Can- zelarii, anno Domini MCCCCI., die VIII. mensis decembris, XIII. decembris, secundum stylum civi- tatis Mediolani. Ecce quod dictus Ven. religiosus vir frater Stephanus de Bestagnis ordinis Minorum de Alexandria, commissarius executor prædictus, & in monasterio prædicto S. Mariæ præsentialiter con- stitutus, & ad petitionem, & requisitionem prædi- ctarum sororum Agnexinæ Trottæ, & Florinæ Leo- næ ibidem præsentium, & requirentium, publica- tis prius eisdem præfatis litteris Apostolicis, & com- missione prædicta, volendo prædicta omnia contenta in præfatis litteris executioni mandare; & manda- tis præfati Rev. Patris, & D. D. Episcopi Papien- sis secundum mandata sanctissimi Patris, & Domini nostri D. Bonifacii Papæ noni, ut supra in omni- bus obedire, ipsas sorores Agnexinam de Trottis, & Florinam Leonam coram eo flexis genibus con- stitutas transfert, & pro translatis haberi vult, & jubet de monasterio S. Martini de Foro Aquensis diœcesis, in quo erant constitutæ moniales, & so- rores ad præsens Monasterium nunc constitutum, & constructum sub nomine, & vocabulo S. Mariæ de Angelis ordinis, & regulæ S. Claræ, & ipsas in dicto monasterio recipit, & admittit induendo, & investiendo eas, & quamlibet ipsarum de ordi- ne, & habitu ordinis S. Claræ, videlicet induendo & investiendo eas, & quamlibet earum de habitu prædicto, videlicet tunica, & cingulo ordinis ante dicti tradendo, & publicando eis, & cuilibet earum regulam ordinis prælibati, & eam eis in scriptis dimittendo, & aliam eisdem imponens, & conce- dens, ut in præfatis litteris Apostolicis, & commis- sione prædicta plenius continetur. Ipsisque Agnexi- na, & Florina jurantibus, & votum Deo facienti- bus in manibus præfati fratris Stephani commissarii prædicti prædictam regulam, videlicet obedientiam, paupertatem, castitatem, & perpetuam clausuram in dicto monasterio, & alia contenta in dicta regula perpetuo observare, & professionem de prædictis coram eo, & in manibus ipsius fratris Stephani commissarii, ut supra facientibus, & ad observan- tiam dictæ regulæ S. Claræ sese perpetuo obligan- tibus. Quibus omnibus præfatus D. Conradus de Puteo constructor, & ædificator dicti monasterii consentiens præsens fuit tradendo dictis sororibus Agnexinæ, & Florinæ suorum nomine, & nomine aliarum, quarum pro tempore intererit claves mo- nasterii ante dicti præcipiendo de prædictis omnibus dictus D. F. Stephanus commissarius prædictus, & dictæ sorores Agnexina, & Florina, & dictus D. Conradus per me Notarium infrascriptum fieri pu- blicum instrumentum. Interfuerunt testes ad prædi- cta omnia vocati, & rogati, & ad prædicta omnia præsentes Dominicus Bochacius, Franciscus Vin- centius Barberius, Luchellus Guzia, & Augustinus Moylonius. Ego Stephanus Moscardus publicus Im- periali auctoritate Notarius prædictis omnibus præ- sens fui, & rogatus hanc cartam mihi jussam exscripsi signumque meum consuetum appposui in testimonium præmissorum.

Locatio

Locatio commendæ S. Margaritæ de Aquis cum enumeratione possessionum.

361 MCCCCIV.

Anno Domini MCCCCIV., indictione XII., die XII. februarii in civitate Aquis, & in caminata Rev. in Christo Patris D. F. Bonifacii de Zerbis de Cherio Dei, & Apostolicæ sedis gratia Aquensis Episcopi, & Comitis, præsentibus Dalmatio ejus fratre, F. Joanne Ligerio de Aquis, & Marcheto Scribano de Septebrio testibus vocatis, & rogatis, in quorum testium, & mei infrascripti Not. præsentia præfatus D. Bonifacius Episc. ut supra procurator, & procuratorio nomine D. Fr. Issobii de Guarneriis de Cherio Fr. S. Joan. Hierosol. præceptoris, & rectoris Ecclesia S. Margaritæ de Aquis de qua procura constat publico instrumento scripto, & recepto manu Joannis Sismondi publici Notarii currentibus anno Domini MCCCCIII., indict. XI., die penultima octob., & tenore instrumenti prædicti per se, & successores dedit ad fictum annuatim sibi dicto procuratorio nomine præstandum, & reddendum, prout infra Jacobo Sismondo de Ponto civi Aquensi per se, & suos heredes recipienti ad utendum, fruendum, laborandum, & habitandum habere ad novem annos proxime venturos infrascriptas domos, res, & possessiones spectantes, & pertinentes dictæ Ecclesiæ S. Margaritæ. In primis domos dictæ Ecclesiæ jacentes in dicta civitate in contrata plateæ archivoti, quibus cohæret murus civitatis prædictæ a duabus partibus, Compagnonus de Tertio, & quoddam andeum; item petiam unam terræ jacentis in posse Aquis in contrata Ecclesiæ sanctæ Margaritæ prædictæ, cui cohæret via communis, Jacobus prædictus, Canonici majoris Aquensis Ecclesiæ, & Joannes Barberius pro uxore. Item petiam unam terræ jacentis in dictis posse, & contrata, cui cohæret via prædicta a duobus partibus Petrus Scatus, & Canonici prædicti. Item petiam unam terræ jacentis in dictis posse, & contrata, cui cohæret D. Nicolinus de Bellexiis Abbas &c. pro Domino Marchione, Canonici prædicti, & via publica. Item petiam unam terræ jacentis in dicto posse, & in Zantanario, cui cohæret Joannes Scate pro uxore, Jacobus prædictus, & via. Item petiam unam terræ jacentis in dictis posse, & contrata, cui cohæret Benedictus Besurius, Petrus Becutus, & Jacobus Zabreria. Item petiam unam terræ jacentis in dictis posse, & contrata, cui cohærent Gulielmus, & Bartholomæus de Bavosiis, & . . . . Piper pro uxore. Item petiam unam terræ jacentis in dictis posse, & contrata, cui cohæret Jacobus prædictus, heredes Buxoni Sismondi, & Franciscus Maruellus. Item petiam unam terræ jacentis, & contrata, cui cohæret Blaxius . . . . . Benedictus Bessurius, & Gaspar Gropellus. Item petiam unam terræ jacentis in dicto posse, & in Palladio, cui cohærent Antonius Boni Joannis, Benedictus Bessurius, & Cantur. Bulla. Item petiam unam terræ jacentis in dictis posse, & contrata, cui cohærent Baudasar de Montibus, & Blaxius Cauderarius. Item petiam unam prati jacentis in dictis posse, & contrata, cui cohærent sanctus Antonius, Canturrus prædictus, & . . . . Boni Joannis. Item petiam unam prati jacentis in dicto posse, & in Moneta, cui cohærent Antonius Nicol Bellexius pro ejus . . . . Joannes de Porta, & via. Item petiam unam terræ, & prati similiter jacentis in dicto posse, & ad Carnarium, cui cohærent Antonius Ligerius, Petrus Acetus, & via. Item petiam unam terræ jacentis in dicto posse, & ad Gaynerdum, cui cohærent Petrus Botacius, Benedictus Bessurius, & via. Item petiam unam terræ jacentis in dicto posse, & in Cassarogna, cui cohærent Dominus Marchio, & Petrus Scati. Item petiam unam prati jacentis in dicto posse, & dicitur Podio . . . cui cohærent Gulielmus Marchio de Porta, & Benedictus Bessurius. Item petiam unam terræ jacentis in dicto posse, & in Scarita, cui cohærent heredes Facelli Arechi, Franciscus Solia, & Joanna uxor quondam Joannis de Marmotis. Item petiam unam terræ jacentis in dicto posse, & in Fontanellis, cui cohærent Joannes Bar, via, & Marchetus de Bove. Item petiam unam terræ jacentis in dictis posse, & in contrata, cui cohærent Thomas de Monte, & sanctus Calocerus. Item petiam unam terræ jacentis in dicto posse, & in Vandaria, cui cohærent Gulielmus Savina, & heredis Antonii Aragoni. Item petiam unam terræ jacentis in dictis posse, & contrata, cui cohærent Enricus Arechi, & Gulielmus . . . Item petiam unam ortalis jacentis in dicto posse, & in burgo majoris Aquis, cui cohærent Gaspar Gropellus, & Antonius Robellinus, & via. Item petiam unam ortalis jacentis in dictis posse, & contrata, cui cohærent Antonius Brondeta, sanctus Antonius, Enricus Arechi, &c. & generaliter omnes alias res, & possessiones, quæ reperirentur esse dictæ Ecclesiæ S. Margaritæ, existentes super posse Aquis, exceptis possessionibus concessis ad fictum, & ad laborandum certis hominibus de Septebrio &c. ad habendum, tenendum, laborandum, & ad utendum, & quidquid nomine fictus usque ad terminum novem annorum prædicto Jacobo, seu ejus heredibus placuerit faciendum. &c. Promittens præfatus Dominus Episcopus dicto procuratorio nomine ibidem præsenti per se, & successores prædicti D. Yssobii &c. Versa vice dictus Jacobus per se, & suos heredes cum debita solemnitate promisit præfato Domino Episcopo dicto procuratorio nomine ibidem præsenti per se, & successores præfati Domini Yssobii stipulantis, & recipientis dare, & solvere nomine fictus omni anno in festo Nativitatis Domini in civitate Aquis prædicto Domino Episcopo, sive ipsi Domino fratri Yssobio florenos viginti ex boni auri, & justi ponderis &c. quæ omnia, & singula suprascripta &c. Ego Petrus Boni Joannis de Aquis publicus Imper. auctoritate Notarius &c.

Fidejussio Christophori Guaschi pro Petrino Guasco detento a Facino Cane.

MCCCCCV. 362

In nomine Domini amen. Cum verum sit, quod factum compromissum hoc anno, die XXVIII.

januarii in illuſtrem, & magnificum Dominum Marchionem Montisferrati per egregium legum doctorem D. Jacobinum de Bocaciis nomine illuſtris, & magnifici Domini Regis Januenſis Gubernatoris, & communis Januæ ex una parte, & per ſpectabilem, & egregium militem D. Conradum ex Marchionibus de Carreto nomine illuſtrium, & magnificorum Dominorum Comitis Papiæ, & Facini Canis, tamquam conſervatoris treguæ (1), & de inſuper omnibus differentiis, & dibattis exortis a tempore confectæ treguæ (2) inter ipſas partes, etiam de jure, de facto, & de accordio, & potiſſime ſuper quoddam debacto inter ipſas partes vigente de captione Petrini Guaſchi, & in dicto compromiſſo inter alia extitit actum, & conventum, quod dictus Dominus Facinus, qui habet detentum dictum Petrinum Guaſcum, præſtita fidejuſſione ipſius Petrini nomine de decem millibus florenis, quod dictus Petrinus non recedet, nec fugam accipiet de loco, ſeu a loco ubi poſuerit, ſeu poni fecerit eum dictus Dominus Marchio ſub pœna florenorum auri decem millium applicandorum dicto Domino Facino, teneatur tunc ipſum Petrinum in dicti Domini Marchionis compromiſſali poteſtate, & manibus conſignare, prout, & ſicut in dicto inſtrumento dicti compromiſſi continetur confecto per Serafinum de S. Maria de Nicia Notarium cancellarium ejuſdem Domini Marchionis. Idcirco nobilis vir Chriſtopharus Guaſcus tam pro ſe, & communiter pro ipſius Petrini, & ipſius Petrini nomine verſus me Notarium infraſcriptum promiſit, quod ipſe Petrinus dum erit, ut ſupra in manibus, & poteſtate præfati Domini Marchionis expreſſa licentia non recedet de loco, ſeu a loco, in quo eum poſuerit, nec fugam accipiet; imo ibidem ſtabit, & permanebit, donec per ipſum Dominum Marchionem arbitratorem fuerit ſententiatum intra tempus dicti compromiſſi in omnibus, & per omnia, prout in dicto compromiſſo continetur, & hoc ſub pœna florinorum decem milium applicandorum ipſi Domino Facino . . . . Et pro eo, & nomine dicti Petrini, & pro obſervatione prædictorum interceſſerunt, & fidejuſſerunt verſus me Notarium infraſcriptum ſolemniter ſtipulantem, & recipientem nomine dicti Domini Facini, & quorumcumque aliorum, quorum intereſt, & intereſſe poteſt in futurum, uſque ad dictam ſumam florinorum auri decem milium Baptiſta Lomellinus pro florenis mille, Nicolaus Lomellinus pro florenis auri quingentis, Angelus Coba pro florenis auri quingentis, Carolus Lomellinus pro florenis auri quingentis, Laurentius Clavarius pro florenis auri quingentis, Joannes de Nainono pro florenis auri quingentis, Mattheus Calvus pro florenis auri mille, Philippus de Grimaldi pro florenis auri mille, Matthæus Lomellinus pro florenis auri quingentis, Joannes de Andera pro florenis auri quingentis, Simon de Auria pro florenis auri quingentis, Ciprianus Spinola pro florenis auri quingentis, Percival de Grimaldis pro florenis auri mille, Philippus de Maximis pro florenis auri quingentis, & Coſimas Tarigus pro florenis auri mille: & hoc ſub renunciatione juris de principali, & cujuslibet alterius juris, jubentes de prædictis ad roborem præmiſſorum confici publicum inſtrumentum, etiam ad dictamen ſapientis ſi fuerit opportunum. Actum Januæ in platea Ban. . . . . anno Dominicæ Nativitatis milleſimo quadringenteſimo quinto, indictione decima ſecunda, die tertia februarii, præſentibus teſtibus ad hoc vocatis, & rogatis Petro de Bracellis, quondam Joannis, & Rafaelle de Primis quondam Jacobi ambobus Januæ.

Ego Benedictus de Andoria Imperiali auctoritate Notarius prædicti omnibus interfui, & rogatus ſcripſi.

(1) *Teugiæ*. (2) *Terugiæ*.

Electio Prioriſſæ monaſterii S. Georgii de Canellis confirmata a Præpoſito monaſterii ſancti Baudolini Alexandriæ.

M C C C C X I V. 363

In nomine Domini amen. Anno Nativit. ejuſdem MCCCCXIV., indictione VII., die XVI. menſis martii, hora VIII. in monaſterio S. Georgii de Canellis, videlicet in Eccleſia dicti monaſterii ſiti in territorio Canellarum non multum longe ab ipſo loco ultra Berbarum immediate ſubjecti dominabus Abbatiſſæ monialibus, & capitulo monaſterii ſanctæ Mariæ de Angelis de Alexandria alias ſoliti vocari monaſterii S. Martini de Foro, ſeu de Fò, quoad nominationem, electionem, & præſentationem Prioriſſæ dicti monaſterii S. Georgii, & quo ad confirmationem ipſius Prioriſſæ Præpoſito monaſterii ſanctæ Mariæ de Fò, ſeu de Foro de Alexandria, vulgariter nominati S. Baulini, ſeu Baudolini ordinis fratrum Humiliatorum, præſentibus me Notario, & teſtibus infraſcriptis ven., ac honeſtus religioſus vir D. F. Baurinus de Balianis de Caſſale Balianorum Dei gratia Præpoſitus Eccleſiæ monaſterii prædicti S. Baurini de Alexandria, ad quem præpoſitum Eccleſiæ, & monaſterii prædicti S. Baurini, & prædeceſſores ejus confirmatio Prioriſſæ monaſterii prædicti S. Georgii ſpectat, & ſpectavit antiquitus ac pertinet, & pertinuit diu de jure, & conſuetudine antiqua, & in ejus poſſeſſione confirmandi Prioriſſas in ipſo monaſterio S. Georgii de Canellis Domini fuerunt, & ſunt ipſi Præpoſiti, & ipſe Præpoſitus, viſa prius per ipſum D. F. Baurinum Præpoſitum, ut ſupra quadam electione, & nominatione per Dominas ſororem Clarinam de Caudalariis de Tardona Dei gratia Abbatiſſam monaſterii S. Mariæ de Angelis, vocati olim ut ſupra, de conſenſu ipſius Domini Præpoſiti, & de conſenſu ſororum, & monialium, & totius ipſius monaſterii capituli, & præſentatione facta eidem Domino Præpoſito de D. Biatrixina de Malabaylis moniali profeſſa monaſterii S. Anaſtaſii de Aſt, electa in Prioram, ſeu Prioriſſam monaſterii prædicti S. Georgii de Canellis ſubjecti, ut ſupra vacantis de præſenti Priora per mortem quondam D. Lombardæ de Agnanis ultimæ, & immediatæ ipſius monaſterii S. Georgii Prioriſſæ, & viſa petitione, ac rogatione eidem Domino Præpoſito facta per ipſas Dominas Abbatiſſam, & moniales ſuas, ſeu ſorores, & capitulum ipſius monaſterii S. Mariæ, de quibus omnibus conſtat per publicum inſtrumentum fieri juſſum

præsenti anno, die decimo sexto mensis aprilis Joanni Curiæ Notario publico de Alexandria, & audita petitione juste facta per ipsam D. Biatrixinam, ut supra nominatam, & electam ipsi Domino Præposito humiliter, & devote sibi præsenti se in Prioram monasterii prædicti S. Georgii confirmari, & humiliter ipsam electionem, & nominationem acceptanti, ipseque Dominus Præpositus, ad quem confirmatio Prioriſſæ ipsius monasterii ut præmittitur spectat ut supra, inclinatus justæ petitioni ipsius D. Biatrixinæ sic nominatæ, & electæ in ipsius Domini præpositi præsentia ipsam nominationem, & electionem ac præsentationem de eadem Domina Biatrixina juste factam, & de ipsius consensu ratam habendo omnibus modis, via, jure, & forma, quibus melius potuit, & potest in ipsa Ecclesia S. Georgii stando ante altare ipsius Ecclesiæ, & monasterii, ipsamque nominationem, & electionem confirmando ipsam D. Biatrixinam præsentem genibus flexis ante altare ipsius Ecclesiæ personaliter constitutam humiliter petentem se confirmari in Prioriſſam, & se poni in possessionem ipsius, & possessionem de ipso sibi dari per ipsum Dominum Præpositum tamquam dignam, & benemerito electam illis modis, via, & forma, ac auctoritate, quibus melius, & validius potest, & potuit ipsam eamdem D. Biatrixinam in Prioriſſam ipsius monasterii, ut præmittitur confirmet, & confirmavit, ipsamque investiendo de ipso Prioratu monasterii prædicti per libri traditionem, quem in suis tenebat manibus, & alium librum sibi dando pro regula S. Benedicti in signum confirmationis ipsius monasterii, & Prioriſſæ, & possessionis comprehensæ monasterii sibi datæ, ac dando eidem crucem altaris, & tobalias ipsius altaris in ipsius D. Biatrixinæ manibus, ipsamque ducendo, & sedere faciendo ad locum Prioriſſarum monasterii jam dicti, ubi solitæ sunt sedere in choro Ecclesiæ prædictæ, & per ipsam Ecclesiam ducendo & ad domos ipsius monasterii sitas in loco Canellarum, & eidem dando, ac dedit eidem possessionem de ipso monasterio faciens eas domos ire, & redire, ostia serrare, & aperire in signum possessionis vere sibi datæ, & per eam apprehensæ, & faciens in his omnibus, & singulis, quæ de jure, & consuetudine fieri debent, mandans, & jubens de fructibus dicti monasterii sibi responderi debere per quoscumque massarios terrarum, & proprietatum monasterii prædicti, tanquam Prioriſſæ legitimæ juridice, electæ, nominatæ, & confirmatæ, & in possessionem juridice modo debito juris ordine servato, & secundum juris ordinem, ac etiam in signum hujusmodi possessionis apprehensæ, & sibi datæ eidem dedit in manibus suis claves domorum ipsius monasterii præcipiens, & præcepit D. Genitæ monacæ, seu sorori inventæ in domo dicti monasterii, quod in virtute sanctæ obedientiæ ipsi D. Biatrixinæ obediat, & pariat in licitis, & honestis tanquam Prioriſſæ suæ, & dicti monasterii. Et de prædictis præfatus Dominus Præpositus, prædictaque D. Biatrixina fieri jusserunt, & rogaverunt publicum instrumentum præsentibus pro testibus ad hæc Raynaldo Bagaroto, Petrino ambobus de Placentia filio quondam Thomæ, & Gualterio de Brayda cum sociis D. Joannis Bagaroti Castellani Canellarum, & pluribus aliis. Ego Antonius Navonus de Govono Astensis diœcesis publicus Imperiali auctoritate Notarius suprascriptum instrumentum jussu, & mandato infrascripti Bernardi Tonsi de Papia Notarii scripsi, & me subscripsi cum appositione soliti signi mei.

Ego Bernardus Tonsus de Papia publicus Apostolica, Imperialique auctoritate Notarius hanc cartam mihi fieri jussam rogatus tradidi, & subscripsi, aliis occupatus ipsam scribi feci per suprascriptum Antonium, signum in ea apposui meum consuetum in testimonium præmissorum.

Jura civitatis Aquensis in loco Cartosii.

MCCCXXV. 364

Anno Domini MCCCCXXV., indictione III., die I. mensis julii. Actum in castro Cartosii, videlicet apud portam dicti castri præsentibus testibus Petro Barberio, Antonio Bove, & Rolando Ferraria omnibus de dicto loco Cartosii ad ista vocatis, & rogatis. Quorum præsentia, meique Notarii infrascripti spectabiles, & egregiæ Dominæ Antonia, & Marieta ex Marchionibus Ponzoni, & Domina loci Cartosii, necnon Constantinus Calderarius de Cunico habitator Cartosii, & ibidem Castellanius vice, & nomine spectabilis Georgeti de Asinariis mariti, & consortis dictæ Marietæ, ac infrascripti consiliarii, & capita domorum dicti loci Cartosii, & nomine totius communis, & singularum personarum creant, & ordinant ipsarum Dominarum, ac ipsius Georgeti, nec non dictorum consiliariorum, & capitum domorum, & totius communis, & universitatis dicti loci Cartosii, & singularum personarum veros, legitimos, & indubitatos nuncios, actores, ac procuratores, & negotiorum gestores, & sindicos, & quidquid de juris beneficio melius, utilius, & validius esse possit Franciscum Pectenatum, & Paganum Rogerium, ambos præsentes, & de Cartosio, & mandatum sponte suspicientes, ad specialiter & expresse confirmandum, approbandum, ratificandum omnes, & singulas conventiones, consuetudines, usantias, & pacta hactenus factas, usitatas, & facta inter commune civitatis Aquis, seu sindicum, vel sindicos ipsius civitatis, & maxime pascuandi, boscandi, & lignamina incidendi in bosco Arbillæ posito in posse, & jurisdictione loci Cartosii, cui cohæret mons Mazulinus, flumen Erri, & fossatum Bozolaschi, & si qui alii sunt confines. In quo bosco communitas dictæ civitatis Aquis jus habet, & ad ipsam pertinet boscandi, & pascuandi, tam respectu ipsius communitatis quam respectu majoris, & cathedralis Aquensis Ecclesiæ, & de novo faciendum puram, meram, simplicem, & irrevocabilem donationem inter vivos dictæ communitati Aquis, seu sindico ipsius nomine civitatis de dicto bosco Arbillæ, ut supra cohærentiato, seu petiæ ipsius boschi, ac de jure pascuandi, boscandi, & lignamina incidendi in dicto bosco, prout ipsis sindicis communis Cartosii, & communitati dictæ civitatis, seu sindicis videbitur, & placuerit, & ad possessionem ipsius boschi totius

videlicet petiæ prædictæ tradendum, & transferendum in ipsam communitatem, seu sindicos ipsius communitatis ad obligandum omnia, & singula bona dictarum Dominarum, dicti Georgeti, & dictorum consiliariorum, & capitum domorum dicti loci Cartosii pro dicta donatione, & ratificatione, & de dictis ratificatione, & donatione, & dominii, & possessionis translatione fieri præcipiendum, & faciendum quæcumque instrumenta roborata quibuscumque promissionibus, stipulationibus, renunciationibus, pactis, pœnis, juramentis, clausulis, & solemnitatibus tam de jure, quam de consuetudine necessariis, & opportunis ipsi communitati Aquis, seu sindicis ipsius civitatis. Item ad sese nomine dictarum Dominarum, & dicti Georgeti, ac communis, & singularum personarum dicti loci Cartosii compromittendum, & compromissum faciendum semel, & pluries de jure, & communi concordia, de jure tamen, & concordia tantum in unum, & plures arbitros, & arbitratores, si dictis sindicis, & procuratoribus videbitur, & placuerit, in & de & super omnibus, & singulis litibus, quæstionibus, discussionibus, & debattis inter dictas Dominas, & commune, ac homines Cartosii parte una, & commune, & homines Montisclari parte altera vertentibus, & quæ verti possent occasione boschi Arbiliæ, ac finium, & poderiorum dictorum locorum Cartoxii, & Montisclari, & occasione omnium & singulorum, quæ dictæ Dominæ, & dicta communitas, & singulares personæ ab altera communitate petere, & requirere possent quacumque occasione, vel caussa, ac quocumque titulo, seu modo. &c. Nomina consiliariorum, & capitum domorum sunt hæc.

Albertus Ventura, Joannes Picatius, Joannes Montanus, Alexius Gaynus, Rolandus Ferrarius, Joannes Rogerius, Bellengius Seracenus, Antonius Bos, Antonius Ferrarius, Joannes Solia, Garvagnus Castaneus, Albertus Bozzolus quondam Joannis, Albertus Bozzolus quondam Manuelis, Jacobus Solia, Manfredus Pancuus, Albertus Almanus, Conradus Fornatus, Facinus Tomatus, Martinus Carlevarius, Jacobus Presbiter, Russinus Carraria, Petrus Barberius, Petrus Bozzolus, Henricus Picatius, Angelinus Bozzolus, Joannes Vacca, Joannes Rube, Gandulfus Carraria, Henricus Morandus, Henricus Montanus, Georgius quondam Badini, Gulielmus Pistonus, Petrus Morenus, Petrus Castaneus, omnes de dicto loco Cartosii. Et ego Albertus Caira de Meladio, publicus Imperiali auctoritate Notarius his omnibus interfui, & scripsi.

Breve Martini Papæ V. confirmantis electionem D. Bonifacii in Episcop. factam a capellanis Ecclesiæ Aquensis.

365 MCCCCXXVII.

Martinus Episcopus servus servorum Dei, Ven. fratri Archipresbytero Mediolanensi salutem, & Apostolicam benedictionem. Ad cumulum tuæ accedit salutis, & famæ, si personas Ecclesiasticas præsertim Pontificali dignitate præditas divinæ propitiationis intuitu opportuni præsidii, & favoris gratia prosequaris. Dudum siquidem bonæ memoriæ Matthæo Episcopo Aquensi regimini Aquensis Ecclesiæ provinciæ Mediolanensis præsidente, Nos cupientes eidem Ecclesiæ cum vacaret per operationis nostræ ministerium utilem, & idoneam præficere personam, provisionem ejusdem Ecclesiæ ordinationi, & dispensationi nostræ duximus ea vice specialiter reservandam, ac decrevimus ex tunc irritum, & inane si secus super his per quoscumque quamvis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Post modum vero præfata Ecclesia per obitum dicti Mathei, qui extra Romanam curiam diem clausit extremum, Pastoris solatio destituta dilecti filii capellani dictæ Ecclesiæ reservationis, & decreti prædictorum forsan ignari, dilectum filium Bonifacium electum Aquensem tunc Canonicum ejusdem Ecclesiæ in Diaconatus ordinem constitutum in Episcopum Aquensem concorditer elegerant, licet de facto, ipseque Electus reservationis, & decreti prædictorum similiter insciius electioni hujusmodi illius sibi præsentato decreto consensit, & de facto, ac demum reservatione, & decreto prædictis ad ipsius Electi deducto notitiam hujusmodi electionis negotium proponi fecit in consistorium coram nobis. Nos igitur hujusmodi electione, & quæcumque inde secuta, utpote post, & contra reservationem, & decretum prædictum, & de facto, ut præmittitur attentata, prout erant irrita, & inania deputantes, & ad provisionem celerem, & felicem, de qua nullus præter nos ea vice se intromittere potuerat, sive poterat reservatione, & decreto obsistentibus supradictis, ne Ecclesia ipsa longe gravioribus exponeretur incommodis, paternis, & sollicitis studiis intendentes post deliberationem, quam de præficiendo eidem Ecclesiæ personam utilem, & fructuosam, & spiritualium prudentia, & temporalium circumspectione, aliisque multiplicium virtutum donis apud nos . . . . . testimonia perhibentur, direxerimus oculos nostræ mentis, quibus omnibus, necnon dictorum capituli ipsum Electum eligere . . . . . voluntate, debita meditatione, consilio, auctoritate Apostolica providimus, ipsumque illi præfecimus in Episcopum, & Pastorem, curam, regim. . . . . Ecclesiæ eidem Electo in spiritualibus, & temporalibus plenarie committendo in illo, qui dat gratias, & largitur . . . . . Electi circumspectionis industriam, & prudentiam circumspectam sub suo felici regimine . . . . . dirigetur, quantaque eisdem in spiritualibus, & temporalibus suscipiet incrementa. Quum igitur . . . . . Ecclesiæ circa facilius proficere valeat, tuus favor sibi noscatur plurimum opportunus . . . . . & hortamur attente per Apostolica scripta tibi mandantes, quatenus eumdem Electum, ac Ecclesiam sibi commissam . . . . . nostræ, & Apostolicæ sedis reverentiam propensius commendatis in ampliandis, & conservandis eisdem Ecclesiæ jur. . . . . prosequaris, quod ipse Electus tuo fulcitus auxilio in commisso sibi præfatæ Ecclesiæ regimine se possit . . . . . divina misericordia valeas exinde uberius promereri. Datum

apud Sanctos Apostolos VI. idus augusti, Pontificatus nostri anno XI.

Indictio Synodi Diœcesanæ.

366 MCCCCXXVIII.

Bonifacius Dei, & Apostolicæ sedis gratia Electus Aquensis universis, & singulis Abbatibus, Prioribus, Præpositis, Archipresbyteris, Archidiaconis, Decanis, Cantoribus, Plebanis, Viceplebanis, Ecclesiarumque parochialium Rectoribus, & universis civitatis, & diœcesis Aquensis, ad quos præsentes litteræ nostræ devenerint salutem in Domino sempiternam. Cupientes nobis curam commissi regiminis jurisdictionis actibus, & observantiis salutaribus agere, ad ea, quorum fructuosis celebrationibus cernimus subditos in agendis proficere abundantius, libenter ut decet oculos nostræ mentis attollimus. Hinc est, ut quod juris est circa celebrandas annuas synodos observemus, vos universos, & singulos antedictos in prædictis civitate, vel diœcesi obtinentes beneficia, quorum intuitu vocati ad synodum venire tenemini, per præsentes citamus, requirimus, & monemus, vobisque, & unicuique vestrum sub pœna cuique inobedienti arbitrio nostro imponenda, præcipiendo mandamus, quatenus die martis, quæ erit X. mensis februarii proxime futuri hora terciarum in Ecclesia cathedrali Aquensi conveniatis in unum coram . . . . . quo quæcumque videbuntur opportuna ad Ecclesiarum vestrarum regimen, & commissarum vobis animarum salutem, ut boni cultores possitis in excolenda vinea Domini proficere, proponatis, quatenus exinde tam circa corrigenda si quæ fuerint, quam circa statuenda vestris adsistentibus devotionibus possimus dante Domino salubriter immorari, in quorum testimonium præsentes fieri jussimus, & sigilli rotundi quo utimur de præsenti impressione muniri, vobisque, & cuilibet vestrum præsentari mandamus, volentes, ut unusquisque vestrum eas post opportunam inspectionem restituat præsentanti, ut omnibus exinde, quibus diriguntur, valeant præsentari, de quarum præsentatione earumdem latori jurato dabimus plenam fidem. Dat. in domo nostræ habitationis Aquensis sub anno Domini MCCCCXXVIII., indictione VI., die XXVIII. mensis januarii.

Volumus, & mandamus, quatenus vos Priores, Præpositi, Archipresbyteri, & Plebani nuncietis, & intimetis Ministris capellarum vestrarum, vim tenoris præsentium litterarum, ut nobis possitis de hujusmodi intimatione facere relationem debitam.

Nomina eorum, ad quos missæ sunt litteræ pro celebratione synodi sunt ista.

Archipresbyter Ecclesiæ Cathedralis, Presbyter Michael Bachinus Rector Ecclesiæ Septebri, Gulielmus Gambarupta Archipresbyter Cassinarum, Petrus Rector Ecclesiæ S. Petri Fubinis, Presbyter Castrinovi Inciſæ, Benedictus de Scarsellis de Castro Rochetæ, Rector Ecclesiarum Bruni, Rufinus Dagna Rector &c. Frater Martinus de Dagnis &c. Frater Baldinus Ordinis Minorum, vices gerens Archipresbiteri Montisbarutii, Presbiter Christophorus Archipresbyter Inciſæ, Dominicus de Strada Rector Ecclesiæ de Vallibus, Bartholomæus Zabrera Archipresbyter Niciæ, Jacobus Cavallarius Rector Ecclesiæ S. Mariæ de Quinzano, Bonifacius de Montebarutio, Rector Ecclesiæ S. Mariæ de Bellomonte, Dominicus Damianus de Janua, Rector S. Marciani de Cossana, Antonius de Maxilla Rector Ecclesiæ S. Vaxii Rochetæ Pelafeæ, Lazarus Malerba de Sexamo Rector dicti loci, Præpositus Antonius Rector Ecclesiæ S. Mariæ Bubii, Ludovicus Rector Ecclesiæ Montisboni, Manfredinus Bertolaccius Rector Alicis, Antonius de Sburlatis Rector Ricaldoni, Matthæus Rector Funtanilis, Christophorus Botonius in Funtanili Procurator, Abbas S. Petri extra muros Aquenses.

Decretum synodale circa subsidium Episcopo solvendum pro ejus profectione ad conc. Basileense.

MCCCCXXXII. 367

Bonifacius Dei gratia Aquensis Episcopus, & Comes universis, & singulis Dominis, Abbatibus, Prioribus, Præpositis, Archipresbyteris, Presbyteris, ceterisque Ecclesiarum Rectoribus, & universis nostræ Aquensis diœcesis jurisdictioni suppositis salutem in Domino. Cum pro accessu nostro ad futurum concilium Basileense imposueritis subsidium sub certis terminis per vos præfixis solvendum, nuncque receperimus litteras ab Illustriſ., & Excel. D. D. nostro Domino Duce Mediolani, Papiæ, Angleriæque Comite &c., per quas nos hortatur subito, & immediate ad concilium prædictum iter nostrum arripere; attento igitur tenore litterarum prædictarum mandamus vobis, & cuilibet vestrum, quatenus infra primum terminum per vos præfixum totum subsidium prædictum omnino studeatis, & quilibet vestrum studeat persolvisse, ut litteras prælibati Domini valeamus adimplere. Has autem fieri, & registrari jussimus, nostrique sigilli rotundi impressione muniri &c. Quarum præsentatione jurato earum latori dabimus plenam fidem. Dat. Aquis in domo residentiæ nostræ die XI. mensis septembris MCCCCXXXII.

Qui fuerit terminus ad solvendum præscriptus, ac nomina illorum, qui sibi imposuerunt subsidium, patet ex alia hac charta ejusdem anni.

MCCCCXXXII., indictione X., die XXV. augusti in Ecclesia majori præsentibus Presbytero Zucha, Baldassarre Sismondis, & Stephano de Petris de Villanova Albinganensis diœcesis. Collector cum Presbytero Joanne Zucha terminum præscripsit festum omnium Sanctorum proxime venturum pro medietate, pro alia medietate ad kalendas januarii proxime venturi.

Nomina Rectorum:

Archipresbyter S. Juliæ, Archipresbyter Inciſæ, Præpositus Inciſæ, Archipresbyter Montisclari, Archipresbyter Montisbarutii, Archipresbiter de Meladio, Presbyter Franciscus Munde Rector Ecclesiæ Denicis, Presbyter Ruffinus Rector S. Martiani de Montebarutio, Archipresbyter de Rocca vallis Urbarum, Frater Antonius de Laneriis Rector Ecclesiæ SS. M., & Gauden., Presbyter Inforciatus de

Provincia Rector Ecclesiæ de Cartoxio, Laurentius Rector Ecclesiæ de Castronovo Incisæ, Antonius Rector Ecclesiæ Trixobii, Archipresbyter de Molariis, Præpositus de Bubio, Frater Petrus Rector Ecclesiæ S. Laurentii de Caxino, Presbyter Joannes de Castelletto vallis Uzoni, Frater Albertus Rector Ecclesiæ de Carpeneto, Presbyter Rector Ecclesiæ Turris Uxoni, Frater Jacob de Novaria Rector Ecclesiæ de Vallibus, Archipresbyter de Nicia, Presbyter Bonifacius Rector S. Hyppoliti de Nicia, Frater Jacob Rector Ecclesiæ S. Leonardi de Canellis, Præpositus de Canellis, Frater Blaxius Rector Ecclesiæ de Ponzono, Presbyter Fredericus Canonicus Aquensis, Presbyter Jacobus Ligerius Canonicus Aquensis, Joannes Zucha Canonicus Aquensis, Presbyter Albertus de Peceto Canonicus Aquensis, Presbyter Dominicus Rector Ecclesiæ Gorrini, Frater Joanninus Rector Ecclesiæ de Cremorino, Presbiter Joannes Zucha Rector Ecclesiæ de Vixono, Presbyter Albertus de Peceto Rector Ecclesiæ de Tercio, Archipresbyter de Dego, Frater Martinus Rector S. Antonii de Montebarutio, Presbyter Benedictus Rector Ecclesiæ de Bruno, Archipresbyter de Pareto, Presbyter Lucas Rector Ecclesiæ de Ricaldono, Archipresbyter Veximarum.

Sententia Bonifacii Episcopi pro decimis sanctæ Juliæ, & Niosæ.

368 MCCCCXXXIV.

In nomine Domini amen. Cum alias apud nos Bonifacium Dei gratia Episcopum Aquensem, & Comitem instantibus nobilibus viris Joanne, & Aleramo de Carreto condominis locorum S. Juliæ, & Niosæ, Aquensis diœcesis, & petentibus, ut eos de decimis, & primitiis locorum ipsorum investire in omnibus, & per omnia, prout, & sicut eorum prædecessores investitos fuisse constabat per quondam recolendæ memoriæ Rev. P., & D. D. Guidonem Dei gratia, dum vivebat, Aquensem Episcopum, & mediatum prædecessorem nostrum, instarentque etiam apud nos certi homines ipsorum locorum pro parte communitatum, & hominum locorum eorumdem, atque peterent, ut solutionem, ac receptionem decimarum ipsarum limitare, modificare, atque extenuare, seu diminuere dignaremur tam quoad nobiles antedictos recipientes, eorumque legitimos successores futuros, ita ut attentis multiplicibus eorum gravaminibus, atque locorum aliorum Aquensis diœcesis generalibus consuetudinibus, secundum quas nulli, vel pauci, quoad solutionem ipsarum decimarum, & primitiarum arctantur tam ardue, sive stricte, prout & sicut homines ipsorum locorum prædictorum in præteritum constabat esse adstrictos, secundum quod asserebant ipsi præfati homines antedicti. Nosque ipsorum nobilium petitionem audientes, ita ipsorum nobilium duxerimus requisitionibus annuendum, ut tamen supplicationes præfatorum hominum nullatenus in toto duxerimus negligendas, atque antequam nobiles ipsos de præfatis decimis, & primitiis investire duxerimus, reservavimus nobis potestatem super solutione, & receptione ipsarum decimarum, atque primitiarum dicendi, limitandi, moderandi, atque minuendi, sive taxandi præsentibus pluribus testibus, & præcipue ipsis, qui in instrumento concessionis per nos investituræ factæ de prædictis sunt descripti, sive subscripti; de præsentique per præfatos homines pluribus testibus fuerimus requisiti, ut quidquid in prædictis, & circa volumus dicere, limitare, minuere, sive moderari, quoad receptionem, & solutionem ipsarum decimarum, & primitiarum id facere dignaremur. Ecce quod nos Bonifacius Episcopus antedictus requisitis, & monitis ambabus partibus antedictis pro infrascriptis, & ad infrascripta audienda per hanc nostram sententiam pronunciationem, seu determinationem, sive declarationem, quam in his scriptis sedentes facimus, & promulgamus Christi nomine, ejusque glorioſæ Matris Virginis, & Sanctorum omnium glorioſis nominibus invocatis Deum ipsum habentes tantum præ oculis, & in mente dicimus, sententiamus, judicamus, decernimus, & declaramus, ut infra. Videlicet quia dicimus, sententiamus, judicamus, decernimus, & declaramus, quatenus ipsi præfati nobiles Domini Joannes, & Aleramus, tamquam viri justi, & fideles, & legitimi feudatarii Ecclesiæ Aquensis occasione investituræ per nos ipsos concessæ (1) de decimis, & primitiis locorum antedictorum nomine ipsius Aquensis Ecclesiæ possint, & valeant exigere, petere, atque recipere ab hominibus, & incolis, atque cultoribus locorum prædictorum decimas, primitias grani, vini, & ceterorum victualium, atque bestiarum pro tribus partibus sibi debitis, atque quartam simul concernentem parochialem sacerdotem, cui recolectam habent, debent, atque tenentur persolvere, prout infra. Videlicet quia dicimus, sententiamus, judicamus, ut de omnibus, & singulis fructibus, sive frugibus, atque satis, & recollectis terrarum, sive possessionum de quibus, & pro quibus consueverunt illi nobiles exigere, petere, atque recipere nominibus suis, & Ecclesiæ parochialis, cui debetur quarta pars, decimam partem, sive decimam mensuram grani, seu quorumvis victualium aliorum abrassorum, sive ut loci utamur vocabulo ad rassum, retinentibus sibi hominibus ipsis novem partes, seu novem præcedentes mensuras coagulatas, vel secundum vocabuli usum ad culmum de talibus fructibus, frugibus, seu victualibus teneantur, & debeant ipsi homines, sive incolæ locorum prædictorum solvere, dare, & tradere pro decima, & loco decimæ sextam decimam mensuram, sive partem sextam decimam ipsis nobilibus, quas omnes mensuras judicamus, decernimus, & declaramus esse reddendas, sive super tondendas eisdem modis, & formis, nisi aliud de partium consensu processerit, declarantes, judicantes, atque decernentes, ut ipsi homines, & incolæ præfatorum locorum de prædictis fructibus, & victualibus integraliter solvere teneantur, & solvant, ita ut tam de granis, quam solamis, atque lignis, sive granciis, ut eorum utamur vocabulis solvere teneantur. De illis autem fructibus, & frugibus, sive victualibus terrarum de quibus, & pro quibus consueverunt ipsi præfati homines incolæ locorum prædictorum tradere, atque persolvere pro decima, &

loco decimæ ipsis nobilibus partem, sive mensuram vigesimam ad rassum retentis sibi partibus, sive mensuris decem, & novem præcedentibus ad culmum, dicimus, sententiamus, & declaramus, ut pro decima, & loco decimæ talium fructuum, sive victualium teneantur, & debeant dare, tradere, atque persolvere partem, sive mensuram trigesimam secundam ipsis nobilibus nominibus suis, & Ecclesiæ parochialis retentis sibi partibus triginta, & una præcedentibus, in ea mensura, & secundum eam mensuram, in qua & secundum quam mensurabunt partem ipsam prædictam ipsis nobilibus persolvendam. Quas quidem mensuras omnes judicamus, & declaramus esse mensurandas ad rassum, nisi aliud ut supra de partium voluntate processerit. De vino autem, de quo consueverunt ipsi nobiles recipere loco decimæ, sive jure decimarum eam partem, quam ipsi homines, & quemadmodum pro libito solvebant, ut præcludamus viam jurgiis, & litibus, quæ in futurum possent oriri, sive moveri, vel excitari dicimus, volumus, judicamus, & declaramus, ut ipsi homines, & incolæ locorum prædictorum teneantur persolvere, & persolvant ipsis nobilibus jure decimarum, & loco decimæ trigesimam partem, sive mensuram vini, quod recolligent eo modo, mensura, atque forma mensurandam, quibus mensurabunt priores vigintinovem partes sibi retinendas, ita ut tamen diligenter, & fideliter se habeant ipsi homines circa prædictam fiendam solutionem. De bestiis autem, de quibus, & pro quibus consueverunt ipsi homines, prout coram nobis confessi sunt, solvere partem decimam, ita ut tantum stante numero decimo persolvere consueverunt, adeo quod non consueverunt persolvere pro rato, sive secundum ratam numeri, nisi tantum numerus decimus impleatur, dicimus, volumus, & judicamus, ut de ipsis solvere teneantur in futurum eo modo, quo in præteritum sunt solvere consueti, absolventes, quitantes, & liberantes homines ipsorum locorum, ac solutione decimæ linorum, & canepārum, atque ceterorum fructuum victualium, sive recollectorum, de quibus & pro quibus non consueverunt in præteritum solvere. Quartam autem partem debitam Ecclesiæ parochiali ideo supra judicamus, & decrevimus exigendam, & recipiendam simul cum tribus partibus debitis ipsis nobilibus ad leviorem exactionem, & ut jurgiis, & fraudibus præcludatur via, atque ut idem sacerdos commodius, & facilius suum debitum consequatur per hoc, non tamen arctantes ipsum sacerdotem, quin si velit in futurum posset exigere suam quartam partem pro libito voluntatis, quam partem quartam ut supra diximus, inclusimus, & pro inclusa volumus, & intelligimus in sexta decima, & trigesima secunda, atque trigesima mensurarum, ac etiam de decimis bestiarum adjudicatis, & per ipsos nobiles exigendis, ut supra. Prædicta omnia, & singula dicentes, judicantes, sententiantes, determinantes, limitantes, moderantes omni jure, via, modo, causa, & forma, quibus melius possumus, & de jure debemus. Non obstantibus quibuscumque consuetudinibus in contrarium præteritis temporibus observatis. Præcipientes de prædictis omnibus, & singulis debere confici publicum instrumentum, & plura si si fuerit opportunum ad futuram rei memoriam ambabus præfatis partibus, & eorum cuilibet exibendum, & si petendum duxerint, tradendum.

Lata data, & in his scriptis promulgata fuit suprascripta sententia declaratoria per præfatum Rev. in Christo Patrem, & D. G. Bonifacium Episcopum Aquensem, & Comitem sedentem super quadam Cathedra posita in camera cubiculari domus residentiæ suæ in civitate Aquis in contrata plateæ majoris, quam pro suo tribunali ad hanc sententiam proferendam elegit, & recepta, ac scripta per me Bartholomeum Carlevarium de Aquis notarium publicum, ac notarium curiæ Episcopalis Aquensis, ac prædicti Domini Episcopi Cancellarium anno Nativitatis Domini MCCCCXXXIV., indictione XII., die tertia junii præsentibus spectabilibus viris D. D. Marco de Carreto condomino Monbaudoni, & Bartholomeo de Carreto condomino loci Ponti ex Marchionibus Saonæ, ac egregio legum Doctore D. Percivallo Baruto, & prudente Baldasarre de Sismondis cive Aquensi, testibus ad hæc specialiter vocatis, & rogatis, nec non præsentibus spectabilibus viris D. D. Joanne, & Aleramo de Carreto condominis locorum S. Juliæ, & Niosæ ex Marchionibus Saonæ, ac præsentibus Francisco Garlando, Odello Astexano, & Manfredo Ferrario de S. Julia sindacario, & procuratorio nominibus dictorum locorum S. Juliæ, & Niosæ, pro quibus communitatibus, & universitatibus locorum prædictorum dicti Franciscus Odellus, & Manfredus, & unusquisque eorum promiserunt de rato habendo sub obligatione omnium bonorum suorum præsentium, & futurorum omnibus legitime citatis ad hanc sententiam audiendam ipsam approbantibus, & omologantibus præcipientes tam præfatus Dominus Episcopus, quam dicti D. D. Joannes, & Aleramus, & prædicti Odellus Franciscus, & Manfredus dictis nominibus fieri unum publicum instrumentum, & plura si fuerit opportunum per me dictum Bartholomeum Carlevarium Notarium prædictum, & infrascriptum de prædictis.

Et ego Bartholomeus de Carlevariis ecc.

(1) *An. MCCCCXXXIII., indict. XI., die XVII. mensis octobris præsentibus nobilibus viris D. D. Ardizzino de Bondonis locum tenente egregii D. Antonii Bossanini civis Albæ potestatis civitatis Aquis, Thoma de Bondonis Castellano Calamandranæ ambobus & Tridino Diœc. Vercellen., Jacobino de Sismondis, Matthæo, & Conrado de Ainerdis tribus omnibus de Aquis.*

Testamentum Serenissimæ Dominæ Sophiæ de Monteferrato Romanorum Imperatricis.

MCCCCXXXIV. 369

In nomine Domini N. J. C., & gloriosæ Virginis Mariæ Matris ejus, ac S. Morixii, & totius Curiæ cœlestis. Amen.

Actum in castro Tridini in Camera bassa penes Pischeriam præsentibus venerabili D. D. fratre Bartolomeo de Montilio . . . . . Præceptore S. Mariæ de Tridino, Venerabile Domino Presbitero Jacobo de Teriaila, nobili Baldassarro Provana de Clavatio, Nicolino ex condominis Altævillæ, Ja-

cobino de Candia, Joanne Gatto de Caſteletto, Criſtofaro della Sala de Tridino, Euxebio Tilio, Stephano de Novello de Tridino, Matthæo de Bondonis de Tridino, ac Olino Vaſſallo de Diano teſtibus notis, vocatis, & rogatis ex præcepto illuſtriſſimæ infraſcriptæ Dominæ Teſtatricis. Ibidem cum ſereniſſima, & excelſa Domina Sophia de Monteferrato Dei gratia Romanorum Imperatrix ſana mente, & ſenſu, infirma, cognoſcens, quod nil eſt certius morte, & nil incertius hora mortis volens animæ ſuæ Deo primo ſalubriter providere, ut tenetur quilibet fidelis Criſtianus de bonis ſuis mature diſponere, ut poſt ejus obitum nihil dubii remaneat, ſuum nuncupativum ſine ſcriptis in hunc modum, qui ſequitur, facere diſpoſuit, & facit teſtamentum. Primo recomandavit animam ſuam Altiſſimo, quando placuerit ipſam recipere, & ab hoc ſeculo pertranſire, ac Beatæ Virginis Mariæ, ac toti Curiæ cœleſti, orans, ut tunc ipſa in brachiis ipſorum per eorum miſericordiam dignentur recipere. Item dicta Teſtatrix juſſit, voluit, & ordinavit, quod quando Deo placebit ipſam ab hoc ſeculo emigrare, quod ejus corpus portetur, & ſepeliatur in Eccleſia ſancti Morixii devoti ſui, & penes Ferrugiam, & ante Capellam magnam dictæ Eccleſiæ, cui Eccleſiæ S. Morixii ipſa Domina Teſtatrix legavit pro anima ſua, & pro reparatione, & auxilio fabbricationis ipſius Eccleſiæ florenos centum monetæ Montisferrati ſolvendos per infraſcriptum illuſtriſſimum cohæredem de reditibus, ſeu fructibus Caſtri Tridini; item juſſit, voluit, & ordinavit, ac legavit eidem Eccleſiæ S. Maurixii omnia paramenta, & fulcimenta Capellæ, & libros ipſius Dominæ Teſtatricis, ita quod ſemper ſint Eccleſiæ prædictæ S. Maurixii. Et ſimiliter veſtes duas ruxas, & auro contextas ipſius Dominæ Teſtatricis pro paramentis faciendis in dicta Eccleſia, ut ſemper fratres dicti Conventus precentur Deum pro anima ipſius Teſtatricis, & ipſam recomandent in omnibus, & eorum officiis, & orationibus. Item ipſa Domina Teſtatrix, quantum magis ſtricte poteſt, recomittit dictam Eccleſiam S. Maurixii illuſtriſſimo Domino Marchioni fratri ſuo, & hæredibus ſuis, ut taliter providere dignentur de ſufficienti numero fratrum, quod ipſa Eccleſia ſit bene officiata continue. Item legavit præfata Domina Teſtatrix, & juſſit, & ordinavit, quod per hæredem ſuum infraſcriptum dentur, & ſolvantur illo meliori modo, & tempore, quo poterit nobili Catherinæ de Montilio uxori quondam Maffricti florenos centum. Item ſimili modo legavit, & jure legati relinquit Sophiæ de Maſſa alios florenos centum. Item ſimili modo legavit Mariæ uxoris nobilis Bartholomæi de Villa de Deatis jure legati florenos centum ſolvendos per dictum ſuum hæredem modo, & forma præſcriptis. Et ſimiliter Alaxinæ de Occimiano legavit florenos viginti. Item præfata Domina Imperatrix, & Teſtatrix rogat præfatum hæredem ſuum illuſtriſſimum Dominum Marchionem Montisferrati ejus fratrem, quod ſemper habeat recomiſſum Theodorum Spinolam filium ſuum ſpiritualem, ut præfatam Dominam Teſtatricem. Item ordinavit, & voluit ipſa Domina Teſtatrix, quod horigeria duo laborata alias donata per Dominam Matrem ipſius Theodori Spinolæ remaneant præfato Domino Marchioni, qui ipſorum precium ſolvat ipſi Theodoro. Item conſiderato, quod egregius Medicinæ Doctor Dominus Magiſter Jacobinus de Blandrate de Tridino, poſtquam præfata Domina Teſtatrix reduxit ad partes iſtas, continue ſtetit occupatus penes ipſam Dominam ſine alia remuneratione, quod præfatus D. D. Marchio abiliori modo, & tempore, quo poterit, providere dignetur ipſi Magiſtro Jacobino. Et maxime requirit ipſum Dominum Marchionem, quod poſt mortem ipſius Dominæ Teſtatricis velit affictare Caſtellaniam Tridini eidem Magiſtro Jacobino tali precio, quo poſſit hæc aliaque debita reſtaurare de præmiſſis propter bona ejus bona ſervigia; & quod hoc ſit in beneplacito ejuſdem Domini prælibati, quod omnia vera debita ipſius Dominæ Teſtatricis, qnæ reperiantur poſt ejus mortem, ſolvantur integraliter per præfatum Dominum Marchionem hæredem ſuum infraſcriptum. Item legavit, & juſſit quod illuſtris Domina ejus Neptis habeat Coffanum unum pulcherrimum dictæ Teſtatricis, quod eſt ſub uno Choero pulchro, & maximi valoris. Item unum penalionum pulchrum. Item præfata Domina Teſtatrix legavit, & ordinavit, & ſic requirit illuſtrem Dominum Marchionem ejus fratrem, & hæredem infraſcriptum, quod velit ex nunc per literas ſuas patentes facere debitam facultatem nobilibus Bartholomeo de Villa de Deatis, & Mariæ ejus uxori pro ducatorum quatuorcentum, pro reſtanti dote ipſius Mariæ, & quos habere debent ab ipſa Domina Teſtatrice, & ſic dicit ipſa Teſtatrix eis dare debere, & taliter facere velit ipſe Dominus Marchio, quod ipſos Ducatus quatuorcentum habeant ab ipſo Domino Marchione ſine alia retencione. Item ſimili modo dicta Teſtatrix legavit Domino Magiſtro Jacobino Phiſico præfatæ Dominæ ducatos 50. auri, & rogat, quod ipſum velit per literas ſuas aſſicurari. In omnibus autem aliis bonis ſuis, & dictæ Teſtatricis mobilibus, & immobilibus tam in Tridino, quam Morano, & alibi juribus, & actionibus, & nominibus debitorum, & creditorum ubicumque ſint, vel reperiri poſſint quoquomodo ſibi univerſalem hæredem inſtituit dicta Domina Teſtatrix præfatum illuſtrem Dominum Joannem Jacobum Marchionem Montisferrati ejus fratrem affirmans, & approbans ipſa Teſtatrix omnem donationem, & contractum tam cum carta, & ſine carta factum, & factam per dictam Dominam Teſtatricem præfato illuſtri Domino Marchioni, & de novo faciens donationes prædictas ipſi Domino Marchioni per ſe, & hæredibus ſuis, & hanc ejus ultimam voluntatem, & nuncupativum Teſtamentum ſine ſcriptis aſſeruit eſſe velle ipſa Domina Teſtatrix, quod ſi non valet, vel valebit jure Teſtamenti nuncupativi, ſaltem valeat jure Codicillorum, & cujuslibet alterius, & ultimæ voluntatis, qua, vel quibus melius valere poſſit, & tenere de jure. Præcipiens dicta Teſtatrix de prædictis omnibus, & ſingulis fieri publicum inſtrumentum per me Seraphinum Notarium infraſcriptum rogatum per ipſam Dominam Teſtatricem præſentibus teſtibus infraſcriptis notis, & rogatis currentibus annis Domini MCCCCXXXIV. indict. XII., die ultima menſis aug.

Et ego

Et ego Obertinus de Cuerdy . . . . . de Fontanili publicus Imperiali auctoritate Notarius ſupraſcriptum inſtrumentum receptum per infraſcriptum nobilem Seraphinum ejus abbreviaturæ tradidi, & ſcripſi, & de ejus commiſſione, & præcepto, & me ſubſcripſi, ſignumque meum appoſui conſuetum. Et ego Seraphinus de S. Mariæ Niciæ publicus Imperiali auctoritate Notarius ex auctoritate, & bailia mihi conceſſa per prælibatum Dominum Marchionem ec. ſupraſcriptum inſtrumentum, prout ſtat, ſcribi, poni, & fieri feci per ſupraſcriptum Obertinum Notarium in meis Imbreviaturis, & in meo Protocollo appoſito ſigno, & in teſtimonium præmiſſorum ecc.

Synodus Dioceſana pro ſubſidio caritativo Aq. Ep. ſolvendo cum aliquibus aliis decretis.

370 MCCCCCXL.

In nomine Domini amen. Anno Nativitatis Domini MCCCCCXL., indictione III., die VI. junii in Eccleſia Cathedrali Aquenſi præſentibus Petro de Siſmondo, Antonio de Porta Clerico Aquenſi, & Dominico Bocio de Cartoxio Clerico teſtibus vocatis, & rogatis, ac Franciſco de Caſtello de Trixobio. In quorum teſtium, & mei Notarii infraſcripti Bartholomei Carlevarii Notarii publici, ac Notarii Curiæ Epiſcopalis Aquenſis noſter in Chriſto Pater, & D. D. Bonifacius Epiſcopus Aquenſis, & Comes celebravit ſynodum generalem, in qua quidem ordinatum, factum, ac deliberatum fuit per Dominos Archipresbiteros, Priores, Canonicos, Presbiteros, & Capellanos, ac Rectores infraſcriptos.

Primo quod ſubſidium alias impoſitum per Clerum Aquenſem cauſſa ſubveniendi Reverendo in Chriſto Patri, & Domino Epiſcopo pro eundo ad Concilium Baſilienſe ſit caſſum, irritum, & vanum, & quod eumdem Dominum Epiſcopum quitat, liberavit, & abſolvit a quibuſcumque per eum receptis de dicto ſubſidio impoſito ad rationem de ducato cum dimidio pro ſingula libra regiſtri attentis expenſis, & aliis factis per eumdem Dominum Epiſcopum tam in Mediolano, quam alibi ecc.

Item quod de novo imponatur ſubſidium unum caritativum ad rationem de ducato cum dimidio pro ſingula libra, quo gratis ſubvenire volunt ipſi Domino Epiſcopo, attenta inopia, & paupertate ejuſdem ſolvendum per terminos infraſcriptos, videlicet in feſto Beatæ Mariæ menſis auguſti proxime venturi dimidiam partem, & in feſto Nativitatis Domini noſtri proxime venturi aliam dimidiam.

Item quod non ſit aliquis ſacerdos dioceſis Aquenſis, qui in baptizando permittat eſſe plures, quam tres compatres, computatis maribus, & feminis ſine licentia Domini Epiſcopi ſub pœna florenorum decem menſæ Epiſcopali applicandorum.

Item quod Eccleſia B. Catherinæ de loco Ruxiglioni ſuperioris erectæ de novo in Parrochialem Eccleſiam regiſtretur in libris quinque.

Item quod omnes ſacerdotes per dies . . . . . teneantur, & debeant publice in Eccleſiis eiſdem commiſſis in dicta dioceſi nunciare pro parte ipſius Domini Epiſcopi, quod omnes, & ſingulæ perſonæ dictæ dioceſis, quæ diſpenſare debent aliqua legata, diſpenſaſſe, diſpenſare debeant legata prædicta infra tempus a jure ſtatutum: aliter ipſo termino elapſo præfatus Dominus Epiſcopus ipſa legata diſpenſabit prout de jure debebit, & quod de ipſis nunciationibus ipſi ſacerdotes confici faciant publica inſtrumenta, ut cum opus fuerit poſſit de ipſis haberi notitia.

Hujus anni die 21. novembris hoc aliud in capitulari archivio reperi decretum ab Epiſcopo editum.

Adeſt prohibitio, ne plures Canonici, & Presbiteri, & Clerici præſumant ire cum petitis in pedibus in choro, ſeu portantes petitus in pedibus in choro, & ubi ſunt taxellati in Eccleſia Cathedrali Aquenſi, excepto ab oſtio clauſtri intrando in ſacriſtiam, & de ſacriſtia egrediendo.

Literæ Epiſcopi commendatitiæ pro conſtructione hoſpitalis S. Antonii de Uvada.

MCCCCXLIV. 371

Bonifacius Dei gratia Epiſcopus Aquenſis, & Comes univerſis, & ſingulis Archipresbiteris rectoribus ec. ſalutem in Domino. Adeo favorabiliter oculos noſtræ mentis erigimus, & eiſdem libenter annuimus, quæ & animarum ſalutis, & proximorum pariter concernunt utilitatem, & commodum. Hinc eſt quod cum extra locum Uvadæ Aquenſi noſtræ Diœc. apud Eccleſiam B. Antonii confeſſoris in beneplacito noſtro, auctoritateque, & licentia noſtra pia quorundam de loco ipſo mens, & intentio mota ſit ad ædificium pro hoſpitalitate, & ad recreationem Chriſti pauperum erigendum in Dei laudem, & ejuſdem S. Confeſſoris honorem, expediatque juxta nobis factas veras collationes de multis ſubſidiis tam realibus, quam perſonalibus ad opus ipſum conſtruendum ipſius imminente operis principio providere, cum vero non adſint ipſis ad opus hoc perficiendum facultates ecc. *Reliqua ut in carta n. 321.*

Decretum Bonifacii de Monteferrato præſcribens formam muniendæ civitatis Aquenſis.

MCCCCXLVII. 372

Anno Domini MCCCCXLVII. XXX. januarii ordinationes factæ per D. Bonifacium de Monteferrato ſuper fortificatione civitatis Aquis. Primo quod fiat turris una in loco medio inter portam Cupæ, & Malecantonum in loco medio, & æquali diſtantia. Item in angulo Malecantoni fiat turris una groſſa rotunda verſus murum civitatis per ſufficientem diſtantiam cum bombarderiis habilibus ad defendendam portam Cupæ, & portam Bollentis. Item quod fiat alia turris in angulo portæ Franchæ reſpipiens ad defenſionem portæ bulientis, ſive revellini ejuſdem portæ, & uſque ad Sclaviam. Item quod fiat alia turris competens ad Torratiam cum bombarderiis competentibus, & opportunis. Item quod fiat alia turris in angulo contiguo domus Franciſci Lingerii, & Magiſtri Stratæ cum bombarderiis reſpicientibus verſus portam Burgi novi, & verſus Sclaviam.

Renovatio Emphiteuſeos Abbatis monaſterii S. Juſtinæ de Sezzadio: ex tabul. Congreg. Oblat. S. Sepulchri.

M C C C C C L.

373 Anno MCCCCL., indictione XIII., die V. febr. Actum in monaſterio S. Juſtinæ, & in capitulo dicti monaſterii, præſentibus D. Petro de Guibardis de Vercellis juriſperito, & Vicario terræ Caſſinarum, Manfrino Boſca de Sezzadio, & Baptiſtino Buzio de Caſſinis omnibus teſtibus &c. Cum Ravaccius de Caſtronovo vallis Burmidæ in ejus vita, & poſt ejus mortem Thomas ejus filius in ipſius Thomæ vita, & poſt mortem dicti quondam Thomæ, Antonius Jacobinus Nicolinus, & Zanotus filii, & heredes dicti quondam Thomæ tenuiſſent . . . . certam petiam inſulæ . . . . cui petiæ cohæret ab una parte flumen Burmidæ, ab alia Rocca Molletæ, Franciſcus Gajolus, & jura monaſterii infraſcripti . . . . requirenteſque dicti filii pro eorum, & dicti monaſterii cautela, & ſecuritate a R. P., & D. D. P. Antonio de Lanzavegiis Dei gratia Abbate dicti monaſterii . . . . convocatiſque ut moris eſt D. Fr. Ambroſio Marino Priore dicti monaſterii, Fr. Joanne de Mediolano, Fr. Leonardo de Oreto, Fr. Thoma de Lucca, Fr. Agnatio de Portofino, Fr. Laurentio Frillo, Fr. Barnaba de Savigliano, Fr. Lucca de Cumis, & Fr. Evangeliſta de Francia &c.

Ego Fredericus Buzius filii quondam Gaslini de Caſſinis publicus Notarius &c

Litteræ Nicolai V. civitati, ac diœceſi Aquenſi nunciantes electionem D. Thomæ de Regibus in Epiſcopum Aquenſem.

M C C C C C L.

374 Nicolaus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilectis filiis populo civitatis, & diœceſis Aquenſis ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Hodie de perſona dilecti filii Thomæ Electi Aquenſis Eccleſiæ . . . . . tunc per obitum B. M. Bonifacii Epiſcopi Aquenſis extra Romanam curiam defuncti paſtoris ſolatio deſtitutæ duximus providendum præficiendo eum illi in Epiſcopum, & Paſtorem, prout in noſtris inde confectis litteris melius continetur. Quocirca univerſitatem veſtram rogamus, & hortamur attente per Apoſtolica vobis ſcripta mandantes, quatenus eumdem Electum, tamquam Patrem, & Paſtorem animarum veſtrarum grato admittentes honore, exhibeatis eidem obedientiam, & reverentiam debitam, & devotam ita, quod ipſe in vobis devotionis filios, & vos in eo per conſequens patrem inveniſſe benevolum gaudeatis. Dat. Spoleti anno Incarnationis Dominicæ MCCCCL., pridie idus octob. Pontificatus noſtri an. IV.

Electio D. Thomæ de Regibus in Epiſcopum Aquenſem a capitulo facta.

M C C C C C L.

375 Anno Domini MCCCCL., die ultimo octobris. Fridericus de la Porta Archidiaconus, & procurator D. Petri Nicolai Bullæ, Siſmundus de Siſmondis decretorum Doctor, & Procurator Bartholomæi Piperis, Joannes Zucha, & Joannes de Siſmundis, Albertus de Peceto præpoſitus, Bartholomæus Zabrera, & Gulielmus Bellexius omnes Canonici Aquenſes repreſentantes majorem partem capituli congregati in Eccleſia B. Mariæ de Vixono. Confitentes, quod ſit diſpendioſa Eccleſiis earum longa vocatio, nec valentes commode ad Eccleſiam Cathedralem tutum habere acceſſum propter peſtem in civitate Aquenſi vigentem, poſt maturum tractatum ſuper electione futuri antiſtitis, ad Eccleſiam vacantem nominaverunt, & nominant in Paſtorem & Epiſcopum dictæ Aquenſis Eccleſiæ aſſumendum & confirmandum Ven. virum, & circumſpectum D. Thomam de Regibus, civem, & Archidiaconum Albenſem præſentibus pluribus viris, Fr. D. Lanfranco de Squaſſis de Meladio Ord. Ciſterc. miniſtro Eccleſiæ Vixoni &c.

Ejuſdem edictum Clero Aquenſi, ut coram ſe ſtata die conveniat.

M C C C C C L I. 376

Dilectis nobis in Chriſto univerſis, & ſingulis Ven. Præpoſitis, Prioribus, Archipresbiteris, Canonicis, & Presbiteris in diœceſi noſtra conſtitutis, quorum nomina inferius deſcripta ſunt ſalutem in Domino. Cum pro parte Illuſtriſ., & Rev. in Chriſto P., & D. D. T. de Monteferrato Pronotarii nobilis Mirabellus familiaris ſpectatiſſimi, & Excell. D. D. G de Monteferrato, noſque habeamus aliqua vobiſcum communicare, idcirco tenore præſentium vos citamus, requirimus, & monemus, & pro veſtro bono, & peremtorie cuilibet veſtrum ſub excommunicationis pœna præcipiendo mandamus, quatenus die lunæ proxime futura, quæ erit IV. menſis octobris proximi unuſquiſque veſtrum compareat coram nobis Aquis in domibus reſidentiæ noſtræ aduturi ea, quæ vobis promulgare volumus: aliter procedemus contra vos ad dictam excommunicationis ſententiam, & alia graviora, prout de jure. Dat. Aquis die XXIX. ſept. MCCCCLI.

Traditio ornamentorum Epiſcopalium Capitulo Aquenſi facta a Manuele Siſmundo pro debito Canonicorum Albinganenſium.

M C C C C L I I I. 377

Anno Domini MCCCCLIII., XXVIII. octobris Quum Antonius de Siſmundis . . . . . ad ſolvendum Eccleſiæ cathedrali Aquenſi nomine Canonicorum Albinganenſium ducatos ſexaginta quinque, quos Canonici Albinganenſes ſolvere debebant dictæ Eccleſiæ, ecce quod Manuel Siſmundus filius dicti Antonii coram Capitulo, & Epiſcopo tradit in compenſa baculum eburneum Paſtorale ſculptum & depictum cum figura Agnus Dei (1). Item annulum unum aureum cum Zaphiro in medio, & aliis perlis veracibus, Pontificalem item planetam unam de camoſato, ſtolam, & manipulum; item tunigellam, dalmaticam, & ſubdalmaticam. Item pallium pro facie altaris, tapetum unum rubrum. Item

baſes, & capitella lapidum ſculptorum pro columnis clauſtri dictæ Eccleſiæ, quæ omnia æquivalent ducatis LXIV.

(1) *Hoc adhuc in tabulario Epiſcopali aſſervatur.*

Immunitas pedagii Eccleſiæ B. Petri, & ſancti Urſi conceſſa a Johanne March. Montisf.

378 MCCCCCLIV.

Joannes Marchio Montisferrati &c. Laudabilia Illuſtr. anteceſſorum noſtrorum Bonifacii, Willelmi, & Joannis Marchionum Montisferrati, qui pro eorum Catholica devotione Eccleſiæ B. Petri, & S. Urſi civitatis Auguſtæ . . . certa indulſerunt privilegia, francheſias . . . . a ſolutione cujusvis pedagii, vectigalis . . . cum libero tranſitu per quaſcumque ipſorum dominorum terras, veſtigia tanto liberius imitari volentes, quanto Eccleſiæ Dei favorem, & commodum magis concernunt, ut pariter gratæ requiſitioni Rev. P. D. Umberti Englici Prioris dictæ Eccleſiæ SS. Petri, & Urſi morem geramus, tenore præſentium dicta privilegia præfatorum DD. confirmantes . . . . . de novo concedimus, quoad, &. per quaſcumque terras noſtras mediatas, & immediatas . . . pro omnibus, & ſingulis rebus, & bonis ipſius Eccleſiæ liberum, francum, & amplum habeant tranſitum . . . & reditum . . . abſque ulla vectigalium ſolutione tam per terram, qu m per aquam mandantes &c. in quorum teſtimonium præſentes fieri juſſimus ac ſigilli noſtri munimine roborari. Dat. Auguſtæ die VI. maii ann. MCCCCLIV.

Joan. M. ſub. Euſebius.

Conſtitutiones ſynodales Epiſcopi Aquenſis ſuper ſervitute, & reſidentia Canonicorum, & aliorum Sacerdotum Eccl. Aquenſis.

379 MCCCCLV.

Non inſolitum, nec debet reprehenſibile judicari, ſi ſecundum varietatem temporum, ſtatuta etiam variantur: humana enim ſecundum B. Hieron. nulla tam ſancta, tam juſta, & diu proviſa conſtitutio, quæ in futurum plurimos non patiatur defectus, & quæ aliquando correctione non egeat. Nos igitur Thomas Epiſcopus Aquenſis, & Comes attendentes, quod circa reſidentiam Canonicorum noſtrorum, & celebrationem divinorum officiorum in Eccleſia noſtra Cathedrali propter quandam conſtitutionem ſinodalem, & aliam conſtitutionem tempore noſtro factam inter Canonicos ſæpe diſſentiones occurrunt, & defectus circa celebrationem miſſarum, & aliorum officiorum, ad amputandum, quantum poſſumus omnem materiam jurgiorum, & diſcordiarum de infraſcriptis ordinationibus circa reſidentiam Canonicorum, & celebrationem miſſarum, & divinorum officiorum de conſenſu, & voluntate Ven. Canonicorum noſtrorum de præſenti reſidentium, & totum capitulum repræſentantium, quorum nomina inferius ſunt deſcripta duximus providendum.

Et primo cum dictæ ſinodalis conſtitutio diſponat, & velit, quod Canonici, qui non fecerint reſidentiam apud ipſam Eccleſiam teneantur ſub pœnis, & cenſuris in ipſa contentis dimittere medietatem fructuum præbendæ ſuæ maſſario capituli, quæ medietas reponatur tam in ornamentis Eccleſiæ, quam ſervientibus, & ſupplentibus vices abſentium ad tollendas diſſentiones, quæ hactenus ortæ ſunt, & in futurum oriri poſſunt ſuper valore præbendarum vero; præſenti conſtitutione in futurum valitura ordinamus, & decernimus, quod quantum ad dictam medietatem fructuum persolvendam, ſive per Canonicos abſentes, ſive per Canonicos de novo acceptos, quælibet præbenda ſit extimata valoris florenorum decem ſingula libra regiſtri, & ſecundum ipſam æſtimationem medietas fructuum uniuſcujuſque præbendæ dimittatur in communi ſecundum ordinationem dictæ conſtitutionis ſub pœnis, & cenſuris in ea contentis, quas per hanc noſtram conſtitutionem approbamus auctoritate noſtra, & confirmamus.

II. Item ordinamus, volumus, & decernimus, quod præbendæ duæ noſtris temporibus conſtitutæ, ſcilicet Archipresbiteratus, ad quam applicuimus bona S. Lazari de Aquis, & illa, quam de præſenti tenet Bartholomeus Zabreria, cui applicuimus, reditus nemoris Montis Rubei ſint regiſtratæ, ſecundum quod reliquæ præbendæ libras decem pro ſingula præbenda.

III. Item cum ſecundum jura canonica, quilibet canonicorum teneatur reſidere, & ſervire, contingat tamen ſæpe ex cauſis legitimis aliquos abeſſe circa reſidentiam, & ſervitutem Eccleſiæ de infraſcriptis ordinationibus duximus providendum. Et primo ordinamus, quod omnes Canonici ex cauſa legitima abſentes, & in civitate non reſidentes dimittant in communi medietatem fructuum præbendæ ſuæ, ſicut ſupra ordinatum eſt; ſi qui vero voluerint ſuſtitutum loco ſui ponere, ponant talem qui ſit idoneus, & ſufficiens ad celebrationem miſſarum; & aliorum officiorum tam nocturnorum, quam diurnorum, & quod nullum aliud officium habeat in Eccleſia ipſa, & quod ſit idoneus ad celebrandum tam cum nota, quam private, & tam in choro, quam ad altare.

IV. Canonici vero reſidentes in ſacerdotio conſtituti teneantur adſcribi ad aſſiduam ſervitutem, & celebrationem miſſarum, & horarum canonicarum per ſe, & ſubſtitutum idoneum, & ſufficientem, ſecundum quod in proximo ſuperiori capitulo de idoneitate dictum eſt, niſi forte ab aſſidua ſervitute cauſa aliqua legitimæ infirmitatis, vel ſenectutis ipſos excuſaret, quo caſu ipſi aſſiduæ ſervituti non adſcripti propter aliquam ex cauſis ſupraſcriptis, ut participes ſint orationum, & bonorum fiendorum in Eccleſia, dimittant in communi quartam partem fructuum præbendæ ſuæ, ſicut ſupra taxatæ ſunt, diſtribuendam cum aliis ſecundum modum ſupraſcriptum.

V. Canonici vero in civitate reſidentes, non habentes cauſam legitimam non adſcribi ſervituti aſſiduæ tamquam abſentes a civitate reputentur circa relaxationem fructuum, & ut ſupra. Tempus autem ſervitutis eximentis aliquem ab aſſidua ſervitute declaramus fore annorum ſexaginta quinque, & ultra; diutinam vero infirmitatem relinquimus arbitrio ordinarii, & aliorum bonorum virorum.

VI. Canonici vero non conſtituti in ſacris, quan-

tum ad dimittendam portionem ſuæ præbendæ pro abſentibus habeantur, & reputentur. Conſtituti vero in ſacris a ſacerdotio infra dimittent in communi tertiam partem fructuum ut ſupra, & ſi tales aſſidue interſint horis canonicis, & diurnis ſervientes in ordine ſuo temporibus debitis admittantur ad diſtributionem obventionum quotidianarum ſecundum ordinationem infraſcriptam. Canonici vero ætatis legitimæ ad ordinem Sacerdotalem ſuſcipiendum infra annum a die adeptæ poſſeſſionis promoveri teneantur, & in ſacerdotio deſervire; alias pro abſentibus reputentur.

VII. Item volumus, & ordinamus, quod fructus qui dimittuntur in communi per abſentes, ſive reſidentes, ut ſupra notatum eſt, diſtribuantur inter aſſidue deſervientes, ſecundum quod deſtribui debent diſtributiones quotidianæ, & pro quotidianis diſtributionibus cum aliis obventionibus ex inſperato contigentibus diſpenſentur.

VIII. Item volumus, & ordinamus, quod canonici, ſive ſubſtituti, qui adſcripti fuerint ad ipſas diſtributiones, & alias obventiones percipiendas teneantur celebrare miſſas, & alias horas canonicas nocturnas, & diurnas quotidie miſſas privatas ſecundum numerum adſcriptorum dictæ ſervituti, ita quod ſi ſeptem, vel octo ſaltem fuerint adſcripti, quotidie celebrent ad minus miſſas quatuor; diebus vero feſtivis adminus ſex; miſſas vero, & alias horas, quæ hactenus cum nota conſuetæ ſunt celebrari, cum nota teneantur celebrare diebus conſuetis.

IX. Item, cum ſecundum canonicas ſanctiones non ſufficiat Prælato ordinare, quæ facienda ſunt, niſi puniat non facientem, volumus, & ordinamus, quod quædam conſtitutio ex noſtris conſtitutionibus ſinodalibus adſcripta ſub rubrica: de celebratione miſſarum, & divinorum officiorum, in totum obſervetur ſub pœna in ipſa contenta, excepto, quod in eo, quod diſponit matutinas, & alias horas canonicas, & miſſam conventualem dictam cum nota celebrari, toleramus certo bono reſpectu, quod ſine nota, aſſidue tamen celebrentur, non recedentes a conſuetudine hactenus obſervata de celebrandis cum nota; non intereſſentes vero ipſis horis, ſive private, ſive cum nota celebrandis incurrant pœnam dictæ conſtitutionis auctoritate noſtra in præſentiarum diſpenſantes ſuper divinarum miſſarum, & aliarum horarum cum nota celebratione: in aliis ipſam conſtitutionem auctoritate noſtra roborantes.

X. Item ſi contingat aliquem deſcriptum ſervituti aſſidue cauſaliter infirmari durante infirmitate pro ſerviente, & intereſſente reputetur: ſimiliter ſi aliquem contigerit pro negotiis ſuis ſe abſentare, aliis ſervientibus exponat cauſam ſuam, & per dies tres duntaxat reputetur deſerviens ſine pœna, aliter vero ſit in arbitrio ordinarii, & aliorum ſervientium.

XI. Item ordinamus, & volumus, quod adſcriptus ſervituti modo ſupraſcripto non celebrans miſſam per ſe, vel alium die, & ordine vicis ſuæ incurrat diebus ferialibus pœnam ſolid. III., diebus vero feſtivis, & præcipue ſolemnibus incurrat pœnam ſol. VI. irremiſſibiliter applicanda capſæ B. Guidonis.

XII. Conſtitutionem vero tempore noſtro factam cum pœnis, & cenſuris in ea contentis nullam eſſe volumus.

XII. Cum ſecundum legales conſuetudines majori dignitate præditi majori prærogativa gaudere debeant præſenti conſtitutione ordinamus, ac decernimus, quod diebus Dominicis, & aliis feſtivis diebus præcipue ſolemnibus, nullus miſſam ſolemnem, & maxime ad altare majus poſſit celebrare, niſi ſit Canonicus ipſius Eccleſiæ.

Memoria pecuniæ convertendæ in utilitatem menſæ Epiſcopalis.

MCCCCLVI. 380

Anno Domini MCCCCLVI. Præſentibus Presbit. Petro Paulo de Pelatis Rectore Eccleſiæ Ruſſigloni, cum per Ven. Doctorem Siſmundum de Siſmundis, & Melchiorem ejus fratrem, ac Antonium de Siſmundis eorum patruum, heredes D. Bonifacii Epiſcopi Aquenſis fratris dicti Antonii, & patrui ipſorum tradita fuerit in ſolutum D. Thomæ de Regibus Epiſc. Aquenſ. quædam domus in contrata Archivoti, cohærent via, & jura S. Caloceri pro ducatis CL. pro parte, videlicet ducat. CCCLXIV. receptorum per præfatum quondam D. Epiſcopum Bonifacium Epiſc. Aquenſ. a quondam R. P., & D. Henrico de Scarampis Epiſcopo Aquenſi. Sub pacto facta fuit dicta datio in ſolutum ipſi Domino Epiſcopo, videlicet quod dicta domus venderetur, & ipſum precium dictorum ducatorum exponeretur in commodum, & utilitatem menſæ Epiſcopalis, ut ex inſtrumen. an. MCCCCLII. Ecce, quod præfatus Thomas Epiſcopus cum conſenſu canonicorum eam vendit dicto Siſmundo de Siſmundis &c.

Solutio MD. duc. auri ab Epiſcopo Aquenſi facta pro redemtione caſtri Beſtagni.

MCCCCLVIII. 381

Anno Domini MCCCCLVIII., VI. junii in loco Beſtagni coram D. Henrico Maſtorgio de S. Stephano Belbi, Guliel. M. Montisf. Clavario, & citra Tanagrum commiſſario Nobilis D. Nicoloſius de Guaſco civis Januæ filius, & heres D. Iſnardi de Guaſco confeſſus fuit ſe habuiſſe a R. P. D. Thoma de Regibus Epiſcopo Aquenſis Eccleſiæ de propriis ducatis dicti Epiſcopi ducatos MD. auri pro redimendo villam, & dictum caſtrum Beſtagni, quos ducatos facto computo repertus fuit ipſum D. Nicoloſium habere debere a prælaudato D. D. Marchione pro obbligatione D. Joannis Jacobi Marchionis Montisferrati ejus genitoris (1) facta dicto quondam D. Iſnardo de Guaſco, atque ipſo Nicoloſio, ut patet ex litteris ſequentis tenoris &c.

(1) *Obiit Johannes Jacobus ann. MCCCCXLV. XII. martii.*

Conceſſio Balnei conventui Fratrum Minorum.

MCCCCLVIII. 382

Die IV. octobris, anno MCCCCLVIII. In civitate Aquis, in palatio dictæ civitatis, in conſilio ubi aderant ultra quam duæ partes dictorum conſiliariorum ſono campanæ, & voce præco-

nis more solito congregato, prout moris, est præfatus Dominus Judex civitatis Aquis super inferius propositis sibi consilium dari postulat, & requirit, & primo super requisitione, quam faciunt, Rev. in Christo Patres D. F. Angelus Vicarius provinciæ Januæ Ordinis fratrum Minorum de Observantia Georgius Guardianus conventus ordinis prædictæ civitatis propter necessitatem fratrum infirmantium & asserunt velle blaneum unum in monasterio ordinis prædictæ civitatis, & requirunt in dicto consilio velle concedi sibi de aqua bullientis conducenda per conducta expensis ipsorum fratrum, & non communis, & cum conditione, quod volunt obligari, & obligati esse, quod nulla alia persona exceptis dictis fratribus de Observantia, & ejus familia non possit, nec valeat balneare in dicto balneo fiendo seu fiendis, nec ipso, seu ipsis uti, nec frui, & in quantum per dictos fratres, qui nunc sunt, vel pro tempore fuerint contra fieret, quod fit in electione communis posse destruere dicta conducta, si ipsis videbitur, ita, & taliter, quod aqua non possit decurrere ad dicta balnea fienda per dictos fratres.

Super qua prima propositione conclusum, obtentum, & ordinatum fuit nemine discrepante, quod concedatur præfatis Dominis Vicario, & Guardiano, prout requisitum fuit, dummodo dictum conductum non inferat damnum balneis communis tam factis, quam fiendis, & aliis ædificiis per dictum commune fiendis, & in quantum inferret damnum, tunc licitum sit dicto communi posse auferre, & destruere dictum conductum &c.

Breve Pii II. Papæ confirmans fundationem conventus Cremolini facta a Marchione Isnardo Malaspina pro fratribus ordinis B. M. de Monte Carmelo.

383 MCCCCCLIX.

Pius Episcopus SS. Dei dilectis filiis nobilibus viro Ill. Isnardo de Malaspina... dicti loci Cremolini, incolis, & habitatoribus dicti loci Aquensis diœcesis salutem, & Apostolicam benedictionem. Exigit vestræ magnæ devotioni sinceritas, quam erga nos, ac Romanam Ecclesiam geritis, ut votis vestris, in iis præsertim, quæ divini cultus augmentum respiciunt, quantum cum Deo possumus favorabiliter annuamus; hinc est, quod nos in hac parte vestris supplicationibus inclinati vobis, qui ut asseritis de bonis vobis a Deo collatis quandam Ecclesiam sub vocabulo S. Benedicti in loco de Cremolino Aquensis diœcesis fundare feciſtis, quique ad ordinem B. Mariæ de Monte Carmello singularem geritis devotionis affectum, ut in loco dictæ Ecclesiæ domum pro nonnullis fratribus dicti ordinis, qui ibi perpetuo degant, ac Ecclesiam ipsam pro eisdem fratribus, cum cemeterio, clausiro, campana, campanili, ortis, ortaliciis, & aliis necessariis officinis de bonis similibus construere, ædificare, erigere, & ampliare pro nonnullorum dicti ordinis fratrum usu, & habitatione in perpetuum possitis, ac ipsis fratribus, quos in loco, seu erigenda domo hujusmodi pro tempore residere contigerit, ut illa recipere, ac fructus, reditus, & proventus dictæ Ecclesiæ, qui trium florenorum aussi de camera secundum communem æstimationem, & valorem annuum, ut etiam asseritis, non excedunt pro luminaribus, & ornamentis inibi manutenendis perpetuo habere, atque fratres prædicti omnibus, & singulis privilegiis, indulgentiis, & gratiis præfato ordini, & domibus ejusdem a sede Apostolica generaliter concessis uti, & gaudere libere, & licite possitis auctoritate Apostolica tenore præsentium concedimus pariter, & indulgemus; jure tamen parochiali Ecclesiæ, & cujuslibet alterius in omnibus semper salva &c. Non obstantibus sel. record. P. VIII. prædecessoris nostri inter alia prohibentis, ne fratres Ordinum Mendicantium in aliqua civitate, castro, vel villa, seu in alio loco quocumque domos, aut loca de novo recipere, seu inhabitare præsumant sine aliqua sedis Apostolicæ licentia specialiter faciente plenam, & expressam de prohibitione hujusmodi mentionem, & aliis Apostolicis constitutionibus, nec non privilegiis, & indultis aliis fratribus dicti ordinis a præfata sede concessis, ac statutis, & consuetudinibus ejusdem ordinis juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis alia firmitate roboratis, ceterisque contrariis quibuscumque &c. nulli ergo &c. si quis &c. Dat. Mantuæ anno Incarnat. Dominicæ MCCCCLIX., decimo nono kal. julii P. N. anno primo.

Decreta Episc. Aquens. circa residentiam Canonicorum in Ecclesia Cathedrali.

MCCCCLXVIII. 384

Nos Thomas Dei, & Apostolicæ sedis gratia Episcopus Aquensis, & Comes. Cum ex injuncto nobis onere licet immeritis officii pastoralis omnium Ecclesiarum nostro tegimini commissarum statui, & reformationi sollicite intendere tenemur adstricti, cujus reformationem ommittere, & in ea divini cultus defectum sine nostra reprehensione sustinere non possumus, ut taceamus de ratione administrationis nostræ, quam in extremo examine ante tribunal æterni Judicis nos reddituros esse cognoscimus, ea propter excitamur assidue ad ea ordinanda, per quæ diebus nostris divinus cultus in ea potius augeatur, quam minui, sive negligi videatur. Considerantes itaque, quod non debet reprehensibile judicari, sed secundum varietatem temporum statuta etiam varientur humana, inherentes quantum possumus canonicis sanctionibus circa celebrationem divinorum officiorum in ipsa nostra cathedrali Ecclesia de infrascripta constitutione cum Ven. F. nostrorum consilio, & assensu D. Friderici de Porta, decretorum doctoris, Sismundi de Sismundis, Gulielmi de Bellexiis, Antonii de Porta, Petri Nicoloxii Bullæ, Stephani de Morandis, Anselmi de Ainardis, & Joannis de Sismundis de præsenti residentium in civitate Aquensi, sive diœcesis Aquensis, & majorem partem capituli constituentium taliter duximus providendum, non recedentes in totum a quadam constitutione sinodali facta sub Rubrica de *Capitulo majoris Aquensis Ecclesiæ* (1) imo ipsam potius confirmantes, declarantes, moderantes, & de novo per hanc nostram constitctionem ordinan-

tes, & ſtatuentes prout infra patebit. Attendentes igitur, quod ad hoc ſunt inſtituta Eccleſiaſtica beneficia, ut per ea Eccleſiis ſerviatur, & comperto per experientiam rei, quod in præſentiarum ipſa Eccleſia cathedralis noſtra eſt deſtituta miniſtris, & maxime ſacerdotibus, qui velint, & poſſint in ipſa miſſarum ſolemnia celebrare, cum nulli in ea ſint inſtituti capellani, ſive manſionarii ad celebrationem divinorum in ipſa deputati; ſed ſolummodo dotata ſit decem canonicorum numero, & totidem præbendarum, quibus tamen præbendis nullus ordo ſacer eſt annexus de conſuetudine, vel ſtatuto, quibuſdam ex ipſis canonicis abſentibus, quibuſdam ſe excuſantibus a continua reſidentia, & celebratione propter tenuitatem præbendarum, omnibus tamen per nos ad reſidentiam citatis legitime, & per nos etiam vivæ vocis oraculo monitis, uno excepto qui agit in remotis, ut per ſeipſos reſiderent, vel per alios vices ſuas ſupplentes in ea reſiderent, & deſervirent. Cum ipſorum canonicorum voluntate infraſcriptorum, & aſſenſu, ne ipſa Eccleſia noſtra debitis ſervitiis, & honoribus defraudetur, de fructibus, & proventibus ipſius Eccleſiæ deputandis, & diſtribuendis ſervientibus in ea rigorem juris manſuetudine temperantes de infraſcripta ordinatione duximus providere.

Et primo: Cum in ipſa conſtitutione, de qua ſupra fit mentio, cavcatur expreſſe ſub certis pœnis, & cenſuris latæ ſententiæ, ut canonici dictæ Eccleſiæ, qui per ſex menſes anni non fecerint reſidentiam apud ipſam, tradere debeant libere medietatem fructuum, & proventuum præbendæ, quam poſſidebant maſſario dictæ Eccleſiæ, qui fructus, & proventus dentur, & aſſignentur capellanis executoribus, per quos abſentium vices in ipſa Eccleſia ſuppleantur, qui fructus, & proventus ſic traditi ex longa, & vetuſta conſuetudine loco diſtributionum hactenus in dicta Eccleſia obſervata diſtributi fuerint aliquibus canonicis per ſe reſidentibus, & etiam aliis capellanis aſſumtis in ipſa Eccleſia miſſas, & alia divina officia celebrantibus: attento, quod nedum medietas ipſorum fructuum, ſed nec integer fructus ſingularum præbendarum ſufficerent ad ſingulorum canonicorum abſentium vices ſuplendum, ne os bovi alligetur trituranti, & ut ipſorum canonicorum aliqui libentius apud ipſam reſideant, qui continuo velint, & valeant divinis officiis, & miſſarum celebrationibus in ea vacare, præſenti conſtitutione in perpetuum valitura ſtatuimus ordinamus, & decernimus, quod omnes, & ſinguli canonici ipſius Eccleſiæ noſtræ, qui perſonalem reſidentiam non fecerint apud ipſam libere, integre, & ſine diminutione de menſe ſeptembri dare, tradere, & aſſignare debeant maſſario capituli dictæ Eccleſiæ duas partes fructuum, & proventuum præbendarum, quas poſſidebunt ſecundum æſtimationem, & taſſam ſingularum præbendarum hoc præſenti anno limitatam, & taſſatam per ipſos canonicos nunc præſentes, ſive eorum procuratores ſecundum inventarium omnium bonorum, poſſeſſionum ad ſuas, quas poſſident præbendas ſpectantium, & pertinentium de mandato noſtro factum, & coram nobis præſentatum, ac in actis curiæ redactum, & in libro, quo deſcriptæ ſunt conſtitutiones ſinodales regiſtratum; & hoc ſub pœna excomunicationis, qua hac canonica monitione præmiſſa ipſo facto incurrere volumus omnes, & ſingulos canonicos dictæ Eccleſiæ noſtræ huic noſtræ conſtitutioni non obedientes, & ipſam in dicto termino non obſervantes, niſi forte de tempore quantum ad traditionem dictorum fructuum aliter cum ipſo maſſario conveniretur. A qua excomunicationis ſententia ipſos abſolvi nolumus, niſi per nos, vel ſucceſſores noſtros, & debita ſatisfactione præmiſſa, quod ſi dicta excomunicationis ſententia per duos menſes poſt menſem ſeptembris animo forti ſuſtinerent indurato, ipſos a perceptione omnium fructum præbendarum ſuarum canonica monitione præmiſſa decernimus fore ſuſpenſos, uſquequo meruerint abſolutionis beneficium obtinere, decernentes ex nunc, & ſtatuentes quod fructus taliter ſuſpenſorum diſtribuantur aliis canonicis pro ipſo tempore reſidentibus pro duabus partibus, ut ſupra ordinatum eſt; tertia vero pars applicetur menſæ capitulari convertenda in uſus ipſius Eccleſiæ, & quia etiam creſcente contumacia, creſcere etiam debet pœna ſtatuimus, ordinamus, & decernimus, quod ſi qui forte dictas excomunicationis, & fructuum ſuſpenſionis ſententias contumaciter ſuſtinerent per ſex menſes, ſint ipſo jure privati canonicatibus, & præbendis, quos, & quas in ipſa Eccleſia obtinerent, ſecundum quod in dicta ſinodali conſtitutione continetur.

Item quia ex tenore ſupraſcriptæ conſtitutionis ſinodalis, ut rerum experientia docuit, jam exortæ ſint diſſenſiones inter ipſos canonicos, & exoriri poſſent etiam in futurum, imo quod minus tolerandum eſt ipſa Eccleſia pati poſſet omnimodam deſtitutionem ſervitiorum, cum aliqui ipſorum canonicorum pro tempore ſe abſentantium, & pro tempore in civitate reſidentium dicentes ſe ſatisfeciſſe ſupradictæ conſtitutioni, nolentes de fructibus præbendarum ſuarum reſidentibus, & ſervientibus aliquid impertiri, ut diſſenſionum omnis materia tollatur, ſtatuimus, & ordinamus ſub pœnis, & cenſuris ſupraſcriptis, & modo præmiſſo, quod omnes, & ſinguli canonici, qui perſonalem reſidentiam non fecerint deſerviendo in ipſa Eccleſia per ſex menſes continuos præcedentes kalend. ſeptembris, illos incipiendo quandocumque placuerit, dummodo inſerviendo ſint continui, cenſeantur, & reputentur, ac ſi per totum annum forent abſentes. Quive poſt dictorum ſex menſium reſidentiam ſe aliquo tempore abſentabunt pro tempore, quo fuerint abſentes, teneantur, & debeant pro rata tradere, & aſſignare maſſario dictæ Eccleſiæ, ſecundum quod ſuperius ordinatum eſt, declarantes quod reſidentia alicujus temporis anni ipſos excuſare non valeat a traditione, & ſolutione partis contingentis pro tempore, quo erunt abſentes.

Item cum unicuique ſit ſecundum laborem de mercede providendum, oneraque inæqualia non ſint æqua mercede penſanda, intelligentes, quod honor, & decus ipſius Eccleſiæ noſtræ plurimum reſidet in onere, & obligatione celebrationis miſſarum ſtatuimus, & ordinamus, quod ſi aliquando contingat

aliquem eligi Canonicum, qui non ſit in ſacris ordinibus conſtitutus. Cum ut ſupra dictum eſt nullæ ſint ibi præbendæ ordinem habentes annexum, talis ſic electus per omnia cenſeatur, ac ſi abſens foret, licet perſonaliter reſideat in civitate, quouſque fuerit ad ſacros ordines aſſumtus, & promotus.

Canonici autem ipſius Eccleſiæ præſentes, & futuri in ſacris conſtituti, ſed non in ſacerdotio, ſive conſtituti in ſacerdotio, ſed minime celebrantes: quamquam apud Eccleſiam ipſam reſidentiam faciant, dummodo alias interſint celebrationi divinorum officiorum in ipſa Eccleſia, & horis canonicis diurnis, & nocturnis, ut celebrantes Miſſas onus valeant commodius, & libentius ſub ſpe condignæ mercedis tolerare, teneantur, & debeant ſingulis annis tradere, & aſſignare maſſario dictæ Eccleſiæ tertiam partem fructuum, & proventuum præbendarum ſuarum ſecundum taxam, & æſtimationem ut ſupra dictum eſt ſub prædictis penis, & cenſuris, quam partem ut ſupra dare volumus Canonicis, & aliis in Eccleſia ipſa Miſſas celebrantibus ſecundum ordinationem de celebratione in ipſa Eccleſia factam, vel fiendam. *Hic in codice capituli additur*: Canonici vero ipſius Eccleſiæ præſentes, & futuri in ſacerdotio conſtituti, non tamen continuo celebrantes in ipſa ſecundum ſupradictam ordinationem de celebrantibus, ſed aliquando, & maxime diebus feſtivis, & ſolemnibus Miſſas in ipſa celebrantes ſub eiſdem penis, & cenſuris ſupraſcriptis tenentur tradere, & aſſignare maſſario ſupradicto quartam partem fructuum, & proventuum præbendarum ſuarum, niſi a continua celebratione aliqua cauſa excuſaret, vel aliter cum Canonicis reſidentibus, & continuo celebrantibus amicabiliter convenirent, ad quos pro mercede celebrationis volumus ſupradictas fructuum traditiones, ut ſupra ordinatum eſt, faciendas, & ſolvendas.

Supradictam ſinodalem conſtitutionem ſuper eo quod diſponit, quod Canonici, qui aſſumti fuerint ad præbendas vacantes teneantur tradere, & aſſignare maſſario dictæ Eccleſiæ mediam partem omnium fructuum, & proventuum præbendarum, quas fuerint aſſecuti, convertendam in ornamentis, & fabrica ipſius Eccleſiæ ſub certis pœnis in ea contentis cum pœnis, cenſuris, & privationibus in ea contentis, hac præſenti conſtitutione noſtra approbamus, ratificamus, & confirmamus declarantes dictam medietatem tradi, & aſſignari debere per quoſcumque Canonicos infra ſex menſes a die habitæ poſſeſſionis ſecundum æſtimationem, & taxam ſupradictam factam de ſingulis præbendis, volentes etiam, & ordinantes, quod omnes, & ſinguli Canonici obſervantiam hujus noſtræ conſtitutionis jurare teneantur, & debeant ſecundum quod in ipſa ſinodali conſtitutione cavetur infra menſem unum a die hujus publicationis, ſive notitiæ habitæ, nolentes vero de ipſa obſervanda jurare, incurrere volumus pœnas, & cenſuras in ipſa ſinodali conſtitutione contentas.

Prædicta omnia, & ſingula ſtatuentes, ordinantes, decernentes, approbantes, & confirmantes auctoritate noſtra omni jure, via, modo, & forma quibus melius poſſumus, & debemus, mandantes, & præcipientes hanc præſentem ordinationem noſtram redigi in publicam formam per te Bartolomeum de Carlevariis civem Aquenſem Notarium publicum cancellarium noſtrum, atque Curiæ noſtræ Epiſcopalis ſcribam, ipſamque ſcribi, & regiſtrari in libris Conſtitutionum Sinodalium, & in archivio ſacriſtiæ noſtræ cum ipſis conſtitutionibus reponi, & innodari præſentibus Presbitero Guiglelmo Gallo de Montebaudono rectore Eccleſiæ de Alice, & Albertino de Regibus cive Albenſe teſtibus.

In nomine Domini amen. Anno Nativitatis ejuſdem MCCCCLV., indictione III., die IV. decembris in civitate Aquis in domibus reſidentiæ Rev. in Chriſto Patris D. D. Thomæ de Regibus Dei, & Apoſtolicæ ſedis gratia Epiſcopi Aquenſis, & Comitis in ejus Camera cubiculari præſentibus venerabilibus Dominis Presbiteris Guiglelmo Gallo de Monbaudono rectore Eccleſiæ de Alice diœc. Aq., & nobili Albertino de Regibus cive Albenſi teſtibus ad hoc vocatis, & rogatis, lecta, & publicata fuit ſupradicta conſtitutio per me Bartholomeum de Carlevariis de mandato ipſius Epiſcopi præſentibus quoque venerabilibus Canonicis infraſcriptis, qui omnes tactis manibus S. Scripturæ corporaliter in manibus præfati Domini Epiſcopi juraverunt obſervare conſtitutionem infraſcriptam.

Nomina præfatorum DD. Canonicorum ſunt hæc:

Federicus de Porta. Sigiſmundus de Siſmundis. Guiglielmus de Bellexiis. Antonius de Porta. Petrus Nicoloſius Bulla. Stefanus de Morandis. Johannes de Siſmundis. Anſelmus de Ainardis.

(1) *Videtur innuere quamdam conſtitutionem ſinodalem temporum injuria deperditam.*

Literæ delegationis Sixti IV. ad uniendas Parochiales Eccleſias Cremolini Eccleſiæ S. M. datæ fratribus ordinis S. Mariæ de Monte Carmelo.

MCCCCLXXIII. 385

Sixtus Epiſcopus SS. Dei dilecto filio Præpoſito Eccleſiæ S. Michaelis de Rivalta Aq. Diœc. ſalutem, & apoſtolicam benedictionem.

Ex injuncto nobis licet immeritis deſuper Apoſtolicæ ſervitutis officio ad Eccleſiarum, & regularium locorum, ac perſonarum in illo ſtudio piæ vitæ ſub regulari obſervantia vacantium ſtatum in melius dante Domino proſperandum curis intendentes aſſiduis, libenter ad illa opportunæ proviſionis impendimus auxilium, quæ ad Divini cultus initi propagationem opportunam fore conſpicimus, quibuſque Eccleſiis, & locis, ac perſonis ipſis in ſuis neceſſitatibus congrue ſubvenitur. Sane pro parte dilectorum filiorum nobilis viri Gulielmi Marchionis Montisferrati, ac Prioris, & Fratris domus ordinis fratrum Beatæ Mariæ de Monte Carmelo oppidi de Cremolino Aq. Diœc. nobis nuper exhibita petitio continebat, quod ſcilicet S. Benedicti, & S. Blaſii, ac S. M. de Bruſeta, & S. Agatæ extra dictum oppidum Parochiales Eccleſiæ dudum habitæ, & actu curatæ fuerint, nihilominus cauſantibus diverſis ſiniſtris eventibus Parochiam dictarum Eccleſiarum extra dictum oppidum, ad habitandum infra illud ſe reduxerunt, ipſæque Eccleſiæ extra Parochianos

illarum Parochiarum habitantes non habuerunt a longissimo tempore citra, consuevitque cura animarum illarum per rectorem Ecclesiæ S. Benedicti intra dictum oppidum, in cujus Parochia habitaverunt exerceri, usquequo Ecclesia ipsa S Benedicti in domum præfatam dudum Apostolica auctoritate extitit evecta, & eisdem fratribus pro eorum usu, & habitatione concessa, a quo tempore sic Prior dictæ domus curam hujusmodi tam S. Benedicti, quam aliarum Ecclesiarum Parochialium de consensu tamen ordinarii loci exercuit, prout exerçet de præsenti. Cum autem sicut eadem petitio subjungebat universitas locorum dicti oppidi cupiat, quod curam hominum per Priorem dictæ domus pro tempore existentem pro eorum majori commoditate, animarumque suarum salute, prout hactenus, exerceatur, pro parte Marchionis, Prioris, & Fratrum prædictorum asserentium quod trium extra insimul (1) duodecimi (2), & altera intra (3) Ecclesiarum Parochialium intra duodecim florenos auri de Camera fructus, reditus, & proventus secundum communem æstimationem valorem annuum non excedere, seque ad Beatæ gloriosæ Virginis Mariæ specialem devotionis affectum gerere, nobis fuerit humiliter supplicatum, quod Ecclesia prædicta intra de cetero S. Mariæ, & non S. Benedicti perpetuis futuris temporibus denominaretur, statuere, eisque fundandi unum altare, sive capellam unam in dicta Ecclesia intra sub invocatione ejusdem S. Benedicti licentiam concedere, ac tres Ecclesias prædictas extra cum omnibus juribus, & pertinentiis suis dictæ Ecclesiæ S. Benedicti intra suppressis in eis prius cura, & nomine beneficiorum perpetuo unire, annectere, & incorporare, atque in præmissis opportuna providere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur qui de præmissis certam notitiam non habemus, ac veros, & ultimos ipsarum Ecclesiarum vacationis modos præsentibus pro expressis habentes, hujusmodi supplicationibus inclinati discretioni tuæ per Apostolica scripta mandamus, quatenus vocato venerabili fratri nostro Episcopo Aquensi, & aliis, quorum interest de præmissis omnibus expositis auctoritate nostra te diligenter informes, & si per informationes hujusmodi ita esse repereris, Ecclesiam prædictam intra non S. Benedicti, sed S. Mariæ de Monte Carmelo de cetero nominari, & nuncupari eadem auctoritate statuas, & ordines, Marchioni, & Priori, & Fratribus unum altare sub invocatione S. Benedicti in dicta Ecclesia intra fundandi, & erigendi eadem auctoritate licentiam concedas, & nihilominus, si ordinationem, & concessionem ejusmodi per te vigore præsentium fieri contigerit, ut præfertur tres Ecclesias prædictas extra existentes cum juribus omnibus, & pertinentiis suis supradictis eidem Ecclesiæ S. Benedicti intra quibusvis modis, & ex quorumcumque personis, seu per liberas quorumvis resignationes de illis extra Romanam Curiam coram Notario publico, & testibus sponte factas ante constitutionem F. R. Joh. P. XXII. prædecessoris nostri, quæ incipit *Execrabilis*, vel assecutionem alterius beneficii Ecclesiastici ordinaria auctoritate collati vacent, & si tanto tempore vacaverint, quod eorum collatio juxta Lateranensis statuta Concilii ad sedem Apostolicam legitime devoluta, ipsæque Ecclesiæ dispositioni Apostolicæ specialiter reservatæ existant; & super eis inter aliquos lis, cujus statum præsentibus habere volumus pro expresso, pendeat indecisa, dummodo tempore datæ præsentium non sit in eis alicui specialiter jus quæsitum, suppressis in eis prius, & extinctis cura, & nomine beneficiorum, auctoritate Apostolica perpetuo unias, annectes, & incorpores, bona, & cura animarum parochianorum eidem Ecclesiæ intra applices; ita quod liceat Priori, & Conventui præfatarum trium ipsarum Ecclesiarum possessionem libere apprehendere, illarumque fructus, reditus, & proventus in suos, & dictæ domus usum, & utilitatem convertere, & perpetuo retinere, non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac domus, & ordinis prædictorum juramento, confirmatione Apostolica, vel quacumque firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus contrariis quibuscumque, aut si aliqui super provisionibus sibi faciendis de hujusmodi, vel aliis beneficiis, & Ecclesiis in illis partibus speciales, vel generales dictæ sedis, vel legatorum ejus literæ impetrarint, & si per eas ad inhibitionem, reservationem, & decretum, vel aliter quomodolibet sit processum, quas quidem literas, vel processus habitos per easdem, & inde secuta quæcumque ad tres Ecclesias uniendas hujusmodi volumus non extendi, sed nullum per hoc eis, quo ad assecutionem beneficiorum aliorum præjudicium generari, & quibuslibet privilegiis, indulgentiis, & literis Apostolicis generalibus, vel specialibus quorumcumque tenorum existant, per quæ præsentibus non expressa, vel totaliter non inserta effectus earum impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de quibus, quorum totis tenoribus habenda sit in nostris literis mentio specialis, proviso quod tres Ecclesiæ extra prædictæ debitis præterea non defraudentur obsequiis, sed earum congrue supportentur onera antedicta. Nos enim si unionem, annexionem, & incorporationem prædictarum fieri contingat moderno, & pro tempore existenti Priori dictæ domus, ut curam animarum dictæ Ecclesiæ S. Mariæ gerere, & exercere, & libere, & licite valeat auctoritate Apostolica tenore præsentium indulgemus, & insuper irritum decernimus, & inane, si secus super iis a quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Datum Romæ apud S. Petrum anno Incarn. Domini MCCCCLXXIII. X. calendas julii Pontificatus nostri anno II.

De Collis

(1) *Scil. Ecclesia SS. Blasii, S. Mariæ, & S Agatæ.*
(2) *Florenos auri subintellige.* (3) *Idest S. Benedicti.*

Aliæ ejusdem S. P. ad Episcopum Aquensem, ut colligat decimas pro expeditione contra Turcas ex toto Marchionatu.

MCCCCLXXV. 386

Sixtus Episcopus servus servorum Dei venerabili fratri Episcopo Aquensi in Marchionatu Montisferrati, & civitatibus, & dominio dilecti filii nobilis viri Gulielmi Marchionis Montisferrati nuntio, & com-

& commissario nostro, ac decimarum pro expeditione contra immanissimos Turcas impositarum collectori salutem, & Apostolicam benedictionem. Hodie siquidem ex urgentissimis causis cunctis fidelibus non ignotis pro defensione videlicet fidei Catholicæ, & Christianorum omnium adversus impios nefariosque Turcarum conatus, qui contra dominicam crucem Sathanæ erecto vexillo non modo plurium Christianorum regna, atque dominia diripuisse, suæque tirannidi, & impietati subjecisse gloriantur, sed adhuc fundendi Christiani sanguinis ardore æstuantes terrestrem exercitum, & navalem classem munitissimam ad invadendum undique Christicolas, eosque trucidandum novissime præparaverunt; cum ad resistendum tanto furori, & supportationem tantæ rei Romanæ Ecclesiæ non sufficiant facultates, spe concepta de misericordia nostri piissimi Redemtoris, nec non fidei, & religionis, ac devotionis ardore dilecti filii nobilis viri Gulielmi Marchionis Montisferrati, ac venerabilium fratrum nostrorum Archiepiscoporum, Episcoporum, ac dilectorum filiorum, electorum, administratorum, Abbatum, Priorum, Commendatariorum, omniumque Prælatorum, Capitulorum, & Conventuum, ac Cleri, atque ordinum quorumcumque, exemptorum, & non exemtorum per totam Italiam, ac dominia, & terras præfato Marchioni, ac aliis principibus, & potentatibus totius inclitæ nationis Italiæ tam citra, quam ultra montes suppositas unam integram decimam omnium fructuum, redituum, ac proventuum secundum verum valorem annuum quorumcumque Patriarchalium, Cathedralium etiam, & Metropolitanarum, aliarumque Ecclesiarum, Monasteriorum, Prioratuum, dignitatum, personarum, administrationum, & officiorum, aliorumque beneficiorum Ecclesiasticorum secularium, seu quorumcumque ordinum regularium etiam militantium in statibus, dominiis, & terris supradictis venerabilibus fratribus Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, Electis, Administratoribus, Abbatibus, Prioribus, Commendatariis, Prælatis, ac aliis personis Ecclesiasticis exemptis, & non exemptis hujusmodi fructus, & reditus, & proventus in eisdem Italiæ dominiis, & terris citra, & etiam intra montes consistentes habentibus, & percipientibus, ac de cetero habituris, & percepturis VV. FF. NN S. R. E. Cardinalium consilio, & speciatim de præfati ducis ac quorumdam aliorum principum, & potentatuum præfatæ inclitæ nationis Italicæ beneplacito, & assensu duximus auctoritate Apostolica imponendam, prout in aliis nostris confectis literis continetur. Et quia de fraternitate tua fuminus in Deo fiduciam specialem sperantes, quod fidei ejusdem, atque fideliu.n omnium negotia solerter, & fideliter exequeris volumus ecc Datum Romæ apud S. Petrum an. sal. Dom. MCCCCLXXV. idib. apr. Pont. nostri anno IV.

Licentia fratribus S. Francisci, ut deserviant Ecclesiæ S. Mariæ de Barxeto.

387 MCCCCLXXVII.

Nos Thomas de Regibus Dei, & Apostolicæ sedis gratia Aquensis Episcopus, & Comes notum facimus, & manifestum omnibus, & singulis personis præsentes nostras literas inspecturis, sicuti licentiam impertiti fuerimus, ac per præsentes impertimur venerabilibus fratribus ordinis S. Francisci loci Curtismilli, quod possint, & valeant deservire Ecclesiæ S. Mariæ de Barxeto sitæ super finibus dicti loci Curtismilii citra Uxonum nostræ Aquensis Diœcesis, & ibi divina officia celebrare, & ministrare possint, & quod possint, & valeant quæstum facere in & super totam nostram Diœcesim . . . . . ideo commendamus ipsos fratres omnibus Clericis, & Laicis . . . . . ut intuitu Dei, & Beatæ Virginis Mariæ, sanctique Guidonis patroni nostri, ut fratres ipsos gratiose, & benigne tractetis ecc.

Datum Aquis in Episcopali palatio IX. septembris MCCCCLXXVII.

Edictum convocationis sinodi, ac promulgationis Indulgentiæ plenariæ in Ecclesia Cathedrali.

MCCCCLXXVII. 388

Universis, & singulis Ecclesiarum Prælatis, Rectoribus, & Ministris per Civitatem, & Diœcesim nostram Aquensem constitutis salutem in Domino sempiternam. Quia ex nobis injuncto officio pastorali pro nonnullis rebus concernentibus honorem nostrum, atque utilitatem nostræ mensæ Episcopalis Aquensis, vestrumque omnium, & totius Cleri nostra in Diœcesi existentis sinodum nos facere oportet, & vestrum omnium habere præsentiam, igitur semper vigiles ad ea, quæ ad nostrum honorem, & commodum, vestrumque, ac totius Cleri fore conspicimus opportuna, dictam Sinodum facere, & vestram personam habere intendentes harum serie literarum vos requirimus, & monemus, ac hortamur in Domino, & vobis omnibus sub excommunicationis pœna trina Canonica monitione præmissa præcipimus mandantes, quatenus in vigilia S. Francisci die 3. octobris vos, & singulos ad nos in aula nostri Episcopalis palatii Aquensis transferatis audituri, quæ vobis proponere, & ordinare volumus. Vos insuper monemus, ut in Ecclesiis vestris infra missarum solemnia cum major aderit populi multitudo annuncietis populo vestro concessam esse Indulgentiam plenariam ad hanc civitatem Aquensem, & in nostra Cathedrali Ecclesia, quæ Indulgentia inchoabitur in Vesperis dictæ vigiliæ S. Francisci, & durabit per dies XV. sequentes, ubi etiam aderit, qui facultatem habeat dispensandi super votis, & super IV. gradu simplici, sive mixto tertio, & quarto, & super irregularitatibus, & absolvendi simoniaca labe detentos, & excommunicationis sententia quomodolibet innodatos, & etiam publice usurarios, & cum illis componendi, prout videre poteritis ex aliis literis nostris super hoc editis, dictum populum hortantes, ut ad consequendam Indulgentiam plenariam ad hanc Civitatem accedant. Datum Aquis in nostro Episcopali palatio die X. septembris MCCCCLXXVII.

Delegatio Sixti IV. Archipresbitero Eccl. Aſt- in cauſa feudorum Vixoni, Tertii, & Cavatorii inter Ep. Aq., & M. Malaſpinam.

389 MCCCCLXXX.

Anno Domini MCCCCLXXX. Sixtus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilecto filio Archipresbitero Eccleſiæ Aſtenſis ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Conqueſtus eſt nobis venerabilis frater Thomas Epiſcopus Aquenſis, quod Antoniottus Malaſpina Laicus Aquenſis Diæceſis Vixoni, ac Tertii, ac Cavatorii caſtra dictæ Diœceſis ad menſam Epiſcopalem Aquenſem legitime ſpectantia detinet indebite occupata, ideoque diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus vocatis qui fuerint vocandi appellatione remota, decernas ecc. Datum Romæ apud S. Petrum anno Incarnationis Domini MCCCCLXXXVIII. cal. martii Pontificatus noſtri anno I.

Deputatio Procuratorum facta ab univerſo Clero Alexandrino in cauſa contra Clerum Terdonenſem.

390 MCCCCLXXX.

In nomine Domini amen. Anno MCCCCLXXX. (1) indictione XV., die V. menſis auguſti actum in civitate Alexandriæ, videlicet in capella S. Perpetui ſita in Eccleſia majori Alexandriæ, & præſentibus teſtibus infraſcriptis ad infraſcripta omnia, & ſingula vocatis, & rogatis, & ſpecialiter, & per me Notarium infraſcriptum rogatis. In quorum quidem teſtium, & mei Notarii infraſcripti præſentia ibidem perſonaliter conſtituti omnes, & ſinguli R. R., & Vener. D. D. de Clero civitatis Alexandriæ, & Diœceſis ſono campanæ, ut moris eſt congregati, & citati per Luchinum Verrum nuncium Curiæ Epiſcopalis Alexandriæ, ac juſſu, & mandato R. D. Johannis Trotti Archidiaconi, & Vicarii Epiſcopalis Alexandriæ ad infraſcripta ſpecialiter peragenda, quorum nomina ſunt ut infra, videlicet primo prædictus R. D. Johannes Trottus Archidiaconus, R. D. Georgius Merlanus Archipresbiter, Melchior Canigia Præpoſitus, Mathæus Inviciatus Cantor, Paulus Canigia, Franciſcus Panza, Johannes de Marchello, Gulielmus Marſilius, Dominicus de Millo, Laurentius de Solero Canonici Eccleſiæ majoris Alexandriæ, R. Bernardinus de Cortona Abbas Abbatiæ S. Juſtinæ de Sezadio, D. Roglerius de Areſa Præpoſitus S. Baulini, D. Gabriel Guaſcus Præpoſitus S. Syri ſuo & nomine Præpoſiti S. Johannis de Capuccio, D. Fr. Johannes de Sezadio Prior ſancti Martini ſuo & nomine DD. Monialium Annunciatæ, D. Prior S. Mariæ de Caſtello, D. Hieronimus de Palma Capellanus nomine R. Abbatis S. Petri de Bergolio, D. Bartholomeus Squarzaficus Archipresbiter S. Mariæ Bergolii, D. Presbiter Sebaſtianus Barberius rector Eccleſiæ S. Michaelis de Bergolio, Johannes Arnulfus nomine Gulielmi Arnulfi ejus filii canonici dictæ Eccleſiæ S. Mariæ, D. Jacobus Rana Miniſter S. Jacobi de Altopaſſu, D. Girardus Gallia rector S. Bartolomei Alexandriæ ſuo & nomine R. Fr. Marci Guaſchi, D. Presbiter Antonius Baloccus rector S. Victoris, D. Presbiter Leonardus de Capoa rector Eccleſiæ SS. Petri, & Filippi de Uviliis, D. Presbiter Petrus Henge ius rector Eccleſiæ S. Nicolai Fraſcharii, Michael Rana nomine D. Fr. Michaelis Ranæ præceptoris S. Johannis . . . . . Alexandriæ, D. Fr. Simon de Monteferrato nomine Monialium S. Claræ, Ludovicus de Vartio pro Monialibus S. Maddalenæ, D. Pater Nicolaus Bonora Archipresbiter SS. Felicis, & Agathæ Uvilliarum, D. Fr. Laurentius Sacchus Prior S. Mariæ de Monte Carmelo, D. Fr. Benedictus Regi . . . . . Prior S. Marci, D. Fr. Johannes de Vignali pro fratribus S. Franciſci, D. Prior S. Stephani de Bergolio repræſentantes totum, & univerſum Clerum, & ſaltem plus quam duas ex tribus partibus totius Cleri Alexandriæ, nullo juris, vel facti errore ducti, & ex eorum, & cujuslibet eorum pura, mera, libera, & ſpontanea voluntate, & alias omnibus melioribus modo, jure, via, cauſa, & forma quibus melius, & validius de jure potuerunt, & poſſunt ratificando, & approbando omnia, & ſingula dicta, facta, & negotiata quomodolibet nomine Cleri Alexandrini per ſupraſcriptum D. Mathæum Cantorem coram RR. DD. Vicariis Terdonenſi, & Alexandrino in cauſa contra ſupraſcriptum Clerum Alexandrinum indebite mota per Ven. agentes pro Clero Terdonenſi, & vel pro executione ſubſidii Apoſtolici pro dicto Clero occaſione turris templi vallis Urbarum, & Eccleſiæ de Banno membri S. Stephani Sezadii, conſtituerunt, creaverunt, & ſolemniter ordinaverunt, & conſtituunt, creant, & ſolemniter ordinant ſuos, & dicti Cleri certos miſſos nuncios, actores, factores . . . . & negotiorum ſuorum, & dicti Cleri geſtores, & quidquid melius de jure . . . . melius dici poteſt, eſſe poſſunt generales, ſpeciales, ita quod generalitas ſpecialitati non deroget, nec e contra, videlicet ſupraſcriptos D. D. Georgium Archipresbiterum Melchiorem Præpoſitum, Mathæum Cantorem, Johannem de Marchello Canonicos, & Nicolaum Bonoram Archipresbiterum Uvilliarum, & quemlibet ipſorum principaliter, & in ſolidum, ita quod occupantis conditio melior non exiſtat, & quod unus ipſorum incœperit, alius proſequi, & finire valeat ad ſupraſcriptas cauſas motas per RR. de Clero Terdonenſi extra RR. de Clero Alexandrino coram D. D. Vicariis eorum occaſione, de qua ſupra ecc. Et inde de præmiſſis omnibus ecc. præſentibus ibidem nobili Johanni de Puteo filio Domini Benentini, nobili Johanni Antonio Inviciato, & Ludovico Ferrario teſtibus notis, & idoneis ad prædicta vocatis ſpecialiter, & rogatis.

(1) *R. P. M. Cavallerius, qui mihi hanc dedit, putat referendam eſſe ad annum* 1497., *& ſane Epocham luxatam eſſe patet ex indictione XV., quæ ſolum an.* 1482., *vel* 1497. *concurrit, minime vero* 1480., *ſed cum apographum habeat* 1480., *ideo hanc religioſe ſervavi.*

Obligatio Canonicorum Aquenſium, qua ſe ad congruam officiorum celebrationem, & ad ſeparandam ex ſuis præbendis portionem reſidentibus diſtribuendam Epiſcopo ſuo obſtringunt.

391 MCCCCLXXXVI.

In nomine Domini amen. Anno ejuſdem Nativit. MCCCCLXXXVI., indict. IV., die vero XI. menſis octobris in ſacriſtia Eccleſiæ Cathedralis Aquenſis, ibidem coram Rev. in Chriſto P. & D. D. Conſtantino Marenco Dei, & Apoſtolicæ ſedis gratia Epiſcopo Aquenſi, & Comite, ſedente ſuper quadam capſa lignea poſita in dicta ſacriſtia perſonaliter convocati, & conſtituti in capitulo dictæ Eccleſiæ & capituli infraſcripti Domini Canonici ejuſdem Eccleſiæ dictæ cathedralis citati, & moniti per Ven. Presbit. Jacobum Beccariam nuncium . . . . . præfati Rev. D. D. Epiſcopi, & Com. . . . . Ven. D. Sigiſmondus de Sigiſmondis, Petrus de Ainardis decretorum Doctores Canonici, Tiburtius de Bullis Archipresbiter, Petrus Nicol. de Bullis, Joannes de Sigiſmondis, Jacobus Marencus, Bartholomæus de Ainardis, Rinaldellus de Porta, & Bartholomæus de Zabreriis etiam Canonici dictæ Eccleſiæ ſtatuerunt . . . & promiſerunt præfato Rev. D. D. Epiſc. & Com. . . . . quod de cetero, & pro tempore futuro miſſas, & divina officia diurna, & nocturna quæcumque celebrabunt . . . . in dicta cathedrali Eccleſia, prout tenentur, & quod in futurum ſervabunt, & executioni mandabunt conſtitutionem ſuper hoc editam, & factam per Rev. D. D. Thomam Epiſcopum Aquenſem, & Comitem ſcriptam manu quondam nob. Conradi Zabreriæ Not. publ., & dictæ ſedis anno Nativitatis Domini MCCCCLV., indictione III., die IV. octobris. Quam quidem conſtitutionem ipſi præfati DD. Canonici, & Archipresbiter ratificarunt . . . & confirmant in omnibus ſuis clauſulis, & capitulis, prout jacent ad litteram: & ulterius ipſi Canonici, & Archipresbiter convenerunt, & promiſerunt præfato DD. Epiſcopo, & Comiti . . . quod infra dies XV. . . . conſignabunt in ſcriptis Rev. D. D. Epiſcopo . . per menſuram, ſive per ſummam jornatarum omnes proprietates, & poſſeſſiones præbendatas, quas obtinent pro eorum canonicatibus in dicta cathedrali Eccleſia Aquenſi, & ſecundum illam ſummam, quæ æſtimabitur per ipſos DD. Canonicos, & Capitulum convenerunt, & promiſerunt ſolvere ipſi DD. Canonici, & Archipresbiter, qui fuerint pro tempore abſentes a dicta Eccleſia, & ſic mihi Notario infraſcripto ſtipulanti, & recipienti nomine ſervientium, & ſervientium de tribus partibus duas partes fructuum percipiendorum ex dictis proprietatibus, & poſſeſſionibus præbendatis ſecundum formam, & tenorem dictæ conſtitutionis confirmatæ, & approbatæ, ut ſupra, aut duas partes pecuniarum extimationis præbendarum, quæ taxabuntur, & æſtimabuntur per eos. De, & quibus omnibus, & ſingulis . . . præf. Rev. DD. Epiſc., & Com., & DD. Canonici, Archipresbiter præceperunt, & rogaverunt per me Notarium infraſcriptum confici debere publicum inſtrumentum, præſentibus teſtibus vocatis, & rogatis Ven. Presbit. Jacobo Scuroto, & Antonio Balada civibus Aquenſibus.

Litteræ Ill. D. Bonifacii March. Montisferrati remiſſionis locorum ultra Tanagrum Ill. D. Marchionis Saluciarum.

MCCCCXC. 392

Bonifacius Marchio Montisferrati &c. Proximis annis, & eo tempore, quo Marchionatus Saluciarum bello, quod illi indixerat Illuſtriſſimus D. Carolus Dux Sabaudiæ nepos noſter premebatur, nos, quibus bellum ipſum moleſtiſſimum erat eo potiſſimum, quod eas inter perſonas ageretur, quibus multiplici affinitatis vinculo adſtringimur, quique pro pace inter eas componenda omnibus nervis allaboravimus, ex iis locis, quæ a nobis in feudum tenet Ill., & Excell. Nepos noſter amantiſſimus D. Ludovicus Marchio Saluciarum, ad manus noſtras accepimus loca infraſcripta cum ſuis juribus, & homagio nobilium, & hominum fidelitatibus eo animo, ut loca ipſa, & eorum jura, & accolas a belli calamitate conſervatas præfato Ill. Nepoti noſtro cum Gallia rediiſſet, reſtitueremus. Nunc autem, cum favente altiſſimo ipſe Ill. Nepos noſter Dominus Marchio Saluciarum a Galliis redierit, & proprium affecutus fuerit ſtatum, medioque ſpectabilis viri, & juris conſulti inſignis D. Franciſci Cavaciæ conſiliarii ſui ſub fide credentialium litterarum a nobis requiſiverit dictorum locorum, & jurium ipſorum remiſſionem, & reſtitutionem, nos ejuſdem Principis, & Ill. Nepotis noſtri requiſitionibus annuentes, vobis ſpectabili juris utriuſque Doctori D. Franciſco de Groſſis, cujus fidem, & prudentiam experti ſumus, mandamus quatenus ad loca prædicta vos transferatis, & ibidem auctoritate noſtra in manibus præfati Ill. Nepotis noſtri Domini Marchionis Salutiarum, ſeu ejus cujuslibet legitimi nuncii, & mandatarii loca ipſa relaxetis, & remittatis: faciatiſque, quod juramento fidelitatis, quod nobis, ſeu noſtro mandatario tam nobiles, quam caſtellani, & homines prædictorum locorum præſtiterunt non obſtante, nobiles ipſi caſtellani, & homines pareant, & obediant, ac juramentum fidelitatis præſtent præfato illuſtri Nepoti noſtro, ac denique ipſum illuſtrem nepotem noſtrum, ac nobiles & homines in eo reponatis gradu, & ſtatu, in quibus erant ante quam loca ipſa, & jura ipſorum ad noſtras manus caperemus, quos etiam & nos per præſentes reponimus, & reſtituimus tenenda ſub ſolitis feudo, & fidelitatis juramento nobiſque debitis, & præſtitis. In quorum fidem, & teſtimonium præſentes noſtras litteras fieri juſſimus, & ſigilli noſtri impreſſione muniri. Dat. Caſali die VI. ſeptembris MCCCCXC. *locus ſigilli.*

Signatus Joannes Secretarius.

In fine chartæ hæc annotabantur: loca, & caſtra, de quibus ſupra ſunt hæc; Doliani, Belvedere, Bonivicini, Montisbarcarii, Marſaliæ, Vſſoni, Caſtigloni, Rodini. *Fuit hæc ex archivio S. Uſi faſcic. 3. n. 17. ab humaniſſimo viro de Levis deſcripta, mihique tradita.*

Aliæ Conſtantini Marenchi Epiſc. Aquenſ. circa executionem teſtamenti Johannis Baſcheriæ ad pias cauſas.

393 MCCCCCXCI.

Nobiles in Chriſto dilectiſſimi. Litteras veſtras accepimus, ubi agitur de bonis, & hereditate quondam Joannis Baſcheriæ, ut ex teſtamento debentur ad piam cauſam. Grata nobis eſt veſtra probitas, ad pietatem veſtra devotio, religioſæ mentes, pii ſimplices affectus ita ſunt nobis jucundi, ut eſſe debent optimo paſtori. Gratias agimus optimo Deo, & maximo in veſtra religione, pietateque. Pergite filii dilectiſſimi id genus pia, bona, ſancta opera curare. Nos una vobiſcum ſub jugo Domini laborabimus, & in ſanctis hujuſmodi rebus nos tum ſocios, tum duces habebitis. Hoc eſt laborare in vinea Domini, ſperare centuplum ad vitam æternam conſequendam. Recte factum eſt a vobis, qui mihi caſum, cauſamque ſignificaſtis, ſentio requiri paſtoris officium, & excitari juriſdictionem. Quod ego nequeo propter abſentiam, facit hoc ſummus Pontifex, ne pietatis cauſa pereat, dat judices, & executores, qui procedant ex officio; plenius hoc ſcietis ex Apoſtolico reſcripto veſtrum eſt, ut religioſe cæpiſtis, religioſe quoque perſeverare uſque ad finem, neque piis deeſſe cauſis. Quibus nam opus eſt majore miſericordia, quam his, qui defuncti ſunt humanis? Illorum piæ voluntates, religioſa teſtamenta ſervanda ſunt. Miſerabiles omnes perſonæ ſunt, quæ omni ſunt deſtitutæ auxilio. Beati miſericordes, ait Dominus, quia miſericordiam conſequentur. Laborate in hanc partem, & una meum fovete pias cauſas, ut miſereatur noſtri Dominus, & cum ſuis electis recipiat nos in æterna tabernacula.

Præceptum Vic. Gen. circa reſidentiam, & celebrationem miſſarum in Eccl. Cathe.

394 MCCCCXCIV.

Jacobus Marencus Canonicus Aquenſis, & Vicarius Generalis Conſtantini Marenchi Epiſcopi Aquenſis, & Comitis &c. Quia beneficia propter officia inſtituta ſunt, ideo in primis eſt curandum, ne vel frigeſcat, vel diminuatur quidquid pertinet ad divinum cultum, animadvertentes quoque, quod Eccleſiam cathedralem frequentet multus populus, ideo ſub excommunicationis pœna præcipimus omnibus canonicis, & capellanis Eccleſiæ cathedralis, quatenus reſidentiam faciant continuam in ipſa cathedrali diurnis, & nocturnis officiis, & quod ſacerdotes omnes unuſquiſque pro ſuo ordine ſeſe deſcribi faciat in tabula pro ſervando ordine ad miſſas celebrandas. Quod ſi capellanus aliquis non habeat onus niſi pro celebrandis miſſis, non incurret in dictas pœnas, ſi forte non interſit, præter ſuam miſſam, & conventualem, aliis divinis officiis; ſed ſi interſint, habeant partem in quotidianis diſtributionibus, ſcilicet quartam partem totius ejus, quod habet quiſque canonicus. Dat. Aquis in capitulo dictæ Eccleſiæ ibidem capitulariter congregato XIV. octobris, MCCCCXCIV. Nomina canonicorum. Jacobus Marencus, Archipresbiter Tiburtius Bulla, Joannes Siſmondus, Bartholomæus Ainardus, Rainerius de la Porta, Georgius Carmalierius, Jacobus Sarotus, Bartholomæus Zabrera, Angelus de la Porta, Henricus Ainardus, Bernardus Bellexius.

Diploma Maximiliani I. Imperatoris Ludovico Bruno Aquenſi Epiſcopo.

MDIII. 395

In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis, Patris, & Filii, & Spiritus Sancti amen. Maximilianus divina favente clementia Romanorum Rex ſemper Auguſtus, ac Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ &c. Rex, Archidux Auſtriæ, Dux Burgundiæ, Lotharingiæ, Brabantiæ, Stiriæ, Carinthiæ, Carniolæ, Limburgi, Lucimburgi, Gheldriæ, Princeps Sueviæ, Comes, Princeps Habſpurgi, Flandriæ, Tiroli, Feretri, Gorritiæ, Kiburgi, Arteſiæ, & Burgundiæ, Palatinus Annoniæ, Hollandiæ, Zelandiæ, Hamurcæ, & Zutfaniæ, Marchio S. R. Imperii, ſupra Anaſium, & Burgariæ, Landgravius Alſatinus, Friſiæ, Marchiæ, Sclavoniæ, Portus Maonis, Salinarum, & Mecliniæ univerſis has viſuris, & audituris ſalutem, & Cæſaream gratiam, & omne bonum. Noverint omnes nuper in præſentia noſtra Cæſareæ majeſtatis perſonaliter comparuiſſe venerabilem Ludovicum Epiſcopum Aquenſem Principem, & conſiliarium noſtrum, devotum, dilectum, & in conſpectu, ac præſentia noſtra procerumque noſtrorum præſentaſſe, & oſtendiſſe quædam privilegia olim per ſereniſſimos fel. mem. Romanorum Imperatores, ac Reges, ac præſertim per Divum Carolum IV. Romanorum Imperatorem, ac Bohemiæ Regem, prædeceſſores noſtros Eccleſiæ ſuæ Aquenſi, & Epiſcopis Aquenſibus S. R. I. Principibus prædeceſſoribus ſuis conceſſa per quæ ſingulorum ipſorum ſereniſſimorum prædeceſſorum noſtrorum Romanorum Imperatorum gratiam erga ipſam Eccleſiam Aquenſem, & ejus Epiſcopos, nec parvam illius Aquenſis Eccleſiæ, & Epiſcoporum ejus erga nos ipſos ſereniſſimos prædeceſſores noſtros, & S. R. Imperium devotionem, ac fidem olim fuiſſe, & perſeveraſſe liquido videri poteſt. Cum igitur ipſe venerabilis Ludovicus Epiſcopus Aquenſis Princeps, & conſiliarius noſter dilectus nobis humillime ſupplicaverit, ut tam pro conſervanda memoria dictorum privilegiorum & in eis contentorum quam etiam pro ſincero teſtimonio veritatis tranſumtum autenticum illorum ſub ſigillo noſtro Cæſarea cum interpoſitione Cæſarei decreti, ut ubique fidem facere poſſit, ſibi concedere dignaremur, quorum quidem privilegiorum de verbo ad verbum tenor ſequitur, & eſt talis: *hic inſeritur integrum Caroli IV. diploma, quo deſcripto ſic proſequitur Imperator*. Nos igitur animadvertentes, quod juſtæ, & honeſtæ petitioni cujuslibet non eſt a Cæſarea celſitudine cum humiliter ſupplicaverit denegandus aſſenſus, accedentibus in hac parte ipſius Ven. Ludovici Epiſcopi Aquenſis Principis, & conſiliarii noſtri domeſtici non exiguis meritis, qui nobis, & ſereniſſimis, & illuſtriſſimis familiis noſtris Auſtriæ, &

Burgundiæ etiam, antequam ad regale faſtidium divina diſponente gratia vocaremur, multis annis adſidue, fideliter, diligenterque nullum recuſando periculum domi, foriſque ſervivit, & adhuc continue ſervit, præſertim quia illorum privilegiorum memoriam conſervari non minus S. Romano Imperio eſt decorum, & glorioſum, quam Eccleſiæ Aquenſis, & ipſius Epiſcopis utile, & neceſſarium & teſtimonium perhibere veritati non modo liberale, & regale, ſed etiam ſanctum, ac divinum eſſe nemo dubitat, ipſius divi Caroli IV. Romanorum Imperatoris prædeceſſoris noſtri litteras ſanas, integras, & illæſas, & omni prorſus ſuſpicione carentes, beneviſas, & perſpectas, & in noſtra procerumque noſtrorum præſentia ſæpius lectas, & intellectas, ipſiuſque ſereniſſimi Caroli IV. prædicti prædeceſſoris noſtri conſueto ſigno ſignatas ejuſdem Imperiali ſigillo integro, & illæſo ſericis aureis, nigriſque cordulis pendenti ſigillatas, in cujus quidem ſigilli parte anterioris ſedit Imperialis Majeſtas dextra ſceptrum tenens, in exteriori vero Aquila eſt Regalis impreſſa ad perpetuam rei memoriam, & motu proprio Principum procerumque noſtrorum accedente conſilio ex certa ſcientia, & de abſoluta ac plena noſtra Cæſarea auctoritate, ac poteſtate matura deliberatione præhabita in hujus præſentis tranſumti forma redigi, atque tranſcribi, ſigilloque noſtro Regio communiri juſſimus cum Cæſarei noſtri inter poſitione decreti, ut ubique terrarum tam in judicio, quam extra, & in perpetuum, & in omne tempus ubicumque, & quandocumque opus fuerit plenam, indubiam, ac illibatam fidem faciant Volentes nihilomlnus, & ſub noſtræ Cæſareæ indignationis, & arbitrii pœna mandantes, & præcipientes non minorem huic noſtro Cæſareo tranſumto quam ipſis originalibus prædictorum privilegiorum litteris fidem ubique ab omnibus, & ſingulis adhiberi. Datum in oppido noſtro Inſpruch die prima octobris, anno Domini MDIII. Regnorum noſtro-Romani XVIII. Hungariæ vero XIV.

Signatum Maximilianus.

Confirmatio conventionis a Thoma de Regibus olim cum capitulo Aquenſi facta circa commutationem cenſus monaſterii de Latronorio cum multis pro abſolutione oppreſſionum infantum.

396 M D X X I X.

In nomine Domini amen. Anno Nativitatis ejuſdem MDXXIX., indictione II., die vero X. menſis ſeptembris. In mei Notarii publici, teſtiumque infraſcriptorum ad hoc ſpecialiter vocati, & rogati præſentia perſonaliter conſtitutus Rev. in Chriſto Pater Dominicus Dei, & Apoſtolicæ ſedis gratia Epiſcopus Aquenſis, & Comes ex una, & R. utriuſque juris Doctor D. Theobaldus Ainardus præpoſitus, & ſindicus, & procurator RR. DD. Canonicorum, & capituli Eccleſiæ Aquenſis ex altera, aſſerentes quod monaſterium S. Mariæ de Latronorio reddit ſingulo anno præfato Rev. D. Aquenſi lib. VIII. ceræ, & dicto capitulo lib. VI. in feſto Purificationis B. M. V., ut ex inſtrumentis, & libris antiquis Epiſcopatus, & capituli dictæ Eccleſiæ: & alias B. M. D. Thomas Epiſcopus Aquenſis, & DD. Canonici, & capitulum dictæ Eccleſiæ convenerunt cum dictis Canonicis, & capitulo, ut Epiſcopus Aquenſis pro tempore recipiat ſingulo anno totam ceram prædictam, ſcilicet lib. XIV., & pro recompenſa ipſi DD. Canonici, & capitulum recipiant totam ceram, & pecunia alia, quæ dantur omni tempore per illos, qui opprimunt infantes pro abſolutione dictarum oppreſſionum pro uſu dictæ Eccleſiæ, & capituli luminando ſanctiſſimum corpus Chriſti, & aliis neceſſariis in dicta Eccleſia, quam conventionem præfati Rev. D. Epiſcopus, & D. Theobaldus, quibus ſupra nominibus approbarunt, & confirmarunt, & ſic de novo convenerunt, prout hactenus fuit obſervatum per ſolemnem ſtipulationem hinc inde, & ipſe Rev. D. Epiſcopus præfatus licentiam dedit, & auctoritatem DD. Canonicis, & capitulo Eccleſiæ Aquenſis, qui pro tempore fuerint eligendi ſingulo anno, vel quandocumque eis placuerit unum ex ipſis dictis Canonicis, & de capitulo, qui habeat curam abſolvendi in dictis caſibus oppreſſionum, cui eligendo, ut præfatus ipſe Rev. D. Epiſcopus ex nunc prout ex tunc, & ex tunc, prout ex nunc auctoritatem dedit, & omnimodam facultatem conceſſit abſolvendi quoſcumque in prædictis caſibus oppreſſionum, & injungendi pœnitentiam ſalutarem pro modo culpæ, prout ipſemet R. D. Epiſcopus abſolvere poteſt præſente dicto D. Theobaldo dictis nominibus præmiſſa omnia, & ſingula acceptante. De, & ſuper quibus omnibus, & ſingulis præmiſſis prædicti R. D. Epiſcopus, & D. Theobaldus petierunt a me Notario infraſcr. . . . fieri . . . unum, & plura publicum inſtrumentum. Acta fuerunt hæc in civitate Aquis in palatio Epiſcopali, & in camera cubiculari prædict. D. Epiſcopi . . . . . præſentibus ibidem Ven. Presb. Caſalenſi, & Petro de Tartaris de loco Urſariæ Aquenſis dicæc. . . . .

Ego Percival. de Ainardis civis Aquenſis publ. Imperiali auctoritate Notarius, præfatique R. D. Epiſcopi Aquenſis cancellarius . . . interfui . . . ideo hoc præſens publicum &c.

Diploma Caroli V. Imperatoris Petro Vorſtio Epiſcopo Aquenſi.

M D X X X I. 397

In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis amen. Carolus V. divina favente clementia Imperator auguſtus, ac Rex Germaniæ, Hiſpaniarum, utriuſque Siciliæ, Hieruſalem, Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Inſularum Balearium, Sardiniæ, Fortunatarum, & Indiarum, ac Terræ firmæ, maris Oceani &c. Archidux Auſtriæ, Dux Burgundiæ, Lotharingiæ, Brabantiæ, Limburgiæ, Lucemburgiæ, Gheldriæ, Wirtemburgiæ, &c. Comes Habſpurgi, Flandriæ, Tirolis, Arteſiæ, Burgundiæ, Palatinus Hannoniæ, Hollandiæ, Zelandiæ, Ferreti, Kiburgi, Hamurci, & Zutfaniæ, Landgravius Alſatiæ, Marchio Burgariæ, & S. R. I. &c. Princeps Sueviæ Dominus Friſiæ, Molinæ, Salinarum, Tripolis, Mechiniæ &c. Ad perpetuam rei memoriam recognoſcimus, ac notum facimus tenore præſentium

universis ad decus, & augmentum S. R. Imperii cujus nobis cura a D. O. M. demandata est, nostræque dignitatis, & officii sollicitudinem in primis pertinere arbitramur, ut divorum Principum Romanorum Imperatorum, & Regum vestigiis inhærentes, quæ sanctarum Ecclesiarum quietum, & tranquillum statum concernunt, quæ que ad conservationem, & tutelam, & patrocinium jurium, & libertatem earundem pertinere dignoscuntur indefesso studio procuremus, & pie concedamus. Quare quum a nobis submisse petierit Ven. Petrus Vorsius Episcopus Aquensis Princeps, & consiliarius noster, ac palatii Apostolici causarum locum tenens devotus, ac sincere nobis dilectus, ut sibi, & Ecclesiæ suæ Aquensi privilegia per divos Romanorum Imperatores, & Reges prædecessores nostros suis antecessoribus Episcopis, & Ecclesiæ Aquensi concessa, & per D. Cæsarem Maximilianum Regem Romanorum avum nostrum præclarissimæ memoriæ sub suo Regio sigillo, & cum Cæsarei interpositione decreti transumta, de quibus plenaria nobis facta fuit fides, necnon omnia, & singula in eisdem contenta privilegiis, sive per eos ipsi Episcopo, & Ecclesiæ Aquensi concessa, data, collata, confirmata, ac indulta confirmare, approbare, innovare, & ratificare, ipsumque Episcopum pro se, & dicta sua Ecclesia de eisdem investire de benignitate Imperiali dignaremur. Quorum privilegiorum, & transumti tenor incipit in hæc verba. In nomine sanctæ, & individuæ Trinitatis, Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen. Maximilianus divina favente clementia Romanorum Rex semper augustus, & Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ &c. Rex Archidux Austriæ, Dux Burgundiæ, Lotharingiæ, Brabantiæ, Stiriæ, Carinthiæ, Carniolæ, Limburgi, Lucemburgi, & Gheldriæ, Princeps Sueviæ, Comes, Princeps Habsburgi, Flandriæ, Tirolis, Feretri, Goritiæ, Kiburgi, Artheſiæ, & Burgundiæ, Palatinus Hannoniæ, Hollandiæ, Zelandiæ, Namurci, & Zutfaniæ, Marchio S. R. I. super Anasum, & Burgariæ, Langravius Alsatiæ, Dominus Frisiæ, Marchiæ, Sclavoniæ, Portus Maonis, Salinarum, & Mechliniæ, universis locis visuris, & audituris salutem, & Cæsaream gratiam, & omne bonum. Noverint omnes nuper in præsentia nostræ Cæsareæ Majestatis personaliter comparuisse Ludovicum Episcopum Aquensem Principem, & consiliarium nostrum devotum, dilectum &c. *Finis vero supradicti transunti sic habet*; volentes nihilominus, ac sub nostræ Cesareæ indignationis, & arbitrii pœna mandantes & præcipientes non minorem huic nostro Cæsareo transumto, quam ipsis originalibus prædictorum privilegiorum litteris fidem ubique ab omnibus, & singulis adhiberi. Datum in oppido nostro Inspruch die I. octobris, anno Domini MDIII. regnorum nostrorum Romani XVIII., Hungariæ vero XIV. subscriptum per Regem, & super plicam sinistri lateris ad mandatum Domini Regis proprium Ren. Nos igitur præfati Aquensis Episcopi, Principis, & consiliarii nostri tam justis, quam devotis supplicationibus benigne assentientes, attentis ipsius, suorumque antecessorum erga sereniſſimos prædecessores nostros Romanos Imperatores, & Reges, Nosque, & sacrum Imperium devotione meritis, & obsequiis animo deliberato ex certa scientia nostra non per errorem improvide, sed sano Principum, Comitum, Baronum, Procerum, & aliorum nostrorum, & Imperii sacri fidelium dilectorum accedente consilio, & de Imperialis nostræ potestatis plenitudine prædicta privilegia, ac omnia, & singula in eis contenta per præfatos divos Imperatores, & Reges Romanorum prædecessores nostros supradicto Episcopo, ejusque antecessoribus, & Ecclesiæ Aquensi concessa, data, collata, confirmata, & indulta in omnibus suis punctis, clausulis, articulis, sententiis, & tenoribus perinde, ac si de verbo ad verbum hic inserta, & specialiter expressa forent confirmavimus, approbavimus, innovavimus, & ratificavimus, & tenore præsentium confirmamus, approbamus, innovamus, ratificamus, & imperialis roboris firmitate munimus, præfatumque Petrum Vorstium Episcopum suo, & prædictæ Ecclesiæ suæ Aquensis nomine de ipsis investimus decernentes ea omnia, & singula tamquam nobis confirmata, approbata, ratificata, & innovata in omnibus suis punctis, clausulis, articulis, & partibus rata, grata, valida, firma, & perpetua esse censeri, & ab omnibus inviolabiliter observari debere intra, & extra judicium absque omni contradictione, & impedimento supplentes ex prædicta certa scientia, & Imperiali auctoritate nostra, & de potestatis nostra plenitudine omnes, & quoscumque defectus tam juris, quam facti, sive extrinsecus, sive intrinsecus, qui in præmissis, vel obscuritate verborum, vel sententiarum ambiguitate, aut debitæ solemnitatis omissione, vel alias quoquomodo interveniſſent, prædictum Episcopum Aquensem, & ejus Ecclesiam contra quascumque injustas, & indebitas occupationes, alienationes, distractiones, donationes, concessiones, & omnia alia inde secuta, pronunciata, scripta, vel facta, ac indebitas possessiones, & detentiones in integrum restituentes nulla temporis præscriptione, occupatione, detentione, alienatione obstante, nec obstantibus omnibus illis, & quibuscumque, quæ prædicti prædecessores nostri, & præsertim divus Carolus IV. in præmissis voluit non obstare, quæ etiam res per præsentes ex certa scientia, & Imperiali nostra auctoritate non obstare declaramus, & decernimus, sed eis omnibus quatenus obstarent, vel obstare possent, expresse derogamus, & derogatum esse volumus, etiamsi talia essent, de quibus in præsentibus litteris nostris deberet fieri mentio specialis, & quibus alioquin derogatum non censeretur, nisi de ipsis, seu earum toto tenore specialis esset facta mentio, quam fieri debere in nonnullis concessionibus, & privilegiis prædecessorum nostrorum certum esse videtur, & præsertim in privilegio D. Caroli IV. illustri quondam Joanni Marchioni Montisferrati concesso, dato Pisis anno Domini MCCCLV., indictione VIII., VI. idus maii. In præmissis tamen nostris, & Sacri Imperii, & aliorum juribus salvis. Nulli ergo hominum omnino liceat hanc nostram confirmationis, approbationis, innovationis, ratificationis, decreti, investituræ, suppletionis, derogationis, voluntatis, & gratiæ paginam infringere,

aut ei quovis ausu temerario contraire, sive in judicio, sive extra judicium quodcumque. Siquis autem hoc attentare præsumserit nostram, & imperii sacri indignationem gravissimam, & præter pœnas in prædictis privilegiis contentas, & expressas pœnam 20. marcharum auri puri se noverit irremissibiliter incurrisse pro dimidio Imperiali fisco, seu ærario nostro, reliqua vero parte Episcopo Aquensi Principi, & Consiliario nostro, ejusque successoribus, & Ecclesiæ Aquensi applicandam toties quoties contrafactum fuerit harum testimonio literarum manu nostra subscriptarum, & sigilli nostri Cæsarei apprehensione munitarum. Datum Romæ apud Basilicam divi Petri in die sacrosanctæ Paschæ anno Domini millesimo quingentesimo trigesimo sexto imperii nostri decimosexto regnorum nostrorum vigesimoprimo.

Testamentum D. Dominici Schelini Ep. Aq.

398 MDXXXII.

In nomine Domini amen. Noverint universi, & singuli hoc præsens publicum instrumentum visuri . . . . . quod personaliter constitutus . . . . . Dominus Dominicus Schelinus Dei, & Apostolicæ sedis gratia Episcopus Aquensis, & Comes attendens, & considerans, quod venerabilis D. Stephanus, D. Antonius, Dominicus, & Johannes Baptista, & Domina Maria, ac quondam Rusinus omnes filii legitimi, & naturales DD. Christophori Schelini ipsius Rev. D. Episcopi fratris sibi retro lapsis temporibus quamplurima varia, & diversa servitia, & obsequia, & grata beneficia fecerunt . . . . . facereque, & impendere non cessant, motus ex præmissis, & propter intimum amorem, & singularem affectionem, quam erga dictos nepotes suos habet, volens eosdem remunerare, eisdemque rite, ac legitime providere, unde possint, ac valeant honorifice vivere . . . . . dedit donavit . . . . titulo . . . . donationis . . . . inter vivos . . . . DD. Stephano, Antonio, Dominico, Johanni Baptistæ, & Mariæ fratribus, & sorori, ac Julio adhuc pupillo filio dicti quondam communis fratris nepotibus suis ex D. D. Christophoro . . . . . infrascripta videlicet bacillam unam magnam, vas unum magnum . . . . alias vulgariter sinapam nuncupatum, salinos quatuor, facias, seu pateras sex, magnas forcinas quinque omnia argenti, item omnes annulos tam auri, quam argenti, & argenti aurati a digitis, quos habet, videlicet cum lapidibus pretiosis in eis positis, & ligatis ab usu suo quotidiano excepto uno annulo pontificali, quem donavit Capellæ divi Widonis, & aliis tribus annulis donatis Dominæ Cormoxinæ de . . . . . Item eis donavit Missale unum cartæ Caprinæ miniatum, seu fulcitum, & munitum argento, quæ omnia . . . . donavit videlicet D. D. Stephano, Antonio Dominico, & Johannis Baptistæ, & Julio æquis portionibus. Dictæ vero Dominæ Mariæ donavit vestem unam panni rubri alias vulgariter scarlatum nuncupatum videlicet vestem novam: item vestem unam Damaschi novam etiam, & vestem unam zambellotti tanelli, quas omnes vestes etiam dixit prædictus Episcopus se habere factas a dorso suo de & super quibus bacilla, sinapa, salinis, faciis, forcinis, annulis, lapidibus, missali, & tribus vestibus ecc. (*Hic per transversum deficit dimidium paginæ, quo fit, ut sensus sit abruptus; quæ tamen leguntur, hic adscribam*). In Civitate Aquensi in . . . . . sala magna dicti palatii . . . . . D. Presbitero Stephano Cut . . . & D. Presbitero . . . . . civibus Aquensibus testibus . . . . . millesimo quingentesimo trigesimo secundo . . . . septimo mensis junii . . . . nob. Widonis civis Aquensis Clericus, & publicus . . . . . instrumentum videlicet fieri jussum, & rogatum . . . . . subscripsi signo mei soliti Tabellionatus.

Breve Clementis PP. VII. confirmantis fundationem monasterii Monialium ordinis S. Augustini factam a Catharina Comitissa Pollentiæ in civitate Niciæ.

MDXXXIII. 399

Clemens Episcopus servus servorum Dei Venerabili fratri Episcopo Aquensi salutem, & Apostolicam benedictionem. Apostolicæ sedis circumspecta benignitas ad ea libenter intendit, per quæ divinus cultus, augmentum, & religio propagationem suscipiant, illos quoque gratioso favore prosequitur, quos ad id propria virtutum merita multipliciter recommendant. Exhibita siquidem nobis pro parte dilectæ in Christo filiæ nobilis mulieris Catharinæ Comitissæ Pollentiæ Taurinensis Diœcesis petitio continebat, quod licet alias ipsa ex quondam Bartholomei Valterii Laici oppidi Niceæ Palearum Aquensis Diœcesis provinciæ Mediolanensis genitoris sui voluntate, & ordinatione in dicto oppido unum hospitale sub invocatione Beatæ Mariæ Virginis, & nunc ex fundamentis construi, & ædificari fecerit, ac illi nonnullos reditus, & bona concesserit, & assignaverit: cum tamen in ipso hospitali nulla hospitalitas servetur, & propter illius fructuum exiguitatem nullus ibi residere, aut illius curam gerere curet, quo fit, ut ædificia passim ruant, ac possessiones, & bona occupentur, & deteriorentur: ipsa Comitissa pie ducta ad divini cultus augmentum in ipsius hospitalis, seu alio loco dicti oppidi ad hoc conveniente, & apto unum monasterium Monialium ordinis S. Augustini, quæ inibi sub regulari habitu, & odore bonæ famæ divino beneplacito insistant, construi, & ædificari faceret, si sibi ad hoc dictæ sedis licentia suffragetur, & dilectæ in Christo filiæ Hieronyma, & Isabella Papienses Moniales, & Monasterii oppidi Garlassi ordinis Papiensis Diœcesis, quæ dicto eorum monasterio propter diuturnos bellorum insultus, & alias adversas temporum calamitates, quibus pariter illæ diu concussæ fuerunt, & direptæ extra regularia loca mendicantes vivunt, ad illud se transferre summopere desiderant. Quare pro parte tam Catharinæ Comitissæ, quam Jeronymæ, & Isabellæ prædictarum asserentium fructus, reditus, & proventus dicti hospitalis decem ducatorum auri de camera

ſecundum communem æſtimationem valorem annuum non excedere nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut eidem Catharinæ in dicto oppido Niceæ Palearum, & ipſius hoſpitalis, vel alio loco ad id conveniente, & idoneo unum monaſterium Monialium dicti ordinis S. Auguſtini ut præfertur conſtruendi, & ædificari faciendi, ac dictis Jeronymæ, & Iſabellæ ſe ad illud transferendi licentiam concedere, ac alias in præmiſſis opportune providere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur, qui dudum inter alia volumus, quod ſemper in unionibus vocarentur quorum intereſſet, quique religionis augmentum noſtris potiſſime temporibus dileximus, de præmiſſis certam notitiam non habentes, ac præfatam Jeronymam apud nos de religionis zelo, vitæ munditia, aliiſque probitatis, & virtutum meritis multipliciter commendatam horum intuitu gratioſo favore proſequi volentes, ipſaſque Catharinam Comitiſſam, ac Jeronymam, & Iſabellam, & earum quamlibet a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis ſi quibus quomodolibet innodata exiſtit ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum harum ſerie abſolventes, & abſolutas fore cenſentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus, ſi ita eſt, præfatæ Catharinæ in ipſo oppido Niceæ Palearum, & dicti hoſpitalis, ſeu alio loco ad id condecente, & apto unum monaſterium Monialium pro una Prioriſſa, & aliquibus Monialibus dicti Ordinis cum cimiterio, clauſtro, dormitorio, refectorio, ortis, ortaliciis, & aliis officinis neceſſariis, & opportunis conſtrui, & ædificari faciendi, nec non eiſdem Jeronymæ, & Iſabellæ ad illud ſe transferendi licentiam elargiri, ac Monaſterium ipſum poſtquam convenienti clauſura munitum fuerit in monaſterium Monialium dicti Ordinis ſub invocatione prædicta ſine alicujus præjudicio erigere, & inſtituere, nec non illi ſic erecto ſtructuras, & ædificia, ac omnia illius, nec non alia per ipſam Catharinam propterea aſſignanda bona confirmare, ita quod liceat pro tempore exiſtenti Prioriſſæ, & Conventui erigendi Monaſterii hujuſmodi ſtructuras, & ædificia, ac reditus, & bona hoſpitalis hujuſmodi vendere, alienare, nec non pretium inde proveniens in conſtructionem, & ampliationem ipſius erigendi Monaſterii, ac in emptionem aliorum bonorum magis utilium pro ipſo erigendo Monaſterio convertere, perpetuo applicare, & appropriare, nec non ſalvo, & conceſſo Conventui præfato jure eligendi, hac prima vice excepta, perſonam idoneam Monialem in Prioriſſam dicti Monaſterii, ſi, ſuper quo conſcientiam tuam oneramus, per diligentem examinationem eamdem Jeronymam ad hoc idoneam eſſe repereris, Prioriſſatum prædictum, qui Conventualis erit, & cujus fructus, reditus, & proventus decem ducatorum auri ſimilium ſecundum æſtimationem prædictam, valorem annuum, ut aſſeritur, non excedunt, ab ejus primæva erectione hujuſmodi tunc vacantem cum omnibus juribus, & pertinentiis ſuis eidem Jeronymæ conferre, & aſſignare, ſibique quaſcumque Moniales dictum Monaſterium erigendum ingredi volentes in illius Moniales recipiendi, & ad profeſſionem regularem per Moniales dicti Ordinis emitti ſolitam admittendi, nec non omnia, & ſingula alia, quæ Abbatiſſæ, & Prioriſſæ dicti Ordinis in aliis eorum Monaſteriis facere, & exercere potuerunt, ſeu conſueverunt, ac facere, & exércere potuerunt quomodolibet in futurum faciendi, & exercendi plenam, & liberam facultatem concedere auctoritate noſtra procures inducens per te, vel alium, ſeu alios eamdem Jeronymam recepto prius ab ea noſtro, & Romanæ Eccleſiæ nomine fidelitatis debitæ ſolito juramento juxta formam, quam ſub Bulla noſtra mittimus introcluſam, vel procuratorem ſuum ejus nomine in corporalem poſſeſſionem Prioriſſatus, juriumque, & pertinentiarum prædictorum, & defendens inductam amoto exinde quolibet illicito detentore, ac faciens eamdem Jeronymam, vel pro ea procuratorem prædictum ad Prioriſſatum hujuſmodi, ut eſt moris admitti, ſibique de illius fructibus, reditibus, & proventibus univerſis integre reſponderi, contradictores auctoritate noſtra appellatione poſtpoſita compeſcendo. Nos enim, ſi elargitionem, erectionem, inſtitutionem, applicationem, appropriationem, collationem, aſſignationem, & conceſſionem prædictas per te vigore præſentium fieri contigerit, eiſdem Jeronymæ, & Iſabellæ, ut in dicto erigendo Monaſterio prout in ſimilibus locis ſacris fieri conſuevit campanæ pulſari, & tam ipſa Jeronyma, quam aliæ pro tempore exiſtentes Prioriſſæ, & Moniales ipſius erigendi Monaſterii quoties illis placuerit, aliquem Presbiterum idoneum ſœcularem, vel cujuſvis Ordinis Regularem in earum confeſſorem ad earum nutum amovibilem, qui illarum confeſſiones audire, ac eis Euchariſtiæ, & alia Sacramenta miniſtrare, nec non Miſſas, & alia omnia officia celebrare poſſit, eligere, illiſque, nec non eidem erigendo Monaſterio, ut omnibus, & ſingulis privilegiis, exemptionibus, immunitatibus, prærogativis, indulgentiis, gratiis, favoribus, & indultis, quibus alia Monaſteria ejuſdem Ordinis, illorumque Abbatiſſæ, & Prioriſſæ, ac Moniales Conventus, Confeſſores, perſonæ, res, & bona quæcumque de jure, vel conſuetudine, ac alias quomodolibet utuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, potiri, & gaudere poterunt quomodolibet in futurum, uti, potiri, & gaudere libere, & licite valeant auctoritate Apoſtolica tenore præſentium de ſpeciali gratia indulgemus, jure tamen Parochialis Eccleſiæ, & cujuslibet alterius omnibus ſemper ſalvo. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac Monaſterii Garlaſſi, & Ordinis prædictorum juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus contrariis quibuſcumque, aut ſi pro tempore exiſtenti Epiſcopo Aquenſi, vel quibuſvis aliis communiter, vel diviſim a dicta ſit ſede indultum, quod ad receptionem, vel proviſionem alicujus minime teneantur, & ad id compelli, aut quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem, & qualibet alia dictæ ſedis indulgentia generali,

nerali, vel ſpeciali cujuſcumque tenoris exiſtat, per quam præſentibus non expreſſam, vel totaliter non inſertam effectus earum impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de qua, cujuſque toto tenore habenda ſit in noſtris literis mentio ſpecialis. Nos enim quod collationem, & aſſignationem prædictas ſi fiant, & dicta Jeronyma ad hoc reperta fuerit idonea ut præfertur, ex nunc perinde irritum decernimus, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contingeret attentari, ac ſi die datæ præſentium eidem Jeronymæ ad hoc repertæ idoneæ de dicto Prioriſſatu cum interpoſitione decreti mandaviſſemus provideri. Datum Romæ apud S. Petrum anno Incarnationis Dommi MDXXXIII. IV. idibus januarii Pontificatus noſtri anno X.

Breve Pauli III. Petro Vorſtio Epiſcopo Aquenſi pro viſitatione Diœceſi.

400 MDXXXIII.

Paulus P. P. III. venerabilis frater ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Cum ſicut nobis nuper exponi feciſti tu Eccleſiam Aquenſem, cui præeſſe dignoſceris perſonaliter viſitare intendas, nos illa tibi favorabiliter concedere volentes, per quæ benemeritis, & tibi obſequentibus, ac aliis perſonis de beneficiis Eccleſiaſticis providere, & erga illos te gratioſum reddere poſſis, tibi, qui locum unius ex cauſarum palatii Apoſtolici auditoribus de mandato noſtro tenes, ac Prælatus domeſticus noſter exiſtis ultra menſes ordinariis collatoribus per conſtitutiones Apoſtolicas conceſſos de quibuſcumque beneficiis Eccleſiaſticis cum cura, & ſine cura ſecularibus, & quorumvis ordinum regularibus ad collationem, proviſionem, præſentationem, electionem, ſeu quamvis aliam diſpoſitionem tuam de jure, vel conſuetudine ratione dictæ Eccleſiæ quomodolibet, & ex quocumque jure, vel titulo pertinentibus etiamſi ſecularia canonicatus, & præbendæ, dignitates, perſonatus, adminiſtrationes, vel officia, regularia vero beneficia hujuſmodi, Prioratus, Præpoſituræ, dignitates, perſonatus, adminiſtrationes, vel officia etiam curata, & electiva fuerint, quæ in auguſti, & ſeptembris proxime futuris menſibus extra Romanam curiam vacare contigerit, dummodo illa diſpoſitione Apoſtolica alias generaliter reſervata, ſeu affecta non fuerint quibuſvis perſonis, de quibus tibi videbitur quæcumque, quotcumque, & qualiacumque beneficia Eccleſiaſtica cum cura, & ſine cura obtinentibus, & expectantibus providendi, & de illis diſponendi, & ut ab Apoſtolica ſede tibi conceſſum Paſtoris officium ſalubriter valeas exerceri per te, vel vicarium tuum in ſpiritualibus generalem quaſcumque Parochiales, & alias Eccleſias curatas, & non curatas, ac monaſteria hoſpitalia, zenodochia, prioratus, domos, & alia loca Eccleſiaſtica, ſecularia, & quorumvis ordinum tam virorum, quam mulierum regularia tuarum civitatum, & Diœceſis exemta, & non exemta illorum, & quaſcumque alias earumdem civitatum, & diœceſis perſonas tam ſeculares, quam utriuſque ſexus regulares cujuſcumque gradus, ordinis, vel conditionis fuerint, etiamſi illi noſtri, & Apoſtolicæ ſedis Notarii Acolythi Capellani, aut alias per ejuſdem ſedis literas etiam conſervatorias eis ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficaciſſimis, & inſolitis clauſulis, & decretis etiam motu proprio, & ex certa ſcientia, ac ex quibuſvis cauſis conceſſis, & concedendis ab ordinaria juriſdictione exemti, & dictæ ſedis immediate ſubjecti exiſtant. Dummodo monaſteria Eccleſiæ, loca, & perſonæ prædictæ alium ſuperiorem, ſeu viſitatorem non habeant non exemtos, videlicet tua ordinaria, exemtos vero Apoſtolica auctoritate viſitandi, inquirendi, nec non contra illos tua ordinaria juriſdictione utendi, nec non errantes, & delinquentes juxta eorum exceſſus, & canonicas ſanctiones puniendi, & caſtigandi, omniaque alia, & ſingula, quæ ad omnipotentis Dei gloriam, & animarum ſalutem, ac alias circa præmiſſa neceſſaria fuerint, ſeu alias quomodolibet opportuna, etiamſi ſpecialem notam, aut ſpecificationem requirerent faciendi, ſtatuendi, exequendi, & diſponendi, nec non quaſcumque perſonas civitatis, & diœceſis prædictarum etiam ut præfertur qualificatas ad reparationem Eccleſiarum monaſteriorum, prioratuum, hoſpitalium, & aliorum beneficiorum ſuorum per eos faciendam, & in honorem ſtatus Eccleſiaſtici, & Divini cultus decus, reſtaurationem, & conſervationem quibuſvis juris, & facti remediis prout juris fuerit cogendi, & compellendi, & ſi ad id renitentes fuerint ipſarum Eccleſiarum, monaſteriorum, prioratuum, hoſpitalium, ac beneficiorum fructus, reditus, & proventus ad præmiſſum effectum ſequeſtrandi, illaque ſeu ipſorum prout juſtum tibi videbitur partem in reparationem hujuſmodi convertendam, ac contradictores quoslibet, & rebelles cujuſcumque dignitatis, ſtatus, gradus, vel conditionis fuerint per excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliaſque Eccleſiaſticas cenſuras, & pœnas appellatione poſtpoſita compeſcendos, & ſi opus fuerit auxilium brachii ſecularis invocandum, nec non quoſcumque utriuſque ſexus Chriſtifideles dictarum civitatum, & diœceſis baptiſmati lavacro ſingulis diebus ablutos confirmandi, ac chriſma, & oleum ſanctum in uno die feſto conſecrandi plenam, & liberam eadem auctoritate Apoſtolica tenore præſentium licentiam, & facultatem concedimus. Et inſuper omnibus, & ſingulis utriuſque ſexus Chriſtifidelibus vere pœnitentibus, & confeſſis, ſeu ſtatutis a jure temporibus propoſitum confitendi habentibus, qui celebrationi primæ Miſſæ per te in dicta Eccleſia in Pontificalibus celebranti, vel benedictioni per te populo poſt celebrationem prædictam elargienti devote interfuerint plenariam omnium peccatorum ſuorum indulgentiam, & remiſſionem in forma Eccleſiæ conſueta elargimur, non obſtantibus quibuſvis apoſtolicis, ac provincialibus, & ſinodalibus conciliis ecc., quibus illorum omnium tenores præſentibus pro ſufficienter expreſſis, & inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, illaque adverſus præmiſſa nullatenus ſuffragari poſſe decernimus, ceteriſque contrariis quibuſcumque.

Datum Bononiæ ſub annulo Piſcatoris die IX. julii milleſimo quingenteſimo trigeſimo tertio Pontificatus noſtri anno IX.

Alienatio Dacitorum Aquenſium.

401 MDLII.

In nomine Domini amen. Anno Nativitatis ejuſdem MDLII., indictione X., die vero Jovis in nonis, quæ eſt prima menſis decembris in civitate Aquarum, ac in domo communis dictæ civitatis, videlicet in ſala ſuperiori, ubi ſolet haberi, & congregari conſilium dictæ civitatis; præſentibus ad omnia, & ſingula infraſcripta egregio D. Joanne Baptiſta Avellano Cauſidico, & Notario filio quondam D. Joannis, nobili Joanne Georgio filio quondam D. Georgii Avellani Caſtellano dicti loci ambobus civibus Aquarum, & nobili Nicolao filio D. Antonii Gaſpardoni cive Caſalenſi teſtibus notis, & idoneis, & ad infraſcripta omnia, & ſingula vocatis, adhibitis, & rogatis cum me Notario infraſcripto. Ibique congregato generali conſilio dictæ civitatis Aquarum ſono campanæ, & voce nuntii ut moris eſt de mandato, & impoſitione ſpectabilis D. Philippi de Terdonenſibus ex nobilibus Carpeneti Prætoris dictæ civitatis, & pro negotiis dictæ Communitatis peragentis. Et in quo conſilio interfuerunt præſentes infraſcripti, videlicet prædictus D. Prætor, nobiles Gulielmus Piper, & Antonius Acetus ſindici, nobiles Bernardinus, Cazulinus, & Michael Avellanus conſules, nobiles Joannes Antonius Joferrus, Ambroſius Maria Pecorellus, Coſtantinus Carmaglierius, Conſtantinus Zabreria, Ambroſius Galutius, Probus Blexius, Joannes Bartolomeus Sabina, Julius de Porta, Joannes Georgius Merlinus, Joannes Petrus Avellanus, Bartolomeus Arancamilius, Petrus Bicutus, Nicolaus Ligerius, Gulielmus Robellinus quondam Joannis Petri, Joannes Jacobus Ligerius, Gulielmus Robellinus quondam Gaſparini, Joannes Antonius de Eccleſia, Antonius Seghinus, Joannes Bartolomeus de Eccleſia, Conſtantinus Benzo, Petrus Scatus, Petrus de Eccleſia, & Galeatius Bavoſius omnes tam de conſilio veteri dictæ civitatis Aquarum, quam moderno, & qui ſunt ultra duas partes ex tribus conſiliariorum dictæ civitatis repræſentantes totam univerſitatem civitatis prædictæ diſcurrentes, & attendentes magnitudinem onerum, quibus affecta fuit, & eſt dicta civitas Aquarum, quibus reditus publici non poſſunt ſufficere, nec per impoſitiones collectarum provideri, propterea quod ſunt cives multum exhauſti ob plura gravamina, & infinita diſpendia, quæ ei evenerunt, deliberaverunt, & poſt deliberationem unanimes, & concordes decreverunt eſſe deveniendum ad alienationem dimidiæ partis gabellæ, ſeu daciti appellati *La Cozza* dictæ civitatis, quia cedet in evidentem utilitatem dictæ Communitatis, ex qua pro ſolo pretio medietatis dicti daciti *della Cozza* poterunt recatari alia infraſcripta, ex quibus dicta Communitas percipiet emolumenta majora. Propterea dictam venditionem facere deliberaverunt cum pacto tamen recatandi quandocumque dictæ univerſitati placuerit pro eodemmet pretio infraſcripto, & ſub pactis, & modis infraſcriptis. Et propterea dicti conſiliarii nomine dictæ Univerſitatis dederunt, vendiderunt, & tradiderunt, ac dant, venduut, & tradunt, ſeu quaſi multum magnifico D. Galeotto filio illuſtris D. Joannis Vincentii de Carreto ex Marchionibus Saonæ civi Caſalenſi, & Aquenſi ibidem præſenti, ementi, & acquirenti pro ſe, hæredibus, & ſucceſſoribus ſuis quibuſcumque, & de pecuniis dotalibus magnificæ Dominæ Annæ ejus uxoris filiæ quondam magnifici Domini Sigiſmundi de Cocconato ex condominis Ticineti habitis a magnifica Domina Coſtantia de Coconato ejus ſocru, & matre dictæ Dominæ Annæ prout dictus Dominus Galleotus dixit, & proteſtatus eſt coram me Notario, & teſtibus ſupraſcriptis, videlicet dimidiam dictæ gabellæ, ſeu daciti, & vectigalis civitatis Aquarum appellati *La Cozza*, ac omnes reditus, & quæcumque emolumenta, & jura dictæ gabellæ, ſeu daciti, & vectigalis pro dimidia ut ſupra, & quæ gabella fuit, & eſt jus capiendi de qualibet ſalma cujuſcumque ſpeciei grani, quod conducitur ſuper mercatum dictæ civitatis, vel in ipſa civitate ad vendendum menſuram conſuetam unius cozzæ, & ſeu ratam dictæ menſuræ, ſi quantitas dicti grani fuerit minor ſalma, exceptis perſonis locorum exemtorum, a quibus non eſt conſuetum dictum dacitum exigi, & cum omnibus juribus, uſibus, & dignitatibus ſuis ad habendum, ſeu quaſi tenendum, goldendum, utendum, & fruendum, & quidquid Domino emtori, hæredibus, & ſucceſſoribus ſuis perpetuo placuerit facere, donec retractatum fuerit ut ſupra, cum omni jure, & actione, uſu, ſeu requiſitione dictæ Communitati ſpectante, & pertinente, ac cum plena, & integra immunitate, & exemtione ab omnibus, & ſingulis taleis collectis, contributionibus, hoſpitationibus militum, taxis, compoſitionibus, præſtitis angariis, & perangariis, & quibuſcumque oneribus realibus, & perſonalibus, ac mixtis ordinariis, extraordinariis, ſolitis inſolitis, & inſolitiſſimis, cogitatis extra cogitationem, & veriſimilitudinem etiam ex cauſſa belli, vel peſtis, vel penuriæ, & etiam ex cauſſa cujuſcumque expeditionis militaris, vel exercitus Cæſarei, vel Regii, vel alterius cujuſvis Principis, vel cauſſa protectionis, vel defenſionis perſonarum, vel bonorum, & loci civitatis Aquarum, & illius territorii, vel ex alia quavis cauſſa publicæ utilitatis, vel neceſſitatis expreſſe promittentes dicti conſiliarii defendere, & manutenere exemtionem prædictam, quia, quidquid eſſet taxandum de jure, vel de facto taxaretur ipſi Domino emtori, & ſeu hæredibus, & ſucceſſoribus illius, vel fictabilibus, ipſi Domini conſiliarii promittunt nomine dictæ univerſitatis, & etiam proprio nomine exſolvere, & omnino indemnem præſervare dictum Dominum emtorem, & hæredes, ſucceſſores, & fictabiles illius ſub expreſſa obligatione bonorum dictæ univerſitatis, & ipſorum conſiliariorum præſentium, & futurorum. Et dictam venditionem medietatis dictæ gabellæ faciunt dicti conſiliarii pro pretio, & pretii nomine ſcutorum ſexcentum Italiæ ibidem realiter, & actualiter exburſatorum per dictum Dominum Galeotum conſiliariis

prædictis in præsentia mei Notarii infrascripti, & testium suprascriptorum illa numerare, & tradere videntium modo, quo infra, videlicet scuta quingentum decemnovem in tot scutis auri stampæ Italiæ, & scuta octuaginta unum in tanta moneta argentea. Renunciantes dicti consiliarii ad abundantiam exceptioni non habitorum, & non receptorum dictorum scutorum sexcentum modo ut supra, speique futuræ habitionis, & traditionis, & quæ scuta sexcentum penes se, & in manibus ipsorum consiliariorum retinuerunt, & retinent ad effectum redimendi, & recatandi partes tres ex octo dictimet daciti *della Cozza* venditi Domino Constantino Carmagliero Aquensi pro pretio scutorum trecentum solis, & restituendi scuta ducentum viginti Italiæ mutuo habita a quodam Mercatore civitatis Saonæ medio nomine Joannis Georgii Merlini Aquensis, pro quibus dicta civitas Aquarum solvit, & obligata est solvere interesse ad rationem de scutis decem pro centenario, ac etiam recuperandi dimidiam daciti retalii, sive fenestræ dictæ civitatis a nobili Guglielmo Ghignono Aquensi pro scutis vigintiquinque Italiæ. Residuum vero retinent pro facienda solutione ordinariæ compositionis illustrissimi Principis, & mensualium de præsenti debitis per dictam universitatem, & prout facere suprascripta omnia dicti consiliarii promiserunt, & promittunt sub obligatione omnium bonorum suorum præsentium, & futurorum refectione damnorum ec., pro pro quibus ec. cedentes dicti consiliarii nomine dictæ universitatis prædicto Domino emtori præsenti, stipulanti, & acceptanti pro se, hæredibus, & successoribus illius quibuscumque omnia jura, omnesque actiones reales, personales, utiles, directas, meras, mixtas, & hypothecarias in rem scriptas, tacitas, & expressas, quæ & quas habet dicta civitas, & commune Aquarum in, de, & pro dimidia dicti daciti, & gabellæ ut supra venditæ jura prædicta, & actiones a prædicta universitate abdicantes, & in ipsum Dominum Galeotum transferentes, quem procuratorem fecerunt in rem suam propriam, & in locum, & statum universitatis prædictæ posuerunt, & ponunt, ita quod amodo suo proprio nomine possit, & valeat de, & pro actionibus, & juribus, ut supra cessis directe, & utiliter agere, excipere, & experiri, & replicare consequi se tueri, & defendere ab omni contradicente persona communi collegio, & universitate, ac alia facere prout & quemadmodum universitas prædicta facere poterat ante præsentem venditionem, & jurium cessionem. Et constituunt sese prædicti consiliarii venditores ut supra tenere, & possidere, seu quasi prædictam dimidiam gabellæ, & daciti ut supra venditi cum omnibus juribus, usibus, dignitatibus, & pertinentiis suis nomine, & vice prædicti Domini Galeotti, ac hæredum, & successorum illius, & quibus dederit donec prædictus Dominus emptor possessionem, & tenutam, seu apprehenderit corporaliter, quam apprehendendi, & intrandi auctoritate propria, & retinendi deinceps plenam licentiam, & omnimodam potestatem contulerunt, atque dederunt prædicti Domini consiliarii ipsi Domino emptori, ejusque hæredibus, & successoribus, & sine strepitu, & figura judicii, & absque decreto, seu jussu Curiæ Judicis Prætoris, seu Magistratus cujuscumque. Promittentes, & obligantes se se dicti consiliarii sub obligatione bonorum de qua infra ipsi Domino emptori præsenti, & obligationem ipsam recipienti, & solemniter stipulanti pro se, hæredibus, & successoribus suis de, & pro dicta dimidia prædicti daciti ut supra venditi, aut ejus parte litem, quæstionem, molestiam, vel controversiam aliquam non inferre in judicio, vel extra de jure, vel de facto, nec inferenti modo aliquo consentire, sed dictam dimidiam ut supra venditam cum juribus, usibus, servitutibus, perceptionibus, & pertinentiis suis tam in possessione, quam in proprietate semper, & omni tempore legitime discalumniare, disbrigare, defendere, auctorizare in judicio, vel extra, & attestare ab omni debito, conditione, onere, & servitute, & dictam dimidiam liberam, & exemtam manutenere ab omni homine, omnique persona publica, vel privata, collegio, sive universitate, & ab omni alia contradicente persona in omni curia, & foro, & ubique quoties, & quando dicto emptori, hæredibusque, & successoribus, aut cui, vel quibus ipse Dominus emptor, hæredesque, & successores sui quovis modo alienaverint, fuerit opportunum cum expensis propriis dictorum consiliariorum, & universitatis. Quod si evictio dictæ gabellæ ut supra venditæ sequetur in totum, vel in parte promittunt dicti consiliarii ipsi Domino emptori, seu hæredibus, & successoribus illius, & quibus dederint pretium rei evictæ cum omnibus damnis, expensis, & interesse reddere, & restituere remissa ex nunc dicto Domino emptori stipulanti ut supra necessitate appellandi per pactum expressum, & ita quod non possint similiter se excusare a solutione dicti pretii rei evictæ, ac expensarum, damnorum, & interesse sub prætextu quod fuerit evictio secuta culpa ipsius Domini emptoris, seu hæredum, & successorum illius, vel dolo, fraude, ignorantia, seu negligentia Procuratorum, aut Advocatorum illius, seu ob falsa jura, & instrumenta, & falsas attestationes, nec aliquam aliam exceptionem similem proponere. Et demum de evictione promittunt cum aliis clausulis, & pactis utilibus latius extendendis ad dictamen sapientis, & quæ pacta, & clausulas volunt, & conveniunt partes ipsæ, quod pro insertis habeantur in hoc præsenti instrumento. Et quam venditionem, & emptionem dictæ partes mutuis stipulationibus, & acceptilationibus hinc inde intervenientibus fecerunt, & faciunt cum pactis, declarationibus, promissionibus, & conventionibus, de quibus infra.

Et primo quod per consilium, seu agentes, & officiales aliquos Communitatis, & Civitatis prædictæ Aquarum præsentes, seu futuros aliquo quovis modo fieri non possint aliquæ ordinationes, capitula, nec pacta, aut promissiones circa dacitum, & gabellam prædictam, propter quæ sequeretur aliquod interesse ipsi Domino emptori, aut successoribus illius.

Item quod ipsa Communitas, & Civitas non possit, nec valeat aliqua ordinamenta, nec statum facere, nec aliquod prorsus circa ipsum dacitum innovare, & quod exactio dicti daciti remaneat in

eo ſtatu, & jure prout nunc eſt, & pleno jure dictus Dominus emptor, ac illius hæredes, & ſucceſſores habeant omnia jura ſpectantia dictæ Communitati, & quaſcumque pœnas, & res, ac bona, quæ continget cadere in commiſſum in caſu fraudati daciti prædicti, & teneat locum, & ſtatum Communitatis prædictæ in ipſo dacito pro ipſa dimidia ut ſupra vendita, & facere poſſit ea omnia, quæ dicta Civitas ante præſentem venditionem poterat facere circa dimidiam dicti daciti quantum ſit reſpectu dictæ exactionis, & conſecutionis ejus emolumentorum, & pœnarum, ac rerum, quæ cadunt in commiſſum, & aliorum dependentium ab ipſo dacito pro dicta dimidia. Item convenerunt partes ipſæ, quod una de duabus clavibus arcæ, in qua reponuntur dicta grana prædictæ cozzæ, remaneat, & ſit penes ipſum Dominum emptorem, ac hæredes, & ſucceſſores illius, aut fictabiles, qui pro tempore erunt nomine dicti Domini emptoris, & ſucceſſorum illius, ita quod ipſa arca non poſſit aperiri, nec grana cozzæ prædictæ dividi, niſi cum interventu, & præſentia dicti Domini Galeoti, ſeu ſucceſſorum ejus, vel fictabilium, & deputandorum ad dictam diviſionem per eum, vel ſucceſſores.

Item convenerunt per pactum expreſſum ut ſupra tam in principio, quam in medio, & fine præſentis contractus, quod Communitas, & Univerſitas dictæ Civitatis, & ſeu Agentes pro ea poſſint, & valeant ſemper, & quandocumque eis videbitur, & placuerit non obſtante aliqua præſcriptione longi, ſeu longiſſimi temporis etiam centum annorum redimere, & recatare dictam dimidiam prædicti daciti, & gabellæ ſic ut ſupra venditam mediante reali exburſatione, & traditione dicti pretii ſcutorum ſexcentum Italiæ, videlicet ſcutorum quinquecentum decemnovem Italiæ auri, & in auro boni, & juſti ponderis, & ſcutorum octoginta unius etiam Italiæ in bona, & ſufficienti moneta argentea, & in una vice tantum exburſandorum, & cum effectu, dummodo tamen recatationem, quam facere voluerint, notificent, & intiment verbo, & per inſtrumentum publicum ipſi Domino Galeotto, ſeu hæredibus, & ſucceſſoribus illius per menſes tres antequam velint ad exburſationem dicti pretii, & recatationem prædictam devenire, nec poſſint aliter probare intimationem prædictam niſi per inſtrumentum ut ſupra, & quod niſi in fine dictorum menſium trium fiat numeratio dicti pretii ipſi Domino Galeoto, ſeu ſucceſſoribus illius in civitate Caſalis, & non alibi, niſi aliter ipſæ partes convenerint, vel reali depoſito pecuniæ in eadem civitate cum illius intimatione debita in contumaciam ipſius Domini Galeoti, ſeu hæredum, & ſucceſſorum illius recuſantium recipere, vel in defectum perſonæ, quæ legitime non poſſit dictas pecunias recipere, quod tunc dicta denuntiatio, & intimatio remaneat fruſtrata, & perinde ſit, ac ſi facta non fuiſſet, ſed aliam facere teneantur, & per inſtrumentum ut ſupra agentes pro dicta civitate cum dilatione dictorum menſium trium, ita tamen quod dictus Dominus emptor, ac ſui hæredes, & ſucceſſores, & quibus dederit, perſeverare habeant poſt dictam denunciationem ante receptionem pretii ut ſupra in perceptione fructuum, & emolumentorum dictæ gabellæ, & daciti pro dimidia ut ſupra omni contradictione remota.

Item per pactum expreſſum convenerunt legitimis ſtipulationibus hinc inde intervenientibus, videlicet quod prædictus Dominus emptor, & ſui hæredes, & ſucceſſores non poſſint, nec valeant pendente dicta recatatione ut ſupra daciti, & gabellæ præmiſſæ aliquem contractum, nec diſtractum de dicto dacito facere per ſe, nec per aliam perſonam in præjudicium pacti de recatando ſupraſcripti, & in caſu, quo contra fiat præſenti promiſſioni, & pacto dictus Dominus emptor ex nunc pro tunc expreſſe declaravit, & declarat prædictum contractum fore, & eſſe nullum ſub obligatione bonorum ejus præſentium, & futurorum.

Quam quidem venditionem ecc. renunciantes ecc. jurantes ecc.

Quibus omnibus ſic ut præmittitur rite, rectèque geſtis ad majorem corroborationem præſentis contractus ſupraſcriptus ſpectabilis Dominus Philippus de Tardonenſibus Prætor, & Judex dictæ civitatis ſedens ſuper quadam cathedra lignea, quam elegit pro ſuo idoneo tribunali quoad hunc actum ſuam, & communis civitatis prædictæ interpoſuit auctoritatem, partem, & decretum. Et inde de prædictis omnibus prædictus D. Judex præcepit ecc. prædicti vero contrahentes rogaverunt per me Notarium infraſcriptum fieri publicum inſtrumentum etiam ad laudem, & dictamen ſapientis extendendum ſi opus erit.

Ego Bernardinus Malveſtius civis, & cauſidicus Caſalenſis publicus Imperiali auctoritate Notarius, & matricolatus in collegio D. D. Notariorum civitatis prædictæ ſupraſcriptum inſtrumentum.

Tranſactio inter civitatem Aquenſem, & Communitatem Biſtagni.

M D L X I I. 402

In nomine Domini amen. Anno Nativ. ejuſdem MDLXII., indict. V., die vero VIII. menſis martii, actum in loco Ponzoni, & in caſtro ejuſdem loci, videlicet in ejus ſala præſentibus D. Joanne Jacobo Ivaldo, & D. Jo. Baptiſta Proto ambobus de dicto loco Ponzoni teſtibus notis, & idoneis, & ad infraſcripta omnia, & ſingula vocatis, ſpecialiter, & rogatis. In quorum, & mei Notarii publici infraſcripti præſentia, quum ita fuerit, & ſit, quod verterentur lites, & quæſtiones coram Rev., & Ill. Senatu Montisferrati inter magnificos D. Agentes pro communitate civitatis Aquarum, & Agentes pro communitate Biſtagni cauſa, & occaſione contributionum ipſi communitati Aquenſi per communitatem Biſtagni debitarum pro ſocietatibus Illuſtri D. D. Alonſi Pimantelli Hiſpani, quas dicta communitas Aquenſis hoſpitata eſt, & dicta Biſtagni communitas aſſignata fuit ad dictæ communitati Aquenſi contribuendum pro dictis ſocietatibus, & prout latius in actis coram præfato illuſtri Senatu agitatis continetur, ad quæ approbativa relatio habeatur; quumque fuerit, quod per præfatum illuſtrem Senatum in cauſa prædicta, lata

extiterit ſententia contra communitatem dicti loci Biſtagni, & ejus Agentes in favorem Agentium pro dicta communitate Aquarum, fueritque poſtea per dictos de Biſtagno agentes contra ſententiam ipſam reclamatum, & illam revideri ſupplicatum, prout etiam in dictis actis coram præfato Senatu agitatis continetur, ad quæ ſimiliter relatio, ut ſupra habeatur: hinc fuit, & eſt, quod ibidem perſonaliter conſtituti providi Gabriel de Pyzzo, Joannes Thomas de Monte, Gandulfus Fazonus, & Joannes Baptiſta de Omino, omnes de ipſo loco Biſtagni Agentes, & Procuratores pro communitate ipſius loci, ut dixerunt conſtare hujuſmodi ſuæ poteſtatis publico inſtrumento fieri rogato egregio Thomæ Barberio Notario ipſius loci, pro qua quidem communitate, & hominibus dicti loci Biſtagni ad abundantiam, & quatenus expediat de rato habendo, & ratificari faciendo præſens inſtrumentum, omniaque, & ſingula in eo contenta ad omnem Dominorum Aquenſium requiſitionem factum, & caſum proprium facientes, ita quod per diligentiam etiam exactiſſimam nullatenus excuſentur, niſi plene ſequatur effectus, & implementum præſentis inſtrumenti promiſerunt, & quilibet ipſorum principaliter, & in ſolidum promiſit ſub &c. Necnon magnificus juriſconſultus D. Scipio Carmaglierius, & ſpectabiles D. Joannes Baptiſta Avellanus, & D. Bernardinus de Eccleſia cives, & conſules dictæ civitatis Aquarum volentes dictis litibus, & quæſtionibus finem imponere, & ſe invicem pacifice concordare, & diſpendia litium evitare ſponte, & ex eorum, & cujuslibet ipſorum certa ſcientia animiſque deliberatis, & aliis omnibus melioribus modis &c. per ſe, & eorum ſucceſſoribus nomine communitatum jam dictarum, ſingula ſingulis congrua referendo, ac etiam eorum propriis nominibus devenerunt, & deveniſſe confeſſi ſunt ad infraſcripta pacta conventiones, & tranſactiones validis, & ſolemnibus ſtipulationibus ultro, citroque adhibitis in omnibus, & ſingulis partibus, & capitulis præſentis inſtrumenti ſingula ſingulis congrue referendo ut ſupra, & hoc tractatu medio, & interventu Ill. D. Ardicini Fa digniſſimi Ducalis, & Marchionalis Senatoris, & Generalis juſtitiæ Capitanei in Ducatu Mantuæ &c.

Videlicet primo renuntiantes ipſi liti, & actis, ac convenientes, & paciſcentes omnia in præſenti inſtrumento contenta perfecte adimplere ſub omnium bonorum, ſuorum jurium, & actionum, & dictæ communitatis Biſtagni, ac omnium aliarum perſonarum ejuſdem loci obligatione, & hypotheca, quæ bona ex nunc conſtituunt ſe precario nomine poſſidere, donec &c. dicti Agentes pro communitate dicti loci Biſtagni facientes quoque caſum proprium ut ſupra promiſerunt, ac palam, & publice, tamquam ſi eſſent in judicio coram eorum judice competente, recognoverunt, & recognoſcunt pro omni eo, in quo tenentur verſus præfatam magnificam communitatem Aquenſem occaſione contributionum prædictarum tantum prædictis Dominis Agentibus, & intervenientibus Aquenſibus ibidem præſentibus ſtipulantibus, & acceptantibus una ſecum me Notario infraſcripto nomine ejuſdem communitatis, ac omnium, quorum intereſt &c. dare, ſolvere, & exburſare ſcuta CCCCL. auri, & in auro ſtampæ Italiæ, ac boni, & juſti ponderis, & non in alia re, niſi id aliter procederet de voluntate Agentium pro eadem communitate Aquenſi in termino ſcilicet annorum duorum proxime venturorum, ac in pace, & ſine lite, ac omni prorſus exceptione, & contradictione remotis. Verum quia communitas prædicta Aquenſis, & ejus Agentes coacti fuerunt cauſa, & culpa, & ex indebita contumacia hominum dicti loci Biſtagni, & aliorum locorum recuſantium ſatisfacere ipſis Dominis Aquenſibus pro contributionibus aſſignatis, & debitis cauſa hoſpitationum militarium vendere magnifico juriſconſulto D. Oliverio Capello Caſalenſi partem nemoris Moirani ejuſdem communitatis ſiti nuper finibus, & territorio ipſius civitatis ſub ſuis notoriis confinibus pro ſcutis mille, quam quidem nemoris partem prædictus magnificus D. Oliverius exinde locavit dictæ Aquenſi communitati, ſeu Agentibus pro ea, pro fictu ſcutorum nonaginta ſingulo anno ad rationem de ſcutis novem pro centenario, & quem fictum ſolvunt ne venditor re, & pretio gaudeat; idcirco dicti Agentes pro communitate Biſtagni ſcientes præmiſſa vera, ut dixerunt, volenteſque, ut amodo communitas dictæ civitatis intereſſe aliquod non patiatur culpa, & ex mora dictæ communitatis Biſtagni pro rata accordii prædicti ſponte promiſerunt, & quilibet eorum promiſit caſum proprium, ut ſupra faciendum dictis Dominis Agentibus pro communitate Aquenſi ſtipulantibus, ut ſupra in dictis duobus annis relevare dictos Agentes pro dicta communitate Aquenſi, & communitatem ipſam ab ipſo D. Oliverio pro concurrente ſumma dictorum ſcutorum CCCCL. ad rationem prædictam de novem pro centenario, & ſolvere illum fictum prædicto D. Oliverio, vel Dominis Agentibus pro ipſa communitate Aquenſi, prout eiſdem Agentibus pro ipſa communitate Aquenſi placuerit in kalendis julii ſingulo anno, ac in ipſa civitate Aquenſi, ac in omnibus, & per omnia, modiſque, & formis, prout ipſi Domini Aquenſes tenentur prædicto magnifico D. Oliverio, quæ ſumma fictus aſcendit ad ſummam ſcutorum quadraginta cum dimidio ſingulo anno, & hoc maxime promiſerunt dicti Agentes pro communitate Biſtagni, & ſtipulati ſunt, & acceptarunt Agentes pro communitate Aquenſi, quia communitas ipſa Aquenſis vendidit dictam nemoris partem cum pacto illam redimendi, idque occaſione militarium onerum, ut ſupra dictum eſt, & quia ipſi de Biſtagno ceſſant a ſolutione ſummæ prædictæ per eos debitæ, ideo non poſſunt Agentes pro dicta communitate Aquenſi ipſam nemoris partem, ut ſupra venditam a prædicto D. Oliverio de præſenti redimere, ut eſt eorum animus. Propterea dicti Agentes pro communitate Biſtagni ſcientes prædicta vera eſſe, ut ſupra promiſerunt indemnem relevare prædictam Aquenſem communitatem, & Agentes pro ea, pro concurrente quantitate principalis ſummæ, & fictum de quibus ſupra, & ſolvere ipſum fictum ſcutorum quadraginta cum dimidio omni anno ut ſupra. Rurſus convenerunt ipſæ ambæ partes pacto legitima ſtipulatione vallato, quod qua-

tenus contingat dictis de Biſtagno ceſſare a ſolutione dictorum ſcutorum quatuorcentum quinquaginta in termino prædicto duorum annorum, poſſint dicti Domini Agentes pro communitate Aquenſi, vel qui pro tempore erunt impetrare contra dictam Biſtagni communitatem, dictos Agentes, & quamlibet aliam Biſtagni perſonam, & eorum bona executionem a Ducali, & Marchionali excellentia, ſeu illius Ill. & Reg. Senatu Montisferrati, cui ex tunc prout, & contra præſentis inſtrumenti ſerie ſuppli- catum eſſe volunt, ut dignetur contra ipſos de Biſtagno executionem deputare tam contra ipſos, & quamvis eorum, quam ipſam communitatem, & eorum bona, quæcumque etiam ea, quæ in generali obligatione non veniunt pro ſumma principali, & quolibet acceſſorio eamdem executionem ex nunc, ut ſupra acceptantes per pactum expreſſum legitima ſtipulatione accedente, & vallato abſque ulla citatione, & intimatione ipſis Agentibus, ſeu communitati ipſius loci, ſeu ipſiſmet particularibus obligatis ut ſupra, nec alio quovis judiciali actu præambulo ad hoc opportuno, & neceſſario faciendo, qui ſe tranferat ad ipſum locum Biſtagni, & executionem in bonis mobilibus, & immobilibus juribus, & actionibus dictæ communitatis Biſtagni dictorum Agentium pro ipſa communitate, & cujuslibet alterius dicti loci perſonæ faciat tam pro principali ſumma dictorum ſcutorum CCCCL., & dictorum ſcutorum quadraginta cum dimidio ſingulo anno quam pro omnibus damnis expenſis, & intereſſe per dictam communitatem Aquenſem ſupportantem & patientem de quibus credi voluerunt ſoli, & ſimplici verbo dictorum Agentium pro communitate Aquenſi, vel eorum, qui pro tempore erunt cum eorum juramento abſque alia judicis taxatione, & probatione, necnon & pro ſalario, & expenſis ipſius executoris. Et his mediantibus prædicti Domini Agentes pro dicta communitate Aquenſi ſuo, ac dictæ communitatis nomine, pro qua de rato promittunt ſub obligatione omnium bonorum ſuorum mobilium & immobilium, & dictæ communitatis factum, & caſum proprium facientes, ita quod per diligentiam exactiſſimam non excuſentur, niſi plene ſequatur effectus implementi contentorum in præſenti inſtrumento quittarunt, liberarunt, & abſolverunt, ac quittant, liberant, & abſolvunt prædictos Agentes communitatis Biſtagni ibidem præſentes ſtipulantes, & acceptantes per ſe, & nomine dictæ communitatis ab omni eo, quod petere poſſent, & conſequi a dicta communitate Biſtagni occaſione; jam dictarum contributionum militarium præfati Illuſtris D. Alonſi tantum, necnon a parte datæ ipſi communitati Aquenſi tangente, ac omnibus aliis damnis, & expenſis per ipſam communitatem Aquenſem paſſis, & factis occaſione dictarum contributionum comitivarum prædicti Ill. D. Alonſi, & cum pacto de ulterius quidquam non petendo &c. & pro præmiſſis ad unquem, & inviolabiliter obſervandis, & adimplendis dicti Agentes pro communitate Biſtagni, & quilibet ipſorum in ſolidum ut ſupra ſeſe, & bona ſua, ac communitatis ipſius loci, & omnium aliarum particularium perſonarum ejuſdem loci ſubmiſerunt, & ſubmittunt curiis quorumque judicum tam ordinarium, quam extraordinariorum, & tam Eccleſiaſticorum, quam ſecularium, & tam delegatorum, quam ſubdelegatorum ubilibet conſtitutorum, ac juriſdictionibus coercitionibus, compulſionibus, juribus, rigoribus, ſtilis, & meris examinibus eorumdem. Et per quas quidem curias, & earum quamlibet voluerunt, & conſenſerunt ſeſe, & quemlibet ipſorum in ſolidum poſſe, & debere cogi, & compelli, & exequi more debitorum fiſcalium, & ſicut ſunt approbata, vel quæ in rem tranſierunt judicatam, atque moneri, excomunicari, aggravari, & reagravari, & interdici, & ad brachium ſeculare deponi, arreſtari, capi, & incarcerari, ac detineri uno, & eodem, vel diverſis temporibus, vel per diverſorum temporum intervalla, bona quoque eorum pignorari, ſubhaſtari, & deliberari uſque ad plenariam ſatisfactionem omnium, & ſingulorum præmiſſorum, ac damnorum intereſſe, & expenſis ita, & taliter, quod executio unius curiæ executionem alterius non impediat, ſed de una curia ad aliam trahi, & diſtringi poſſint ad libitum ipſorum DD. Agentium pro ipſa communitate Aquenſi ſine aliquo ipſorum præjudicio non obſtante l. *ſi convenerit* ff. de juris dict. om. jud. & l. *ubi cæptum* ff. de jud., & quavis alia juris, & facti exceptione in contrarium faciente. Et pro faciliori executione obtinenda omnium, & ſingulorum præmiſſorum ipſi de Biſtagno ſponte, & ex eorum, & cujuslibet ipſorum certa ſcientia omniſque deliberatis, ac eis omnibus melioribus modis jure, via, & forma, quibus melius fieri potuerunt, & poſſunt fecerunt, conſtituerunt, creaverunt, ac ſolemniter ordinaverunt eorum, & cujuslibet ipſorum in ſolidum, ut ſupra certos nuncios legitimos, & indubitatos procuratores, actores, factores, & negotiorum ſuorum infraſcriptorum geſtores, & quidquid de juris beneficio melius dici, & eſſe poteſt, videlicet omnes, & ſingulos notarios, & procuratores de præſenti praticantes, & qui pro futuro tempore erunt in civitatibus Aſt, Albæ, Caſalis, Saonæ, Alexandriæ, Januæ, Aquis, ac in omnibus aliis civitatibus, & locis mundi, quorum notariorum, & procuratorum nomina, & cognomina hic pro inſertis haberi voluerunt, & pro ſufficienter expreſſis abſentes tamquam præſentes, & quemlibet eorum in ſolidum, ita tamen quod ſpecialitas generalitati non deroget, nec e contra, ad procuratoriis nominibus ipſorum conſtituendum, & cujuslibet eorum coram prædictis judicibus, & dictarum curiarum officialibus comparendum, & eoſdem ut ſupra in prædictis ſummis ut ſupra ſolvi promiſſis teneri, & obligatos eſſe, nec non in omnibus damnis, expenſis, & intereſſe, de quibus ſupra, omniaque, & ſingula in præſenti inſtrumento contenta, inſerta, & deſcripta fuiſſe, & eſſe vera ſemel, & pluries confitentes, & recognoſcentes, ac ad ſupplicandum Ducali, & Marchionali Excellentiæ quovis opus fuerit ubi deficerent in ſolutione fictuum, vel ſummæ principalis, & acceſſorii, ut dignetur contra ipſos particulares, & communitatem, & quemlibet ipſorum in ſolidum executorem, & executores ut ſupra deputare, & ad petendum, audiendum, & recipiendum eorumdem conſtituentium, & cujuslibet

ipſorum nominibus ut ſupra omne præceptum omnemque monitionem, condemnationem, ſententiam, & mandatum, quæ, & quas præfati judices de præmiſſis omnibus, & ſingulis contra eoſdem, & quemlibet eorum, & bona prædicta facere, & ferre, ac promulgare voluerint, & his, & aliis ſponte acquieſcendum, nec non ſubmittendum, & reſubmittendum propterea eoſdem, ut ſupra pro præmiſſis attendendis firmiter, & inviolabiliter obſervandis, & adimplendis juriſdictioni prædictarum curiarum, & cujuslibet earum, & generaliter ad omnia, & ſingula dicenda, facienda, gerenda, & procuranda favore dictæ executionis, quæ in præmiſſis, & circa præmiſſa cum dependentibus ecc. dantes ecc promittentes mihi Notario ſtipulanti ecc. ſeſe ſemper, & perpetuo habere, & tenere ratum ecc. relevantes ecc. Quæ omnia, & ſingula dictæ partes ſingula ſingulis congrue referendo promiſerunt, & tactis corporaliter ſcripturis ad ſancta Dei Evangelia in manibus, & ad delationem mei Notarii infraſcripti jurarunt attendere, complere, & efficaciter obſervare, eaque omnia fore fuiſſe, & eſſe vera, ac perpetuo firma, rata, & grata habere, dictoſque ſuos procuratores non revocare, donec præmiſſa omnia, & ſingula fuerint obſervata, & adimpleta ſub obligatione bonorum ipſorum Agentium pro jam dictis communitatibus, ac particularium perſonarum, ut ſupra, ac refectione damnorum, de quibus ſupra renunciantes in præmiſſis omnibus, & ſingulis exceptioni, doli, mali, vis, metus in factum, actioni condictionis indebiti ſine cauſa, reique non ſic, ſed aliter geſtæ ſimulationis, fraudis, erroris, ceſſionis bonorum, præſentiſque contractus ſic ut ſupra non celebrati, ſeu plus, vel minus fuiſſe dictum, quam ſcriptum, beneficioque abſolutionis a juramento prædicto, & ipſam abſolutionem non petere, & impetrata non uti, ac beneficiis epiſtolæ Divi Adriani, ac novæ conſtitutioni de pluribus reis debendi privilegiis, feriis, franchiſiis, moratoriis, ſalvis conductibus, reſcriptis, gratiis, & aliis quibuſque tam introductis, quam introducendis, ac decretis indultis tam editis, quam edendis. De præmiſſis omnibus certificatæ partes ipſæ ut aſſeruerunt verum eſſe, ac omnibus aliis exceptionibus, clauſulis, & cautelis, ac omni alii juri, & legum auxilio, quo, vel quibus contra præmiſſa, ſeu aliquod contra præmiſſorum facere, vel venire poſſent, ſeu quælibet ipſarum poſſet, & ſe tueri, ac ſolemnitatis ordinis judiciarii prætermiſſæ, cui etiam expreſſe renuntiarunt ecc. Et inde de præmiſſis omnibus, & ſingulis prædicti Agentes jam dictarum communitatum Aquarum, & Biſtagni rogarunt inſtrumentum mihi Notario infraſcripto cum clauſulis, & cautelis in ſimilibus apponi ſolitis, & conſuetis dictamine ſapientis ſi fuerit expediens roborandum.

Ego Joannes Auguſtinus Riccius civis Caſalis publicus Imperiali auctoritate Notarius ecc.

Conventio de Decimis Rochettæ Pelaſeæ.

403 MDLXII.

In nomine Domini amen. Anno Nativitatis ejuſdem MDLXII., indictione V., die vero Veneris XXVI. menſis decembris. Actum in civitate Aquis in Epiſcopali palatio cum ſit, & fuerit quod ab annis duodecim in citra verſa fuerit lis, & controverſia, & adhuc pendeat indeciſa inter menſam Epiſcopalem Aquenſem mediantibus procuratoribus ejuſdem ex una, & Communitatem loci Rochettæ Pelaſeæ, hominesque illius tam nobiles, conſulares, conſules, vel ſindicos, quam etiam dicti loci particulares in, & ſuper decimis, & primitiis prædictæ menſæ Epiſcopali alias debitis, & ſolutis. Et propterea prædicti nobiles viri fuerint multoties excommunicati in eo forſan errore ducti, ut jureconſultorum conſiliis in eo Communitatem ipſam traherent, in quo particulares dicti loci nunquam deſcendere a primitiis excogitaſſent. Hinc eſt, quod nuperrime volentes, ut Chriſtianos viros decet vitam vivere, & inter ſedis Apoſtolicæ militantis catholicæ Eccleſiæ matris pientiſſimæ greges reverti, & aggregari, ſuas, communitatis, omniumque particularium, & ſingulorum capitum familiæ preces coram Rev. D., & Patre D. Fauno Coſtaciario Epiſcopo Aquenſi ſuppliciter præſentaverint, & ab eo uti pio Patre in primis, & ante omnia abſolutionem pro ſingulis quovis modo dicti loci hominibus hanc ob cauſam excommunicatis, contritis, & pœnitentibus humiliter implorarunt, offerentes hoc decimarum, & primitiarum onus erga modernum Epiſcopum, ejuſque ſucceſſores, menſamque Epiſcopalem perpetuis ſucceſſivis futuris temporibus in communi ſubire, dummodo ad aliquam juſtam, & honeſtam ſummam ſaccorum quantitatem primitias, & decimas prædictas reduci contingat. Super quibus cum mature inter prædictæ communitatis procuratores ex una, & menſæ Epiſcopalis procuratores, Reverendumque modernum Epiſcopum ex altera maturatum fuerit, operaque communium amicorum cognitus fuerit decimarum, & primitiarum valor, qui ſachorum duorum frumenti parum aut excederet, aut deficere potuiſſet ſingulis annis, & frumentum præmiſſum in loco Rochettæ paſſim, & ubique per nuncios Curiæ Epiſcopalis quolibet anno exigeretur, id nunquam ſine impenſis menſæ Epiſcopalis factum fieri; & aliquando ob nonnullorum inopiam duorum ſaccorum ſumma vix exigi potuerit, licet aliis quoque crebris temporibus in exactionem exceſſerint. Tandem ad concordiam partes præmiſſæ devenerunt ob cauſſas præmiſſas, ut Reverendiſſimus pro tempore Aquenſis, menſaque Epiſcopalis duobus ſacchis frumenti ad menſuram loci Rochettæ, boni tamen puri, & mercantilis, habeant in futurum ſingulis annis in die decimaquinta menſis auguſti eſſe contenti, incipiendo a menſe auguſti proxime venturi de anno MDLXIII. ſalvo etiam, & reſervato jure in perpetuum menſæ Epiſcopalis, & Epiſcopis nedum præſenti, ſed omnibus annis in futurum ſucceſſoribus pro jure præmiſſo decimarum, & primitiarum dicti loci tantum. Cum igitur conſules videlicet Henricus Duma, & Antonius Faconus a legitimis procuratoribus prædictæ communitatis in cauſa prædicta de præmiſſa tractata concordia relationem habuerint, generale concilium vocari fecerunt, & etiam ſingula domorum capita more ſolito dicti loci, & omnia ut ſupra dictum eſt, publice, & palam propoſuerunt; &

demum longa discussione præcedente concordiam supradictam acceptaverunt, decreveruntque legitimos communitatis, & omnium particularium, & singulorum capitum familiæ procuratores, videlicet nobilem Jordanum Columbum, Henricum Bumam, & Mathæum Jocham de dicto loco ad contrahendum, concordandum, componendum, acceptandum, & obligandum in communi, & particulari communitatis, particulariumque singulorum bono pro observatione prædictorum prout, & sicut in instrumento eorum allegato diffusius apparet, ad quod ecc. Quapropter supradicti spectabilis Jordanus Columbus, Henricus Buma, & Mathæus Jocha procuratores antedicti genibus flexis coram Rev. D. D. Episcopo in ejus camera residentiæ nomine dictæ communitatis, & singulorum hominum ejusdem ecc. suppliciter, & absolutionem a præmissis excommunicationibus occasione præmissa petierunt, & obtulerunt sese paratos concordare ut supra dictum est cum mensa Episcopali, & pro tempore observare ecc. Qui Reverend. Dominus Episcopus ipsos, & eorum quemlibet ad effectum præmissum genuflexos benigne recepit, & mandavit coram eo procuratorem mensæ Episcopalis, & capitulum Ecclesiæ Cathedralis, singulosque eorum personaliter, vel domui citari ecc. Postea vero Bastianus Siverna nuntius dictæ mensæ retulit, omnes de capitulo citasse una cum procuratore, videlicet Domino Morgante de Franchis ecc. die XXVII. mensis decembris supradicti nobiles Jordanes Columbus, Henricus Buma, & Matheus Jocha procuratores antedicti in termino citationis tactæ, & relatæ nomine dictæ communitatis loci Rochettæ Palafeæ, omniumque, & singulorum capitum familiæ ecc. personaliter comparuerunt coram prædicto Rev. D. Episcopo in ejus camera residentiæ, ac etiam præsentibus RR. DD. Canonicis ecc. & exposuerunt sese nomine quo supra absolutionem in primis petere, & postmodum sese pro executione concordiæ præmissæ paratos esse supplicantes ecc. Qui Rev. Dominus in primis, & ante omnia causas præmissas seriatim recitavit, deinde annuentibus omnibus Rev. D. D. Canonicis ipsos procuratores supradictos, & alios omnes, & quoscumque homines, & feminas dicti loci, ac etiam mortuos pro retentione decimarum, ac primitiarum nominatim, vel generaliter excommunicatos, excepto dumtaxat Augustino Jocha de eodem loco, qui ut asseritur alias decimas solvisse professus est, & modo Diabolico ductus spiritu repugnat sub vinculis excommunicationis retento ecc. alios homines ut supra tam a lege, quam Canonicis constitutionibus, vel sinodalibus, vel ab homine illaqueatos per manus impositionem in forma Ecclesiæ solita, & consueta absolvit, & liberavit, & eos, & eorum quemlibet absolutos haberi voluit, & mandavit injuncta eis salutari pœnitentia, ut singuli coronam Virginis Mariæ humiliter, & devote infra octo dies habeant ter recitare, & pro modo culpæ in totum scutum unum monialibus sanctæ Mariæ civitatis Aquensis pro eleemosina condonent ecc. Postmodum supradicti procuratores gratias in primis agentes ecc. sponte ecc. nomine quo supra ecc. non vi dolo, aliave sinistra machinatione circumventi ecc. sed omni meliori modo promiserunt, & convenerunt in futurum successuris perpetuis futuris temporibus pro decimis, & primitiis dare, & mensurare effectualiter. Rev. D. D. Episcopo Aquensi, suisque successoribus in Episcopatu, & mensæ Episcopali in perpetuum, & in omne ævum singulis annis in die XV. augusti inchoando in mense augusti proxime futuri de anno MDLXIII., & nunquam siniendis saccos duos frumenti boni, & mercantilis ad mensuram loci Rochetæ Pelafeæ sumptibus dictæ communitatis in civitate Aquarum conducendos in palatio Episcopali ec. petentes prædicti procuratores de omnibus expensis, damnis, & interesse, hucusque mensæ Episcopali præjudicium inferentibus remissionem fieri ecc. promittentes, & obligantes pro observatione præmissorum omnia dictæ communitatis, & singulorum bona ecc., & quod mensa Episcopalis pro dictis decimis, & primitiis in futurum communitati ab omnibus Particularibus dicti loci exigendis brachium Episcopalis auctoritatis robur partiatur, quoties a communitate, vel ejus agentibus fuerit requisitum ecc. reservato etiam jure directo decimarum, & primitiarum mensæ Episcopali moderno Reverendissimo Domino Episcopo, & ejus successoribus ecc. & casu quo dicta communitas, vel ejus pro tempore Agentes ullo unquam tempore a præmissa præstatione sachorum duorum frumenti modo quo supra cessaverint, reincidant in censuras, & pœnam scutorum quinquaginta mensæ Episcopali applicandam ecc. toties quoties ecc. qui Reverendissimus Dominus Episcopus Aquensis una cum RR. DD. Canonicis infrascriptis universum capitulum repræsentantibus, & venerabili Domino Morganto de Franchis de Costaciariis procuratore mensæ Episcopalis volens uti patrem decet filios sponte redeuntes, & pœnitentes pie, & benigne suscipere, & amplexari prævia acceptatione reservatione, obligationumque præmissarum solemni stipulatione ecc. prædictos procuratores nomine quo supra acceptantes ecc. de hucusque decursis damnis, expensis, & interesse in totum quittavit, finemque, & quittationem fecit generalem, & generalissimam de omnibus ad mensam Episcopalem spectantibus, hucusque, & pertinentibus ecc. & obtulit se, & pro eo ministros, & successores pro tempore ecc. daturos vim, & auctoritatem mensæ Episcopalis ad omnem justam requisitionem, & in favore dictæ communitatis pro decimis, & primitiis exigendis ecc. ad effectum præmissum ecc. & præmissa omnia, & singula tam RR. D. Episcopus ejusque procurator, quam etiam procuratores prædicti nomine quo supra asseruerunt fuisse, & esse vera, & ea attendere, & observare, & non contrafacere ecc. sub pœnis antedictis ecc. obligantes omnia bona dictæ communitatis, & singulorum generaliter ecc. quibus omnibus ecc. RR. DD. Canonici prædicti una cum prædicto Rev. D. Episcopo consenserunt ecc. auctoritatem, & decretum ecc. obligantes rursus, & jurantes videlicet procuratores mensæ Episcopalis more sacerdotali ecc. ipsi vero procuratores manibus corporaliter tactis scripturis rogantes instrumentum dictamine sapientis extendendum non mutata substantia, & volentes de præmissis rogari in solidum nobilem Botarellum, & Henricum

Henricum Jocham inſtrumentum ec. Dummodo menſæ Epiſcopali de omnibus præmiſſis tradatur copia autentica ſine expenſis. Præſentibus ad præmiſſa omnia, & ſingula ſupraſcripta magnifico I. C. D. Scipione Carmaglierio, & Domino Guido de Porta Aquenſibus teſtibus vocatis, atque rogatis ecc. nec non, & D. Franciſco Aynardo Præpoſito, D. Conrado Aynerdo Archidiacono . . . . . Japino, Curadino Pipero Cantore, D. Petro Aynardo, D. Petro Chiapino, D. Guillelmo Brondetta, D. Fabricio Avellano, D. Gullielmino Avellano, D. Jacobo Barocio, D. Paulo Pipero, abſente vero D. Petro Scuroto Archipresbitero licet domui citato, qui juraverunt in manibus prædicti RR. DD. Epiſcopi, & auctoritatem interpoſuerunt. Et ego Henricus Jocha q. Benedicti de Rochetta Pellatea Aquenſis Diœceſis publicus Imperiali auctoritate Notarius ſupraſcriptum inſtrumentum una cum ſpectabili D. Michaele Bottarello Notario publico Aquenſi rogatus recepi, ſcripſi, & exemplavi ecc.

Unio perpetua Beneficii Parochialis ſancti Syri Nitiæ Palearum Epiſcopatui Aquenſi.

404 M D L X V.

Pius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei ad perpetuam rei memoriam. Æquum reputamus & rationi conſonum, ut ea, quæ de Romani Pontificis gratia proceſſerunt, licet ejus ſuperveniente obitu literæ Apoſtolicæ ſuper illis confectæ non fuerint, ſuum ſortiantur effectum. Dudum ſiquidem felicis recordationis Pius Papa quartus prædeceſſor noſter omnia beneficia Eccleſiaſtica cum cura, & ſine cura apud ſedem Apoſtolicam tunc vacantia, & in antea vacatura collationi, & diſpoſitioni ſuæ reſervavit decernens ex tunc irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contingeret attentari. Cumque poſtmodum parochialis Eccleſia Archipresbiteratus nuncupata ſancti Siri oppidi Nitiæ Palearum Aquenſis Diœceſis provinciæ Mediolanenſis per liberam reſignationem dilecti filii Henrici Brunæ olim ipſius Eccleſiæ rectoris Archipresbiteri nuncupati de illa, quam tunc obtinebat per dilectum filium Marcum Gentilucium procuratorem ſuum ad id ab eo ſpecialiter conſtitutum in manibus dicti prædeceſſoris ſponte factam, & per eumdem procuratorem admiſſam apud ſedem prædictam vacaviſſet, & vacaret tunc, nulluſque de illa præter eumdem prædeceſſorem ea vice diſponere potuiſſet, ſive poſſet reſervatione, & decreto obſtentibus ſupradictis, & deinde eidem prædeceſſori pro parte venerabilis fratris noſtri tunc ſui Petri Epiſcopi Aquenſis expoſito, quod ſi Eccleſia prædicta menſæ Epiſcopali Aquenſi, cujus fructus, reditus, & proventus centum ducatorum auri de camera ſecundum communem æſtimationem valorem annuum non excedebant, adeoque tenues erant, quod ex illis ipſe Petrus, & pro tempore exiſtens Epiſcopus Aquenſis, ad quem ipſius Eccleſiæ illius pro tempore occurrente vacatione collatio, ſeu proviſio aut quævis alia diſpoſitio ſpectabat, & pertinebat, juxta pontificalis dignitatis exigentiam commode ſuſtentari nequibat, perpetuo uniretur, annecteretur, & incorporaretur, ex hoc profecto menſæ prædictæ pro decentiori Petri, & pro tempore exiſtentis Epiſcopi præfati ſubventione aliquod accreſcere ſubſidium, ipſaque Eccleſia in divinis potius ſuſciperet incrementum, quam detrimentum pateretur. Pro parte Petri Epiſcopi prædicti aſſerentis fructus, reditus, & proventus Eccleſiæ prædictæ, & illi forſan annexorum quinquaginta ducatorum auri ſimilium ſecundum eandem æſtimationem valorem annuum non excedere, eique prædeceſſori humiliter ſupplicato, ut Eccleſiam prædictam eidem menſæ perpetuo unire, annectere, & incorporare, ac alias in præmiſſis opportune providere de benignitate Apoſtolica dignaretur. Idem prædeceſſor, qui dudum inter alia voluerat quod ſemper in unionibus commiſſio fieret ad partes vocatis, quorum intereſſet, quique ad ea providentiæ ſuæ partes favorabiliter impartiebatur, per quæ ſingulis Eccleſiis præſertim cathedralibus, & illarum præſidentibus perſonis opportune valeret provideri, ac qui eadem die præfato Henrico omnia, & ſingula fructus, reditus, proventus, & emolumenta quæcumque dictæ Eccleſiæ per ipſum Henricum quoad viveret, vel alium, ſeu alios ejus nomine propria auctoritate libere percipienda, exigenda, levanda, arrendanda, locanda, dislocanda, ac in ſuos uſus, & utilitatem convertenda loco penſionis annuæ reſervavit, conceſſit, & aſſignavit, Apoſtolica auctoritate Petrum Epiſcopum prædictum a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, ac interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtebat ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum abſolvens, & abſolutum fore cenſens, hujuſmodi ſupplicationibus inclinatus ſub data videlicet VII. idus octobris Pontificatus ſui anno tertio Eccleſiam prædictam, ſive præmiſſo, ſive alio quovis modo, aut ex alterius cujuſcumque perſonæ, ſeu per ſimilem ipſius Henrici, vel cujuſvis alterius reſignationem, de illa in Romana curia, vel extra eam etiam coram Notario publico, & teſtibus ſponte factam, aut conſtitutionem piæ memoriæ Joannis Papæ XXII. etiam prædeceſſoris noſtri quæ incipit *Execrabilis*, vel aſſecutionem alterius beneficii Eccleſiaſtici quavis auctoritate collati vacaret, etiamſi tanto tempore vacaviſſet, quod ejus collatio juxta Lateranenſis ſtatuta concilii ad ſedem præfatam legitime devoluta, ipſaque Eccleſia diſpoſitioni Apoſtolicæ ſpecialiter, vel alias generaliter reſervata exiſteret, & ſuper ea inter aliquos lis, cujus ſtatum idem Pius prædeceſſor haberi voluit pro expreſſo penderet indeciſa, dummodo ejus diſpoſitio ad eumdem Pium prædeceſſorem ea vice pertineret cum annexis hujuſmodi, ac omnibus juribus, & pertinentiis ſuis eidem menſæ, ita quod liceret eidem Petro Epiſcopo, & ſucceſſori ſuo ipſius Eccleſiæ Aquenſis præſuli, ſeu adminiſtratori pro tempore exiſtenti per ſe, vel alium, ſeu alios ejus nomine corporalem, realem, & actualem poſſeſſionem Eccleſiæ, & annexorum, juriumque, & pertinentiarum prædictorum propria auctoritate etiam ex tunc libere apprehendere, & perpetuo retinere, ac illius fructus, reditus, proventus, jura, obſerva-

tiones, & emolumenta quæcumque, ceſſante tamen illorum reſervatione, & conceſſione præfato Henrico factis hujuſmodi uſus, & utilitatem convertere, eidemque parochiali Eccleſiæ per unum Presbiterum ſecularem, vel cujuſque ordinis regularem idoneum ad Petri & pro tempore exiſtentis Epiſcopi ſeu adminiſtratoris præfati nutum toties quoties ei videretur libere ex dictæ parochialis Eccleſiæ fructibus, reditibus, & proventibus, poſt tamen ipſius Henrici obitum ponendum, & amovendum in divinis laudabiliter deſerviri, ac animarum curam exerceri, & alia eidem parochiali Eccleſiæ incumbentia onera ſupportari, ceteraque in eis neceſſaria, ſeu quomodolibet opportuna facere cujuſvis Judicis, vel Curiæ, aut alterius licentia deſuper minime requiſita eadem auctoritate Apoſtolica univit, annexuit, & incorporavit, at ex tunc unitam, annexam, & incorporatam, necnon Petrum, & pro tempore exiſtentem Epiſcopum, ſeu Adminiſtratorem Aquenſem hujuſmodi ſalva dicta reſervationis conceſſione ad dicti Henrici vitam, & non ultra duratura ipſius parochialis Eccleſiæ rectoris perpetuo eſſe, & fore, ac cenſeri. Necnon . . . . . ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter attentatum forſan erat, eatenus vel in poſterum contingeret attentari irritum, & inane decrevit. Non obſtantibus priori voluntate ſua prædicta, ac Lateranenſis concilii noviſſime celebrati uniones perpetuas, niſi in certis caſibus a jure permiſſis fieri prohibentis, ac recolendæ memoriæ Bonifacii Papæ VIII. ſimiliter prædeceſſoris noſtri ac aliis Apoſtolicis conſtitutionibus contrariis quibuſcumque, aut ſi aliqui ſuper proviſionibus ſibi faciendis de hujuſmodi, vel aliis beneficiis Eccleſiaſticis in illis partibus ſpeciales, vel generales dictæ ſedis, vel legatorum ejus literas impetraſſent, etiamſi per eas ad inhibitionem, reſervationem, & decretum, vel alias quomodolibet eſſet proceſſum. Quas quidem literas, & proceſſus habitos per eoſdem, ac inde ſecuta quæcumque idem Pius prædeceſſor ad parochialem Eccleſiam prædictam voluit non extendi, ſed nullum per id eis quoad aſſecutionem beneficiorum aliorum præjudicium generare, & quibuslibet aliis privilegiis, indulgentiis, & literis Apoſtolicis generalibus, vel ſpecialibus quorumcumque tenorum exiſterent, per quæ literis ipſius Pii prædeceſſoris, ſi deſuper confectæ fuiſſent non expreſſa, vel totaliter non inſerta effectus earum impediri valeret quomodolibet vel differri, & de quibus quorumque totis tenoribus de verbo ad verbum habenda eſſet in eiſdem literis mentio ſpecialis proviſo, quod propter unionem, annexionem, & incorporationem hujuſmodi in dicta Eccleſia Divinus cultus non minueretur, & animarum cura prædicta nullatenus negligeretur, ſed ejus congrue ſupportarentur onera conſueta. Ne autem de abſolutione, unione, annexione, incorporatione, decreto, & voluntate prædictis, pro eo quod ſuper illis ipſius Pii prædeceſſoris ejus ſuperveniente obitu literæ confectæ non fuerunt, valeat quomodolibet hæſitari, ac Petrus, & pro tempore exiſtens Epiſcopus, ſeu adminiſtrator præfatus illorum fruſtretur effectu, volumus, & ſimiliter auctoritate Apoſtolica præfata decernimus, quod abſolutio, unio, annexio, & incorporatio, decretum, & voluntas prædicta perinde a dicta die VII. idus octobris ſuum ſortiantur effectum, ac ſi ſuper illis ipſius Pii prædeceſſoris literæ ſub ejuſdem diei data confectæ fuiſſent, prout ſuperius enarratur. Quodque præſentes literæ plene abſolutionem, unionem, annexionem, incorporationem, decretum, & voluntatem Pii prædeceſſoris hujuſmodi ubique ſufficiant, nec ad id probationis alterius adminiculum requiratur. Nulli ergo hominum omnino liceat hanc paginam noſtræ voluntatis, & decreti infringere, vel eis auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Romæ apud ſanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ MDLXV. XVI. calendis februarii Pontificatus noſtri anno I.

Diploma Maximiliani II. Imperatoris Petro Fauno Coſtacciario Epiſcopo Aquenſi.

MDLXVIII. 405

Maximilianus ſecundus divina favente clementia electus Romanorum Imperator ſemper auguſtus, ac Germaniæ, Hungariæ, ac Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Sclavoniæ &c Rex Archidux Auſtriæ, Dux Burgundiæ, Brabantiæ, Stiriæ, Carintiæ, Carniolæ &c. Marchio Moraviæ &c. Dux Lucemburgiæ, ac ſuperioris, & inferioris Sileſiæ, Wirtembergæ, & Tekæ, Princeps Sueviæ, Comes Hatspurgi, Tirolis, Ferretis, Kiburgi, & Goritiæ, Lantgravius Alſatiæ, Marchio S. R. Imperii, Burgoviæ, ac ſuperioris, & inferioris Luſatiæ, Dominus Marchiæ Sclavoniæ &c. Ad perpetuam rei memoriam recognoſcimus, & notum facimus tenore præſentium univerſis, ad decus, & augmentum S. R. Imperii, cujus nobis cura a D. O. M. demandata eſt, noſtræque dignitatis, & officii ſollicitudinem in primis pertinere arbitramur, ut divorum Principum Romanorum Imperatorum, & Regum veſtigiis inhærentes, quæ ſanctarum Eccleſiarum quietum, & tranquillum ſtatum concernunt, quæque ad conſervationem, & tutelam, & patrocinium jurium, & libertatu mearumdem pertinere dignoſcuntur, indefeſſo ſtudio procuremus, & pie concedamus. Quare cum a nobis ſubmiſſe petierit venerabilis Petrus Faunus Coſtacciarius Epiſcopus Aquenſis, Princeps noſter, ac devotus, & ſincere nobis dilectus ut ſibi, & Eccleſiæ ſuæ Aquenſis privilegia per divos Romanorum Imperatores, & Reges prædeceſſores noſtros ſuis anteceſſoribus Epiſcopis, & Eccleſiæ ſuæ Aquenſis conceſſa, & præſertim infraſcripta, nec non omnia, & ſingula in iiſdem privilegiis contenta, ſive per ea Epiſcopo, & Eccleſiæ Aquenſi conceſſa, data, collecta, confirmata, & indulta confirmare, approbare, renovare, & ratificare, ipſumque Epiſcopum pro ſe, & dicta ſua Eccleſia de eiſdem inveſtire de benignitate Imperiali dignarentur. Quorum quidem privilegiorum tenor ſequitur in hæc verba (*hic continuato ſermone referuntur ad literam diplomata Maximiliani I. an. MDIII. Ludovico Bruno, & Carol. V. Petro Vorſtio Aquenſibus*

Epiſcopis conceſſa, quibus recitatis proſequitur Maximilianus). Nos igitur præfati Aquenſis Epiſcopi principis noſtri tam juſtis, quam devotis ſupplicationibus benigne aſſentientes, attentis ipſius, ſuorumque anteceſſorum erga ſereniſſimos prædeceſſores noſtros Romanorum imperatores, & reges, noſque, & ſacrum imperium devotione meritis, & obſequiis animo deliberato ex certa noſtra ſcientia non per errorem, & improvide, ſed ſano procerum, & aliorum noſtrorum, & imperii ſacri fidelium dilectorum accedente conſilio, & de imperialis noſtræ poteſtatis plenitudine prædicta privilegia, ac omnia, & ſingula in eis contenta per prædictos divos imperatores, & reges Romanorum prædeceſſores noſtros ſupradicto Epiſcopo, ejuſque anteceſſoribus, & Eccleſiæ Aquenſi conceſſa, data, collata, confirmata, & indulta in omnibus ſuis punctis, clauſulis, articulis, ſententiis, & tenoribus perinde, ac ſi de verbo ad verbum hic inſerta, & ſpecialiter expreſſa forent, confirmavimus, approbavimus, innovavimus, & ratificavimus, ac tenore præſentium confirmamus, approbamus, innovamus, ratificamus, & imperialis roboris firmitate munimus, & præfatum Petrum Faunum Epiſcopum ſuo, & prædictæ Eccleſiæ ſuæ Aquenſi nomine de ipſis inveſtimus decernentes ea omnia, & ſingula tamquam a nobis confirmata, approbata, ratificata, & innovata in omnibus ſuis punctis, clauſulis, articulis, & partibus rata, grata, valida, firma, & perpetua eſſe, & cenſeri, & ab omnibus inviolabiliter obſervari debere intra, & extra judicium abſque omni contradictione, & impedimento ſupplentes ex prædicta certa ſcientia, & imperiali auctoritate noſtra, & de poteſtatis noſtræ plenitudine omnes, & quoſcumque defectus tam juris, quam facti, ſive intrinſecus, ſive extrinſecus, qui in præmiſſis, vel obſcuritate verborum, vel ſententiarum ambiguitate, aut debitæ ſolemnitatis omiſſione, vel alias quoquo modo interveniſſent, prædictumque Epiſcopum Aquenſem, & ejus Eccleſiam contra quaſcumque injuſtas, & indebitas occupationes, alienationes, diſtractiones, donationes, conceſſiones, & omnia alia inde ſecuta, pronunciata, ſcripta, vel facta, ac indebitas poſſeſſiones, ac detentiones in integrum reſtituentes nulla temporis præſcriptione, occupatione, detentione, alienatione obſtante, nec obſtantibus omnibus illis, & quibuſcumque quæ prædicti prædeceſſores noſtri & præſertim D. Carolus IV. in præmiſſis voluit non obſtare, quæ & nos per præſentes ex certa ſcientia, & imperiali noſtra auctoritate non obſtare declaramus, & decernimus, ſed eis omnibus quatenus obſtarent, vel obſtare poſſent, expreſſe derogamus, & derogatum eſſe volumus, etiamſi talia eſſent, de quibus in præſentibus literis noſtris deberet fieri mentio ſpecialis, & quibus alioquin derogatum non cenſetur, niſi de ipſis, ſeu earum toto tenore ſpecialis eſſet facta mentio, quam fieri debere in nonnullis conceſſionibus, & privilegiis prædeceſſorum noſtrorum cautum eſſe videtur, & præſertim in privilegiis Divi Caroli quarti illuſtri quondam Johanni marchioni Montiſferrati conceſſo, dato Piſis anno Domini milleſimo tercenteſimo quinquageſimo quinto, indictione octava, ſexto idus maii in præmiſſis tamen noſtris, & aliorum juribus ſalvis. Nulli ergo hominum liceat hanc noſtræ confirmationis, approbationis, innovationis, ratificationis, decreti, inveſtituræ, ſuppletionis, derogationis, voluntatis, & gratiæ paginam infringere, aut eis quovis auſu temerario contraire in judicio, ſive extra judicium quodcumque. Siquis autem hoc attentare præſumpſerit noſtram & imperii ſacri indignationem graviſſimam, & præter pœnas in prædictis privilegiis contentas, & expreſſam pœnam viginti marcharum auri puri ſe noverit irremiſſibiliter incurſurum pro dimidio imperiali fiſco, ſeu ærario noſtro, reliqua vero parte Epiſcopo Aquenſi applicandam toties quoties contra factum fuerit harum teſtimonio literarum manu noſtra ſubſcriptarum, & ſigilli noſtri Cæſarei appenſione munitarum. Datum in civitate noſtra Vienna die ſexta menſis auguſti, anno Domini milleſimo quingenteſimo ſexageſimo octavo, regnorum noſtrorum Romani ſexto, Hungariæ quinto, Bohemiæ vero vigeſimo.

Signatum Maximilianus

Deſcriptio Reliquiarum, quæ in Eccleſia Cathedrali aſſervantur facta a P. Vorſtio Epiſcopo in viſitatione Eccleſiæ.

MDLXXXI. 406

Nel nome d'Iddio nell'anno 1581. il giorno 19. di febbrajo Domenica II. di Quadrageſima nel tempo del Santiſſimo, e Beatiſſimo Signor noſtro Gregorio decimoterzo Pontefice Romano. Noi Pietro Fauno Coſtacciaro per la grazia d'Iddio, e della ſanta Apoſtolica Veſcovo de Acque, Conte ec. A perpetua memoria ec. facemo piena, ed indubitata fede, qualmente avendo noi viſitato la Chieſa noſtra cattedrale, e la ſacriſtia di eſſa per l'officio noſtro Epiſcopale avemo ritrovate molte e molte ſacre Reliquie in diverſi vaſi, vaſetti, e caſſe con le memorie antiche conſervate al meglio che ſi è poſſuto dai Reverendiſſimi noſtri anteceſſori, poichè alcune de dette Reliquie hanno i bollettini per Dio grazia conſervati particularmente; ma alcune altre i bollettini talmente corroſi per la lunghezza del tempo, che pochi ſe ne poſſono leggere per chiarezza di eſſe; altre Reliquie per la calamità delle ſedizioni, e guerre civili in queſta città d'Acque, ſi ſono conſervate nelle urne, e caſſe in confuſo, nè diſtinguendo corpo da corpo de' quei glorioſi Santi, che furono riposte in eſſe, ma ben de' molti di loro, ſi fa particolar memoria, e de' molti altri univerſale. Laonde noi per la divozione, che avemo, e che dovemo alla glorioſa memoria de' lor Santi, riconoſcendo il favor, e grazia d'Iddio noſtro Signore Criſto, che abbi lungamente conſervato queſto grandiſſimo teſoro nella Chieſa cattedrale d'Acque, e poi ſcopertolo a noi indegno Veſcovo d'eſſa, e parimente ſucceſſore de' ſantiſſimi Padri noſtri ſemo venuti in penſiero di collocare queſte ſantiſſime Reliquie in un luogo particolare di noſtra Chieſa nel miglior modo, che abbiamo poſſuto, per ſegno manifeſto della medeſima devozione, e per ajuto, e ſoccorſo di fedeli Diocesani, miniſtri, ed altri divoti ancora, che umilmente avranno reverenza, e vene-

razione verso di esse reliquie santissime, e canonicamente ricorreranno ad essi Santi per godere nei loro bisogni della loro pietosa, e cristiana intercessione. Così avendone più volte discorso, e ragionato con il Reverendo capitol nostro cattedrale avemo eletto, e deputato altare, e reliquiario de tutte queste sante reliquie la Capella sotto titolo dei Santi alla mano manca dell'altar maggiore nell'intrare, e verso l'aquilone, e fatto il segno al popolo di questa nostra deliberazione con la maggior solennità, che abbiamo potuto, con il Clero tutto processionalmente, e cogli abiti Episcopali, e Sacerdotali avemo traslate le dette reliquie, e solemnemente, e con devozione, ed applausi del popolo tutto l'avemo riposte, e riservate nella detta Capella de' Santi dentro l'altare, cioè il deto del beatissimo Guido già Vescovo d'Acque nel mezzo, e di sotto, e di sopra in casse, e vasi, e vasetti, il resto delle reliquie, e corpi in polvere, in osse, ed altri simili con quelle memorie, che avemo ritrovato, de' quali memorie avemo voluto, che l'una si conservi nella cassa delle reliquie, e l'altra dentro l'archivio della cattedrale. Ma come pubblicatore, e defensore della verità istessa avemo tutto ordinato, ed eseguito con quella vera, e lodevol semplicità, che a noi conviene, e che dai santi antecessori nostri per tradizione di lungo tempo con scritture in parte, e poi consuetudine e voci di mano in mano ci sono state lasciate ecc.

Desiderosi di onorare, e riverire i glorios Santi, che sono in cielo, e le ossa, e le ceneri, e l'altre reliquie lasciateci da loro in terra, e per invitare il popolo, che di tempo in tempo divotamente goda il tesoro lasciatole in questa Città, e Chiesa soa per ajuto, e soccorso ne' suoi bisogni con la intercessione de' Santi, e Sante d'Iddio avemo concesso, e concedemo le infrascritte Indulgenze, e per la povertà della Chiesa esortiamo ciascuno fedele, e devoto, che con quella pietà d'elemosine soccorra l'augmento del culto divino, ed ornamenti a conservazione delle Reliquie sopradette, che le dittarà la loro istessa divozione.

Prima volemo, e comandiamo al R. capitol nostro, che ogni anno per il tempo d'avvenire in perpetuo nel giorno di questa santa traslazione faccino nell'altar de' Santi sopradetto la Solennità di Messa cantata, ed anco la processione invitando il popolo tre giorni prima con il suono delle campane, ed il R. Arciprete, che sarà per tempo lo ricorderà, o intimerà al popolo otto giorni prima.

A quelli Reverendi Sacerdoti, che con buona divozione celebreranno sopra il detto altare le concedemo per ciascuna volta venti giorni d'Indulgenza.

A quelli, che si faranno celebrar per loro divozione, li concedemo l'Indulgenza medesima.

A quelli, che visiteranno la sopradetta Capella la prima Domenica del mese dal nascer del Sole fino al tramontare, le concedemo trenta giorni di Indulgenza per ciascuna volta in perpetuo.

A tutti quelli, che visiteranno devotamente la Capella il giorno della translazione, ed il giorno tutto immediate seguente in perpetuo concedemo Indulgenza di 40. giorni.

Preghiamo dunque umilmente i Rev. successori nostri, che si contentino di conservare, ed augmentare il presente ordine nostro per gloria, e servigio d'Iddio nostro Signore, e di quelle anime beate de' Santi predetti, che trionfano in cielo raccomandando l'anima nostra alle orazioni di lor tutti nelle viscere della misericordia del Signor Gesù Cristo nostro Salvatore.

Segue la memoria, ossia catalogo delle Reliquie sopradette nella cassetta di ferro.

E primo il deto del beatissimo Guido già Vescovo d'Acque. Della tunica di S. Pietro martire. Del luogo, nel qual il SS. Iddio dettò la legge a Mosè. Osso di S. Giacomo Apostolo. Reliquia senza scritto. Reliquia di S. Donato Vescovo Fessulano, e di S. Leonardo avute (come si crede) nell'abbazia fuori di Fiorenza al tempo d'Eugenio Papa IV. dell'anno 1442. Del sepolcro della Vergine Nostra Signora. Un pezzo di legno col scritto, che non si intende. Ossa de' SS. Cosma, e Damiano martiri.

Nella scatola rotonda.

Una borsa d'oro, e seta, nella quale vi sono otto Reliquie col scritto in lingua Spagnola. In detta scatola diverse Reliquie senza scritto. Della pelle, ed osso di S. Laurenzio martire. Della Croce del volto santo di Luca. Osso di S. Siro Genovese. Dente di S. Cristoforo. Dell'osso di S. Anselmo Confessore. Ossa senza scritto. Dell'osso di S. Andrea Apostolo di quello, che si tiene colla spalla. Della Costa di S. Maria Maddalena avuta dalla Chiesa cattedrale di Saona; pietra del luogo, dove fece penitenza detta Santa. Del sepolcro di N. S. G. C. Del luogo, dove la Vergine Maria fu salutata dall'Angelo. Osso di S. Antonio Abate. Osso di S. Pietro.

Nella scatola lunga coperta di piombo.

Vi sono le reliquie de' Santi Marcello, ed Exuperantio martiri, e di Nicodemo.

Nel vaso di porfido ritrovato nell' altar maggiore

Vi sono molte reliquie senza scritto. Un vasetto di piombo, ed anco della Dalmatica di S. Ambrosio.

Nella cassetta di ferro.

Del presepio, dove il N. S. G. C. fu reclinato. Dell'osso di S. Zenone, osso senza scritto. Altre reliquie senza scritto. Dente di S. Agnello Abate. Della colonna di N. S. G. C., e della corda, con che fu legato. Osso di S. Mauro Abate. Osso di S. Donato Vescovo Fesulano. Del sepolcro di santa Catterina. Reliquia di S. Sisto Papa. Reliquia d'una delle XI.M. Vergini. Reliquia senza scritto.

Nel coffonetto d'avorio.

Un vasetto di legno con le reliquie di S. Severina. Più nel medesimo molte reliquie senza scritto.

SUPPLEMENTUM
PRIMÆ PARTIS
MONUMENTORUM AQUENSIUM

Donatio Eccleſiæ S. Michaelis facta ab Anſelmo, & Vidone monaſterio S. Petri Aq. ex Membrana lacera Tabul. Mon. S. M. Aq.

I. M. . . . . .

Nos Anſelmus qui, & Balduinus filius quondam Arderici, & Emilia jugalibus filia Aroldi cum Vido filius quondam Bernardus, & Antia jugalibus filia quondam Oberti qui profeſſi ſumus nos omnes jugalibus ex natione noſtra lege vivere ſalica: ipſi namque jugales noſtros nobis conſencientes, & ſupter confirmantes offertores, & donatrices ipſius monaſterio S. Petri præſens præſentibus dixi: quiſquis in ſanctis, ac venerabilibus locis ex ſuis aliquid contulerit rebus juxta octoris vocem in ſæculo centum accipient, & inſuper quod melius eſt vitam poſſidebunt æternam; ideoque nos qui ſupra jugalibus donamus, & offerimus in eodem monaſterio S. Petri a præſenti die pro animas noſtras & noſtrorumque parentibus mercedem, ideſt capella una, quæ eſt ædificata in honore S. Michaelis cum omnibus dotibus ad ipſam capellam pertinentibus juris noſtris, quorum ſupra jugalibus, quam abere viſi ſumus in loco, & fundo (1)
& eſt area de ipſa capella cum omnibus dotibus a ſe pertinentibus pro menſura juſta ſuperioris jugias quinque, & ſi amplius de noſtro & noſtris rebus, & ipſa dotibus pertinentibus inventum fuerit, quam ut ſupra menſura legitur per anc cartam offerſionis pars ipſi monaſterio perſiſtat poteſtate proprietario jure, qua autem pro infraſcripta capella cum omnibus a ſe pertinentibus juris noſtri ſuperius dictas una cum acceſſionibus, & ingreſſu ſeu ... ſcaſſoras eorum, ſeu cum ſuperioribus, & inferioribus ſuis, qualiter ſuperius legitur in integrum ab ac die in eodem monaſterio S. Petri, & iſtam capellam cum omnibus dotibus a ſe pertinentibus donamus, cedimus, & conferimus, & per præſentem cartam offertionis ibidem abendum confirmamus inſuper per cultellum fiſtucam notatum vantonem, & vaſonem, terræque ramum arboris, & nos exinde foris expuli varpivimus, & a ſe & e ſe de noſtra parte ipſi monaſterio abendum relinquimus faciendum exinde a præſenti die Monachis de eodem monaſterio S. Petri tam ipſis quam . . . . . ordinatis fuerint, ac eorum uſu, & fructu proprietate ipſius monaſterio quidquid voluerint pro anima noſtra, noſtrorumque majoribus mercede, & ſi unquam . . . . . abba de eodem monaſterio S. Petri dederit prædicta capella, & dotibus ..... beneficio aut per libello, ſive pro precaria commutatione, aut pro quocumque ingenio alienaverint tunc ſtatim veniat iſta capella cum omnibus dotibus a ſe pertinentibus in poteſtate . . . . . proprio parente ſupraſcripti Anſelmus qui & Balduinus & Wido & ut in poteſtate ipſorum ſicut pro tempore fuerit, & tamdiu permaneat in eorum poteſtate, quoad uſque venit abba, qui vendicionem moneci haberi promiſerit ſicut ſuperius . . . . . & properietate monaſterio quidquid voluerint ſine omni noſtra, & hæredum, & prohæredumque noſtrorum contradixione vel repetitione. Si quis vero quod futurum eſſe non credo nos ipſi jugalibus quod apſimus, aut de hæredibus, ac prohæredibuſque noſtris, ſeu quælibet oppoſita perſona contra hanc cartam offerſionis fore quandoque tentaverimus, aut eam per covis genium infrangere quæſierimus, inferamus ad illam partem, contra quam exinde litem intulerit multa, quæ eſt pena ori optimi uncias centum argenti ponderas duocentum, & quod repetierimus vindicare non valeamus, & nos qui ſupra jugalibus una cum noſtris hæredibus, ac prohæredibus pars ipſius monaſterio offertio qualis ſuperius legitur in integrum ab omni homine defenſare, quod ſi defendere non potuerimus, aut ſi vobis exinde aliquid per covis genium ſubtrahere quæſierimus, tunc in dublum eadem offertio pars ipſius monaſterio reſtituamus, ſicut pro tempore fuerint melioratis, aut valuerit ſub æſtimatione in conſimilibus locis, & bergamena cum atramentario de terra elevavi. *Sequitur eodem caractere.*

Ubertus de Bengone, Bello, & Rufinus de Moro fuerunt confeſſi & proteſtati, & ad ſancta Dei Evangelia propriis manibus ſuis juraverunt, quod ipſi nunquam fuerunt in aliquo loco, ubi domina Sibilia Priora monaſterii S. Michaelis de Boſco, neque aliqua de monacabus dicti monaſterii fuiſſent cum delegatis legatorum domni Apoſtolici in cauſa . . . . . & quod ipſi non viderunt, neque audierunt prædictam Prioram, neque aliquam de conſororibus prædicti monaſterii facientem aliquam confeſſionem ipſis delegatis, neque alicui perſonæ de illa controverſia, quæ vertebatur inter ipſam Prioram nomine prædicti monaſterii S. Michaelis, & dominam Bonamdonnam Abbatiſſam S. Mariæ de Aquis, & quod ipſi non audierunt, nec viderunt ipſos delegatos præcipientes alicui notario inibi cartulam faciendi, neque viderunt aliquem Notarium aliquod inſtrumentum facientem, neque tractantem, neque inibi loquentem, & neque inibi pœnam ponentem, & quod ipſi non fuerunt inibi teſtes notati, & nullo modo non interfuerunt ibi teſtes. Unde ipſi ambo hanc cartam fieri rogaverunt.

A tergo rotuli: Exemplar cartæ donationis capellæ S. Michaelis de Boſchis de citra pado.

(1) *In apographo hic ſpatium vacuum.*

Donatio fundi in Pulcione facta a filiis Oldeprandi Monaſt. S. Mariæ. Ex eod. tabul.

MLVI.

Anno ab Incarnatione Domini Noſtri Jeſu Chriſti milleſimo quinquageſimo ſeſto imperii vero ... Henrico deo propicio decimooctavo ... die menſis octuber, indictione nona monaſterio ſanctæ Dei Genitricis Mariæ, quæ eſt conſtructum foris prope civitatem Aquis. Nos Olbertus ... & Albertus Clericus, & Medicus filius quondam Oldeprandi, & Cuerardus Clericus pater & filio, & Alſinda filia quondam Naningi quæ profeſſi ſumus lege vivere romana offertores & offertrix, donatores & donatrix ipſius monaſterio præſentes præſentibus dixi quiſquis in ſanctis, ac in venerabilibus locis ex ſuis aliquid contulerit rebus juxta octoris vocem in ſæculo centuplum accipient, & inſuper quod melius eſt vitam poſſidebunt æternam. Ideoque nos qui ſupra pater & filius, & Alſinda donamus, & offerimus in eodem monaſterio ſanctæ Mariæ pro animarum noſtrarum mercede, ideſt manſum unum in loco & fundo Pulcione, vel in ejus territorio, & eſt ipſum manſum pro menſura juſta inter ſedimen & vitem cum areis ſuarum terris araberis pratis gerbis caſtanetis cum areis ſuarum ſive omnibus rebus a ſe pertinentibus jugeas duodecim etiam pluris de noſtris juris rebus inventum fuerit quam ut ſupra menſuratis, per hanc cartam offerſionis in eodem monaſterio, aut cui pars ipſius monaſterio dederit perfiſtat poteſtate proprietario juri nominative ipſum manſum, & eſt rectum & laboratum per Martino Ferriolo maſſario in integrum: que ... inſraſcripto manſo juris noſtris cum omnibus rebus a ſe pertinentibus ſupradictis una cum acceſſionibus, & ingreſſibus, ſeu cum ſuperioribus & inferioribus earum rerum qualiter ſupra legitur in integrum ab ac die in eodem monaſterio donamus & offerimus, & per præſentem cartam offerſionis ibidem abendo confirmamus abendum & faciendum pars ipſius monaſterio, aut cui pars ipſius monaſterio dederit jure proprietatis nomine quidquid volueritis ſine omni noſtra & hæredum noſtrorum contradictione. Quidem exſpondimus nos qui Ubertus Clericus, & Everardus & Alſinda pater & filius una cum noſtris hæredibus pars ipſius monaſterio, aut cui pars ipſius monaſterio dederit infraſcriptum manſum qualiter ſupra legitur in integrum ab omni omine defenſaverimus, quod ſi defendere non potuerimus, aut ſi pars ipſius monaſterio exinde aliquid per covis ingenium ſubtraere quæſierimus, tunc in dublum eadem manſum ut ſupra legitur pars ipſius monaſterio reſtituamus, ſicut pro tempore fuerit melioratum, aut valuerit ſub æſtimacione in conſimili loco, & nec nobis liceat ullo tempore nolle quod voluiſſe: quod a nobis ſemel factum, vel conſcriptum eſt: ſub jusjurandum inviolabiliter conſervare promittimus conſtipulacione ſubnixa, hanc enim cartam offerſionis pagina Bernardi notarii, & Judex ſacri Palatii tradidi, ſcribere rogavi, in qua ſubter confirmans teſtibuſque obtuli roboranda. *Reliqua reciſa ſunt.*

Donatio poſſeſſionis facta a Deda & Rofredo filio monaſterio S. M. de Aquis in Camera habitationis S. VVidonis. *Ex tabul. ejuſd. mon.*

MLXIV.

Anno ab Incarnatione Domini Noſtri Jeſu Chriſti milleſimo ſexageſimoquarto, undecimo die menſis decembris, indictione tercia monaſterio ſanctæ Dei Genitricis Virginis Mariæ, quod eſt conſtructum non multum longe a civitate Aquis Mondeda (Nos Deda) filia quondam Goſoni, & relicta quondam Oddoni, & Rofredus mater & filios, qui profeſſi fuimus nos ex nacione noſtra lege vivere Longobardorum; ipſo namque Rofredus, & . . . . . filii & mundoaldi mei mihi conſenciente & ſubter confirmante offertor offertrix, donator & donatrix monaſterio præſens præſentibus diximus. Quiſquis in ſanctis, ac in venerabilibus locis ex ſuis aliquis contulerint rebus juxta octoris vocem in hoc ſæculo centuplum accipiat ad inſuper, & quod melius eſt vitam poſſidebit æternam. Ideoque nos qui ſupra mater & filio donamus & offerimus, & per præſentem cartam offerſionis proprietario nomine ibidem abendum confirmamus . . . . . cedere de pecia una de terra aratoria juris noſtri quam aberi uſi erimus in loco & fundo Ceredalo, & eſt ipſa pecia de terra aratoria pro menſura juſta jugea una coeret ei ex una parte terra ſancti Petri ex alia parte terra Roſini, ex tercia parte terra de Curte Melagio, ſibique aliæ ſunt coerentes qua autem infraſcriptam petiam de terra aratoria juris noſtri ſupradicta una cum acceſſione & ingreſſo, ſeu ſuperioribus & inferioribus ſuis qualiter ſupra menſura & coerencia in integrum ab ac die in eodem monaſterio donamus & offerimus, & per præſentem cartam offerſionis ibidem abendum confirmamus faciendum exinde pars ipſius monaſterio, aut cui pars ipſius monaſterio addiderit a præſenti die proprietario nomine quidquid voluerint ſine omni noſtra, & hæredum noſtrorum contradictione. Quidem exſpondimus, atque promittimus mater & filio una cum noſtris hæredibus in eodem monaſterio, aut cui pars ipſius monaſterio dederit infraſcripta offerſio qualiter ſupra legitur ab omni omine defenſare, & ſi defendere non potuerimus tunc in duplum dicte offerſio in eodem monaſterio reſtituamus, ſicut pro tempore fuerit meliorata, aut valuerit ſub æſtimatione in conſimili loco, hanc enim cartam offerſionis paginam Bernardi notarii, & Judex ſacri Palatii tradidi, & ſcribere rogavi, in qua ſubter confirmans teſtibus optulit roborandam. Actum in Camera habitacionis domini UUIDONI Epiſcopi, quæ eſt conſtructa intra civitatem Aquis feliciter.

Signum manuum ſupraſcriptorum Deda & Rofredus mater & filio qui hanc cartam offerſionis. *Reliqua teſtium nomina ob cartæ reciſionem deſunt.*

Indiculus possessionum, quas monasterio S. M. S. VVido Episc. acquisivit. Ex Tabul. ejusd. monasterii versus ann.

MLXV.

Breve recordacionis pro futuris temporibus ad memoriam retinendam de terris, & pratis, quæ dominus UUido Episcopus adquixivit monasterium sanctæ Mariæ situm foris prope civitate Aquis per cambium & precium tali tenore & conventu, ut si aliquis per quodcumque ingenium requirere, aut abstrahere præsumserit prædictas terras & prata jam dicto monasterio tunc deberet componere penam argenti denarios bonos sol. centum & ipsas terras, quas requirere præsumserit amittere. In primis quidem Semorandus filius Macironis Gastaldi commutavit pecia una de terra aratoria pro mensura justa modia quatuor, & cambium accepit aliam peciam de terra pro mensura justa jugera trex, & modium unum. Urso calcinario commutavit pecia una de terra pro mensura justa jugeas una, & accepit aliam peciam de terra pro mensura justa modia quinque, & sestaria duo. Paganus redundavit pecia una de terra pro mensura justa sestaria novem & accepit pretium sol. sex. Ribaldus de Melagio commutavit pecia una de terra pro mensura justa jugeas trex, & accepit aliam peciam de terra pro mensura justa similiter jugeas trex, & insuper accepit precium sol. centum. Gunzo commutavit pecia una de terra aratoria pro mensura justa sestaria duodecim, & accepit aliam peciam de terra pro mensura justa modia duo. Aldus venundavit pecia una de terra pro mensura justa modia duo, & accepit precium solid. septem. Johannes filius quondam Ingelrami commutavit pecia una de terra pro mensura justa sestaria duodecim, & accepit aliam peciam de terra pro mensura justa sestaria quindecim. Tuscani commutaverunt pecia una de terra pro mensura justa jugeas una, & acceperunt aliam pro mensura justa modia quinque & sestaria sex. Johannes Vacca vendidit pecia una de terra pro mensura justa sestaria quatuor, & accepit precium solid. quinque. Vassallus filius quondam Gelberti commutavit pecia una de terra pro mensura justa modia quatuor, & accepit aliam peciam pro mensura justa similiter modia quatuor & sestaria trex, & insuper precium solid. duo. Albertus filius Martini Deeva commutavit pecia una de terra aratoria pro mensura justa modia duo de prato pro mensura justa sestaria quatuor, & accepit peciam unam de terra pro mensura jugeas duo & sestaria undecim, & insuper precium solid. trex. Maurus Ferrarius vendidit pecia una de terra pro mensura justa modia duo, & accepit precium solidos sex. Teutpertus Branca commutavit pecia una de terra pro mensura justa modia quatuor, & accepit aliam peciam pro mensura justa modia quinque & sestaria duo, & insuper precium solid. duo. Petrus presbiter filius quondam Milonis commutavit pecia una de prato pro mensura justa sestaria novem, & accepit pecia una de terra pro mensura justa sestaria novem. Belizo presbiter commutavit pecia una de prato pro mensura justa sestaria duodecim, & accepit pecia una de terra pro mensura justa similiter sestaria duodecim. Martinus Decanus refutavit prædicto domino Widoni Episcopo, & jam dicto monasterio pecia una de terra aratoria pro mensura justa sestaria duodecim, & ipse refutavit jam dicto UUIDONI Episcopo pecia una de terra pro mensura justa sestaria sex, & ipse dominus UUIDO Episcopus dedit jam dicto monasterio.

MLXXIIII.

Epistola Gregorii VII. ad Suffraganeos Ecclesiæ Mediolanensis, qua eos cum Abbatibus omnibus Lombardiæ invitat ad Concilium in prima hebdomada Quadragesimæ Romæ celebrandum, monetque, ut omnes adsint. Incipit: Gregorius Episcopus servus servorum Dei omnibus Episcopis Mediolanensis Ecclesiæ suffraganeis, scilicet Brixiensi, Cremonensi, Bergamensi, Laudensi, Novariensi, Eporediensi, Taurinensi, Albensi, Astensi, Aquensi, Terdonensi &c. Data Romæ VIII. Kal. februarii indict. XII.

Conc. Collec. Lab. T. XX. Col. 97. lib. 1. Epist. 43.

Donatio possessionis in Vidixione facta a Cunizone Presb. de ordine S. Aquen. Eccl. Monasterio S. M. Ex Tabul. ejusd. Mon.

MLXXIIII.

Anno ab Incarnatione Domini Nostri Jesu Christi millesimo septuagesimoquarto, septimo Kalendas junii, indictione undecima monasterio sanctæ Mariæ quod videtur exædificatum foras prope civitatis Aquis; Ego Cunizo presbiter de ordine sanctæ Aquensis Ecclesiæ filius quondam Rodulphi qui professus sum ex nacione mea lege vivere Romana offertor & donator ipsius monasterii præsens præsentibus dixi: quisque in sanctis, ac venerabilibus locis ex suis aliquid contulerit rebus juxta octoris vocem in hoc sæculo centuplum accipiet, & insuper quod melius est vitam possidebit æternam; ideoque ego quisupra Cunizo Presbiter dono, & offero in eodem monasterio sanctæ Mariæ a præsenti die pro animæ meæ mercede, idest pecia una de terra aratoria juris mei, quam abere visus sum in loco & fundo Vidixione, & jacet ad locum ubi dicitur Ungarisco, & est pro mensura justa jugea una; coeret ei ex una parte terra de Marchionibus, ex alia parte terra de hæredibus quondam Aquixiani, ex tertia parte terra Lanfranchi, ex quarta parte perfluit flumen Burmiæ, sibique aliæ sunt cohærentes, quam suprascriptam peciam de terra aratoria juris mei supra dictum una cum actionibus, & ingressibus, seu cum superioribus, & inferioribus suis qualiter supra in integrum ab ac die in eodem monasterio sanctæ Mariæ donamus, cedimus, conferimus, & per præsentem cartulam offersionis ibidem abendum confirmamus faciendum exinde a præsenti die pars ipsius monasterii, aut cui pars ipsius monasterii dederit jure proprietario nomine quidquid voluerint sine omni mea, & hæredum meorum contradixione, quidem & spondeo, atque promitto me ego qui supra Cunizo Presbiter una cum meis hæredibus parti ipsius monasterio, aut cui pars ipsius monasterii dederit

ſupraſcriptam peciam de terra aratoria qualiter ſupra ab omni omine defenſare, quod ſi defendere non potuerimus, aut ſi parti ipſius Eccleſiæ, & monaſterii exinde aliquid per quovis ingenium ſubtrahere quæſierimus, tunc in duplum eandem peciam de terra aratoria parte ipſius monaſterii reſtituamus ſicut pro tempore fuerit meliorata, aut valuerit ſub æstimatione in conſimili loco, & nec mihi liceat ullo tempore nolle quod volui, ſed quod a me ſemel factum, vel quod ſcriptum est inviolabiliter conſervare promitto cum stipulacione ſubnixa: anc enim cartulam offerſionis paginæ Odonis Judicis, & Notarii ſacri Palatii tradidi, & ſcribere rogavi, in qua ſupter confirmans, testibuſque obtuli roborandam. Actum civitate Aquenſis feliciter.

Signum manum Cunizonis Presbiteri qui hanc cartulam offerſionis fieri rogavi, ac ſignum crucis fecit ut ſupra. Signum manuum Bernumdi, & Gauſelmi, & Warini omnium lege vivencium Romana testium. Signum manuum Alberti, & Vidalis testium. Ego qui S. Oddo Judex, & Notarius ſacri Palacii ſcriptor hujus cartulæ offerſionis post traditam complevi, & dedi.

Donatio terræ in agro Meladienſi ab Alſenda facta Mon. S. M. de Aquis. Ex Tabul. ejuſd. Monaſterii.

MLXXIV. 7

Anno ab Incarnatione Domini Nostri Jeſu Christi milleſimo ſeptuageſimoquarto, quartodecimo Kalendas augusti, indictione duodecima monasterio ſanctæ Mariæ constructo fora prope civitate Aquis. Ego Alſenda filia quondam Naningi quæ profeſſi ſumus ex nacione mea lege vivere Romana offertrix & donatrix ipſius monasterii preſens preſentibus dixi. Quiſquis in ſacris & venerabilibus locis ex ſuis aliquid contulerit rebus juxta octoris vocem in oc ſeculo centulum accipiet, & inſuper quod melius est vitam poſſidebit æternam. Ideoque qui ſupra Alſenda dono & offero in eodem monaſterio S Marie a preſenti die pro anime mee mercede, idest meam porcionem, que est tercia pars de pecia una de terra aratoria juris mei, quam abere viſa ſum in loco & fundo Melagio, & jacet ad locum ubi dicitur Roveta, & est ipſa mea porcio pro menſura justa perticas legitimas jugeales quatuor; coeret tum ad ipſam meam porcionem quamque ad alii porcionibus ſuper totum ex . . . . . (*adeſt una linea vacua*) . . . . . ſique alie ſunt coerentes: quam autem ſupraſcriptam peciam de terra aratoria juris mei ſuperdictam una cum acceſſionibus & ingreſſibus, ſeu cum ſuperioribus & inferioribus ſuis qualiter ſupra legitur in integrum ab ac die in eodem monasterio ſancte Marie dono, cedo, confero, & per preſentem cartulam offerſionis ibidem abendum confirmo faciendum exinde a preſenti die pars ipſius monasterii, aut cui pars ipſius monasterii dederit jure proprietario nomine quidque voluerint ſine omni mea & eredum meorum contradictione. Quidem & ſpondeo, atque promitto me ego qui ſupra Alſenda una cum meis heredibus parti ipſius monasterii, aut cui pars ipſius monaſterium dederint ſupraſcriptam meam porcionem de predicta pecia de terra aratoria qualiter ſupra legitur in integrum ab omni omine defenſare, quod ſi defenſare non potuerimus, aut ſi parti ipſius monaſterii exinde aliquid per quodvis ingenium ſubtraere quexierimus, tunc in duplum eandem meam porcionem de predicta pecia de terra aratoria reſtituamus ſicut pro tempore fuerit meliorata, aut valuerit ſub eſtimatione in conſimili loco, & nec mihi liceat ullo tempore nolle quod volui, ſed quod a me ſemel factum eſt, vel quod ſcriptum eſt, inviolabiliter conſervare promitto cum ſtipulacione ſubnixa: hanc enim cartulam offerſionis pagine Oddonis Judicis & notarii ſacri Palatii tradidi, & ſcribere rogavi, in qua ſubter confirmans teſtibuſque obtulit roborandam. Actum civitate Aquenſi feliciter.

Signum mannum ſupraſcripte Alſende, que anc cartam offerſionis fieri rogavit ut ſupra. Signum manuum Martini & Mauri, & Nigri omnes lege vivencium Romana teſtium. Signum manuum Bernardi & Johannis teſtium.

. . . . . .

Litteræ Gregorii VII. Papæ ad Laudenſes, quibus laetatur ipſos, eorumque Epiſcopum Opizonem B. VVidonis Ep. Aq. fratrem contra ſimoniacam hereſim & Clericorum fornicationem inſurgere, & hortatur, ut perſiſtant & Epiſcopo obediant. Lib. II. Ep. LV. p. 169. T. XX. Conc. Gen. Labb. 1075.

MLXXV. 8

Gregorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei Laudenſis Eccleſiæ filiis ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Gaudemus dilectiſſimi de veſtro piæ religionis affectu, quos audivimus adverſus deteſtandam ſimoniacam hereſim, & presbiterorum fornicationem divinæ legis ſuccenſos laudabiliter inſurgere. Gaudemus quoque ſuper fratre coepiſcopo noſtro veſtro patrono domino Opizzone, qui ſe intantum nobis ejuſdem zelo pietatis fervore detexit ut ad hæc perficiendum ſanctæ hujus ſedis enixe flagitaſſet auxilium. Quapropter hortamur vos, & ut filios cariſſimos monemus, quatenus in his peſtibus deteſtandis, ſimoniaca videlicet hereſi & fornicatione miniſtrorum ſacri altaris confutanda, & penitus extirpanda cum jam dicto paſtore veſtro fratre noſtro ad omnipotentis Dei honorem veſtramque ſalutem totiuſque patriæ veſtræ ut pii filii inſiſtatis. In ordinandis quoque recte & canonice Eccleſiis ei totis viribus auxilium præbeatis: immo in cunctis quæ ipſe ad Dei honorem veſtramque ſalutem agere diſponit, ſic obedienter obtemperetis ut S. Matris Eccleſiæ veſtræ apud vos munditia poleat, quam Chriſtus ſine macula & ruga caſtam ſibi copulavit ſponſam, hæc autem quicumque ſervaverit de omnipotentis Dei gratia confidenter preſumat, apoſtolicamque benedictionem ſe habere cognoſcat, qui vero in his, que prefati ſumus ei obſiſtere tentaverit, eumque in omnibus, quæ Dei ſunt non adjuverit, contremiſcat ſe divinæ animadverſionis apoſtolicæque maledictionis ultionem incurrere pro gratia & benedictione, quam non curat

habere. De administratione vero altaris, quod super corpus B. Bassiani Confessoris situm est, omnino præcipimus, ut nullus ei administrare præsumat, qui vel pretio in eandem introierit Ecclesiam, vel qui fornicator est, aut turpis lucri sectator. Data Romæ quinto nonas martii Indict. XIII.

MLXXV.

Epistola Gregorii VII. ad Episcopos Ecclesiæ Mediolanensi subjectos, qua scribit se Thedaldum in Mediolanensi Ecclesia intrusum ad Synodum vocasse; ac eis præcipit, ne ullus audeat eum ad S. Ordines promovere. Incipit: Gregorius Episcopus servus servorum Dei Fratribus & Episcopis Coepiscopis Gregorio Vercellensi, Cuniberto Taurinensi, Ingoni Astensi, Ogerio Eporediensi, Opizoni (*S. Vvidonis Episc. Aquens. jam demortui Fratri*) Laudensi, & ceteris suffraganeis sanctæ Mediolanensis Ecclesiæ (*inter quos* Albertus *Epis. Aquen. ad quem Gregorius anno superiore Epistolam scripserat, quam vide par. II. doc.* 1. *col.* 1.) obedientibus Apostolicæ Sedi salutem, & Apostolicam Benedictionem &c. Data Romæ VI. id. octob. Indict. XV. Conc. Coll. Lab. Tom. XX. col. 194. lib. III. Epist. 9. *Indictio ab hoc Pontifice usurpata incipiebat initio septembris, ut evidenter patet ex Epistola* 4. *lib. IV. col.* 210.

Commutatio possessionum a filiis Quintali inita cum Gisla Abbatissa Mon. S. M. Ex Tabul. Mon. Aq.

MLXXVIII.

Anno ab Incarnatione Domini Nostri Jesu Christi millexim̃o septuagexim̃o octavo, quinto die mensis octobris indictione secunda. Commutatio bonæ fidei noscitur esse contractum, ut invicem emcionis obtineat firmitatem, eodemque necxu oblicat contraentes: placuit, itaque bona convenit voluntate inter Dona Gisla Abatissa Monasterio Sancte Dei Genitricis Virginis Marie de Civitate Aquensis foris burgo prope Casaronia, necnon & Benzo & Rimanno, seu Rodulfi Jermanis filiis quondam Quintali & Addalaxa filia Goselmi, & eorum Rimanni, qui professi sumus nos omnes ex natione nostra lege vivere Romana, ut in Dei nomine debeant dare, sicut a presenti dederunt, ac tradiderunt vicissim sibi unus alteri conmutacionis nomine in pignus dedit ipsa Dona Gisla Abbatissa da parte ipsius Monasterio eidem Rimanno, & Benzo, seu Rodulfi Jermanis conmutacionis nomine, hoc est pecies duas de vites cum areis suarum juris ipsius Monasterio, quibus sum poxitis in loco & fundo bagarie. Prima pecia de vites cum area sua infracr. loco bagnarie est pro mensura justa perticas jugealeis quatuor ac dimidia: coeret ei de duabus partibus vites Rodulfi, & de alia parte vites eredes quondam Primo. Secunda de vites ibi prope c̃p mensura justa perticas jugeales duas, da una parte Sancte Marie, & de alia parte via, da tercia parte eredes Quintali, sibique alunt coerentes. Quidem ed ad invicem recepi ipsa Donna Gisla Abbatissa a parte ipsius Monasterio ab eumdem Rimanno, & Benzo, seu Rodulfi Jermanis adque Addalaxa conjux Rimanni fr. . . . lique in causa conmutacionis nomine meliorata rex sicut lex habet, idest campum unum, cum aliquid vites cum area sua insimul tenente juris nostris, quam habere vixi sumus in loco, & fundo Castagnedallo, & est ipsum campum cum aliquid vides cum area sua pro mensura justa jugea una: coerit ei da una parte bosco Alarie, & de alia parte in nostra reservamus potestate, & da tercia parte terra Imilda sibique alei sit coerentes. Asdemque jandicta pecies de vites cum terra arabille insimul tenentem in eosdem locas, e fundas Bagnariæ, & Castagnedallo superius nominatas, vel commutatas una cum accessionibus, & ingressoras earum, seu cum superioribus, & inferioribus suis qualiter superius mensura, & coerencias legitur, & inter se commutaverunt sibi unus alteri per as paginas commutacionis nomine tradiderunt, facientes exinde unusquisque de eo commutacionis nomine de ipsis quamque & successores in eredes eorum legaliter a presenti die proprietario nomine quicquid voluerint, aut providerint sine omnium alterius contraditione exsponderunt ipsi commutantes sibi unus alterius tam ipsi, quamque & successores, vel eredes eorum quisque supra dederunt in integrum omni tempore ab omni omine defensare. Quidem & ut ordo legis deposit, & ad hac providendam commutacionis nomine accepe-runt super ipsis rebus hac providendam idest Vidixioni Presbyter miso donna Gisla Abbatissa ab eo directo una cum bonos omines estimatores, qui ipsas restimaverunt ipsum Martino filius quondam Rainerii, & Lanfranchi filius quondam (*adest in archetypo spatium vacuum*), quibus omnibus estimantibus cumparuit eorum, & exstimaverunt *quod* meliorata rex susiperet. Ipsa donna Gisla Abbatissa a parte ipsius monasterii ab eumdem Rimanni, & Benzoni, seu Rodulfi germanis, adque Adalaxa conjus infrascr. Rimanni, quem dare legibus commutacio ista hec fieri posset. De quibus hec pecia inter se posuerunt, ut quis ex ipsis, aut successores, vel eredes eorum legaliter, sed anc commutacionis nomine removere quexierint, & non permanserint in ea omnia qualiter supra legitur, vel si ab unum quoque omine quis quod ut supra dederunt in integrum, & ab invicem non defensaverint compars parti fidem servandi pena dubli ipsis rebus, sicut pro tempore fuerint melioratis auualuerunt sub exstimaciones in consimilis locis, & nec eis licead ullo tempore nolle quod voluimus, sed quod a nobis semel factum, vel conscriptum est super jusjurandum inviolabiliter conservare promitto constipulacione subnixa. Unde due carte commutacionis uno tinore scripte sunt pagina Tedduertus Notarius Sacri Palatii tradidit, e scribere rogavit, in qua subter confirmans testibus que obtuli roborandam.

Actum in Vico UUiliole feliciter.

† Gisla Abbatissa.

Signum manibus jualibus, seu germanis, qui anc cartam commutacionis fieri rogaverunt ut supra.

Signum manibus Lamperti, & Uberti, seu Arnulfi, omnes lege viventes Romana testes.

Signum manibus Andreæ, & Petri testes.

Ego qui s. Teddevertus Notarius s. Palacii scriptor uius commutacionis post tradita complevit, & dedit.

11 MLXXVIII.

Epistola Gregorii VII. ad Episcopos Astensem, Aquensem, & Abbatem Fructuariensem, ut justam damnorum æstimationem faciant in controversia inter Episcopum Taurinensem, & Abbatem s. Michaelis de Clusa. Dat. Romæ 8. Kal. Decemb. indict. secunda an. 1078.

Decretum Gregorii VII., quo declarat pacem factam esse inter Episcopum Taurinensem, & Abbatem Clusinum, jubetque illum juxta æstimationem Astensis, & Aquensis Episcopi damnorum restitutionem facere oportere T. XX. Conc. Labbei ed. ult. lib. VI. Epist. VI. pag. 261.

12 MLXXVIII.

Gregorius Episcopus servus servorum Dei. Notum tam præsentibus, quam posteris fieri volumus causam Cuniberti Taurinensis Episcopi, & Abbatis s. Michaelis qualiter finiendam esse posuimus. Venientes enim ante nostram præsentiam post plura annorum curricula, quibus conquesti sunt alter adversus alterum ea voluntate acquiescentes, & obedientes nostro jussui pacem inter se nobis præcipientibus fecerunt. Quibus ex auctoritate Apostolica interdiximus, ne alter alteri occasionem discordiæ ulterius præberet. Sed Episcopus Abbati, & prædicto monasterio emendet, quæ ei abstulit, nisi quantum Abbas ei condonaverit, similiter & Abbas Episcopo facciat. Et hoc in existimatione Astensis Episcopi, & Episcopi Aquensis nec non & Abbatis Fructuariensis. Si autem Episcopus voluerit &c. Data Romæ octavo Kalend. decembr. Indict. secunda.

Donatio Adelaidis Comitissæ monasterio ss. Solutoris &c. coram Alberto Episcopo Aq. & Vvidone M. de Sezzadio exscripta ex Autographo a T. Meiranesio Sambuci Præposito.

13 MLXXIX.

Die jovis quarto mensis julii monasterio ss. Solutoris, Adventoris, & Octavii constructo foris, & prope civitatem Taurini non multum longe a porta, quæ dicitur Seusina in Camera, quæ est juxta capellam domini Abbatis ipsius monasterii, præsentia (1) dominæ Agnetis Comitissæ filiæ quondam Vvillielmi Comitis, & relictæ quondam Petri Marchionis, & domni Ingonis s. Astensis Ecclesiæ Episcopi, & domni Alberti s. Aquensis Ecclesiæ itemque Episcopi, seu domni Vvidonis Marchionis, qui dicitur de Seriago, sive Erenzonis (2) judicis, & Brunonis de Morocio, atque Henrici de Barono, atque Ansaldi de Perlingaria (3) necnon Danielis, & Othonis per Croculos (4) domni Oberti Abbatis suprascripti monasterii, quam sua tenebat manu domna Adelgida (5) Comitissa filia quondam b. m. Magnifredi Marchionis, & relicta q. Odonis, itemque Marchionis dedit investituram supradicto monasterio ss. Solutoris, Adventoris, & Octavii in manu præfati domni Oberti reverendiss. Abbatis nominative pro medietate de corte una, quæ vocatur Calpix cum ipsius Comitissæ omnibus rebus, & pertinentiis ad ipsam medietatem de prædicta corte pertinentibus simili (6). Unde reliqua medietas de prædicta corte jam dicto monasterio pertinere videtur proprietario jure, & de quantum sibi pertinebat de medietate de corte alia, quæ dicitur Covaccia cum medietate de communibus rebus, & pertinentiis ad ipsam medietatem pertinentibus, unde quondam Adalricus suprascrip. s. Ecclesiæ Asten. Episcopus patruus ipsius dominæ Adelgidæ (7) Comitissæ, & quondam domina (8) Berta Comitissa genitrix sua fecerunt cartam offertionis prænominato monasterio eo tenore, ut faciant monachi, qui nunc in ipso monasterio ordinati videntur, & illi, qui de hic in antea fuerint ordinati tam de prædicta medietate de præfata corte, quæ dicitur Calpix cum medietate de omnibus rebus, & pertinentiis ad ipsam pertinentibus, quam de hoc, quod sibi aliquo modo pertinebat de supradicta medietate de præfata corte, quæ dicitur & de medietate de omnibus rebus, & pertinentiis ad ipsam pertinentibus hinibi ad utilitatem ipsius monasterii a præsenti die proprietario nomine, quod voluerint, & ideo ut omnipotens, ac misericordissimus Deus animabus suprascriptorum quondam Magnifredi Marchionis genitoris sui, & quondam domini Adalrici Astensis Antistitis patrui sui, ac quondam bon. mem. Bertæ Comitissæ genitricis suæ, atque quondam (9) Petri Marchionis filii sui in æterna requie misereri dignetur, & sibi in hac mortalitatis vita omnium suorum delictorum indulgentiam, & in perpetuæ stabilitatis futura sanctissimæ suæ contemplationis cum sanctorum cetibus largiatur clementiam. Factum est hoc anno ab Incarnat. Domini nostri Jesu Christi MLXXIX. suprascripto die jovis Indict. II. feliciter. Amen.

† Signum manu suprascriptæ domnæ Adalegidæ Comitissæ, quæ hoc suprascriptæ suæ investituræ breve fieri rogavit, ut supra.

Ego Aldeprandus, qui Bello sum vocatus, Notarius s. palatii interfui, & hujus investituræ breve scripsi.

Ediderat Muratorius Antiq. Med. Ævi Tom. I. pag. 325. *prout eam acceperat ab excellentiss. C. Caissotti; quia tamen inter ejus exemplar, & istud, quod clar. Meiranesius harum rerum peritissimus ex autographo descripserat aliquas variantes reperi, has fideliter pro more hic adponam.*

(1) Domna. *Vox domna nulli fœminæ attributum novi exceptis Abbatissis, sicuti domnus solis Abbatibus, & Episcopis dabatur; & sane hic autographum habebat domna cum linea desuper transversa ad in-*

dicium litteræ I. deficientis. (2) Crenzonis. (3) Pulingaria. (4) Croculam. (5) Adelagida. (6) inhibi. (7) Adalegidæ. (8) Domna. (9) Domni.

14 MXCVIII.

Notitia ſubſcriptionis Azonis Epiſcopi Aquenſis Synodo provinciali ab Archiepiſcopo Anſelmo Mediolani adverſus Simoniacos Epiſcopos congregatæ, & diplomati cuidam ab Archiepiſcopo, & Epiſcopis conceſſo Landulpho præpoſito s. Ambroxii die VII. aprilis, qua ſynodus abſoluta fuit.

Quæ omnia edita fuere a Sormano Gloria de' ſanti Milan. pag. 206. *& de præmin. cap. XI. num.* 8.

Donatio decimæ facta a Bellengerio D. Otæ Abbatiſſæ Mon. S. M. Ex Tabul. Mon.

15 MCI.

Mileſimo centeſimo primo indicione XIIII. die martis, qui eſt primus dies octobris. In nomine Sancte individue Trinitatis ſancto autem monaſterio in honore Sancte Dei Genitricis Mariæ ſemper Virginis in campis Aquenſis civitatis non multum a ſuburbio ejuſdem civitatis edificato, cui nunc domina Ota Abbatiſſa divina miſericordia cum aliis monacalibus conſororibus ſuis religioſiſſimis Deo devote ſub regula Beati Benedicti videntur famulari: Ego Bellengerius quondam Ottonis Scachi lege Romanorum vivens una cum filio meo Andrea preſens preſentibus dixi. Quisquis in ſanctis, ac venerabilibus locis de ſuis bonis pie devotionis affectu aliquid obtulerit juxta auctoris vocem in hoc ſeculo centuplum accipiet, inſuper quod melius eſt in futuro premia eterne felicitatis conſequetur. Ideoque Ego infraſcriptus Bellengerius cum filio meo Andrea omnimodam finem & refutacionem, & integram abſolutionem Deo, & predicto monaſterio in manibus predicte domine Otte Abbatiſſe, & aliarum omnium conſororum ſuarum ejuſdem monaſterii conventus ibidem preſentium facimus de decima una quam ex longo tempore, & antiqua conſuetudine ſoliti fueramus habere, & recipere a predicto monaſterio ut a modo in antea habeant, teneant quiete, & libere poſideant totam, & in integrum omnem illam decimam, quam uſque queſuimus in omnibus, & per omnia habuimus ut ſupra legitur nulli alii venditam donatam, traditam, conceſſam, dimiſſam, obnoxiatam, refutatam, abſolutam finaliter, ſeu quolibet modo obnixiatam, niſi tantum predicte Abbatiſſe, & cum ſororibus ſuis omnibuſque ſuccedentibus in predicto monaſterio ibidem Deo famulantibus, & ſervientibus vice, & nomine ipſius jam dicti monaſterii, & exinde a preſenti die faciunt tam ei ſuccedentes, quam ipſe aut cui dederint, vel dare voluerint quidquid eis placuerit ſine omni noſtra, & eredum noſtrorum contradixione, vel requiſitione, ac proeredum noſtrorum. Inſuper promittimus per nos, & per noſtros eredes, ac proeredes ſub pena CCCC ſolidorum denariorum bonorum papienſium cum ſtipulatione ſubnixa omni tempore tocius predicte decime, & cujuscumque rei prefatum inquietabimus monaſterium omnimodam finem refutationem, & integram abſolutionem ratam, & firmam habere, & ab omni omine ſub predicta pena ſine aliquo jam dicti monaſterii damno defendere, pro cujus totius decime, & cujuslibet alterius peticione rei finis refutacione, & libere, ac quiete abſolutionis ratihabitione, & duplici defenſione obligamus nomine cauſe pignoris inſulam noſtram, que eſt juxta flumen Burmie prope Vvadum, qui dicitur Opizonis, & Braidam noſtram de Barbada predicte domine Ote Abbatiſſe, omnibuſque ſororibus ſuis tam ſibi ſuccedentibus, & ſequentibus, quam preſentibus vice, & nomine infraſcripti monaſterii ut habeant, & teneant, & poſſideant, & uſu fruantur, quo uſque predicta pena CCCC. ſol. ſibi, & omnibus ſubcedentibus ſibi in integrum fuerit ſoluta. Si contingerit nos, aut noſtros eredes, ſeu aliquam aliam quamlibet perſonam predictum monaſterium de tota prædicta decima de cetero inquietare, ſeu quolibet modo diſturbare preſumſerimus, quod abſit, & minime futurum credimus, & ſi ab omni homine ut ſupra legitur, defendere non potuerimus, vel noluerimus, nec minus totius decime finis refutacio, & omnimoda abſolucio quiete, & libere in perpetuum firma permaneat, ut & non liceat nobis ullo tempore nolle, & difiteri, quod ſponte voluimus, ſed quod a nobis ſemel ſollempniter factum refutatum, & libere omnino abſolutum eſt, inviolabiliter perpetuo conſervari ſubter cum ſubſcriptis teſtibus confirmantes per manus ſacerdotis Ugonis notarii ſacri Palacii, aut majorem optineat vigorem, & firmitatem veluti preſenti pagina notatur, rogavimus ſcripto roborari, & ad memoriam reduci: verumtamen amicabili pactione, & communium hinc inde amicorum intervencione fatemur ſuſepiſſe a predicta domina Ota Abbatiſſa, & comſororibus ſuis IIII. lib. den. bon. papienſium pro omnimoda predicta refutacione fine, & tocius jam dicte decime ut ſupra legitur abſolucione.

†† Signum manuum venditorum Belengerii, & filii ſui Andreæ hanc cartulam finis, & refutacionis, ut ſupra legitur fieri rogarunt, & predictas quatuor libras in integrum ut ſupra legitur fatentur. Teſtes rogati fuerunt Presbiter Petrus, Ubertus, Moſſus, Ballonus, Manfredus Guerzus, Rufinus Ferarius, Oglerius Aquideus Benzonis, Wuielmus Molus, Filippus, Trevul, Pelutus, Robertus Bectarius.

Ego Guido Notarius Sacri Palacii rogatus, & auctenticus auctoritate domini Comitis, & Epiſcopi, & Conſulum Aquis hanc cartulam finis, & refutacionis, & abſolucionis ut ſupra legitur ſcripſi ut in protocollo Ugonis notarii inveni, & vidi mileſimo centeſimo LXXX tertio indixione prima VIIII. die Kalendas februarii ſub porticu s. Mariæ . . . . . Majoris Aquis feliciter.

Sententia Jordani Archiepiſcopi Mediolanenſ. irritas decernentis conceſſiones Clientelares ab Opizone Epiſc. Laudenſi (B. Vvidonis Epiſc. Aquenſis Fratre) ex Julin. Mem. di Mil. par. V. pag. 545.

16 MCXVII.

Dum in Dei nomine in civitate Mediolan. in arengo publico, in quo erat Jordanus &c. . . . . ibi . . . . veniens D. Ardericus Ven. Epiſc. Lauden. cum ſuis clericis majoris ordinis, & minoris, atque cum eo ſuis capitaneis . . . reclamantes de tam gravibus, & iniquis invaſionibus, inveſtituris, & alienationibus de caſis, & rebus . . . honoribus . . . ad ipſam Laudenſem Eccleſiam pertinentibus factis per q. Obizonem invaſorem, qui indigne dicebatur Laudenſis Epiſcopus, ſeu per ſuos ſucceſſores Fredenzonicum, & Rainaldum, qui ſine ratione dicebantur Epiſcopi, & dicebat ipſe D. Ardericus Epiſc., quod quondam adhuc integra civitate Laudenſe palam in communi ejus arengo . . . . judicaverunt, & teſtimonium dederunt ipſi Laudenſis Eccleſiæ Vaſſalli, & omnes alii laici, & clerici in concordia, quod ille invaſiones, & inveſtiture, quas fecit predictus Obizo nullo modo cum ratione, nec uſu ſtare, nec ullam firmitatem habere deberent, quia dicebant ſe omnes aperte cognoſcere jam dictas alienationes non ad utilitatem, ſed detrimentum Eccleſiæ factas fuiſſe. His ita per ordinem . . . Jam dicto D. Jordano Archiep., & jam dictis conſulibus . . . eas igitur omnes nullius eſſe roboris, ac firmitatis decreverunt &c. Factum eſt hoc anno ab Incarnat. Domini Noſtri Jeſu Chriſti MCXVII. IV. die menſis julii indict. X. Ego Jordanus Archiep. &c.

17 MCXIX.

Sententia D. Jordani Archiepiſcopi Mediolani pro C. Presbyteris Decumanis adverſus Capellanos Eccleſiarum minorum civitatis Mediolani in Synodo cum Epiſcopis ſuffraganeis prolata. Ex Julinio mem. di Mil. par. V. pag. 548. *incipit* preſentia D. Jordani Dei gratia Mediolanenſis Archiepiſcopi . . . anno Dom. Incarnat. MCXIX. III. die menſis novemb. Indict. XIII. Ego Jordanus &c. Ego Azo Aquenſis Epiſcopus (*ſeptimus*) ſubſcripſi. Ego Riccardus Novarienſis Epiſcopus S. Ego Petrus Tertonenſis Epiſcopus S. &c. *Deſunt reliqui ex noſtris.*

Calixti P. P. Epiſtola ad Ottonem Palatinum Comitem de Vvittelsbach, qua ei novi Monaſterii conſtructionem injungit, eo quod Romæ captioni Paſchalis Papæ II. interfuerit, & Azonem Epiſcopum Aquenſem legatum ſuum commendat. Ex Echard. Orig. Guelph. T. II. pag. 471. *Et ex Hundii Metrop. Salisb. T. III. pag.* 305.

18 MCXXII.

Calixtus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei Illuſtri viro Ottoni Comiti Palatino ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Dolere te, & vehementer triſtari audimus, eo quod in illa regis expeditione fueris, in qua Dominus noſter ſanctæ memoriæ Paſchalis nimis crudeliter captus fuit, non tamen captioni, aut retentioni ejus conſilium, ſeu auxilium præbuiſti. Unde gaudemus valde &c. .... Cariſſimum fratrem, & conſanguineum noſtrum A. Aquenſem Epiſcopum, quem in partes veſtras direximus, nobilitati tuæ commendavimus, rogantes ut ei pro Beati Petri reverentia ducatum, & ſi qua alia neceſſaria fuerint, præbeas. Datum Laterani 7. Kalendas julii.

Sententia Olrici Archiepiſcopi Mediolanenſis in cauſa inter Epiſcopos Laudenſem, & Terdonenſem, ubi de Opizone Epiſc. Lauden. (B. Vvidonis Epiſc. Aquen. Fratre) agitur ex Murat. A. I. M. Æ. T. V. diſſ. LXX. col. 1027.

MCXXV. 19

Dum in Dei nomine in civitate Mediolani Olricus Archiepiſcopus judiciario more reſideret præſentia domni Azonis Aquenſis Epiſcopi, & Ordinariorum S. M. matris Eccleſiæ &c. perlata eſt querela, quam habebat Ardericus Epriscopus Laudenſis Eccleſiæ cum Epiſcopo Petro Terdonenſis Eccleſiæ de poſſeſſione Monaſteriorum de Precipiano, & Savinione . . . dicens . . . prædicta monaſteria . . . eſſe de jure, & poteſtate Epiſcopatus S. Laudenſis Eccleſiæ . . . inſuper & dedit . . . tres legales teſtes . . . teſtificantes ſe vidiſſe Opizonem Laudenſem Epiſcopum in Monaſterio Precipiani tamquam proprium Epiſcopum, ac dominum eſſe ſuſceptum a Guidone Abbate, & monachis ejuſdem monaſterii cum honeſta, & plenaria proceſſione, cum campanis utique ſonantibus, cum aqua benedicta, & incenſo in tempore Oddonis Terdonenſis Eccleſiæ in Epiſcopum electi: & omnia ibidem ſupraſcriptum Opizonem diſponentem, & morantem tamquam in domo ſua, & placita inibi tenentem datis clavibus cameræ, aliarumque domorum dicti monaſterii miniſtris, & fidelibus Opizonis Epiſcopi . . His ergo . . . cognitis . . . dedit ſententiam D. Archiepiſcopus, ut Epiſcopus Laudenſis omnimodam poſſeſſionem . . . habeat . . . factum eſt hoc anno ab Incarnat. D. N. J. C. MCXXV. menſe decembris Indict. IV.

Venditio domus, & poſſeſſionum facta ab Oclerio Sagittario Mobiliæ Abbatiſſæ de Aquis. Ex Tabulario Monaſterii.

MCXXVII. 20

Die mercurii quod eſt ſeptimo idus februarii in atrio Eccleſie ſancte Marie Camporum preſencia bonorum hominum quorum nomina ſubter leguntur Oclerius, qui prenominatur Sagittarius ſprevit, ac finem fecit in manibus domine Mobilie Abbatiſſe predicte Eccleſie nominative de caſa una, que eſt in burgo Aquis juxta domum Petri de Moriogo, & maſum unum in loco Sexa-

mi, & eſt rectum, & laboratum per Obertum Maſcarium, & in loco Paderne (*legi etiam poſſet* Paderane) ubi dicitur Vidiſtine pecia una de terra, & pecia una de boſco, quod ipſe Oclerius tenebat pro beneficio nomine feudo ex parte predicte Eccleſie, quod erat ei conceſſum in vita ipſius Oclerii in tali tinore, quod predictus Oclerius, & filius, & eredes illorum de ic in antea taciti, & contenti permaneant. Et accepit ipſe Oclerius ex parte predicti monaſterii ſolid. ſexaginta & unum *tunc* per ipſum precium, quem accepit, predicta refutacionem fecit, & quod ipſe Oclerius non habeat licentiam nec ipſe nec eredes ejus *agere*, aut cauſare, vel removere per ſe, vel per aliqua ſubmittente perſonas de predicto feudo, quod ipſe tenebat in beneficio predicte Eccleſie in integrum.

Actum eſt oc anno ab Incarnacione Domini milleſimo centeſimo vigeſimoſeptimo indictione quinta. Huic convencioni fuerunt Arnaldus, & Guilielmus, & Laurencius, & Rainerius, & Girardus ii omnes ex nomine teſtium.

Venditio poſſeſſionum in Alice peracta in Vviliolis. Ex Tab. Mon. S. M. Aq.

21 MCXXVIII.

Anno ab Incarnatione Domini milleſimo centeſimo vigeſimo octavo, ſextodecimo Kalendas januarii Indictione ſexta. Conſtat me Arnaldum filium quondam Aremberta, lege Longobardorum, in preſencia . . . . accepimus a te Rodulfo filius quondam Maſcari & Gisle conius ipſius Rodulfi ſolidos vigintitrex, & denarios ſex finito precio pro peciis tres de terris juris mei, quas abere viſus ſum in territorio Alice in canpo Arnaldo: prima pecia coeret ei ex *una* parte Rabelini, & fratribus ejus, ab alia Rodulfi, tercia filiorum Guidonis, ſecunda pecia ibi da una parte Ugonis, alia emoris (*forte* nemoris), tercia terre Jermanis, tercia pecia ſimiliter, ibi da una parte ſancte Marie, ab alia Petri, tercia Jermanis Iu. . . & fi. . . . ſuper totum ſeſtaria quatuor, & tabulas novem. Quas autem infraſcripte pecie de terris juris mei ſuperius . . . ab hac die vobis, quibus ſupra Rodulfo, & Gisla jualis pro infraſcripto pretio vendimus, tradimus, & mancipamus, nulli alii vendite, donate, alienate, obnoxiate, tradite, niſi vobis, & faciatis ex eis vos, eredesque veſtri, aut cui vos dederitis a preſenti die in integrum proprietario nomine quidquid volueritis ex nunc ſine omni mea, vel eredum meorum contradictione. Quidem eſpondeo, atque promitto me ego qui ſupra Arnaldo una cum meis heredibus vobis, qui ſupra jualibus veſtris heredibus, aut cui vos dederitis infraſcriptam venditionem, qualiter ſupra legitur, in integrum ab omni homine defenſare, quod ſi defendere non valuerim, aut ſi vobis exinde aliquid per quodvis injenium ſubtraere queſierimus, tunc in duplum eandem vendicionem ut ſupra vobis reſtituamus, ſicut pro tempore fuerit meliorata, aut valuerit ſub eſtimacione in conſimili loco, ſed & nihil mihi ex ipſo precio aliquid reddere debetis, dicimus, dico.

Acto in loco Vviliole feliciter.

Signum manus infraſcripti Arnaldi, qui hanc cartam fieri rogavit ut ſupra.

Signa manuum Oberti, atque Guidonis, ſive Bonovicini teſtes.

Ego Obertus interfui, & ſubſcripſi.

Donatio Manſi in Calamandrana facta a Gulielmo Monaſterio S. Mariæ Aq. Ex Tabul. Monaſterii.

MCXXIX. 22

Anno ab Incarnatione Domini Noſtri Jeſu Chriſti milleſimo centeſimo vigeſimonono, undecimo Kalendas maii indictione ſeptima Eccleſie ſancte Marie ſita non longe a burgo Aquis. Ego Guilielmus filius quondam Amedei, qui profeſſus ſum ex nacione mea lege vivere Longobardorum preſens preſentibus dixi quisquis in ſacris, ac venerabilibus locis de ſuis aliquid contulerit rebus juxta actoris vocem centuplum accipiet, & inſuper quod melius eſt vitam poſſidebit eternam. Ideoque ego qui ſupra Gulielmus dono, & offero, atque per hanc cartam donacionis mee confirmo, ideſt maſum unum juris mei, quam abere viſus ſum in loco Calamandrana, & eſt rectum, & laboratum per Obertum de Coſſa maſſarium, dono, & offero in eadem Eccleſia predictum maſum pro anime mee mercede cum omni reditu, & condicione, que a me de ipſum maſum pertinere videntur excepto operas, & *caſtellania*. Quam autem infraſcriptum maſum ſuperius ab hac die in eadem Eccleſia dono, & offero, atque per anc cartam donacionis mee confirmo faciendum ex *vel* parti ipſius dicte Eccleſie, aut cui pars Eccleſia dederit, quidque voluerint ſine omni mea, & eredum meorum contradictione. Quidem eſpondeo, atque promitto me ego, qui ſupra Guilielmus una cum meis eredibus in eadem Eccleſia, aut cui pars Eccleſie dederit ſupraſcriptum maſum qualiter ſuperius legitur in integrum ab omni omine defenſare, quod ſi defendere non potuerimus, aut ſi nobis exinde aliquid per quodvis ingenium ſubtrahere queſierimus, tunc in duplum eandem offerſionem vobis reſtituamus ſicut pro tempore fuerit meliorata, aut valuerit ſub eſtimacione in conſimili loco. Anc enim cartam offerſionis pagina Oberto Judici tradidi, & ſcribere rogavi, in qua ſubter confirmans teſtibusque obtulit roborandam.

Actum in atrio ipſius Eccleſie feliciter.

† Signum manus infraſcripti Guilielmi, qui anc fieri rogavit.

† Signa manuum Totubeni, atque Guilielmi, ſive Ottonis, & Donati, & Ranerii teſtes.

Ego Obertus interfui, & anc cartam offerſionis ſcripſi.

Hermanni Augustani Episc. Epistola ad Ottonem Episcopum Bambergensem, qua ei narrat excidium urbis Augustæ per milites Lotharianos, & Azonis Episc. Aquens. expoliationem. Ex Eccard. orig. Guelf. Tom. II. pag. 511.

MCXXXII. 23

Bono Christi, & Ecclesiæ odori, Ottoni venerabili Bambergensium Episcopo, omnique Ecclesiæ suæ Augustensis Ecclesiæ Dei gratia humilis Minister . . . Ecce desolata est civitas nostra . . . civitas hactenus dicta Augusta, sed nunc dicenda potius Angusta, vel Angustia. Sedet in tristitia: non est, qui consoletur eam, nisi Deus noster, & Deum timentes propter Deum in caritate compatiantur nobis in passionibus nostris, quas passi sumus introitu Domini Regis . . . exigentibus quidem peccatis nostris, quæ fecimus non contra eum, sed contra Deum. Ipsum enim venientem ad nos debito honore cum gaudio suscepimus nos, & universus noster clerus, & populus tamquam Regem, & dominum . . . prætermissis itaque multis & magnis Ecclesiæ nostræ miseriis, & injuriis unum solummodo sacrilegum nefas in auribus Domini Regis, & Principum, qui aderant lacrimabili voce conquesti sumus, quod contigit ante adventum Regis paucis diebus. Hoc videlicet, quod cives nostri quidam exierunt a nobis, qui non erant ex nobili semine, nequam, filii scelerati, qui in conducto nostro, ac fere in præsentia nostra [illegible]soliaverant Aquensem Episcopum, Apostolicæ Se[illegible] legatum per nos ad curiam regis transeuntem. Super his inquam omni curiæ conquesti sumus, justitiamque regno, & Ecclesiæ debitam postulavimus humiliter. Dum ergo Principes in hoc essent, & consilium super his caperent, orta est machinante diabolo subito inter vendentes, & ementes quædam pro vili causa parva seditio, primum per secretarios regis in suburbio: deinde clamor ingens tollitur, forenses campanæ pulsantur, concurrunt cives, conveniunt Regis milites universi ad pugnam, festinant, universi causam pugnæ ignorant, unus illud, alter aliud opinatur. Rex ipse sibi necem intentari suspicatur . . . . illico irruebant in nos, & in nostros Rex & sui in die dominica V. Kal. septemb., & facta est coedes sacrilega clericorum, & laicorum prope januas matricis Ecclesiæ intus, & extra ab hora diei sexta, usque ad vesperam &c.

Veniebat tunc in Italiam Lotharius Rex: & hanc tragediam quoque depinxit Annal. Saxo ad an. 1132.

Sententia Robaldi Archiepiscopi Mediolanensis coram Amizone Ep. Aq., & suffraganeis in causa inter monasterium S. Petri de Cremella, & Ecclesiam S. Johannis Modœtiæ. Ex Iulin. Mem. Stor. di Milano T.V. pag. 564.

MCXXXV. 24

Spiritus Sancti adsit gratia. Robaldus divina procurante gratia Mediolanensis Ecclesiæ Archiepiscopus . . . inter se discrepantes ad pacis unitatem convocare peroptans litem, & discordiam a longis temporibus agitatam . . . quæ inter venerabilem Ecclesiam s. Johannis Modœtiæ, & beatissimi Petri reverendum monasterium Cremellense fuerat cum . . . venerabilibus fratribus meis Episcopis Amizone scilicet Aquensi, Vercellensi Ghisulfo, Novariensi Litefredo, Iporiensi Uidone . . . viris catholicis, & religiosis, & beati Ambrosii suffraganeis; itemque cum consilio majoris Ecclesiæ Canonicorum, videlicet Amizonis Archidiaconi . . . atque aliorum . . . in Archiepiscopali domo Mediolani publice promulgata definitiva sententia terminavimus &c.

Acta sunt hæc in palatio Mediolanensi anno ab Incarnatione Domini Nostri Jesu Christi MCXXXV. . . . . II. . . . . mo. die mensis decembris indict. XIV.

Sententia Milonis Subdiaconi Sanctæ Mediolanensis Ecclesiæ delegati ab Archiepiscopo Oberto cum Henrico Episc. Aquens. in causa inter Archipresbyterum Modœtiæ, & incolas Sexti ex Jul. Mem. di Mil. par. V. pag. 596.

MCXLIX. 25

In nomine sanctæ, & individuæ Trinitatis. Recordatio sententiæ, quæ data est a domno Milone sanctæ Mediolanensis Ecclesiæ Subdiacono jussione venerabilis domni Oberti Mediolanensis Archiepiscopi super controversia, quæ inter domnum Vvidonem Ecclesiæ beati Joannis Modœtiensis Archipresbyterum, & vicinos de Sexto agitabatur. Controversia autem hæc erat ec. Visis itaque, & auditis his, & aliis argumentis, & rationibus, communicato cum domnis Henrico Aquensi, & Lanfranco Laudensi Episcopis, qui tunc præsentes aderant, aliisque fratribus consilio, domnus Milo, ut dictum est, jussione domni Oberti Archiepiscopi hanc promulgavit sententiam &c. . . . .

Data est hæc sententia anno dominicæ Incarnat. millesimo centesimo quadragesimo nono mense augusti indictione duodecima.

† Ego Obertus Archiepiscopus ss.

† Ego Milo Subdiaconus jussu domni Archiepiscopi Oberti hanc sententiam tradidi, & subscripsi.

Venditio terræ in Quinciano facta ab Othone Ariberti Abbatissæ mon. S. M. Aquis. Ex Tabul. Mon.

MCLXII. 26

Anno Domini milesimo centesimo sexagesimo secundo die Dominico VII. id. junii inditione quarta. Carta vendixionis sub dupla defensione facte Otto Ariberti in manibus Siccæ . . . de una parte de terra juris mei, quam habere videor in teritorio Chinciani, & jacet ad locum, ubi dicitur . . . Accelli sextaria VIII., & tabule VI., & pedes XI., coeret ei ex una parte s. Petrus, ex alia Obertus Ravarius, ex tertia via, sibique alie

ſunt coerencie precio papienſis monete lib. III. ſolidos XI. finito precio tali modo, ut faciat jam dicta Sicca & heredes ſui aut dederint de jam dicta terra, ſicut eſt ſignata, & terminata intra terminos, & coherentia quidquid facere voluerit ſine omni contradixione jam dicti Ottonis, & heredum ſuorum. Inſuper jam dictus Otto una cum ſuis heredibus promiſit jam dicte Sicce, ſuiſque heredibus, aut quique dederint ſupradictam vendicionem qualiter ſupra legitur in integrum ab omni homine defenſare, quod ſi defendere non potuerit, aut per quovis ingenium pertrahere queſierit, tunc in duplum eamdem venditionem . . . . . ſicut pro tempore fuerit meliorata, aut valuerit ſub eſtimatione in conſimili loco. Inſuper domina Sicca ſuſcepit hanc cartam in ſuis manibus pro Eccleſie ſancte Marie de Campis. Actum ad Chincianum ad domum ſancte Marie feliciter. Teſtis Otto Vido ... Lanerii, Joannes Clericus, Enricus Male . . . . . Ego Otto Notarius Palatinus ſupraſcripte carte venditionis ſcriptor extiti &c.

Decretum Friderici I. Imperatoris pro Eccleſia Gebennenſi teſte Epiſcopo Aquenſi ap. Murat. A. I. M. AE. Tom. VI. diſſ. 71. col. 57.

27 MCLXII.

Fridericus Dei gratia Romanorum Imperator ec. . . . . Hujus autem noſtræ conſtitutionis & confirmationis teſtes ſunt, quam plurimi principes imperii, quorum nomina hæc ſunt . . . . . Anſelmus Aſtenſis Epiſcopus, Vercellenſis Epiſcopus, Novarienſis Epiſco. . . . . , AQUENSIS Epiſcopus, Albenſis Epiſcopus, Terdonenſis Epiſcopus ... VVilielmus marchio Montisferrati ... VVido comes Blanderatenſis & alii quam plures. Acta ſunt hæc A. D. I. MCLXII. ind. X. Regnante domino Friderico R. I. Vict. anno regni ejus X. imperii vero VII. In Archiepiſcopatu Biſuntino apud Pontem Laone ſuper Senam. VII. id. ſeptemb.

Notas & variantes vide ap. Terran. in ſuis Collectaneis.

Litteræ, quibus Abbatiſſa monaſt. S. M. nunciat Vilelmo Epiſcopo Aquenſi dimiſiſſe e ſua poteſtate ſororem ab eo petitam ad alterius præfecturam regendam, nec eam amplius ad monaſterium revocaturam. Ex Tab. Mon.

28 MCLX. . . .

A Dei nutu forenſis Eccleſie Abbatiſſa Wilelmo Aquenſi Eccleſie Antiſtiti, ejuſdemque ſucceſſoribus omnibus. Noverit veſtra ſublimis auctoritas noſtre ſorori B. Monachis inſtitutis a pueritia erudite noſtre etiam congregationi dicate ob veſtram eximiam peticionem nos dediſſe licentiam, ut obedientie ei a vobis illate provida gubernatrix immineat, & que Dei ſunt inibi optima diſpoſicione perficiat. Quin etiam dimiſſorio noſtre liberalitatis evidenter exprimimus, ut nec nobis dum vixerimus, nec alicui in noſtro ordine ſuccedenti liceat quandoque eam ad noſtrum monaſterium replicare. Siquidem incivile eſt, immo extra ordinem habetur, ut que gregis alicujus divina proviſione gubernatrix accipitur, ipſa ceu gregaria infra alicujus Abbatiſſe ambitum redigatur. Ut vero hoc noſtre deliberationis arbitrium efficacius teneatur, omnibuſque preſentibus ac futuris precordialiter intimetur, manu proprie corroborationis firmavimus, noſtris quoque ſororibus firmandum ſpeciali taxatione injunximus. Ego ADALIDA Abbatiſſa in hoc dimiſſorio a me facto ſubſcripſi cum ſororibus noſtris Richiza, & Alberta. ✠ ✠ ✠

Venditio terræ in Noxeto facta ab Agnete & Cannacio monaſt. S. M. Aq. Ex Tab. ejuſd.

MCLXXIII. 29

Anno Domini milleſimo LXXIII. idibus marcii, indictione III. carta vendicionis ſub dupla defenſione fecerunt Agnes una cum viro ſuo Cannacio Eccleſie ſancte Marie Aquenſis nominatim ex pecia una de terra, & pecia una de nemore, pecia de terra jacet in Noxeto (1). Coeret ei Eccleſie ſancte Marie, Albrio, Oddozonus miles, Laurencius. Nemore jacet in Rime, coeret ei Eccleſie de tribus partibus, pro precio nominato centum ſolidos . . . . denarius unus papienſium denariorum. Quam ſupraſcriptam vendicionem tali modo facta fuit, ut rectores Eccleſie ſancte Marie predicta vendicione teneant, poſſideant, quidque voluerint faciant ſine contradicione . . . . gueti . . . . Cannacii & ſucceſſorum ſuorum. Quidem ſpoponderunt, atque promiſerunt ab omni homine defenſare. Quod ſi defenſare non potuerit, aud retrahere voluerint, in duplum reſtaurare promiſerunt Eccleſie ſancte Marie, ſicut fuerint meliorate. Notum ſit omnibus, Agnes juravit, nec per ſe, nec per ullum ſuum ſucceſſorem predicta vendicio non erit moleſtata, nec recreata: fuit ſupra eodem terra in Noxeto actum feliciter.

Amedeus . . . . Vido, Alauuatus, Oddozonus miles teſtes fuerunt.

Domina Otta predicta terra adquiſivit, & ſupraſcriptum precium ſolvit, & in manibus ſuis illa carta tradita fuit.

Ego Teto Notarius interfui ad memoriam retinendam denotari.

Hic notarius eſt ipſemet, qui ſuperiorem cartam vendicionis anni MCLXII. edidit, & ſe Ottonem ſubſcribit, ut patet ex ſimilitudine literarum ac ſcriptione admodum difficili, qua utraque carta conſcripta eſt.

(1) *Regio in Aquis.*

MCLXXIV. 30

Diploma Friderici I. Imperatoris moniſterio Morimundenſi, cujus notæ Chronologicæ ita ſe habent.

Acta ſunt hec anno Domini Incarn. MCLXXIV., indict. VII. regnante Friderico Imperatore Rom. Glor. an. regni ejuſdem XXIII., imperii vero XXI. datum in Epiſcopatu Papienſi in obſidione Roboreti XIV. januarii felic. amen *Ugh. T. IV. Mediol. Arch. in Algiſio Epiſcopo* N. LXXXIV. pag. 164.

Juramentum præſtitum a Rectoribus ſocietatis Lombardorum circa defenſionem Alexandriæ &c. Murat. A. I. M. AE. T. IV. diſſ. XLVIII. col. 269.

31 MCLXXVI.

In nomine D. N. J. C. anno MCLXXVI., indictione X. menſe januarii. Ego juro ad ſancta Dei Evangelia, quod bona fide & ſine fraude regam Civitates hujus ſocietatis, & ſocietatem univerſam locorum & hominum, videlicet ſocietatem Lombardiæ, Marchie, Romanie, & Venetie, atque Alexandriæ, ad quorum defenſionem bona fide operam dabo . . . . . Et ſi de his, que neceſſaria fuerint ad defenſionem ALEXANDRIÆ diſcordia fuerit orta inter rectores, partem illorum ſequar, cui Rodulphus adheſerit, excepto de exercitu, vel hoſte, quo non tenear niſi omnes, vel major pars Rectorum in concordiam fuerint.

Donatio vineæ, quam Anſelmus fecit Ottæ Abbatiſſæ S. M. de Aq. Ex Tabul. Monaſt.

32 MCLXXVII.

Anno ab Incarnatione D. N. J. C. MCLXXVII., indict. X. in menſe januarii. Ego Anſelmus filius quondam Gandulfo cum uxore mea Adalaxa fecimus cartulam donationis Eccleſie ſancte Marie moneſterio Aquenſi in manibus Abatiſſe Ote precio XL. ſol. de pecia una de vinea, vel terra qua jacent in territorio Aquenſi in Scalugio (1). Coeret ei ex una parte Oriolo, ex alia Arnaudus Vexoſio, ex tercia parte via, quarta parte Gandulfus de Bilico ſique alie ſunt coherentie tali . . . . . quique ſubceſoribus defendendo pro nobis & pro noſtris eredibus ohc in preſentia bonorum ominum, qui teſtes Petrus Pelagnus, & Aquideo Ovale, Teſticulo, & Ogrerius Circorus, & Arnaudus Cogo, ac Petrus Colleranus. Ego Ubertus Notarius ſcriptor hujus cartule donationis poſt traditum complevi & dedi.

(1) *Scalogalo*, ſive *ſancto Calocero*.

Friderici Auguſti jusjurandum de obſervandis in ſexennium inducis ſocietati Lombardorum præſtitum coram Epiſcopo Aquenſi. Ex Murat. A. M. AE. T. IV. Col. 185.

33 MCLXXVII.

Anno a Nativitate Domini MCLXXVII. imperante Imperatore Friderico anno imperii ejus XXIII. indic. X. die lune qui fuit primus auguſti in palacio Gradenſis Patriarche in preſentia Cardinalium . . . . D. Bonifacii Epiſcopi de Novaria, domini VVale Epiſcopi de Aqui, Epiſcopi de Taurino electi de Aſte . . . . . coram domino Alexandro S. R. E. S. P., Comes Henricus Dedeus, preſente domino Friderico . . . . . juravit in anima Imperatoris, quod ipſe Imperator obſervabit treguam Lombardis ecc. . . . . .

Donatio decimæ facta a Pellegrino cum filiis ſuis D. Ottæ Abbatiſſæ mon. S. M. de Aq. Ex Tabul. ejuſdem Monaſterii.

MCLXXXI. 34

In nomine ſancte & individue Trinitatis ſacto autem monaſterio in honore ſancte Dei Genitricis Marie ſemper Virginis in campis Aquenſis civitatis non multum a ſuburbio dicte Civitatis longe hedificato, cui nunc Domna Otta Abbatiſſa divina miſericordia cum aliis religioſiſſimis monachabus conſororibus ſuis Deo devote ſub regula beati Benedicti videtur famulari. Ego Pellegrinus filius quondam Ottonis Scachi preſens preſentibus dixi. Quiſquis in ſanctis ac venerabilibus locis de ſuis aliquid contulerit rebus, juxta octoris vocem centuplum accipiet, & quod melius eſt vitam poſſidebit æternam. Ideoque ego infraſcriptus Pellegrinus una cum filiis meis Ottone, Agrado, Manfredo, Miſtarana, Arnaldo, & Waſtapaleam, Anricus Peſtaroziam .... jugali .... Mobilia .... veniens in plena concionem monialium ad hoc ſpecialiter vocatarum, quorum nomina ſubter leguntur omnimodam finem & tefutacionem ..... abſolutionem in predicto monaſterio in manus predicte Donne Otte Abbatiſſe & aliarum omnium monacharum ejuſdem monaſterii conventus ibidem preſentium facimus de decima una, quam ex longo tempore & antiqua conſuetudine per nos & anteceſſores noſtros ſoliti fueramus habere & recipere a predicta Abbatiſſa, vel anteceſſoribus ſuis, conſororibuſque ſuis, omnibuſque ſuis ſuccedentibus in predicto monaſterio ibidem Deo famulantibus & ſervientibus vice, & nomine ipſius monaſterii, ut ex modo a preſenti die faciant tam ſibi ſuccedentes, quam ipſe, aut cui dederint (*reliqua prorſus eadem, ac illa deſcripta in charta an. MCI.*)

Signum manuum predictorum jugalium Pellegrini Mobilie & filiorum ſuorum Ottonis, Agradi, Manfredi, Vaſtarave, Arnaldi, VVaſtapalee, Anrici Piſtarunze, qui omnes ex nacione ſua lege viventes Romana hanc cartam finis & refutacionis omnimode abſolucionis totius predicte decime, & cujuſque rei, quam hucuſque quolibet modo dicebant ſe habere & recipere debere a predicto monaſterio graviter ipſum inquietando fieri rogaverunt, & predictas lib. IIII. in integrum ſuſcepiſſe, ut ſupra legitur fatentur.

Signum manuum presbiteri Eleliſei, presbiteri Petri Balduini, Johannis More, Oglerii Palmule; Item Balduini, Oberti Muſſi, VVilielmi Marcheſe, Petri Balduini Plaxani, Paſſerius Belloni, teſtium qui interfuerunt, & per manus predicti Notarii teſtes ſe ſubſcribi rogaverunt feliciter. Facta eſt hec cartula in Eccleſia predicti monaſterii anno Dominice Incarnationis MCLXXXI. indic. XIIII. die martis pridie nonas auguſti. Ego Ugo Notarius ſacri Palacii interfui & ſcripſi; hinc inde rogatus hanc carmode finis & refutacionis & abſolucionis tradidi ſicut ſup. leg. Ego Guido Not. S. P. rogatus, & auctenticus hoc exemplum ſcripſi ut ſup. legit. nec litteram, vel ſyllabam minui, vel juncxi ecc.

A tergo de Nicia.

Venditio terræ facta Monialibus S. Nicolai de Quinciano a Vilielmo & Ottone. Ex Tabul. mon. S. M. de Aq.

MCLXXXI. 35

Anno Domini MCLXXXI. indicione XIIII. XVII. calendas decembris cartam venditionis sub dupla defensione fecerunt fieri VVilielmus, frater ejus Otto, filii quondam Ardanesus in manibus Domina Otta, & Domina Sicha Monacis S. Nicolai de Quinciano nominative de pecia una de terra sicuti est signata, & terminata infra terminos & coherentias, & est per mensura justa sestarii tres & tabule II., & dimidia, & jacet in terratorio Quinciani ad locum ubi dicitur ortos, coheret ei ex una parte Christianus, ex alia via, ex alia sancti Nicolai, pro finito precio librarum trium e meza, & den. VII. papiensis monete tali modo, quatinus properietariis nominis Otta & Sicha, & successores earum faciant a presenti die in antea quidquid facere voluerint sine omni contradixione supradictis Vilielmo, & Otto sui fratres, & eorum heredum, quam supradictam vendicionem supradicti Vilielmi, & Ottoni predicto Otta promiserunt in integrum ab omni omine defensare, quod si defendere non potuerint, aud per quodvis ingenium subtrahere quesierint, tunc in duplum eaudem vendicionem ut supra legitur restituere debeant subnixam stipulacionem, sicut pro tempore fuerint meliorata, aut valuerit sub extimacione bonorum hominum in consimilis locis. Actum subter porticus sancti Nicolai feliciter. Testes sacerdos Gandufus, Maurus de Ospitale Jerusalem, & Marencus similiter, & Otto, & Oglerius filius ejus. Et ego Oddo Notarius sacri Palacii interfui, & scripsi ecc.

Acta Pacis Constantiæ inter Fridericum Imperatorem, & ejus filium Henricum, & Longobardos, ac civitates, (inter quas Aquæ) initæ ab Episcopo Ast. & Henrico M. Saonæ. Murat. A. I. M. Æ. T. IV. diss. XLVIII. Col. 307.

MCLXXXIII. 36

In nomine sancte &c. Fridericus divina &c. .... pacem nostram, quam eis clementer indultam concessimus presenti pagina jussimus subterscribi, & auctoritatis nostre sigillo communiri, cujus tenor hic est &c. . . . . .

XXX. Hanc igitur pacem secundum formam præscriptam, & per mediatores pacis, videlicet VVilielmum Astensem Episcopum, & Henricum Marchionem Saonensem &c. in perpetuum ratam haberi, & conservari statuimus . . . .

XXXVI. Hec autem sunt civitates, & loca, que pacem prescriptam sub juramento Lombardorum nobiscum receperunt Papia . . . . . (*ex codice* (1) *Brixiano* Acqui) Terdona, Asta, Cœsarea, Janua, Alba, & aliæ civitates, & loca, & personæ, quæ sunt, & fuerunt ex parte nostra . . . .

Datum apud Constantiam in solemni Curia VII. Kal. junii.

(1) *Non solum ex codice Brixiano, ut animadvertit Muratorius, sed ex Lunig. Cod. diplom. T. I. pag. 32. ubi hæc eadem acta edita sunt, civitas Aquis inter eas nominatur, quæ pacem receperunt cum aliis.*

Venditio domus ab Agnete & Medico facta Nicolao Jarri. Ex Tab. mon. S. M. Aq.

MCLXXXIIII. 37

Anno Dominice Incarnationis MCLXXXIIII. ind. II. die Veneris IIII. id. aug. Agnes jugalis Medici ipso Medico presente & ipsius Agneti jubente ec. vendit ecc. tibi Nicolao Jarri, & per te nepotibus tuis unam casam cum ejus sedimine ecc. que jacet in territorio Aquis, ubi dicitur Caput Burgi coh. ei Philippus Henricus . . . . . Rodulfus detalex. emtor & via finito precio den. bon. pap. trium librarum & duorum solidorum ecc. Actum sub Ulmo sancti Petri de Aquis feliciter.

Signum manus infrascripte Agnes & Medici jugalium, qui queve hanc cartam scribi rogaverunt.

Signum manus Ottonis Sal., Oberti Otte, Balduini Ferrer, Uberti VVolfi, Arnaldi Hugonis, Henrici Meladii testium rogatorum. Ego Petrus Notarius sacri Palacii rogatus hanc cartam scripsi, & tradidi.

Concessio Emphiteutica domus facta a Matelda Abbatissa Bertramo Muratorio. Ex Tab. mon.

MCLXXXVII. 38

Anno Dominice Incarnationis MCLXXXVII., VII. indict. V. die lune III. Kal. julii. Domina Matelda Abbatissa sancte Marie de Campis Aquensibus, domina Matelda, Elena, Dannata, Alda, Matelda, Bergogna consororibus suis presentibus, & ei in suprascriptis sponte consentientibus. Confitens se ideo accepisse fidelitatem & denarior. bonor. pap. XX. sol. a te Bertramo Muratore per se & per os filios suos legitimos, & per omnes legitimos eorum te investivit nominatim unius sue domus edificate in burgo Aquis. Coheret ei Stephanus Abbas, presbiter Petrus & via. Tu vero annuatim, dum habitaveris in ea, aut tuus heres promittis & debes dare ei pensionem, vel fictum X. sol. infrascriptorum denariorum ad natale domini. Jus, quod habes in ea nemini licet tibi ullo modo donare nisi infrascriptis heredibus, & si in futuro aliquando tu, aut heres tuus infrascriptus nolueris ea inhabitare, vel forte exiveris Aquis sine spe revertendi, debes ea omnia libera sinere illi, cujus est proprietas, & usque tunc solvere ei istam pensionem ut supra, nec unquam in peiori statu, quam acceperis, eam derelinquere, & ultro promittis infrascriptis dominabus ire in principalibus festis cum sua familia ad suam Ecclesiam, & audire ibi missam si dicta fuerit. Item ultimo promittis eis te & tuam familiam, que decesserit, donec tenueris infrascriptam domum, sepulturam ad suam Ecclesiam. Actum aput infrascriptam Ecclesiam feliciter.

Petrus Lucio, Petrus de Davei, Wilielmus Druxie, Roulfus Ruulia, Otto Frasca, Obertus frater suprascripti Beltrami & Manfredus Enrici de Me-

lazio interfuerunt teſtes rogati. Et ego Petrus Notarius ſacri Palacii interfui, & juſſu omnium ſupraſcriptarum dominarum hoc ſcripſi & tradidi inferius de domo.

Conceſſio Emphiteutica cujuſdam vineæ facta a Bonefortuna Abbatiſſa monaſterii S. M. de Aq. Ex Iab. ejuſd. Mon.

39 MCC.

Anno ab Incarnatione Jeſu Chriſti MCC., indict. III. In loco Aquis ante fores Eccleſie ſancte Marie de Campis die Veneris Kalendis ſeptembris. Preſentibus & conſentientibus Domina Alamandra, Sibilia, & Cilia Sanctimonialibus, & ſororibus. Domina Bonafortuna Abbatiſſa ejuſdem monaſterii ſancte Marie inveſtivit Joannem, & Henricum quondam Guttelini de Melaz in ſe, & ſuos maſculos, & feminas de quadam vinea juris ipſius monaſterii jacente in territorio Melazii appellata Caputratis. Cui coherent Bejanorum, Treuutorum, illorum de Rocha, tali conditione quod quecumque Abbatiſſa, vel aliqua monacharum prefati monaſterii ultra Padum fuerit itura, unus eorum ſecum ire tenetur. Et pro hac quidem inveſtitura memorata Abbatiſſa comfeſſa fuit ſe recepiſſe infraſcriptis Joanni, & Henrico denarior. bonorum papienſium decem ſolidos facientibus ei fidelitatem. Ibi interfuerunt teſtes Petrus Lucio, Henricus Scaionus, Guilelmus Uſanne, Reſtanus, Criſta. Ego Matheus palatinus Notarius interfui, & inde rogatus hanc cartam ſcripſi.

Conceſſio Emphiteutica domus ad monaſterium S. M. ſpectantis. Ex Tabul. ejuſd. Mon.

40 MCCVII.

Anno ab Incarnatione Chriſti milleſimo ducenteſimoſexto, indictione nona Aquis apud monaſterium Monacharum die lune XIII. menſis novembris preſentibus teſtibus Petro Lucio, Joanne de Montechuer, Nicolao Dominici, Uberto Rodini, & Aquideo Magne, Joanna Bonaventura ipſius monaſterii Abbatiſſa ad conſenſum Helene, Sibilie, Cilie, Alaxie, & Alamandre preſentium acceptis XX. ſol. den. bon. pap. pro inveſtituris ab Otone Guercio dedit ei, & per ſe, & ſuos heredes legitimos inveſtivit, & per Tabitam uxorem ejus, dum vixerit, domum ipſius monaſterii de Burgo Aquis in vico de puteo, quam tenebat Gulielmus Birrie, & ſolvere inde debeat monaſterio omni anno Natale domini X. ſol. pap. &c. unde rogaverunt binas cartas unius tenoris fieri diviſas per alphabetum. Ego Matheus Notarius pal. ecc.

41 MCCX.

MCCX. XXIII. *Aprilis Mediolani Diploma Ottonis IV. Imper. monaſterio S. Ambroſii. Inter teſtes legitur*: Ugo Epiſcopus Alexandrinus & Aquarum. P. Areſi in ſerie Abbatum moniſterii S. Ambroſii.

Præceptum Gerardi Elec. Novar., & Papæ legati latum Miniſtris S. Mariæ, & S. Michaelis, ut viſitent haſce Eccleſias, & cogant Monachas de Zebedo, ut Abbatiſſæ S. M. pareant. Ex Tabul. Mon.

MCCX. 42

Anno Dominice Incarnationis milleſimo ducenteſimodecimo, indictione decimatertia die Veneris viceximonono menſis octobris. In Eccleſia ſancti Michaelis de Zebeis preſente domino Arnaldo Aquenſis Eccleſie Canonico, Magiſtro Henrico de Aquis, Ugone Clerico de Fraſcarolo, Oberto de eodem loco, & Rufino de Moro teſtibus. D. Benzo Prior Sancte Marie de Campis, & D. Wilielmus Prior Sancte Marie de Bulego a domino Girardo Novarienſi electo & domini Pape in Lombardia proviſore generali dati Viſitatores infraſcripte Eccleſie S. Michaelis, ſecundum quod in commiſſione eis inde facta continetur, tenor cujus talis eſt. G., Dei gratia Novarienſis electus & domini Pape in Lombardia legatus dilectis in Chriſto filiis Prioribus Beate Marie de Campis de Gamundio B. & VVilelmo S. Marie de Bule ſalutem in Domino. De probitatis veſtre diſcretione plenius confidentes viſitationem Eccleſie S. Michaelis de Cebeze vobis duximus committendam auctoritate Apoſtolica, qua fungimur diſtricte precipiendo mandantes, quatenus ad eandem Eccleſiam accedentes Abbatiſſa Aquenſis monaſterii de Campis evocata, cui Eccleſia ipſius ſubeſſe dicitur nullo mediante, corrigatis, que videritis corrigenda, & ſtatuatis que ibi fuerint ſtatuenda, contradictores cenſura Eccleſiaſtica coercentes, præterea ſi monachas ipſius Eccleſie inobedientes jam dicte Abbatiſſe inveneritis extitiſſe, ipſas de inobedientia puniatis animadverſione condigna. Super facto obedientie taliter pronunciarunt, quia ob profeſſionem veſtram videlicet D. Sibilie, Prioriſſe, Helene, Audeille, & Matelde ſub jurejurando factam cognovimus manifeſte memoratas Eccleſias S. Michaelis Aquenſi monaſterio S. Marie nullo mediante ſubeſſe, & Abbatiſſe ejuſdem monasterii obedientia teneri, vobis ſupraſcriptis monacabus auctoritate qua fungimur, diſtricte precipimus, ut de cetero memorate Abbatiſſe & ſuccedentibus ejus obediatis humiliter & devote, alioquin ab hac ora in antea nullum preſumatis officium celebrare. Unde isti Priores & Viſitatores hanc cartam fieri rogaverunt ut ſupra.

Ego Ogerius Notarius palatinus interfui, & hanc cartam ſcripſi.

Literæ procurationis commiſſæ ab Abbatiſſa monaſterii S. M. de Aq. Archipresb. de Meladio in cauſa adverſus Mon. S. Michael. Ex Tab. ejuſd.

MCCX. 43

Anno Dominice Nativitatis MCCX., indic. XIII. die Dominico XXI. menſis novembris. Ante Eccleſiam ſancte Marie de Campis preſentibus vocatis & rogatis Belengerio fratre Manfredo, Buratello, VVilelmo Pellicia, & Obertino Domino, Bo-

naventura Abbatiſſa ſancte Marie monaſterio de Campis Domina Helena, Sibilia, Cilia, Alaxia, & Mandra monacabus ſuis preſentibus, faventibus, conſentientibus ſuper negotium, quod eſt & vertitur inter ſe nomine ſui monaſterii ex una parte, nec non & Eccleſiam S. Michaelis de Boſco ex altera ſtatuit, creat ſibi, & facit dominum Oduzionem Archipresbiterum de Meladio, & Aquenſem Canonicum ſuum ſindicum procuratorem, & certum nuncium ad audiendum, reſpondendum Domino Ogerio Abbati de Locezio, & a Domino Novarienſi electo delegato ec. promittendo ec. Ego Ogerius Palatinus Not. rog. interfui, & hanc cartulam ſcripſi.

Electio ſororis facta a Monialibus S. Michaelis de Boſco ad agendum in lite cum Abbatiſſa Aquen. Ex Tab. Mon.

44 MCCX.

Anno Dominice Incarnationis milleſimo ducenteſimodecimo, die martis nono Kal. decembris, indictione tertiadecima. In clauſtro S. Michaelis de Boſco Domina Sibilia priora Cenobii predicti ſancti Michaelis de Boſco conſenſu, & confirmatione Domine Helene, & Domine Adilie, & Domine Bellebone monacharum predicti monaſterii S. Michaelis inſtituit Mateldam a parte predicte Eccleſie, cujus eſt monacha ſindicam tam ad exigendum, quam ad reſpondendum ſuper cauſam videlicet, quam ipſa priora a parte predicte Eccleſie habet cum Abatiſſam de Aquis ad omnes appellationes ecc. Interfuerunt Gregorius de Domino, Guaſco de Fraſcarolio, Gulielmus de Bremeto, Ubertus Paſtor, Ubertus de Benzone Bello, Furſinus de Paterio, omnes teſtes vocati, & rogati. Ego Oglerius S. P. N. interfui, & hanc cartam tradidi, & ſcripſi.

Literæ, quibus Miniſtri Eccleſiarum S. M. & S. Michaelis referunt Girardo ſe mandatis ejus paruiſſe. Ex Tab. ejuſd. Mon.

45 MCCX.

Anno Dominice Incarnationis milleſimo ducenteſimodecimo, indictione tertiadecima, die lune viceſimo ſecundo menſis novembris. In ſecretario majoris Eccleſie civitatis Auguſte preſentibus Dominis Ariprando Vercellenſi Epiſcopo, Gualberto Auguſtenſi Epiſcopo, Wilelmo & Joanne, Monacis & Arnaldo Aquenſi Canonico teſtibus. Dominus Girardus Novarienſis electus, & Domini Pape in Lombardia proviſor confeſſus fuit ſe literas accepiſſe, quarum tenor talis eſt: Reverendo Patri, & Domino G. Dei gratia Novarienſi electo, & Domini Pape in Lombardia proviſori B. Miniſter Eccleſie ſancte Marie de Campis, & VVilelmus S. M. de Bulego omnimodam reverenciam. Viſis veſtre ſanctitatis literas, quod in eis ſignificabatur noſtro pro poſſe effectui ducere humiliter curavimus; unde accedentes ad Eccleſiam ſancti Michaelis de Zebeis de de ſtatu perſonarum noſtrarum tam in ſpiritualibus, quam in temporalibus ſub animarum periculo ab ipſis monialibus diligenter queſivimus, & cum de injuncto negotio rei veritatem ab illis extorquere non poſſemus, eam fecimus jurare. In primis Sibilia Prioria ſub jurejurando interrogata cognovimus ſe fuiſſe ab Aquenſi Abbatiſſa monacam factam, & tempore precedente ab Abbatiſſa ejuſdem monaſterii Prioriam accepiſſe; illud idem preſtito idem juramento ab omnibus aliis monialibus videlicet ab Elena, Audia, Matelda audivimus, quarum videlicet Matelda nondum velata eſt; Elena vero, & Audia confeſſe fuerunt ſe ab Abbatiſſa predicti monaſterii fuiſſe monacatas. Item confeſſe fuerunt omnes Eccleſia Beati Michaelis ſubeſſe Aquenſi monaſterio pro . . . . , & quod Abatiſſa Aquenſis in illa Eccleſia pro velle ſuo veniebat ubi faciebat reſidentiam, & quod annuatim cenſum reddere dicto monaſterio conſueverunt. Quapropter his & aliis confeſſionibus auditis eis precepimus juſta tenorem literarum veſtrarum de cetero Abatiſſe predicti monaſterii, & ſucceſſoribus ſuis ſecundum regulam Beati Benedicti obedirent, quibus in contumacia exiſtentibus divinum interdiximus officium, que omnia ſanctitati veſtre intimare curavimus, & quia proprio caremus ſigillo cum ſigillo ſignum crucis habente has literas ſignavimus.

Ego Rufinus Notarius ſacri Palacii autenticum harum literarum de manu jam dicti Domini Novarienſis accipiens vidi, & legi, & precepto ipſius ſcripſi, & autenticavi nil addens, vel minuens preter punctum, vel literam.

Literæ, quibus Girardus Elec. Novar. committit Abbati de Locedio cognitionem appellationis interpoſitæ a Comite de Lomello in cauſa Mon. S. Michaelis, & S. M. de Aq. Ex Tab. Mon.

MCCXI. 46

S. G. ſola divina permiſſione Novarienſis electus venerabili in Chriſto Patri O. Abbati de Locedio ſalutem, & ſincere devocionis affectum paternitati veſtre preſentibus literis duximus intimandum, quod cum ad noſtram audientiam quedam delata fuiſſent, que in Eccleſia Beati Michaelis de Cebete correxione, & emendacione indigere videbantur dilectis fratribus veſtris B. Priore ſancte Marie de Campis, & G. ſancte Marie de Vole dedimus in mandatis, quatenus ad eamdem Eccleſiam perſonaliter accedentes, que ibidem ſecundum Deum ſtatuenda, vel corrigenda decernerent, auctoritate noſtra corrigerent, & ſtatuerent contradixione omni poſtpoſita. Inſuper etiam de obedientia, quam Aquenſis Abbatiſſa ab eis tanquam debita exigebat, que juſta forent ſtatuere debuiſſent, verum cum predicte Abbatiſſe obedientiam preſtare omnimode recuſarent, aſſerentes ſe ſicut intelleximus ei aliquo obedientie debito non teneri, ab ipſis Prioribus ſunt ſuppoſite interdicto. Verum quia Comes, qui ejuſdem Eccleſie fundator eſt & patronus ſuper his ad noſtram obedientiam appellavit, diſcretioni veſtre per preſentia ſcripta mandamus, quatinus ad predictum locum tempore congruo corporaliter accedentes tam ſuper correxione Monialium, quam ſuper facto interdicti, & omnibus aliis, que ſtatuenda videritis mediante juſtitia ſtatuatis.

Compromiſſum Miniſtræ Eccleſiæ C. Michaelis de Boſco in G. Albanen. Electum ecc. de controverſiis inter ipſam & Abbatiſſam Mon. S. M. de Campis. Ex Tabul. Mon. S. M. Aq.

47 MCCXI.

Anno Dominice Incarnationis milleſimo ducenſimo undecimo, die martis ſexto, calendas madii, indictione quartadecima. In clauſtro S. Michaelis de Boſco, Domina Sibilia Priora, & Miniſtra Eccleſie predicte S. Michaelis conſenſu, & confirmatione Domine Adile, & Domine Bellebone monacharum ipſius Eccleſie compromiſit in Dominum G. Albanenſem Electum, & Magiſtrum Ottonem Canonicum Terdonenſem de controverſia, quæ vertitur inter Eccleſiam B. Michaelis de Boſco ex una parte, nec non ex altera Eccleſiam ſancte Marie de Campis, & quidquid fecerint, ſive per concordiam, ſive per juſtitiam ratum &c. renunciando &c. Ego Oglerius Notarius ſacri Palatii interfui, & hanc cartam tradidi, & ſcripſi.

Conventio in quadam lite cum Rectore Eccleſiæ S. Johannis de Burgo. Ex Tab. Eccl. maj.

48 MCCXI.

Anno Nativitatis Chriſti milleſimo ducenteſimo undecimo. In civitate Aquis XVI. novembris preſentibus teſtibus vocatis & rogatis Domino Bonjohanne Abbate S. Petri, Magiſter Enrico, & Oberto Judice Montisbarutii ad voluntatem & conſenſum Domini Anſelmi Aquenſis Prepoſiti, Pauli, & Arnaldi Canonicorum hujuſmodi pactum fecerunt Enricus Caputdomus, & Presbiter Ubertus de ſancto Johanne &c.

Lis erat de quodam muro, qui dividebat Eccleſiam S. Johannis de Burgo a domo Henrici. Ego Matteus Tabellio Palatinus &c.

Sententia Canonici Terdonenſis delegati in cauſa inter Monaſteria S. Mariæ Aquenſis, & S. Michaelis de Zebedo. Ex Tabul. Monaſt.

49 MCCXI.

Anno Dominice Incarnationis milleſimo ducenteſimo undecimo, indictione quartadecima, die ſexto exeunte novembri in Terdona. Cauſſa vertebatur ante Dominum Ottonem de Baſſegnana Terdonenſem Canonicum arbitrum conſtitutum cum Domino Girardo Albanenſi electo inter Dominum Arnaldum Canonicum Aquenſem, & Sindicum monaſterii ſancte Marie Aquenſis ex una parte, & Dominam Mateldam Sindicam, & Monacam monaſterii ſancti Michaelis de Zebedo ex alia. Dicebat enim ſupraſcriptus Dominus Arnaldus, quod Eccleſia ſancti Michaelis ſubeſt Aquenſi monaſterio, & quod Prioriſſa, & Monachæ ſancti Michaelis tenentur facere obedientiam Abbatiſſæ ſupraſcripti monaſterii Aquis; & quod ſupraſcripta Abbatiſſa facit ibi reſidentiam pro velle ſuo ordinando, & diſponendo tam in ſpiritualibus, quam in temporalibus de rebus ſupraſcriptis ſancti Michaelis tamquam in ſua propria Eccleſia. Quod ſupraſcripta Domina Matelda penitus inficiabatur: & ſuper hoc plures teſtes ſcilicet multi producti ſunt. Viſis ergo rationibus, & allegationibus utriuſque partis, & dictis teſtibus diligenter inſpectis, & habito ſupraſcripti Domini Girardi Albanenſis electi, & aliorum ſapientum conſilio, Dominus Otto condemnavit ſupraſcriptam Dominam Mateldam Sindicam verſus Dominum Arnaldum Sindicum, quod Eccleſia ſancti Michaelis debeat ſubeſſe Aquenſi monaſterio, & quod Prioriſſa, & Monache ſupraſcripte Eccleſie ſancti Michaelis debeant de cetero obedire ſupraſcripte Abbatiſſe ſancti Michaelis ſecundum regulas Beati Benedicti. Quam ſupraſcriptam ſententiam ſupraſcriptus Dominus Otto tulit ex ſpeciali mandato expreſſo ſupraſcripti Domini Girardi, prout continebatur in ſuis literis, quas ego Jacobus vidi ſigillatas eſſe, & precepto ipſius Domini Ottonis redegi. Interfuerunt teſtes Dominus Obertus Terdonenſis Præpoſitus, Dominus Petrus de Bruxeto Terdonenſis Canonicus, Dominus Henricus Aquenſis, & Ottobonus. Rogatus ego Jacobus Not. &c.

Litteræ Innoc. Papæ III. Archidiacono Aq., ut exequi jubeat ſententiam a Canonico Terdon. latam in lite Mon. S. M., & S. Michaelis de Zebedo ex lacera membrana. Tabul. Mon. S. M.

MCCXII. 50

Innocentius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilecto filio Archidiacono Aquenſi ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Dilecta in Chriſto filia Abbatiſſa ſancte Marie de Aquis nobis humiliter ſuplicavit, ut definitivam ſententiam pro ipſa contra Eccleſiam ſancti Michaelis de Sebedo ſuper poſſeſſionibus, & . . . aliis a magiſtro O. Canonico Terdonenſi autoritate noſtra . . . juſtitia promulgatum . . . . . quo circa diſcretioni tue per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus . . . . ipſam ſicut eſt juſta facias per cenſuram Eccleſiaſticam appellatio poſtpoſita firmiter obſervari. Datum Signe V. Kalendas junii Pontificatus noſtri anno quinto decimo.

Præceptum Archid. Aquenſ. delegati factum Abbatiſſæ S. M. Aq., & S. Mich. de Zebedo, ut coram ſe compareant. Ex Tabul. ejuſd. Monaſt.

MCGXII. 51

Anno Dominice Incarnationis milleſimo ducenteſimo duodecimo XV. die martis XI. exeunte novembre in preſentia teſtium, quorum nomina ſubter leguntur. Octobonus clericus precepit mihi Scotoni publico Tabellioni, ut as litteras autenticarem, cujus tenor talis eſt: Reverendis dominabus Abbatiſſe ſancte Marie Aquenſi, & Prioriſſe s. Michaelis de Zebeo O. Aquenſis Archidiaconus in vero ſalutari ſalutem. Notum ſit benignitati veſtre nobis a Summo Pontifice injunctum eſſe, quod a Magiſtro O. Terdonenſi Canonico ſuper poſſeſ-

sionibus, & aliis rebus promulgatam si est justa, faciam censura Ecclesiastica firmiter observari, cujus tenor talis est: Innocentius Episcopus servus servorum Dei dilecto filio Archidiacono . . . salutem, & Apostolicam benedictionem. Dilecta in Christo Abbatissa s. Marie Aquensis humiliter supplicavit, ut . . . . . Ecclesiam s. Michaelis de Zebeo super possessionibus, & rebus . . . . . justicia promulgatam ... robur faceremus . . . . . ea scripta mandamus, quatenus sententiam ipsam, sicuti est justa, facias per censuram Ecclesiasticam appellatione remota firmiter observari. Data Signi VII. Kalendas julii Pontificatus nostri ann. XV. Quapropter nos auctoritate, qua fungimur precipiendo mandamus, quatenus secunda die post festum s. Andree coram presentiam nostram vos representetis, & quod justum fuerit, divina dante gratia vobis notificabimus.

Actum est hoc in Alexandria &c.

Ego Scota Notarius Sac. Pal. &c.

Appellatio in causa Mon. s. Mich. cum Abbatissa S. M. Aquensis a Gualterio Abb. Papien., & Episc. Cremon. ad Arcidiaconum Aquens. Ex Tabul. S. M. A.

52 MCCXII.

Anno Domini millesimo ducentesimo duodecimo indictione XIV. die sabbati I. mensis decembris in Papia apud monasterium s. Petri in Celo aureo in presentia &c. Henricus Scalionus procurator Abbatisse, & Monialium s. Marie de Campis de Aquis, pro ut in carta una a Jacobo Notario tradita continetur, appellavit a D. Gualterio Abbate suprascripti monasterii s. Petri in Celo aureo a D. Cremonensi Episcopo Apostolice Sedis legato, judice delegato in causa, que vertitur inter predictam Abbatissam ex una parte, & Priorissam, & Moniales s. Michaelis de Zibido ex alia, dicens, quod in ea causa non poterat procedere, quia ipsa causa commissa erat a Domino Papa Archidiacono Aquensi &c.

Ego Petrus de Curtemala sacri Palacii Notarius &c.

Venditio D. Vilielmi de Meladio possessionum, & jurium suorum in Bublio, s. Julia, & Cassinasco D. Nicolao de Bublio. Ex Tabul. Eccl. Maj.

53 MCCXVIII.

Anno Domini millesimo ducentesimo decimo octavo XIII. Kal. novembris in Meladio, prope castrum, in presentia infrascriptorum testium. Jacobus filius quondam domini Wilielmi de Meladio vendidit, & tradidit in allodium domino Nicolao de Bublio totum illud, quod ipse habet, & tenet, & possidet, & alter pro eo habet, & tenet, & est visus habere, & tenere, & possidere in Bublio, in sancta Julia, & Cassinasco, in villis, & castris, & in pertinentiis predictorum locorum, scilicet terras cultas, & incultas, homines, arbores, vineas, prata, nemora, jurisdictionem, cortile, forsiam, & virtutem, districtum, dictum, itenr casas, piscarias, & ripaticos aquarum, & patronatus Ecclesiarum predictorum locorum, & omnes alias res, quas in predictis locis, & in pertinentiis predictorum locorum habet, cum omnibus accessionibus suis, finito pretio denariorum bonorum Januensium librarum centum, de quo pretio suprascriptus venditor renunciavit exceptioni non traditi, & non numerati pretii, se bene quictum tenuit, & pagatum, renuncians illi legi, que dicit, quod venditor deceptus ultra dimidiam justi pretii recipiatur, & beneficio restitutionis in integrum, & cuilibet alio legum beneficio tali modo, quod prenominatus emptor suprascriptam venditionem liberam, absolutam habeat, & teneat, atque possideat, & ex ea toto tempore vite sue, & eredum suorum jure proprio, quidquid voluerint, faciant, sine omni contradictione istius venditoris, & ejus eredum, vel successorum suorum. Insuper prenominatus venditor suprascriptam venditionem, suprascripto emptori, & suis eredibus, seu cuicumque eam dederint, aut alienaverint ab omni homine, & in omni tempore cum stipulatione subnixa defendere promisit. Quod si defendere non posset, aut per quodvis ingenium subtrahere vellet; tunc &c.

Mutuatio facta pro Canonicis Aq. de quadam pecuniæ vi a Marchione Manfredo de Uxetio. Ex Tabul. Eccl. Maj.

MCCXXV. 54

Anno Domini milesimo ducentesimo vigesimoquinto indic. decimatertia die jovis vigesimaquarta aprilis in claustro Majoris Ecclesie Aquensis Dominus Presbyter Lanfranchus, Dominus Ardicio Archipresbyter de Melazo, Magister Paulus, & Magister Enricus ejusdem Ecclesie Canonici residentes in eadem Ecclesia pro Capitulo nomine ipsius Ecclesie ex mutuo fuerunt confessi se se recepisse a Domino Manfredo de Uzecio den. bon. Pap. lib. 23. . . . . quod debitum ipsi Canonici profitebantur se feciisse pro utilitate jam dicte Ecclesie, videlicet prosequendi causam, quam habent cum monasterio s. Petri super jure Parrochiali, quos denarios ei stipulanti, vel ejus certo misso usque ad VI. menses proximos sub pena dupli reddere promiserunt . . . . . Insuper Enricus Blancus, Otto Veri, inde debitores principaliter, & personaliter in omnem caussam se constituerunt promittentes in omnibus observare dicto Capitulo non observante, renuntiantes, quod non possint opponere se interceissise pro Clericis, obligantes omnia bona sua &c.

Interfuere testes Gulielmus Sardo, Facicutis, Wilelmus Petrus Baril, & Petrus Lavagna,

Ego Petrus Notarius S. P. &c.

Proteſtatio obedientiæ facta a Prioriſſa s. Mich. de Zebete Abbatiſſæ Aquenſi. Ex charta lacera Tabularii Monaſt. S. M. Aquenſis.

55 MCCXXV....(1)

Anno Domini milleſimo ducenteſimo vigeſimo . . . . . indictione V. . . die lune XXI. madii apud Cenobium s. Marie de Aquis preſentibus domino Anſelmo Aquenſi Epiſcopo, Bono Johanne Abbate s Petri Aquis Presbyteri . . Arnaudo Agradei, & . . . Aquenſ. . . . & Toto-bono Monaco dicti Monaſterii s. Petri, teſtes rogati, domina Helena Prioriſſa s. Michaelis de Zebete de ultra Pado confitens illam Eccleſiam, & prioriam dicti s. Michaelis ſubeſſe . . . . monaſterio ſancte Marie de Aquis, domne Cilie Abbatiſſe ejuſdem monaſterii, & ejus nomine recipienti . . . . fecit obedientiam; unde ipſa Abbatiſſa, & Epiſcopus juſſerunt . . . . . fieri.

Ego Petrus Not. S. P. rog. hanc car. ſcripſi.

(1) *Pertinet ad annum MCCXXVIIII. indictione II. qua dies lunæ concurrebat cum die XXI. maii. Anſelmus autem infulas tenuit uſque ad an. MCCXXXI.*

Electio Miniſtræ Eccleſiæ s. Michaelis de Boſco facta a Monialibus ejuſdem Eccl. Ex Tab. Mon. S. M. A.

56 MCCXXXI.

Anno a Nativitate Domini milleſimo ducenteſimo triceſimoprimo indictione decima die Dominico primo menſis marcii in Eccleſia s. Michaelis de Boſco domna Helena monaca, & ſoror ejus Eccleſie, ſeu monaſterii conſenſu, & voluntate D. Contiſſe ſororis, & Monace ejuſdem Eccleſie, & conſenſu, & voluntate Presbyteri Arnulſi clerici, & fratris ſupraſcripte Eccleſie, ſeu monaſterii ad honorem Dei, & Beate Marie ſemper Virginis, & s. Michaelis Archangeli, & omnium Sanctorum Advocatorum elegit, nominavit, conſtituit D. Jmuldam (*forte* Vimuldam) ejuſdem Eccleſie, ſeu monaſterii monacam, & ſororem in prioriam, & miniſtram ſepedicte Eccleſie, ſeu monaſterii, & ſalvo conſenſu, & voluntate Avance ſororis, & monace ſepedicte Eccleſie . . . & ſalvo jure, & honore domine Abbatiſſe Aquenſis, quod, & quem habet, vel videtur habere in confirmando, vel confirmandis priorjis, ſeu miniſtris ſupraſcripte Eccleſie, ſeu monaſterii &c. Interfuerunt teſtes Oglerius de Fraſcarolio, & D. Anricus Comes, & D. Bonefacius, & D. Henricus de Belengeriis teſtes.

Ego Bertolotus Fortianus S. P. N. interfui.

Terminatio confinium nemoris Moirani inter civitatem Aquis, & commune Montisboni. Ex Tabul. Civit.

57 MCCXXXV.

Anno Dominice Nativitatis milleſimo ducenteſimo trigeſimoquinto indictione VIII. die martis XII. menſis junii in Valle Potazani preſente Aicardo Affolle, Perſivallo, Henrico Pipero, Henrico Abbarum, & Jordano Cazulo placuit, & convenit inter Henricum Corteſſum, & Moxardum conſules de Montabono . . . . . Ad preſentiam, & conſenſum D. Villelmi Sivoleti, & cum ejus auctoritate Villelmi Ciconie, Araldi Cazole q. Andulfi de Fonte Magiſtri, & aliorum bonorum hominum de Montabono ex una parte, & D. Amizonum de Buſto Aquenſem poteſtatem ex altera nomine, & vice communis Aquis ſe ſe compromiſerunt in Henricum Blancum, Ottonem Morengum, Aquideum Bonziam, Vincentium de Braida . . . pro arbitris de omnibus litibus . . . que inter commune Montisboni . . . & commune, & homines Aquis vertebantur . . . ſuper confinibus, & coerentiis boſchi Moyrani verſus Potazanum . . . . . Henricus Blancus &c. ſententiando proferunt, quod boſcus Moyrani verſus Potazanum &c. tales habeat confines . . . ſcil. foſſatus perignol uſque in plano juxta Gandulfum de fonte Mulacium per directum uſque ad foſſatum vinearum, ita quod ſit rectus in capite foſſati, ſicut eſt via, & via illa uſque ad illam Gandulfi de fonte, & Melacie. Item ibidem inferius ſicut deſignat pringia boſchi de foſſato vinearum per directum uſque in plano Roche Martini, & ab illo plano, ſicut deſignat per directum uſque ad rocam Rapariam verſus boſcum Moyrani a principio uſque in finem, ſalva ſorta una terre cultive, que eſt communis Aquis, & eſt continua boſco uſque in Potazano, & a Pringia illius roche Rapere uſque ad teſtam terre Villelmi Ciconie, ſicut ſunt termini uſque ad Scarranum diſcoopertum Gandulfi de fonte, & ab illo Scarrono, ſicut eſt uſque ad viam ipſam, uſque ad foſſatum ſecus pira poſta, ſicut deſignat, & eſt boſcus per directum uſque ad foſſatum Culi, & cum via ad planum. Infraſcripti conſules D. Sivoletus &c. duas cartulas &c.

Ego Egerzius Palat. Not., ego Henricus Notarius &c.

Venditio terrarum hominibus de Bellomonte propoſita ab Abbatiſſa Aquenſ. cum Epiſcopi conſenſu. Ex lacera membrana Tab. M. S. M. A.

MCCXXXV. 58

Anno Domini milleſimo ducenteſimo trigeſimo quinto indict. VIII. die ſabbati primo Kalen. decembris dominus O. de Puteo Poteſtas Nicie, & cunctum conſilium ejuſdem loci de majore parte collectum . . . . . fuit in concordia habere raptum (ratum) & fecerit (firmum) quidquid voluerit facere D. O. Poteſtas Nicie de terris eſtimatis hominibus de Bellomonte per Ambaxatores communis Alexandrie, que fuerant domine Abbatiſſe de Aquis cum illa Abbatiſſa . . . nunciis aſſolvendo in illo conſilio dictas terras dicte Abbatiſſe hominibus de Bellomonte, quibus extimate erant dicte terre precepto domini O de Puteo poteſtatis Nicie; unde dictus O. poteſtas Nicie pre-

ſente pagina vobis domne Abbatiſſe facit manifeſtum, quod eſt paratus facere fieri emtionem dictarum terrarum vobiſcum, quando vobis placuerit, ſecundum quod fuit in concordia cum nuncio veſtro Gulielmo. Quapropter vobis denunciamus, quatenus ſi vobis placet facere dictam vendicionem, Sindicum veſtrum cum confirmatione domini O. Aquenſis Epiſcopi in proximo ad nos mittere procuretis ſcientes pro certo, quod quando venerit Sindicus veſter, habebimus abſolucionem dictarum terrarum ab R. poteſtate Alexand., ita, quod Sindicus veſter poterit, quandocumque venerit, omnia, que continebantur in litteris veſtris penitus adimplere.

Actum in villa Nicie. Ego Manfredus N. S. P. &c.

Litteræ Abbatis Monaſterii s. Juliæ, & Præpoſiti Bubbii Epiſcopo Papienſi, ut denunciet Comitem de Lomello eſſe excommunicatum, eo quod de Monaſterio s. Mich. ejecerit monialem inſtitutam ab Abbatiſſa Aquen. Ex Tabul. Mon.

59 MCCXXXVII.

Anno Domini milleſimo ducenteſimo trigeſimo ſeptimo indict. X. die martis XVII. martii in lobia monaſterii ſancte Julie. Reverendo in Chriſto Patri, & Domino R. Epiſcopo Papienſi Petrus Abbas Monaſterii s. Julie, & Albertus Prepoſitus Bublienſis judices a Summo Pontifice delegati in hanc partem ſalutem, & perpetuum in omnibus famulatum. Cum nos miſerimus, ſecundum quod jus poſtulabat auctoritate Domini Pape Abbatiſſam Aquenſem in poſſeſſionem Eccleſie s. Michaelis de Zebede propter contumaciam adverſe partis rebelles, & contradictores excommunicantes, & Nobilis Henricus Comes de Lomello, ſecundum quod audivimus, quamdam Monialem ibi inſtitutam a predicta Abbatiſſa de dicta Eccleſia s. Michaelis ejecit, ipſam contra mandatum Apoſtolicum, imo & contra nobilitatem ſuam turpiter, & inhoneſte tractando, vobis auctoritate Domini Pape, qua fungimur in hac parte precipiendo diſtricte mandamus, quatenus dictum Comitem denuncietis excommunicatum, & arcius evitari. Interfuerunt teſtes &c.

Ego Ubertus Notarius pal. &c.

Excommunicatio Comitis Lomelli facta ab Epiſcopo Papienſi. Ex Tabul. Mon.

60 MCCXXXVII.

Anno a Nativitate Domini milleſimo ducenteſimo trigeſimo ſeptimo indictione decima die ſabbati undecimo menſis aprilis in Papia in palatio Epiſcopali D. Robaldus Dei gratia Papienſis Epiſcopus auctoritate, & mandato dominorum P. Abbatis monaſterii s. Julie, & Alberti prepoſiti Bublii a Summo Pontifice delegatorum ſuper queſtione, quam Abbatiſſa monaſterii s. Marie Aquenſis, ordinis s. Benedicti contra monaſterium s. Michaelis de Zebede ejuſdem ordinis movebat, ut in reſcripto . . . plenius continetur, excommunicavit dominum Comitem Henricum de Lomello, quia D. Comes expulit Abbatiſſam Aquenſem, & ejus monialem Daminam nomine de poſſeſſione Eccleſie S. M. de Zebede. Interfuerunt Guido Croſus Canonicus Sancte Marie de Monte &c.

Ego Gulielmus Capella &c.

Deputatio procuratorum facta a Monaſterio S. M. Aquenſ., & a domo Humiliatorum de Fraſcarolio pro æſtimatione, & venditione bonorum s. Mich. de Zebede. Ex Tabul. ejuſd. Monaſt.

MCCXL. 61

Anno Domini milleſimo ducenteſimo quadrigeſimo indictione decimatertia die dominica III exeunte julii apud Eccleſiam s. Marie de Campis de Aquis preſentia &c. D. Lilia Abbatiſſa . . . . cum conſenſu, & voluntate ſuarum ſororum videlicet D. Sibilie, D. Matelde, D. Purpure, D. Fornarie, D. Otte . . . ordinant Ubertum Galeam civem Aquenſem ſuum certum nuncium . . . ſuper . . . controverſiis, quas habet, vel poteſt habere cum ſorore Elena, & ſororibus Humilitatis amminiſtratrix, vel amminiſtratrices ſoror . . . religionis de Fraſcarolio . . . . ad recipiendum pecuniam venditionis s. Michaelis de Zebede . . . & ad recipiendum ſecuritatem de predictis attendendis mulieribus, & domui religionis de Fraſcarolio, ut comparerent, & venirent coram dominis P. Abbate s. Julie, & A. prepoſito Bublien. a S. Pontifice in hac parte delegati, & ad faciendum concordium cum eis de negocio, & pacto, ſi quod fuerit prediorum s. Michaelis, & poſſeſſionum ejus, & omnia alia facienda.

Ego Nicolaus Notarius Pal. &c. Anno Nativitatis Domini MCCXL. indictione III. XIII. die veneris II. menſis novembris in Fraſcarolio. D. Elena de Peceto miniſtra domus Humiliatorum, & ſoror Umelia, & D. Salvatica, & Sibilia, & Elena, & Pipia, & Agnexia, & Bruna, & Bona, & Aicarda, & Jordana, & Alluminata, & Agnexina, & Margarita q: ſorores ſupraſcripte domus conſtituerunt . . . Johannem Clericum de S. Ambroxio de Ponte Vetero . . . procuratorem ſuper omnem cauſam, quam ipſe habent . . . cum monacis de Aquis &c.

Ego Guido Cerrus S. P. Notarius &c.

Subdelegatio Abbatis s. Juliæ Præpoſito Bubbii in quadam cauſa inter Abbatiſſam Aquenſ., & adminiſtratricem Humiliatarum Fraſcarolii. Ex Tabul. Mon.

MCCXL. 62

Anno Domini milleſimo ducenteſimo quadrigeſimo indictione decimatertia die dominico decimanona auguſti in curia monaſterii s. Julie D. Petrus Abbas dicti monaſterii a Summo Pontifice judex delegatus in cauſa, que vertitur, vel verti debet coram eo, & coram D. Alberto prepoſito

Bublienſi ſui conjudicis inter Abbatiſſam monaſterii ſancte Marie de Campis Aquis, & Helenam adminiſtratricem domus Humiliatarum religionis de Fraſcarolio ex altera, in preſentia D. Helene commiſit vices ſuas D. Alberto prepoſito Bublienſi conjudici ſuo promittens, quidquid D. Albertus fecerit, ratum, & firmum habere &c. Teſtes D. Petrus Monacus, Martinus Cancelarius.

Ego Ubertus Notarius Pal. &c.

Procuratio Eccleſiæ s. Mich. de Zebede quibuſdam Monialibus conceſſa ab Abbatiſſa Aquenſi, & illarum obedientiæ juramentum. Ex Tabul. Monaſt.

63 MCCXLI.

Anno Domini milleſimo ducenteſimo quadrigeſimoprimo indictione decimaquarta die dominico vigeſimoſexto madii D. Cilia Abbatiſſa monaſterii s. Marie de Campis Aquis ſub ſolario ipſius monaſterii conſenſu, & voluntate ſuarum ſororum, videlicet domine Sibilie, Purpure, Matelde, Fornarie, & Ote conſtituit, & ordinavit in . . . Imoldam, & Aranciam ſorores monachas predicti monaſterii ſuas procuratrices, & adminiſtratrices Eccleſie ſancti Michaelis de Zebede Papienſis dioceſis, & bonorum ipſius Eccleſie pertinentium ad monaſterium ſancte Marie de Campis Aquis; ita, quod debeant nomine predicti monaſterii ſancte Marie adminiſtrare bona dicte Eccleſie s. Michaelis bona fide, & ſine fraude, & ſtare ibi, & dimittere Eccleſiam illam, & bona ipſius Eccleſie, ſicut fuerit de voluntate predicte Abbatiſſe, & mandato, & ſucceſſorum ejus, & reddere rationem predicte adminiſtrationis, quandocumque ab ea, vel ab alio pro ea fuerint requiſite. Inſuper Imolda, & Arancia fecerunt obedientiam, tanquam monace monaſterii s. Marie predicte Abbatiſſe, & juraverunt attendere, &c. Interfuerunt teſtes &c.

Ego Ubertus Notarius Pal. &c.

Electio Procuratoris facta a Miniſtra manſionis s. Michaelis, Frugaroli, & Boſchi ex charta lacera Tabul. Mon. Aq.

64 MCCXLII.

Anno Domini milleſimo ducenteſimo quadrageſimo ſecundo indictione quintadecima . . . . . octavo idus aprilis . . . . . in palatio novo communis Dominus . . . . . Judex, & Vicarius D. Marini de Ebulo Imperiali auctoritate, ... poteſtate precepit Gulielmo Butigelle publicare . . . . . & in publicam formam redigere inſtrumentum, cujus tenor talis eſt: anno MCCXLII . . . . . D. Helena miniſtra manſionis s. Michaelis de loco Fraſcaroli . . . . . & s. Michaelis de Boſco . . . . . conſtituerunt . . . . . ſuum procuratorem . . . . . *Præceptum Judicis in cauſa Eccleſiæ ſancti Michaelis de Boſco cum Abbatiſſa ſanctæ Mariæ de Campis. Ex lacera membrana Monaſt. s. Mariæ.*

MCCXLII. 65

Anno a Nativitate Domini milleſimo ducenteſimo ſecundo indict. quintadecima die marcii ſecundo menſis decembris in Papia D. Morandus de la Porta judex, & Vicarius D. Marini de Eubulo Imperiali mandato pot. . . . domine C. Abbatiſſe s. Marie Aquen. ſalutem, & omne bonum. Preſenti inſtrumento vobis facimus manifeſtum, quod Gulielmus Capellarius (*Capellanus*) *in Papiam* venit ante noſtram preſentiam petens illam blavam . . . . . S. Mich. de Boſco, que fuit ſaxita ad veſtram petitionem &c.

Ego Bergundus de Ramana Notarius. Pal. &c.

Revocatio ſententiæ latæ a Bonifacio Præpoſ. s. Thomæ de Canellis delegato circa jura Monaſt. S. M. de Aquis in Eccleſia ſancti Nicolai de Quinzano. Ex Tabul. ejuſd. Monaſt.

MCCLIIII. 66

Anno Domini milleſimo ducenteſimo quinquageſimoquarto indict. tertia die ſabbati ſecundo menſis madii ad poſtulationem Petri de Puſterna Sindici venerabilis D. Purpure Abbatiſſe Monaſterii ſancte Marie de Campis de Aquis, & tocius conventus dicti monaſterii, & procuratoris D. Loterii Aquenſis prepoſiti nomine dicti monaſterii, & dicti prepoſiti. Qui ſindicus, & procurator petebat nomine predicto a D. Bonifacio prepoſito de Canellis ſubdelegato a D. Vinaudo Archipresbytero de Dolanis, ut ipſe revocaret ſententiam latam ab eodem ſubdelegato contra presbyterum Caſtellanum, vel dictum monaſterium, vel memoratum prepoſitum ſuper Eccleſiam ſancti Nicolai de Quinzano, vel rebus ejuſdem pro D. Rajmondo prepoſito s. Johannis de Inciſa, in qua ſententia . . . quod dicta Eccleſia deberet conferri, & aſſignari, vel quod dictus ſubdelegatus Eccleſiam predictam D. Rajmondo prepoſito contulit, & aſſignavit, & ipſum fore ponendum in poſſeſſionem corporalem dicte Eccleſie s. Nicolai, ſicut continetur in quodam inſtrumento facto a me Notario infraſcripto, cujus tenor talis eſt. Cum D. Bonifacius prepoſitus s. Thome de Canellis Aquenſis dioceſis ſubdelegatus D. Vinaudi Archipresbyteri de Dolanis, ſecundum quod apparet in litteris ipſius Archipresbyteri, tenor quorum talis eſt: ✠ Nobili, & prudenti viro D. Bonifacio Prepoſito Eccleſie s. Thome de Canellis Vinaudus Archipresbyter de Dolanis D. Pape executor, ſive delegatus ſalutem, & quodcumque poſſet ſervitii, & honoris. Noveritis 60me nuper recepiſſe D. Pape litteras ſub hac forma: Innocentius Epiſcopus Servus Servorum Dei dilecto filio Archipresbytero de Dolanis Albenſis dioceſis ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Dilecti filii

Raymundi prepoſiti Eccleſie de Inciſa merita nos inducunt, ut ipſum proſequamur benevolentia gracioſa. Obtentu itaque meritorum hujuſmodi diſcretioni tue per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus eidem prepoſito Eccleſiam campeſtrem s. Nicolai de Quinzano Aquenſis dioceſis ad monaſterium monacharum de Aquis ordinis s. Benedicti ſpectantem, ſi pro ut adſerit, vacaret ad preſens, & dicte moniales non fecerunt XXV annis elapſis eidem Eccleſie per aliquem deſſervire, auctoritate noſtra per te, vel per alium conferas, & aſſignes, non obſtante ſi eiſdem monialibus a Sede Apoſtolica ſit indultum, quod ad requiſitionem, ſeu proviſionem alicujus compelli . . . . interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per litteras Apoſtolicas, que indulti hujuſmodi non fecerint menſionem, aut aliqua alia indulgentia ſedis ejusdem, per quam non expreſſam preſentibus ipſius Prepoſiti proviſio impediri valeat, vel differri; ſeu ſi dicte moniales ſint de mandato noſtro ſuper ſimili proviſione gravate, ſive quod idem Prepoſitus alias beneficiatus exiſtit, contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſcendo. Datum Lugduni idibus decembris Pontificatus noſtri anno VIII. Unde quia pluribus negotiis impeditus predictis intendere non poſſum ad preſens vobis nihil in me retinendo ſuper premiſſis committo totaliter vices meas . . . citaverit canonice, & peremtorie presbyterum Caſtellanum, qui tenet dictam Eccleſiam s. Nicolai de Quinzano, ut veniret, vel compareret coram preſentia ipſius prepoſiti de Canellis, ſi vellet aliquid dicere, vel opponere contra dictum prepoſitum de Inciſa, vel litteras ipſius, qui Prepoſitus de Inciſa petebat a domino prepoſito de Canellis, ut ſibi conferret, & aſſignaret D. Eccleſiam s. Nicolai; non venit, nec aliquis pro eo, qui vellet, vel poſſet aliquid dicere contra D. prepoſitum de Inciſa . . . . . idem Prepoſitus de Canellis D. Eccleſiam s. Nicolai de Quinzano dicto prepoſito de Inciſa contulit, & aſſignavit, & precepit Michaeli Archipresbytero s. Johannis de Cunchis . . . . . ponat D. prepoſitum de Inciſa in poſſeſſionem corporalem D. Eccleſie s. Nicolai contradictores &c., & idem prepoſitus ſubdelegatus D. Archipresbiteri de Dolanis videns &c., quod dicta ſententia lata, vel data a ſe ipſo ſubdelegato fuerit data per errorem, & contra jus ſcriptum in prejudicium D. Monaſterii, & D. Prepoſiti, necnon dicte Eccleſie s. Nicolai, habita diligenti deliberatione, & conſilio ſapientum, preſente D. Prepoſito de Inciſa dictam ſententiam revocavit caſſando, & irritando eamdem ſententiam auctoritate ſibi commiſſa, vel delegata.

Ego Obertus Not. Sac. Pal. &c.

Locatio cujuſdam poſſeſſionis facta ab Abbatiſſa Monaſterii S. M. de Aquis. Ex Tab. ejud.

67 MCCLV.

Anno Domini milleſimo ducenteſimo quinquageſimo quinto, indict. decimatertia, die jovis, vigeſimo quinto martii ſub porticu Monaſterii ſancte Marie de Campis Aquis D. Purpura dicti Monaſterii Abbatiſſe conſenſu, & voluntate ſuarum ſororum monacharum dicti Monaſterii, videlicet domine Damine Priore, Sibilie, Matelde, Fornarie, Avantie, Sibiline, & Ote donat . . . . . Petro Amoſtri, & ſuis legitimis eredibus ab eo deſcendentibus ad fictum reddendum in perpetuum omni anno in Kalendis aprilis predicto monaſterio octo den. bon. propter petiam unam vinee jacentis in territorio Aquis, ubi dicitur Sambuetum coeret ei Templarii, via, Bonifacius Moytius, & Barreta. quod fictum &c. interfuerunt teſtes Henricus de Rocheta, Aquidinus Ocha, Bonifacius Cavallus.

Ego Ubertus Notarius publicus rogatus h. c. & aliam ejuſdem tenoris tradidi, & ſcripſi.

Locatio domus in civitate Aquen. facta ab Abbatiſſa Mon. S. M. hac lege, ut ſibi dimittatur, ſi propter bellum in ædibus Monaſterii tutæ non ſint. Ex Tabul. Monaſt. S. M.

MCCLX. 68

Anno Domini milleſimo ducenteſimo ſeſſageſimo, indictione tertia, die dominico, decimoquarto novembris in Aquis in domo B. Marie de Campis Aquis apud Eccleſiam preſentibus Henrico . . . Gelino, & Rufino Petri Guercii teſtibus rogatis, & vocatis D. Fornaria Abbatiſſa monaſterii s. Marie de Campis Aquis voluntate, & conſenſu ſororum ſuarum ibi reſiſtentium (*exiſtentium*) pro conventu, ſcilicet F. D. Mateldine Prioriſſe, D. Sibilie, D. Damine, D. Sibiline, D. Fornarine, D. Gadie, & D. Otte converſe dedit in feudum per ſe, & ſuos eredes D. Wilelmo Johanni civi Aquenſi, & ſuis legitimis eredibus domum ſuam de civitate Aquis, cui coeret via publica, Monaſterium s. Petri, Wilelmus Fargualdus, & flumen Medrici . . . . . tali modo, pacto, & conditione . . . . . quod ſi guerra, vel diſcordia eſſet in Aquis, vel inter illos de Aquis, vel alias perſonas, ita quod domna Abbatiſſa, & monace, & res, & familia monaſterii non auderent ſtare ad monaſterium ſecure, neque poſſent, quod D. Johannes, vel ſui eredes ipſas dominas familiam, & res ſuas reducent in domo predicta, vel eis dominabus daret, & accommodaret aliam domum competentem ad ſtandum, & ſe reducendum &c.

Ego Bertolomeus Not. Pal. &c.

MCCLXV. 69

Anno milleſimo ducenteſimo ſexageſimo quinto, non. julii Breve Clementis IV. Papæ, quo Abbati Fructuarienſi confirmat bonorum omnium antiquas poſſeſſiones, ac jura. Dat. Peruſii . . . . . in Epiſcopatu Aquenſi Abbatiam s. Juliæ de Bubio, Eccleſiam s. Mariæ de Fraſcata, Eccleſiam s. Victoris de Calamandrana. In Archiep. Januenſi . . . Saon. . . . Alben., Aſten. . . . . Eccleſiam s. Jacobi de Loazolio (*nunc diœceſeos*

Aquensis) &c. *Scritture della Corte di Roma per la Badia di s. Benigno docum. num. XI.*

Donatio ususfructus ad vitam duobus conjugibus, qui bona sua Monasterio S. M. Aquis dederunt. Ex Tabul. Monast.

70 MCCLXVII.

Anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo septimo, indict. decima, die Dominico, quarto exeunte augusti sub solario monasterii sancte Marie de Campis Aquis, presente D. Loterio Aquensi Preposito, D. Baudezono Aquensi Canonico, Uberto Multure, Albertono de Alice, Uberto Meliorato, & Acurso de Cormorino testibus rogatis. D. Fornaria Abbatissa monasterii supradicti consensu, & voluntate D. Matelde priore, D. Sibilie, Multure, D. Sibilie de Janua, D. Saraxine, & D. Margarite pro conventu residentium dedit . . . . & donationem irrevocabilem fecit Arnaudo Miglino, & uxori sue Alaxie pro victu, & vestitu suo, usumfructum, & habitationem in vita ipsorum giugalium domus, campi, & vinee, quas, & quos ipsi jugales fuerunt confessi, se dedisse D. Abbatisse inter vivos nomine dicti monasterii, ut patet per publicum instrumentum factum per me infrascriptum Notarium, quod sic incipit anno Domini MCCLXVII. indict. X. die martis prima februarii &c., & inde plura instrumenta unius tenoris fieri rogavit cum consilio Sturionis Bellexii.

Ego Bonus filius Notarius Pal. interfui, & hanc cartam scripsi.

Jus decimas percipiendi in agro oppidi Saxelli ab Episcopo Oddone concessum Petro Bertaldo. Ex Tabul. Eccl. Maj.

71 MCCCVII.

Anno Domini millesimo tercentesimo indictione quinta die dominico tertio octobris in Pereto apud Ecclesiam dicti loci, presentibus Domino Petrazano de Petrazanis Vicario Domini Archiepiscopi Mediolanensis, Domino Belegio, Johanne de Aquis testibus vocatis Venerabilis P. D. D. O. Dei gratia Aquensis Episcopus pro se, & successoribus suis in Aquensi Ecclesia cum una macia, quam in manibus habebat investivit Petrum Bertaldum de Saxello per se, & suos successores legitimos ex se natos de decima, & decimatione omnium possessionum, terrarum, & bestiarum, seu fructuum ipsarum de tota villa Saxelli, & ejus posse, quam ipse Petrus, & antecessores sui tenuerunt, & tenere consueverunt in dicta villa Saxelli, & ejus posse ab Aquensi Ecclesia, seu ab ipso Aquensi Episcopo, salvo jure cujuslibet persone habentis melius jus in dicta decima, & Aquensis Episcopatus. Qui dictus Petrus per se, & suos eredes juravit fidelitatem ipsi Domino Episcopo, & omnibus Catholicis successoribus in Aquensi Ecclesia, pro qua investitura idem Dominus Episcopus confessus est se habuisse a dicto Petro Craflonos duos &c.

Fidelitas præstita Mediolani ab Episcopo Oddone Henrico VII. Regi. Ex pag. XXII. Protocolli Bernardi de Mercato Notarii Henrici Regis existentis in A. R.

MCCCXI.

72 Anno, & indictione, quibus supra (MCCCXI.) die VIII. mensis januarii in domo Episcopali (*Mediolani*) presentibus dominis Treverensi, & Mediolanensi Archiepiscopis, Leodiensi, & Pergamensi Episcopis, Dominis Vualar, Henrico de Flandria, Andrea de Garretis, Berardo Layolis, Henrico de Gheldonia, & pluribus aliis &c. Frater Leo Episcopus Comanus, Dominus Odo Episcopus Aquensis, D. Fridericus Episcopus Brixiensis fuerunt investiti per ceptum (*sceptrum*) Regale ut supra, & fecerunt fidelitatem; & juramentum fidelitatis prestiterunt, ut supra

Revocatio investiturae decimarum Altexeni, & Castelleti factæ Friderico M. Ponzoni ab Oddone Episcopo Aquensi, & confirmatio emtionis earumdem a Capitulo Eccl. Saon. per D. Conradengum de Niella. Ex Tabul. Monast. S. Catherinæ Aq.

MCCCXXVII.

73 In nomine Domini Nostri Jesu Christi. Amen. Anno Nativitatis ejusdem MCCCXXVII. indictione X. die XXVII. julii in castro Bestagni, presentibus Johanne Bestagno de Bestagnis, & Nicolino filio quondam D. Thome de Predasco testibus vocatis, & rogatis. Reverendus Pater Dominus Oddonus Dei gratia Aquensis Episcopus considerans, & diligenter attendens emtionem decimarum, quas Ecclesia s. Marie de Saona, sive capitulum dicte Ecclesie colligere, & habere consuevit ab hominibus Altexeni, & Castelleti diocesis Aquensis a capitulo dicte Ecclesie factam per Dominum Rolandum Conradengum de Niella, de qua emtione apparet publico instrumento scripto manu Gulielmi Palmerii de Saona Notarius S. Imperii sub anno Domini MCCCXXIII. indict. VI. die lune 1. augusti, & attendens, quod ipse D. Episcopus nomine Ecclesie Aquensis fuit in causa, & questione cum D. Rolando tamquam Sindico capituli predicti coram discreto viro D. Martino Archipresbytero . . . . . delegato per D. Bertrandum tituli s. Marcelli Presbyterum Cardinalem, & legatum Domini Pape in Lombardia, & quod in causa, & questione predicta jus dictarum decimarum adjudicatum dicto Capitulo, volens in hac parte d. Domino Rolando, tamquam causam habentem a dicto Capitulo agnoscere bonam fidem nomine d. Aquensis Ecclesie ratificavit, & approbavit emtionem predictam, & sententiam prelibatam, salvo semper jure Aquensis Ecclesie, & volens observare preceptum D. D. Delegati pro ut tenetur, & debet de jure, ad cautelam revocavit quamcumque concessionem jurium dictarum decimarum, que reperiretur facta per ipsum D. Epi-

ſcopum alicui perſone, & ſpecialiter D. Friderico filio D. Albertini Marchionis de Ponzono. Et quia conceſſio in prejudicium dicti Capituli, & juris alieni fieri non potuit, caſſavit, & anullavit dictam conceſſionem factam D. Friderico, decernendo, ipſam nullius valoris, & firmitatis vim habere, promittens omnia, & ſingula ſupraſcripta nomine Aquenſis Eccleſie dicto D. Rolando perpetuo habere rata, & firma &c. ipſum, vel eredes ipſius non moleſtare, nec moleſtari facere, quominus habeant, & percipiant jura dictarum decimarum, & decimas ſupradictas, & inde tam dictus Epiſcopus, quam D. Rolandus plura inſtrumenta fieri preceperunt per me infraſcriptum.

Ego Burgarinus Multura de Aquis publicus Imperiali auctoritate Notarius, & Officialis dicti D. Aquenſis Epiſcopi his omnibus interfui &c.

Poſt hanc cartam ſequitur alia, qua idem Epiſcopus cum baculo, quem in manibus tenebat, inveſtit in rectum, ac nobile feudum nobilem virum D. Conradengum, & ejus hæredes de decimis Altexeni, & Caſtelletti, qui poſtmodum hoc eodem anno, ac die D. Epiſcopo præſtitit fidelitatis juramentum. Anno vero MCCCXLII. a Baliano Scorſuto Notario rurſus ex Autographo deſcripta.

Approbatio ſolemnis cujuſdam conſtitutionis Bened. XI facta ab Archidiacono Alex. ex dono V. C. Chennæ V. G. ejuſd. diœceſ.

74 MCCCLII.

In nomine Domini. Amen. Anno Nativitatis ejuſdem MCCCLII. indictione V. die I. menſis junii in Eccleſia majori ſancti Petri civitatis Alexandriæ præſentibus me Notario infraſcripto ac Ven., ac diſcreto domino Dominico Catano de Alice de Guaſchis Cantore, & Canonico D. majoris Eccleſiæ, Fratre . . . . Robino Priore Fratrum Carmelitarum de Alexandria, Johanne Mantello juriſperito, ac Fratre Stephano Mantello ordinis ſervorum s. Mariæ Eccleſiæ s. Stephani de Bergolio de dicta Alexandria teſtibus vocatis ad . . . . rogatis R. P. D. D. Franciſcus de Puteo Dei gratia Archidiaconus, & Ordinarius predictæ majoris Eccleſiæ ad inſtantiam, & requiſitionem . . . . . ori viri D. F. Johannis de Quargnento Prioris Eccleſiæ . . . S. Stephani petentis autenticari privilegium infraſcriptum præcepit mihi perpetuo Bellaxena Notario publico infraſcripto, & Officiali ſuo, ut infraſcriptum privilegium quod . . . . cum bulla pulmbea cum filis Sericis rubri, croceique coloris . . . . . Romanæ Curiæ, & coram . . . . perlectam autenticarem, exemplarem, & in formam publicam redigerem, ut eidem authentico tanta fides adhibeatur quanta originali predicto cujus etiam privilegii tenor ſequitur ut infra

Benedictus &c. (Eſt conſtitutio, qua approbavit ordinem Servorum s. Mariæ, & invenitur in bullario Romano. T. II. p. II.) dat. Laterani III. idus februarii Pontificatus noſtri anno primo (*ſcil. MCCCIV.*)

Ego Perpetuus Bellaxenia de Alexandria Quarterii Bergolii publicus Imperiali auctoritate Notarius, & præfati D. Archidiaconi Officialis ſupraſcriptum privilegium ſicut præmittitur bullatum vidi, ipſumque coram eodem D. Archidiacono de verbo ad verbum legi, & de ipſius mandato autenticavi. &c.

Terminatio confinium inter civitatem Aquen., & locum Alicis. Ex Tabul. civit.

MCCCLIX. 75

Anno Nativitatis Domini milleſimo tercenteſimo quinquageſimonono, indictione duodecima, die martis, tertia ſeptembris hora nona in podio Chodario poſt Eccleſiam ſancti Thibaldi ſituatam ſuper dicto podio . . . Nos Bauduinus de Rochetta ex Marchionibus Inciſe, & Baſtianus de Monterocha Papienſis, Vicarius Illuſtris Domini Johannis Marchionis Montisferrati, ac Commiſſarius ſpecialiter deputatus a prefato Domino Marchione ſuper queſtionibus agitatis inter communia . . . Aquis . . . & Alicis . . . occaſione territorii certorum finium . . . ſententianus . . . ut infra . . . terminorum poſitionem infraſcriptam primum (terminum poſuimus) loco ubi dicitur in Ermelina juxta ſtratam publicam, qua itur a civitate Aquis verſus caſtrum Richerium in medio duorum podiorum, quorum unus vocatur podius de Bava, ſive de Faloppa, ſive de Vercellis, & eſt verſus deverſus partem montis Richerii; alter vocatur podius montis Moralis, ſive montis Bonifredi, & eſt deverſus partem Aquis; volentes, quod quidquid territorii eſt ultra dictum terminum verſus montem Richerium, ſit de territorio Alicis, & quidquid eſt a dicto termino verſus Aquis, ſit territorii Aquis reſpiciendo verſus vallem, que appellatur Vallis Cantarane uſque in foſſato, qui protendit in valle Moyrani, ubi terminatur . . . territorium Aquis, ut pars inferior deverſus Aquis, ſit territorii de Aquis, & pars ſuperior verſus caſtrum Richerii ſit de territorio Alicis, & veniendo per rectam ſtratam publicam a loco dicti termini uſque ad locum termini infraſcripti, quidquid territorii eſt a manu dextera a ſtrata ſuperius ſit territorii Aquis, & quidquid eſt a manu ſiniſtra, & ex parte inferiori deverſus Alicis ſit territorii Alicis . . . . . .

Deinde poſuimus unum terminum in loco, qui dicitur ad Charrobium montis Chodarii, ſive Caſtagnolle juxta ſtratam publicam, cujus termini deſignationes ſunt tales; quia volumus dictum terminum reſpicere . . . ſuper montem, & in ſummitate montis Chodarii dividendo montem, ſive podium per medium, & veniendo a dicto termino, uſque ad dictam ſummitatem podii per quamdam ſtratam, que eſt quaſi cooperta juxta quam eſt quedam pirus, appellata pirus Marchionis; & quidquid eſt territorii a dicto termino, uſque ad dictam ſummitatem podii a dicta ſtrata inferius deverſus Aquis includendo campum, ubi eſt dicta pirus, & dictam arborem piri ſit de poſſe Aquis, & reſiduum quod eſt a manu ſiniſtra ſit de poſſe

Alicis, & medietas dicti podii deversus Alicem sit territorii Alicis, & alia medietas deversus Aquis sit territorii Aquis . . . & in descensu dicti podii usque ad locum, qui dicitur in costa de Chodario, usque ad locum termini infrascripti quidquid est a parte sinistra deversus aliam sicut . . . decurrit aqua . . . . . sit de posse Alicis &c. Deinde posuimus alium terminum . . . . in loco, qui dicitur costa de Caudano intra vallem dictam de Casali, & costam dictam Castagnete, & respicit quemdam alium terminum jamdiu existentem antiquum . . . . in loco, qui dicitur in collo vallis Casalis, & Castagnete prope nucem Gamalarii, que nux est a parte sinistra dicti termini versus aliam quasi per trabucos octo, vel decem, vel circa, cujus termini vires . . . sunt: quidquid territorii est a manu dextera sint . . . . de territorio Aquis &c.

Deinde posuimus in dicto loco vallis Casalis terminum, de quo supra proxime . . . . & a dicto loco dicti termini per quemdam senterium eundo per Serram, que est intra vallem de Castagneta, & vallem Casalis usque ad locum, qui dicitur in capite vallis Mosne, quidquid est . . . versus Alicem sit . . . . Alicis &c.

Postea in dicto loco inter vallem Mosne, & boschum communis Aquis, qui dicitur Scuazolus posuimus . . . . terminum in capite Castagneti illorum de Alice, qui respicit quendam alium terminum prope per nos positum . . . descendendo inferius juxta quemdam parvum vialem, & ad istum terminum ultimum ex toto terminatum sit territorium Alicis, ut ultra non se extendat, & veniendo inferius quasi in fine Castagneti illorum de Alice . . . quidam rivulus . . . Mosne sit terminus predictorum, quia quid est nemoris . . . . a dicto rivolo versus Aquis sit de territorio Aquis, & quidquid est deversus Alicem sit Alicis usque in rivum Merii, ubi finitur dictus rivulus, & ibi sit determinatum territorium Alicis ab illa parte rivi Merii; ita quidquid est a parte dextera dicti rivi Merii veniendo versus Aquis sit territorii Aquis. Item viso instrumento producto per illos de Alice coram nobis faciente mentionem de costa de Cuneo, & de Campo D. Marchionis, que sunt juxta rivum Merii inter civitatem Aquis, & loci Alicis pronunciamus quod . . . habeat firmitatem.

Item dicimus, quod de bannis Campestribus fiat punitio, & exactio secundum ordinem, quo fit . . . inter commune Aquis, & Septebrii exigendo dicta banna secundum capitula facta inter dictum commune Aquis, & Septebrii.

Et hec presente Savio Bauducio de Fontanili, Ottono de la Porta, & Marchione Gulielmo Bellerato de Aquis Sindicis . . . Aquis, & presente Johanne Leone, & Gulielmo Parano de Alice Sindicis . . . de Alice.

Ego Roglerius de Cataffis publicus Papiensis Notarius &c.

Donatio inter viros Ludovici M. Ponzoni quibusdam de Ponzono. Ex Tabul. Monast. S. M. Aquen.

76 MCCCLVX.

In nomine Domini. Amen. Anno ejusdem millesimo tercentesimo sexagesimoquinto die primo januarii actum in burgo Punzoni presentibus &c. D. Ludovicus Marchio de Punzono sua propria voluntate, & ex certa scientia propter multa servicia, que in preterito habuit, & in futurum sperat habere a Manfredo, & Mario de Punzono fecit . . . donationem . . . . inter vivos dicto Manfredo per se, & suis eredibus secundum usancias Punzoni de quadam petia terre laborative, & zerbe cum domo . . . in posse Punzoni in loco ubi dicitur Cerree &c.

Ego Rofredus de Rofredis de Meladio Imper. auct. Not. &c.

Locatio vectigalium civitatis Aquen. ad conficiendam pecuniam pro emtione civit. Albæ ex præcepto March. Montisferati. Ex Arch. Civit.

MCCCLXX. 77

Anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo indictione octava die undecima martii. In civitate Aquis in palatio communis in pleno, & generali Concilio civitatis &c. Nobilis vir Dominus Johannes Cavazonus de Ast Potestas civitatis Aquis ad instantiam &c. dicti Concilii . . . . nemine discrepante . . . pro bono, & utilitate, & evidenti causa dicti communis pro imminentissima, & necessaria causa . . . solvendi florenos L. auri pro emtione Albe precepto illustris Principis, & D. D. Johannis Marchionis Montisferrati Imperialis Vicarius, cum non esset penes Gulielmum Ainardum de Aquis Clavarium &c., nec in apotheca, seu camera dicti communis, unde pecuniam . . . solvendi dictos florenos L., & cum non esset . . . ad vendendum aliquid aliud cum minori incommoditate, quam tota beccaria . . . facta pluries subhastatione dicte totius beccarie . . . Gulielmus Bicutus de Aquis . . . & Franciscus Gripecli de Aquis obtulerunt se daturos pro redditibus dicte Beccarice lib. L. Januenses. Ecce quod dictus Potestas de consensu Consiliariorum &c. unanimiter &c. tradidit domino Gulielmo, & socio &c. hinc ad diem XIIII. madii usque ad duos annos proxime venientes totam beccariam &c. pactis, & conventionibus infrascriptis. Primo videlicet quod aliqua persona de Aquis, seu aliunde non audeat &c. interficere &c. aliquas carnes &c. nisi palam, & cum scitu dictorum emptorum. Item super facto inflandi bestias, quod . . . additio facta super Capitulo civitatis Aquis, quod inc. *Caveant Beccarii* teneat in omnibus. Item quod quilibet vendens &c. carnes &c. debeat &c. solvere dictis emptoribus &c. de qualibet bestia bovina sol. VII. Januenses. Item de quolibet porco, seu porca sol. II. Januen. Item

de caſtrono ſol. 1. jan. Item de capra, ſeu irco ſol. 1. jan. Item de pecude, ſeu ariete ſol. 1. jan. Item de agno den. IV. jan. Item de capreto den. IV. jan., & hoc ſub pena &c. ſol. X. Aſten. Quorum bannorum Poteſtas civitatis Aquis &c. habeat tertiam partem, accuſator aliam tertiam, & dicti emtores aliam tertiam; & quod &c. Poteſtas &c. poſſit inquirere ex officio ſuo, & habeat de his, que inveniet &c. medietatem, & dicti emtores aliam medietatem &c. Quod quidem pretium Poteſtas, Conſiliarii &c. confeſſi fuerunt ſeſe recepiſſe &c., & in dictam cauſſam tam grandem, & neceſſariam ſolemniter, & integraliter fuiſſe converſum &c. Quorum Conſiliariorum nomina ſunt hec: Mattheus Bellexius, Ottonus de Porta, Paganinus Bellexius, Franciſcus Saladonus, Fridericus de Porta, Muſſus Cutis, Petrus Ainerdus, Gulielmus Ainerdus, Gulielmus Burianus, Nicolettus Boni, Johannis Antonius Beſſurius, Marchio Calderarius, Petrus Acetus, Antonius Aragoni, Henricus Boccaccius, Perronus Bordella, Bonenus Gelinus, Jacobus Turius, Johannes Anger, Rufinus de Bono, & Guietus Lupus.

Ego Antonius de Porta de Aquis P. I. A. N., & Officialis Communis Civitatis Aquis &c.

Conventiones inter Civitatem Aquenſem, & Commune Alicis. Ex Tabul. Civitatis.

79 MCCCLXXXIII.

Anno MCCCLXXXIII., indicione III., die V. marcii. In Aquis in domo Domini Antonii Marenchi preſentibus Antonio Beſurio, Nicolino Chriſtiano ambobus de Aquis, & Nicolino Barberio de Tridino teſtibus &c. Gaſpardus de Ruſineta Sindicus Communis Aquis parte una, & Bartholomeus de Cavatore Sindicus . . . . Communis . . . . Alicis parte altera de queſtione vertente inter dictas univerſitates &c. ſe compromiſerunt in Dominum Franciſcum Bellexium, Philippum Talicis, & Dominum Antonium Marenchum de Tercio promittentes attendere &c. ſub pœna florenor. CC. auri &c. . . . . .

Nos Antonius Marencus, Franciſcus Bellexius, & Philippus Talicis Arbitri . . . . . aſſumpti, & electi a Commune &c. ſuper . . . . . queſtionibus inter dictas univerſitates vertentibus ratione confinium, & fodrorum, ac aliarum impoſitionum, ad quas dicta univerſitas Aquenſis certas perſonas de Alice . . . . . volebat obligare ad ſolvendum taleas, & collectas, & ad ſupportandum alia gravamina in civitate Aquis pro terris, & poſſeſſionibus quibuſdam, quas certæ . . . . de Alice tenent, & poſſident . . . . in territorio dicti loci Alicis per atterminatores aſſignato, de quo univerſitas Alicis, ac dicte perſone reputantes ſe per injuriam aggravatos aſſerebant ſe ad predicta non teneri, maxime quia eis durum videbatur, quod diſtrictuales Alicis pro terris, & poſſeſſionibus, quas in territorio Alicis poſſidebant, fodra, & alia gravamina deberent ſolvere. Aquis Pro parte vero univerſitatis Aquenſis dicebatur infraſcriptos de Alice teneri ad ſolvendum in Aquis pro ſumma regiſtri civitatis Aquis, in quo illi de Alice ſunt regiſtrati in regiſtro de Aquis, & hoc propter longam, & longiſſimam conſuetudinem, ac vigore ſententie late per D. D. Balduinum de Roccheta, & Johannem de Chiſembertis tamquam arbitros a dictis ambabus partibus electos, de qua ſententia conſtat publico inſtrumento per Johannem de Monteferrato Notarium &c. . . . . Pro parte vero hominum univerſitatis Alicis contrarium dicebatur videlicet, quod predicti de Alice ad ſolvendum munera in Aquis minime tenebantur non obſtantibus propoſitionibus allegatis pro parte illorum de Aquis, & potiſſime vigore cujuſdam definitive ſententie late inter dictas univerſitates per D. D. Baudinum de Roccheta, & Baſtianum de Montejoca de Papia Commiſſarios ad predicta deputatos, cui ſententie allegabant illi de Alice ſtandum eſſe, per quam dicebant eſſe derogatum illi ſententie late per predictos D. D. Baudinum, & Johannem, de qua ſententia conſtat ex tenore publici inſtrumenti coram nobis per ipſas univerſitates producti ſcripti manu Roglerii de Caraſſis de Papia Notarii publici. Viſis itaque dictis ambabus ſententiis &c., auditis quoque &c., lectis &c., examinatis &c., etiam &c. greſſus quoque noſtros ad territoria ſupraſcripta, & ad deſignationem dictorum territoriorum dirigentibus &c. Chriſti, ac Virginis ejus Matris nominibus invocatis &c. in palacio Communis Civitatis Aquis &c. in his ſcriptis unanimes & concordes &c. in primis pronunciamus . . . . . & per omnia approbamus terminos deſignatos, & appoſitos per ſententiam arbitramentalem lectam per D. D. Baudinum de Roccheta, & Joannem de Chiſembertis pro perennibus, ac veris terminis, & regionibus deſignantibus, & dividentibus poſſe, & territorium civitatis Aquis a poſſe, & territorio loci Alicis, ita quod quidquid territorii eſt a dictis terminis verſus civitatem Aquis ſit, & eſſe debeat . . . . perpetuo territorium, & juriſdictio dicte Civitatis adeo, quod univerſitas Alicis . . . . . in territorio Aquis . . . . non poſſit jus aliquod pretendere ſe habere, & quidquid a terminis verſus Alicem eſt territorii, illud territorium ſit poſſe, & juriſdictio loci Alicis, adeo quod Univerſitas . . . . . Aquis . . . . . non poſſit de cetero jus aliquod pretendere ſe habere ultra dictos terminos in poſſe, & juriſdictione, & territorio loci Alicis. Nam per hanc noſtram ſententiam dictis ambabus partibus, ſive univerſitatibus, ne una aliam . . . . . moleſtet, aut perturbationem inferat in predictis territoriis . . . . . adjudicatis ut ſupra, perpetuum ſilentium imponimus: item pronunciamus &c. Quod homines, & perſone de Alice in ſententia lata per Dominos Baudinum, & Johannem, que perſone vigore dicte ſententie reperiuntur aſtricte ad ſolvendum fodra, & collectas in Aquis pro rebus, & poſſeſſionibus poſitis ſuper poſſe Alicis, ut in dicta ſententia fit mentio, que perſone ſunt iſte ſcilicet Georgius de Pernis, Morandus de Pernis, & Albertus, & Henricus de Pernis, Niger de Pernis, Franciſcus Ferrarius nepos ſuus, Johannes Ferrarius, Ucellus de Pernis heredes Antonii Cumerdi de cetero, & in perpetuum

ipſe perſone, & quelibet earum, & cujuslibet ipſarum heredes, & cauſam, & titulum ab eis habentes ſine aliqua exceptione teneantur, & debeant ſolvere impoſitiones, & fodra imponenda in Aquis per Magiſtratus, & cives ejuſdem Civitatis, & alia onera realia in dicta Civitate agnoſcere pro modo ſumme regiſtri, ad quod dicte perſone in Aquis preſentialiter regiſtrate, & poſite pro modo terrarum, & poſſeſſionum pro quibus, & de quibus in dicta civitate Aquis dicte perſone onera realia in Aquis longo tempore ſolite fuerunt agnoſcere. Non tamen per hanc noſtram definitionem intendimus terras . . . . . predictarum perſonarum Alicis in regiſtro Aquis, ut premittitur regiſtratas, eſſe, ſeu eſſe cenſeri poſſe territorium, aut juriſdictionem civitatis Aquis, immo intelligantur omnino, & eſſe debeant in poſſe territorio, & juriſdictione Alicis. Verum quia eſt noſtre intentionis, quod perſone predicte Alicis, & eorum heredes, & deſcendentes, & cauſam ab eis habentes omni dolo .... remoto de cetero ſolvant in integrum dicta fodra in Aquis, & munera realia agnoſcant &c. . . . . ideo pronunciamus . . . . . quod Dominus Caſtellanus Alicis, & Conſules, & Rectores Alicis . . . . . debeant dictas perſonas . . . . . compellere, ut vadant, vel mittant in terminis congruis . . . . . ad ſolvendum fodra, & alias impoſitiones in Aquis, & ſi fortaſſis contingeret ſolutionem per dictas perſonas de Alice, ſive heredes earum, aut cauſam habentes . . . . . dimitterent . . . . . ne dicta univerſitas . . . . . detrimentum patiatur . . . . . largimur, ut poſſit ad bona perſonarum de Alice in Aquis regiſtro . . . . . regiſtrata recurſum habere . . . . . & ne dicte partes de Alice videantur portare moleſte de dictis poſſeſſionibus in poſſe Alicis ſituatis agnoſcere munera in Aquis . . . . . Ideo laudamus, quod univerſitas Aquis, ſi, & quando per univerſitatem Alicis, vel per ejus Sindicum requiſita fuerit, quod teneatur, & debeat detrahere, & decalare de regiſtro, & ſumma regiſtri Curie Aquis terras, & poſſeſſiones predictorum de Alice in poſſe Alicis, ut premittitur exiſtentes, dum tamen & ſi perſone de Alice, quorum terre fuerint, ut premittitur in dicto regiſtro Aquis decalate, reperiantur habere . . . . . ſuper . . . . . juriſdictione Aquenſi terras, & poſſeſſiones, & res equivalentes . . . . . dictis terris, & poſſeſſionibus decalatis; adjicientes, quod ipſe res, terre &c. aſcribantur, & ponantur in regiſtro Aquis in ſcontrum, & cambium . . . . . poſſeſſionum decalatarum. Qui valor, & equivalentia poſſeſſionum ponendarum in ſcontrum committatur . . . . . duobus bonis viris communibus a qualibet dictarum Communitatum eligendis, & deputandis fideliter, qui exiſtimationem faciant .... cum ſacramento &c. quorum . . . . . taxationi ſtetur in predictis . . . . . & ſi . . . . . alique alie perſone . . . . . Aquis aliqua bona teneant . . . . . de quibus in Aquis ſolvere fodra . . . . . non fuit conſuetum, quod ille . . . . . fodra ſolvere non debeant . . . . eodem modo dicimus . . . . . Quod Antonius Beſſurius, vel unuſquiſque alius concivis de Aquis, ſive aliunde habens bona . . . . . in poſſe Alicis . . . . . pro quibus longo tempore conſuetum non fuit fodra ſolvi . . . . . non poſſint aſtringi ullo modo pro parte univerſitatis Alicis ad ſolvendum illic aliqua fodra &c. Inſuper quia per univerſitatem Aquis petebatur a dictis perſonis de Alice in regiſtro Aquis regiſtratis, ut varias, & plurimas fodrorum, & talearum impoſitiones temporibus preteritis impoſitas ſolverent .... per hanc .... ſententiam liberaliter abſolvimus, & a dictorum preteritorum fodrorum ſolutione . . . . . pro dicto tempore . . . . . abſolutas eſſe volumus, addentes quod a tempore citra hoc eſt a die XV. junii anni MCCCLXXX. dictas perſonas . . . . . ad ſolvendum taleas &c. a dicto tempore .... futuriſque temporibus ... imponendas in civitate predicta aſtringimus . . . . . Verum quia equum, & juſtum nobis viſum fuit, & eſſe juri, & equitati conſonum, ut, qui ſentiunt onera, debeant ſentire, & commoda . . . . . diſponimus, quod ille perſone onerate &c. valeant impune ... ſuper poſſe, & juriſdictione Aquis beſtias paſchari, arborari, herbam colligere, & deinde portare.

Acta, & lata . . . . ſententia . . . . preſente egregio viro Domino Gulielmo de Cochaſtello ex Dominis Montilii honorabili Caſtellano dicte Civitatis, circumſpecto viro Domino Nicolino Barberio de Tridino milite, & locum tenente egregii viri Domini Franciſci de Montilio honorabili Poteſtate Aquis, Domino Presbitero Bartholomeo de Porta, & Domino Johanne de la Mota habitatore Aquis. In civitate Aquis ſcilicet in palatio dicte Civitatis currentibus annis MCCCLXXXIII., indictione VI., die XXI. marcii . . . . . Ego Johannes Baſcheria Aquenſis civis publicus imperiali auctoritate Notarius &c.

Privilegia, & immunitates conceſſæ ab Alberto de Guttuariis Abbate Monaſterii S. Juliæ popularibus ſibi ſubditis. Ex Tabul. M.M. de Ruere.

MCCCLXXXXIII. 79

In nomine Domini amen. Anno Nativitatis ejuſdem MCCCLXXXXIII., prima inditione, die duodecima menſis madii. Actum in monaſterio ſancte Julie in Eccleſia, ſeu plateale, ubi antiquitus fundata erat Eccleſia ſancte Jullie preſentibus egregio viro Domino Antonio, cui dicitur Ghiſa de Carreto, Franciſcono ejus nato, Petro Paulo de Carlevariis, & Bertramo Turris de Aquis teſtibus vocatis, & rogatis, quorum preſentia, & mei Notarii infraſcripti. Cum univerſitas perſone, & homines monaſterii ſancte Julie memorate imminentibus guerris, & multiplicibus aliis rationibus ſint ad preſens, ac lungo tempore ſteterint paupertate gravati; adeo quod niſi proviſi gratia clementia, & pietate infraſcripti, & Reverendi Patris, & Domini fratris Alberti de Guttuariis Dei gratia Abbatis monaſterii prelibati propter reſignationem dicte Abbatie dicto Domino fratri Alberto factam per Reverendum Do-

minum fratrem Georgium de Guttuariis Abbatem olim dicti Monasterii, & investituram, ac confirmationem dicte Abbatie facta dicto Domino fratri Alberto Abbati antedicto per Reverendum in Christo Patrem, & Dominum D. A. Dei, & Apostolice sedis gratia Abbatem monasterii Fructuariensis, Ipporediensis Diœcesis, sub quo quidem monasterio Fructuariensi monasterium sancte Julie fundatum est, & membrum dicti monasterii Fructuariensis, ut de predictis ressignatione, & investitura asseritur patere publicis documentis, ac instrumentis scriptis, & rogatis manu Jacobi Saglerii de sancto Benigno publici Notarii scribæ, & officialis predicti Domini Fructuariensis Abbatis hoc eodem anno inditione, & die ecc. Ac etiam nisi favoribus, beneficiis, & gratiis eisdem succurratur, nequeunt in dicto loco congrue vivere, liberosque suos alere, firmam fidem, & indubiam spem in prefatum Dominum Abbatem gerente, cupientes quoque gratiarum beneficiis refici, suisque a dicto eorum Domino miseriis, & opportunitatibus subveniri, quarumdam gratiarum a predecessore prefati Domini G. olim Abbatis etiam a dicto Domino G. predecessore ipsius Domini fratris Alberti dictis hominibus concessarum obscuritatem concernentes, & affectantes declarari, & eis circa necessitates de gratiis provideri, ut cum ipso Domino Abbate possint, & valeant de bono in melius pertransire, & in ipsius Domini Abbatis mandatis, & servitiis perseverare veris extantibus antedictis; ecce quod Joannes Ferrarius, Manuel Murra, & Unyfredus de Cerreto omnes de dicto loco Monasterii dictæ universitatis, ut de dicto sindicatu patet publico instrumento scripto, & hodie paullo ante istud rogato per me Notarium infrascriptum ad infrascriptas gratias a prefato Domino fratre Alberto eorum Domino postulantibus effectualiter impetrandas ab universitate predicta specialiter constituti, & ordinati, necnon infrascripti homines dicti loci Monasterii, & universitatis dicti loci, quorum nomina prout infra sunt descripta. Primo Carbonus, Thomas Gamba, Oglerius Calceatus, Gullielmus Calceatus, Ruffinus Boschus, Ogerius Basterius, Conradus Bucha, Jacobus Balbus, Gian. Gullielmus Thochus, Fabianus Gamba, Guillielmus Farina, Guillelmus Calceatus, Jacobus Sartor, Bresanus Calceatus, Alianus de Dego, Rolandus Calegarius, Henricus Ferrarius, Manfredus Roga, Antonius Ferrarius, Jacobus Spagnolus, Odonus Burgexius, Colla de Boxia, Federicus Gibellus, Facinus Gallus, Jacobus de Pacio, Anselmus Crapa, Albertinus Testanova, Jacobus de Alexandro, Henricus Gamba, Antonius Borellus, Marchetus Dotus omnes de dicto loco Monasterii, & ibi habitantes adunati, & convocati una cum dictis Sindicis pro presenti negotio terminando, & complendo, & in omnibus universitas predicta . . . . . intellecta extitit presentate loco vice, & nomine totius universitatis predicte, & singularum personarum dicte ville a prefato Reverendo Domino fratre Alberto de Guttuariis Abbate dicti monasterii sancte Julie eorum, & dicte universitatis, & dicte ville, & singularum personarum dicte ville Monasterii in spiritualibus, & temporalibus Domino generali unanimes, & concordes cum ea, qua decuit reverencia, piis, & devotis precibus supplicaverunt, quatenus ipsius Domini Abbatis bonitatis clementia misericorditer sit dignata, supplicationibus predictis infrascriptis gratias dicte universitatis nomine postulantibus admittere, & inferius requisitas dictis supplicantibus, & postulantibus effectu favorabiliter consentire, atque gratiarum a retro venerabili viro Domino Henrico de Cerreto Dei gratia prefati monasterii Abbatis, predecessoribusque presentis Domini Abbatis ipsi universitati, & hominibus concessis ambigua declarare. Qui quidem Reverendus Pater, & Dominus frater Albertus Abbas modernus dicti monasterii, vinculo caritatis, & stimulo pietatis adductus, advertens, quod juste postulantibus minime denegatur assensus dictis supplicantibus nomine, & vice dicte universitatis, & singularum personarum dicte universitatis in omnibus, & singulis requisitis gratiis immunitatibus, subsidiis, & beneficiis, ut infra sequitur serioſius per ordinem postulantibus gratanter admisit, & ipsis supplicantibus prout infra sequitur, & dicte universitatis, & hominibus, & personis dicte universitatis ad laudem omnipotentis Dei, & ad honorem, & augumentum dicti sui monasterii, & pro evidenti bono, & utilitate dicti monasterii. Cum homines sint thesaurus dicti Monasterii intuitu pietatis complacuit, & dubia premissa gratiarum modo, quo sequitur, declaravit. Quibus quidem decisionibus, compositionibus, conventionibus, diffinitionibus, pactis, transactionibus, subventionibus, servitutibus, obligationibus, gratiis, beneficiis, immunitatibus, exemptionibus, & omnibus, & singulis infrascriptis dicti Sindici, & homines infrascripti versa vice, & loco, & vice, & nominibus quibus supra in omnibus, & per omnia suprascripta ordinatione, que sequitur, consenserunt. Quarum quidem ordinationum, diffinitionum, transactionum, pactorum, conventionum, permissionum, & obligationum, decisionum, exemptionum, beneficiorum, & immunitatum, ac declarationum, gratiarum per retro quondam Dominum H Abbatem, ut premittitur concessarum forma sequitur per ordinem, prout infra. Primo, quod domus, & sedimen cum eorum curtis, & apparatu situate intra fossata predicte ville Monasterii, que fuerunt concesse ab Abbatibus dicti loci ad aliquem terminum pro certo fictu sint, & intelligantur perpetualiter, & perpetualiter concesse hominibus dicti Monasterii stantibus, & habitantibus ad ignem in dicto loco Monasterii, & cuilibet ipsorum, taliter quod dicti homines Monasterii stantes, & habitantes, ut supra possint, & valeant inter se ipsos ipsas vendere, & alienare ad eorum liberam voluntatem cum consensu Domini Abbatis tantum. Et dictus Dominus Abbas teneatur, & debeat eis consentire solvendo venditor de pretio valoris dicte domus, & sediminis per ipsos venditis solidos duos Janue pro qualibet libra dicto Domino Abbati, & succesſoribus suis nomine dicti Monasterii. Et ultra quod quilibet ignis de Monasterio teneatur facere roxiam unam ad cavandum vineam pro fictu Domino Abbati, & succesſoribus suis nomine dicti Monasterii quolibet anno in possessione, videlicet dicti Monasterii existente con-

gruenter paſtuti, paxuti, ita & taliter declarando, quod ſi eſſent in dicto loco Monaſterii due, vel tres perſone, & ab inde ſupra non diviſe, qui communiter habitarent in una domo ad unum ignem, & cathenam, & haberent alias domos duas, vel plures, in quibus non tenerent cathenas, vel ignem facerent, quantas, & quales haberent, non teneatur facere niſi roxiam unam, ut ſupra. Speciales vero roxie promiſſe dicto Domino Abbati, vel ſucceſſoribus ſuis pro aliqua terra, prato, caſtagneto, domo, vel alia quacumque cauſa per aliquam ſingularem perſonam, vel habitatorem dicti loci per ſe ſolam, vel conjunctim cum alia, que roxia ſit ſpecialiter obligata, promiſſa, vel conſignata in aliquo inſtrumento, vel publico conſignamento quovis modo; iſte tales roxie remaneant ſalve dicto Domino Abbati, vel ſucceſſoribus ſuis nomine dicti Monaſterii ultra roxias ſupradictas generales. Et ſi dicte tales perſone communiter habitantes, ut ſupra ſe dividerent, vel facerent domicilium, aut ignem per ſe, tunc tales perſone teneantur quilibet ipſorum facere roxiam unam ad rationem cujuslibet ignis, ut ſupra continetur; & quod dicte tales perſone cujuſcumque conditionis exiſtant, poſſint, & valeant pervenire ad ſimul habitandum, vel ad communionem faciendum, ſeu ad ſtandum ad focum, & cathenam unam cum conſenſu ſupradicto tantum, & tunc, & eo caſu non teneantur ad faciendum niſi roxiam unam, ut ſupra non obſtante diviſione predicta, ſive conventione facta, dum ſimul habitarent, & in dicta communione ſtarent ut ſupra. Item quod poſſeſſiones ſubjecte dicto Monaſterio, vel ei obligate ad aliquam conditionem reddendam, que poſſideantur per homines Monaſterii predicti habitantes, & in loco ſtantes, ut ſupra, poſſint ipſas tales poſſeſſiones inter ſe ipſos de Monaſterio vendere, diſtrahere, obligare, & alienare ad eorum liberam voluntatem cum conſenſu Domini Abbatis tantum, & ipſe Dominus Abbas teneatur conſentire, ſolvendo venditor Domino Abbati, & ſucceſſoribus ſuis nomine dicti Monaſterii ſolidos duos Janue pro qualibet libra ut ſupra, de pretio, & valore dicte rei vendite ut ſupra, loco tertie vendicionis eiſdem remiſſe, ut ſolvere ſolebant; & teneatur dictus Dominus Abbas conſentire ad venditionem, niſi vendens venderet circa medietatem bonorum ſuorum, tunc, & eo caſu dictus Dominus Abbas conſentire non teneatur, ſi nolit, niſi talis venditor caveat idonee, quod non vendit animo recedendi, vel ſe abſentandi, & quod non recedet de dicto loco. Et ſi aliquis de Monaſterio, vel ibi habitans venderet bona ſua in totum, vel circa mediam partem, ut ſupra, tunc, & eo caſu talis perſona ſic vendens teneatur ſolvere tertiam venditionem, videlicet tertiam partem pretii, & valoris rerum tunc, & in preteritum venditarum, ut antiquitus ſolebant, & faciebant. Item quod ſi aliquis de Monaſterio, vel ibi habitans, & ſtans in dicto loco, ut ſupra teneret, & poſſideret ad preſens, vel in futurum aliquam poſſeſſionem ab aliqua perſona forenſe, vel de monaſterio predicto, ad fictum, & ad aliam conditionem reddendas, que poſſeſſio non eſſet ſubjecta dicto Monaſterio dictus poſſidens ipſam teneat libe-

ram, & francham ſalvo a dictis conditionibus. Item quod pater, & mater ſuccedant filiis legitimis, & filii legitimi ſuccedant patri, & matri, & frater fratri non diviſi dum ſimul habitarent, & in communionem ſtarent, ut ſuperius continetur. Immo tales perſone legitime una vel plures ſimul habitantes, & in communionem ſtantes, ut dictum eſt, ſibi ad invicem ſuccedant. Et eodem modo intelligatur de conſanguineis germanis ſecundis, & eorum filiis in dictam communionem habitantibus, & ſtantibus, ut ſupra uſque ad tertium, & quartum gradum ipſis ſtantibus in dictam communionem. Item quod ſi aliquis de Monaſterio decederet in pupilari etate, ita quod propter etatem non poſſet facere teſtamentum de bonis ſuis quoad etatem; que etas intelligatur in maſculis uſque ad annos XIV., & in feminis uſque ad XII., & non ultra, tunc talium perſonarum legitimarum hereditas bona, & ſucceſſio perveniat ad proximiores ſtantes, & habitantes in dicto loco Monaſterii, modo ut ſupra ſint in gradu, ut in proximo capitulo continetur; aliter monaſterium in totum ſuccedat. Item quod mulier dotata non poſſit redire ad bona paterna, vel materna, niſi de ipſorum voluntate, & conſenſu Domini Abbatis. Et ſi dicta talis mulier dotata rediret cum dotibus ſuis in communionem, & habitandum, ut ſupra dictum eſt, cum patre, vel matre, ſeu fratribus cum ſupradicto conſenſu, tunc, & eo caſu Monaſterium, ſive Dominus Abbas in nihilum ſuccedat, aliter Monaſterium in totum ſuccedat. Item quod mulier dotata poſſit de dotibus ſuis teſtari ad ſuam liberam voluntatem, quantum pro facto monaſterii, dummodo prius relinquat tertiam partem Monaſterio prefato, aliter in totum ſuccedat, & ſi haberet filios legitimos patrem, vel matrem, cum quibus habitaret, & in communionem ſtaret ut ſupra, tunc tales filii pater, & mater in totum ſuccedant, aliter Monaſterium in totum ſuccedat. Item quod quelibet perſona de Monaſterio poſſit vendere, donare, dare, & legare omnia bona ſua mobilia, & immobilia ubicumque ſint, & dicta bona habeant, teneant, & poſſideant, & de ipſis bonis facere ad ipſorum, & cujuslibet eorum liberam voluntatem, ſalvo tamen quod in bonis ſubjectis, vel conditionatis Monaſterio predicto interveniat, & requiratur conſenſus Domini Abbatis, ut ſupra continetur, & ipſe conſentire teneatur expreſſe, aliter Monaſterium in totum ſuccedat. In omnibus aliis vero rebus bonis, & poſſeſſionibus quibuſcumque mobilibus, & immobilibus, que poſſideantur, & poſſidebuntur, ſeu habere debebuntur per illos de Monaſterio, & per habitantes in preſenti, & in futuro in dicto loco, vel per aliquem, vel per aliquos ipſorum, & que in predictis capitulis ſingulariter, particulariter, & diviſim continentur, dictus Dominus Abbas, & ſucceſſores ſui nomine dicti Monaſterii in totum ſuccedant ſalvis, & reſervatis perſonis predictis non habilibus ad teſtandum, & perſonis, que non eſſent diviſe, & in communionem ſtarent, & ſimul habitarent cum conſenſu ſupradicto, & in communionem deveniſſent, ut ſupra eſt declaratum, que non intelligantur in iſta clauſula quoad ſucceſſionem: aliter dictus Dominus Ab-

bas, & Monasterium in totum succedat. Et in omnibus rebus subjectis monasterio predicto dictus Dominus Abbas, & Monasterium in totum succedant personis decedentibus ab intestato sine filiis legitimis ex se natis, si non conderent testamentum de bonis suis. Et si velint facere testamentum, possint illud facere ad ipsorum liberam voluntatem de duabus partibus conditionatis, & subjectis monasterio, relicta prius tertia parte Domino Abbati, & Monasterio, ut supra; aliter Monasterium in totum succedat. Salvo tamen quod de omnibus bonis mobilibus, & immobilibus franchis, que tenent, & possident, & que ipsos in futurum tenere, & possidere continget, possint predicti homines, & quilibet ipsorum, & habitantes in dicto loco cum testamento, & sine testamento facere, relinquere, donare, legare, vendere, alienare, obligare, & facere ad ipsorum, & cujuslibet eorum liberam voluntatem; ita quod Monasterium hujusmodi jure successionis non possit se impedire, nec in ipsis in nihilum succedere. Et predictas gratias, & franchisias sicut continetur, & declarantur in presenti instrumento, & in supradictis capitulis hujus contractus particulariter, & divisim fecit idem Dominus Abbas ipsis sindicis, & hominibus de Monasterio pro se ipsis stipulantibus, & recipientibus, & vice, & nomine totius Communis, & Universitatis, & personarum habitantium in dicto loco, & qui in futurum stabunt, & habitabunt bona fide, & sine fraude pro augumento, & bono evidenti, & honore dicti Monasterii, omni modo, jure, via, & forma quibus melius de jure potest, & ex certa scientia. Que quidem omnia, & singula supradicta, & in presenti instrumento contenta dictus Dominus frater Albertus Abbas ut supra per se, & vice, & nomine dicti monasterii, & vice, & nomine ejus successorum dictis sindicis per se se, & nomine dicte Universitatis, & singularium personarum ejusdem, ac etiam hominibus supradictis pro se ipsis heredibus ejus, & etiam vice, & nomine dicte Communitatis stipulantibus, & recipientibus; & ipsi sindici, & homines quibus supra nominibus dicto Domino Abbati stipulanti, & recipienti per se se, & vice, & nomine suorum successorum, & dicti monasterii; ac ipse Dominus Abbas, sindici, & homines predicti mihi notario infrascripto officio publico stipulanti, & recipienti vice, & nomine, & ad opus omnium, & singulorum, quorum interest, vel in futurum quomodolibet poterit interesse vice mutua solemni stipulatione interveniente hinc inde solemniter promiserunt attendere, & effectualiter observare, & rata, & grata, ac firma habere, & tenere, attendere, & observare adimplere, & non contrafacere, vel venire per se se, vel alium aliqua ratione, vel causa de jure, vel de facto aliquo modo, vel ingenio, seu colore quesito sub pena dupli totius ejus, de quo lis, questio, vel causa moveret, vel fieret dicto facto, vel alterius partis contra alteram partem premissorum totiens committenda in singulis Capitulis hujus contractus, & commissa in partem contrafacientem, in partem observantem exigenda in solidum, quotiens contra predicta, vel aliquod predictorum de jure, vel de facto fuerit in aliquo controventum, seu contrafactum omnibus suprascriptis, & infrascriptis plene obtinentibus nihilominus suum robur. Iteiptis plene & restituere una pars alteri, & altera alteri vicissim omnia, & singula expensa damna, & interesse, que, & quas una pars occasione alterius in juditio, vel extra pateretur, faceret, vel substineret. Pro quibus omnibus, & singulis referendo singula singulis attendendis, & observandis dictus Dominus Abbas vice, & nomine dicti Monasterii, & successorum suorum ipsis sindicis, & hominibus pro se, & vice, & nomine dicte universitatis, & singularum personarum dicte universitatis hipothecavit omnia bona ipsius Monasterii habita, & habenda, & sindici, & homines per se se, & vice, & nomine dicte universitatis, & vice, & nomine omnium, & singularum personarum dicte universitatis dicto Domino Abbati stipulanti, & recipienti vice, & nomine dicti sui Monasterii hipothecaverunt, & loco pignoris obligaverunt omnia bona dicte universitatis, & singularum personarum dicte universitatis habita, & habenda, & ad omnium predictorum pleniorem roboris firmitatem, tam dictus Dominus Abbas, quam dicti Sindici, & Consiliarii vice, & nominibus suprascriptis, eorum favoribus, beneficiis, & juribus, & que sint ille, & quid dicant per me Notarium infrascriptum certificati consulte, & ipsorum certa scientia renuntiaverunt expresse exceptioni dicendo, rem non fuisse, ut scribitur, sic gestam, & de pluri, vel aliter scripto, & minus dicto, vi, metusve causa, & ex injusta causa simulationis, deceptionis, nullitatis in integrum restitutionis in factum, & doli mali, & generaliter omnium legum, decretorum, consuetudinum, privilegiorum, provisionum, literarum factarum, vel fiendarum auxilio quo, vel quibus partes predicte, vel aliqua premissorum contra predicta, vel aliquid predictorum de jure, vel de facto facere, seu in aliquo contravenire, vel se juvare possint. Qui Dominus frater Albertus Abbas, ut supra suis manibus positis ad pectus Communi juravit ad sancta Dei Evangelia predicta omnia, & singula supra, & infrascripta dicta attendere, & observare, & non contrafacere, vel venire aliqua ratione, vel causa sub obligatione omnium bonorum suorum, & dicti Monasterii. Quibus omnibus supradictis, & infrascriptis Reverendissimus in Christo Pater, & Dominus Dominus Antonius supradictus Abbas dicti monasterii Fructuariensis presens consensit, ac venerabilis Dominus frater Thomas de Valpergia Prior de Turri de Ast, frater Martinus Rotarius elemosinarius Monasterii Fructuariensis, frater Michael Caralius, & frater Antonius de sancto Benigno omnes Monachi monasterii predicti in dicto Monasterio sancte Julie nunc existentes, & Capitulum representantes super predictis habita deliberatione semel, & pluries ex scrutinio cum predictis Dominis Abbatibus predictis omnibus, & singulis consenserunt, & de predictis omnibus, & singulis preceperunt fieri publica instrumenta ejusdem tenoris per me Notarium infrascriptum prout melius fieri poterunt, & dictari.

Ego Rolandinus de Rolandis de Bistagno Aquensis Diocesis imperiali auctoritate Notarius his omnibus

preſens fui, & hanc cartam mihi juſſa rogatus tradidi, & ſcripſi.

Finium terminatio inter Commune Aquenſe & Montaboni. Ex Tabulario Civit.

80 MCCCXCIV.

In nomine Domini Noſtri Amen. Anno Domini MCCCXCIV., indictione II., die VI. februarii. Cum certe, & plures diſcordie verterentur . . . . inter commune Aquis . . . . . & Montaboni occaſione certorum confinium in valle Potazani ..... Mattheus Ajnardus, & Joannes Blexius Sindici .... Aquenſes, & Georgius Ennofrius ex DD. Montaboni ſuo nomine, & Bartholomeus Lechatus ſindicus ... dicti loci ... elegerunt Dominum Antonium Sanſonum Vicarium illuſtris Domini Marchionis Martisferrati, Dominum fratrem Franciſcum ex nobilibus dicti loci Montaboni, Laurentium de Giſonibus ... Caſtellanum Aquis, Benedictum Beſurium de Aquis, & Johannem Tencham de Montebono in eorum arbitros &c. Actum Aquis in Platea juxta Eccleſiam S. Marie de Lodomo. Ego Bartholomeus Baitanius de Saona Notarius &c. Eodem anno die VIIII. februarii Nos Antonius Sanſonus &c. ſententiamus .... Quod a rocha Rapeya uſque ad Scaronum diſcoopertum a terminis ſupra ſit commune Aquis, a dicto termino infra verſus Foſſatum ſit nobilium, & Comitum Montaboni.

Item quod a dicto Scarrono uſque ad dictum foſſatum Culicunii . . . . . infra ſit illorum de Montabono, & a termino ſupra ſit illorum de Aquis, qui de Aquis ibi a termino ſupra teneantur facere, & tenere ſemper unam bonam viam, amplam, per quam unus carrus libere poſſit pertranſire, & predictam viam illi de Montabono pertranſire poſſint, ſicut hactenus conſueverunt. Actum in caſtro civitatis Aquis preſente nobili Domino Georgio dela Salla, Auguſtino Carlevario Petri Paule ambobus de Aquis, Ennofrio, & Joanne ex dominis Montaboni, & Thoma Lecato ſindico nobilium, & Communis Montaboni, & Joanne Bellexio ſindico Communis Aquis.

Ego Bartolomeus Baitanus &c.

Ego Jacobus Balbus de Montabono &c.

Confirmatio immunitatum facta incolis Monaſterii ab Antonio de Carreto M. Saone ex autographo Tabul. M.M. de Ruvere.

81 MCCCCXIV.

Anno Domini MCCCCXIV., indictione VII., die XX. maji. Actum in caſtro Monaſterii S. Juliæ . . . . . conſtituti Emanuel, & Breſanus Calceatus de dicto loco Monaſterii Conſules .... ante præſentiam ſpectabilis, & magnifici eorum Domini, & dicti loci Domini Antonii de Carreto marchionis Saonæ . . . . qui præfatus Dominus Marchio motus cordiali amore . . . . approbavit . . . . predictas omnes . . . . immunitates . . . . quas dicta univerſitas . . . . . in ipſo loco habent . . . . quod prædicti homines de Monaſterio . . . . . habeant, teneant . . . . omnes, & ſingulas terras, poſſeſſiones, quæ, & quas habent . . . . ſeu quaſi ab Abbatibus Monaſterii S. Juliæ, ſive a dicto Domino Antonio, ſive a Dominis dicti loci . . . . qui Sindici . . . . promiſeruut dicto Domino Antonio, & ſucceſſoribus ſuis brandonum unum de cera ponderis librarum octo bonæ ceræ reddere omni anno in feſto Nativitatis Domini.

Locatio præbendæ ſancti Donati facta a Gulielmo Epiſcopo Betlemitano Archipresbitero Biſtagni. Ex protocollo Jac. Baſcheriæ penes Ill. V. D. Lupum C. Moirani.

MCCCCXIV. 82

Anno Domini, indictione II., die XXIII. menſis julii. Actum Aquis in contrata porte, videlicet in domibus reſidentie Reverendi in Chriſto Patris, & Domini Gulielmi Betlemitani Epiſcopi preſentibus teſtibus . . . . Gulielmo de Alba familiari Domini Jacobi ex Marchionibus Maleſpine. Quorum preſentia Reverendus in Chriſto Pater, & Dominus Gulielmus Epiſcopus Betlemitanus per ſe, & ſucceſſores ejus dedit Presbitero Urbano de Rollandis de Beſtagno Archipresbitero plebis ejuſdem loci preſenti, & recipienti &c. in vita ipſius Urbani prebendam in Eccleſia ſancti Donati poſitam in, & ſuper finibus Beſtagni cum omnibus, & ſingulis bonis, rebus . . . . &c. Verſavice Dominus Presbiter Urbanus promiſit, & convenit dicto Domino Epiſcopo recipienti dare ſingulis annis nomine fictus, & reditus pro ipſa Eccleſia, & prebenda januinos duos, & tercium unum auri boni, & ponderis . . . . . &c.

Conventiones initæ inter Civitatem Aquarum, & Oppidanos Ponzoni. Ex Tabul. Civitatis.

MCCCCXXVI. 83

Anno MCCCCXXVI., indictione XV., die XVIII. menſis marcii. Actum in civitate Aquis in palatio, ubi jus redditur preſento Johanne Siſmondo, & Franciſco Ainerdo Notariis civitatis Aquis, Antonio de Gigla de Ponzono, Benedicto Balbo de Tercio, Johanne Tavella dicto Badino de Vixono, Petro de Carato . . . . . de Alice, & Petro Mollo de Meladio teſtibus vocatis, & rogatis. Cum certe differentie . . . . verterentur . . . . inter Commune, & homines civitatis Aquis . . . . & Commune, & homines Ponzoni . . . . occaſione certorum pactorum initorum inter . . . . . predictas Communitates, & tunc Dominos de Ponzono, de quibus . . . . . patet publico inſtrumento anni MCCCXI., indictione XIIII., die Veneris XXV. menſis auguſti etiam pretextu quarumdam conſuetudinum, quas aſſerebant . . . . fuiſſe diutius uſitatas inter dictas Communitates. Ecce quod viri nobiles Johannes Bellexius, Jacobus Siſmondus, & Venentinus Beſſurius cives Aquenſes, & Franciſcus Alexander, Chriſtoforus Bencjus, & Jacobus Ricius de Ponzono . . . . tractatu

magnifico Domini Oddonini de Carreto marchionis Saone Capitaneo . . . . in partibus citra Tanagrum pro illustri Principe marchione Montisferrati, & in hac parte Commissarii . . . . . vigore literarum ad supplicationem Communitatis . . . . Ponzoni emanatarum, quarum . . . . tenor sequitur „ *In supplicatione petebant, ut fran-* „ *chisias, & immunitates, sive in jure libero boscan-* „ *di, & pascendi in utroque territorio, sive in exem-* „ *tione ab omni pedagio, atque exactione jam a cen-* „ *tum annis ultra sancitas velit ratas fore in poste-* „ *rum, jubeatque Castellano Ponzoni, ne impediat,* „ *quominus vendant salem usque ad mensuram quar-* „ *tarii in foro Ponzoni, sicut eonsuetum erat. Literæ* „ *vero Marchionis sunt datæ Tridini* XXI. novembris MCCCCXVIIII. . . . pervenerunt . . . ad has conventiones. Primo quod . . . omnes consuetudines . . . . . sint . . . . . irrite . . . . . & . . . . . solum . . . . . locum habeant nove conventiones . . . . infrascripte. Item quod dicte Communitates & homines, & singulares persone ipsorum locorum non teneantur ad solutionem alicujus pedagii &c. & presens Capitulum precise, & specialiter approbatum est per Dominum Oddoninum Capitaneum, & Franciscum Merlum de sancto Salvatore Castellanum Ponzoni . . . . . Item quod Communitas . . . . . Aquis possit . . . . . conducere . . . . bestiamina super territorium . . . . . Ponzoni ad pascendum . . . . . salvo quod elapso mense martii . . . . . videlicet a Kal. aprilis usque ad festum sancti Martini . . . . . non possint bestias tenere in planicie, & terris domesticis, & lavorativis sub pena sol. LX. pro qualibet die a quolibet &c., sed solum in nemoribus, & zerbis. Et e converso . . . . . persone de Ponzono . . . . . &c. si tamen dicti de Aquis haberent guerram . . . . ita quod non possent eorum bestiamina tenere in Aquis . . . . sit eis licitum . . . . conducere . . . . in territorium . . . . Ponzoni . . . . . & e converso illi de Ponzono ecc. Item quod si . . . ipsi de Aquis ducerent aliquas eorum bestias ad forum, vel ferias . . . . . Ponzoni, & non possent eas vendere . . . . . eis licitum sit ea pascere super . . . . . Ponzonum per unum diem, vel duos ad plus. Et eodem modo . . . . . ipsi de Ponzono ecc. . . . . Item quod ipsis Communitatibus . . . . . licitum sit boscare . . . . in boschis, & nemoribus communibus ipsorum locorum, ubi eis melius videbitur.

Item quod dicta Communitas, & homines . . . . . Aquis . . . . . possint convenire . . . . . & detineri facere . . . . . eorum debitores . . . . in curia ipsa Ponzoni . . . . . & eodem modo possint . . . . . persone . . . . . Ponzoni &c. Item quod Potestas, & Officiales civitatis Aquis ipsos de Ponzono . . . . . favorabiliter tractare teneantur; & pro recompensatione dicte immunitatis concesse . . . . . promiserunt . . . dicti de Ponzono presentare nuncio publico dicte Civitatis . . . . . singulo anno in perpetuum in festo sancti Thome ante festum Nativitatis Domini Nostri Jesu Christi berretam unam rubeam cum balsana arma illustrissimi Domini nostri valoris . . . solid. XX. monete currentis in Aquis. Que quidem nuncio, & singulis promiserunt &c. Ego Ambrosius de Minellis de Cario publicus imperiali auctoritate Notarius &c.

MCCCCXXXVI. 84

MCCCCXXXVI. VI. decemb. rog. Pillotti carta locationis ad annos XXV. factæ a procuratore infantis Henrici Magistri Generalis Ordinis S. Jacobi de Spatha D. Christophoro ex Marchionibus Incisæ Archipresbitero Ecclesiæ Ss. Victoris, & Coronæ Oppidi Incisæ de omni pecunia, quæ redit ad Ecclesiam S. Jacobi de Bergamasco in eodem oppido existentem medio censu Ducat. VI. singulis annis persolvendo. Extat exemplar penes D. Torellium. In quodam Catalogo beneficiorum initio hujus sæculi composito Ecclesia S. Jacobi de Bergamasco præfert titulum Abbatiæ cum redditu annuo lib. 1200.

Recensio æstimationis possessionum Ecclesiarum Civitatis Alexandriæ factæ anno 1355. Dedit P. M. Cavallerius.

MCCCCXXXVII. 85

Nos Antonius de Squarzaficis Archipresbiter Ecclesie sancte Marie de Bergolio Vicarius, & Locumtenens Reverendissimi in Christo Patris, & D. D. Galvagni de Firuffinis Abbatis monasterii S. Petri de Bergolio, in spiritualibus, & temporalibus Cathedralis Ecclesie civitatis Alexandrie generalis administratoris. Universis, & singulis presentes inspecturis notum facimus pariter, & manifestum, quod quoddam registrum, seu extimum datum possessionibus Ecclesiarum civitatis Alexandrie, & correctum anno millesimo trecentesimo quinquagesimo quinto, indictione VIII. de mense januarii per infrascriptos, videlicet Dominum fratrem Simonem de Putheo preceptorem domus S. Joannis Hierosolimitani de Ripa, & de Alexandria, Dominum Cattaneum de Alice de Guaschis Cantorem majoris Ecclesie Alexandrie, Dominum Prepositum domus S. Joannis Humiliatorum de Capuccio de Alexandria, Dominum F. Petrum de Murazano Priorem Ecclesie S. Jacobi de Gamundio de Alexandria (1).

Scriptum in quadam carta caprina, & in quo quelibet Ecclesia dicte Civitatis, & jurisdictionis alibrata fuit, & est, secundum facultates earum, & specialiter Ecclesia, sive Domus Thevorarie de Quargnento libr. quatuor, & solidorum quinque, super quo registro, sive extimo a dicto tempore dicti anni MCCCLV. citra continue usque in presentem diem, & totum dictum tempus omnes talee, & collecte impositе fuerunt, & sunt, per dictum Clerum dicte civitatis Alexandrie super dicto registro, sive extimo, secundum quod alibratum fuit, & est, in dicto registro, sive extimo per dictos Correctores, & dictis temporibus per dicta tempora omnes, & singuli de dicto Clero, ac tenentes, & possidentes dicta bona, sive de dictis bonis, dictas taleas, & collectas solverunt, & solvunt Collectoribus, & Exactoribus dictarum talearum, & collectarum, & dicto registro, sive extimo, quod omnes, & singuli de dicto Clero, ac tenentes dicta bona, sive de dictis bonis, habitum, tentum, tractatum, & reputatum fuit, & hodie habetur, tenetur, tractatur, & repu-

tatur pro vero, & autentico regiſtro, ſive extimo dicti Cleri, eidem data fuit, & de preſenti datur plena, & autentica fides, tamquam vero, juſto, & autentico regiſtro, ſive extimo. In quorum teſtimonium preſentes fieri juſſimus, & regiſtrari, noſtrique ſigilli impreſſione muniri. Dat. Alexandrie die XIV. januar. MCCCCXXXVII.

Subſ. Ego Gullielmus Carcamuggius de Firuffinis Civis Alexandrie publicus imperiali autoritate Notarius, ac Not., & Scriba Curie prefati Domini Vicarii ſupraſcriptas literas ejus mandato ſcripſi, & ad fidem premiſſorum me ſubſcripſi.

(1) *Ex hac recognitione ſuppleri facile poſſunt Correctorum nomina, quæ in charta ann.* 1355. *legi haud potuerunt.*

Sententia ex compromiſſo inter Civitatem Aquarum, & locum Tertii. Ex Tab. Civ. Aq.

86 MCCCCXXXVIII.

In nomine Domini Noſtri Jeſu Chriſti Amen. Nos Gulielmus Dei, & Apoſtolice ſedis gratia Epiſcopus Betlemitanus, & Comes, & Benentinus Beſſurius civis Aquis arbitri ... concorditer electi ... per partes ..., ſcil. ſpect. D. Johannem ex marchionibus Maleſpine dicti loci Tertii ſuo nomine, & Johannem de Arancamilio, Thomam de Cacia, & Gulielmum Balbum ſindicos ... Tertii ..... & Antonium Bellexium, & Antonium Carlevarium cives Aquis ſindicos .... civitates Aquis habentes ad univerſa poteſtatem ..... compromittendi ..... ut conſtare dicitur publico inſtrumento recepto per Nigrum Zabreriam civem Aquis Notarium deſuper litibus ..... vertentibus inter ipſas Communitates occaſione captionis cujuſdam Milani .... de Plana cum mulis duobus, & certo ſale, quod erat ſuper eis ac equo .... captorum pretextu pedagii falliti in Tertio per Caſtellanum Tertii, ſeu ejus famulos in principio Montate S. Martini, & citra foſſatum Pozonarii verſus Aquis dicentibus ipſis D. Johanne .... locum captionis eſſe de finibus Tertii, & e contrario dicentibus Aquenſibus ipſum locum captionis eſſe de poderio, & finibus civitatis Aquis.

Viſo dicto compromiſſo &c. Viſis, & auditis juribus &c. Chriſti, & B. Marie Virginis &c. pronunciamus quod omnes poſſeſſiones deſcripte in regiſtris .... loci Tertii .... que contigue ſunt finibus Aquis, ſunt ... ipſius loci Tertii; ſimiliter .... quod ſingule poſſeſſiones regiſtrate .... in regiſtris civitatis Aquis, que ſunt contigue .... finibus ..... Tertii, ac & poſſeſſiones Eccleſie S. Martini, que non ſunt regiſtrate, ſint, & eſſe debeant perpetuo poderium, & fines .... civitatis Aquis.

Item declaramus, viam publicam, qua itur ab Aquis Tertium uſque ad quoddam Erginetum; quod eſt Zerbum deſuper ipſam viam inter Zerbum, & poſſeſſionem Eccleſie S. Martini, & Zerbum, quod eſſe dicitur regiſtratum in regiſtris Tertii ſub nomine Marenghi, & Franciſci Arancanciliis, & quod nunc tenet caſtrum Tertii, & qui Erginerius eſt ultra Eccleſiam S. Martini deverſus Tertium, ſit, & eſſe debeat de poderio, & finibus, & poderium, & fines civitatis Aquis; & a dicto Erginacio ultra verſus Tertium, ſit, & eſſe debeat de via publica, de poderio, & finibus, ac poderium, & fines loci Tertii.

Item cum per atteſtationes .... habuimus in forma, quod in confinio viarum, quod confinium eſt inter rivum Pizonem, & rivum Menzani, & in quo capitur via, qua itur ad montem Moyrani dictis de Aquis erat aſſignatum, & poſitis terminis quibus eſt coherentiatum ..... dicimus .... Quod .... licitum ſit Poteſtati Caſtellano ..... & Officiali dicte civitatis Aquis capere, & capi facere a dicto rivacio uſque ad medietatem dicti confinii per viam publicam tantum omnes, & ſingulos tam homines, quam beſtias delinquentes ..... quovis modo in & ſuper poſſe Aquis ſine aliqua contradictione illuſtris Domini Johannis Marchionis Malaſpine, & Officialium, & hominum dicti loci.

Item dicimus ... ſupraſcr. Milanum Ferrarium de Plana cum mulis, & equo fuiſſe captos ſuper poſſe, & finibus Tertii.

Item .... abſolvimus ... omnes fidejuſſores preſtitos per dictum Milanum &c.

Conventiones inter Johannem Malaſpinam Dominum Tertii, & Cavatoris, & Civitatem Aquis coram M. Montisf. Ex Tabul. ejuſdem Civit.

MCCCCXXVIII. 87

In nomine Domini anno MCCCCXXVIII., indictione I., die XXI. maji. In terra Caſalis ſancti Evaſii in conventu ſancti Franciſci in Camera Reverendi Domini Generalis ipſius conventus declaratio controverſiarum deductarum coram illuſtri, & excelſo Marchione D. N. Johanne de Monteferrato de modo bene vicinandi, & vivendi inter ſpectabilem Johannem ex Marchionibus Malaſpine, & homines locorum ſuorum, videlicet pro locis Tertii, & Cavatoris, & ceterorum, & homines civitatis Aquis .... Primo quod omnes, & ſingule pene, & banna ſecuta ab hac die retro caſſa cenſeantur ..... pro tempore autem venturo ſerventur capitula antiqua dictorum locorum, & conſuetudinum, prout obſervari conſueverant ab annis x. retro ..... Item quod partes, ſeu homines dictorum locorum poſſint ſupra poderiis ..... alterius partis piſcari, paſculare, venari &c. Item fructus, qui colligentur .... in poſſeſſionibus .... ſituatis ſuper territorio alterius partis, & quas laborabunt conducere .... ad loca, in quibus habitabunt .... Item quod hominibus civitatis Aquis liceat claudere, & levare ſapellos, & foxa, & levatas in nemoris Moyrani prout antiquitus facere conſueverunt ſine contradictione D. Johannis, modo non ſint vie publice, & imperiales, & communes. Item quod homines Tertii, & Cavatorii, ſi voluerint conducere uvas, que naſcuntur ſuper poſſeſſionibus ſuis dictorum locorum in Civitatem, teneantur petere licentiam a civibus Aquis, qui teneantur eam dare; que declaratio facta fuit in preſentia illuſtris D. Johannis de Monteferrato, ac Reverendi in Chriſto patris D.

Gulielmi de Aquis Episcopi, ac spectabilium vv. D. Henrieti Nate, D. Jacobi Praschе, D. Joannis de Medicis L.L. D.D. Vicariorum, & Ludovici de Tizonibus Cancellarii, & Mathei de Coconato &c. Eq. Benedictus de Cazulino de S. Salvatore Notarius publicus &c.

Locatio vectigalium Civitatis Aquensis. Ex Tabul. Civit.

88 MCCCCXXXVIIII.

Anno Domini MCCCCXXXVIIII., indictione VII., die XIIII. februarii. In civitate Aquis scilicet in palacio communis Aquis, in pleno, & generali Concilio &c. Nobilis, & potens vir D. Rogerius de Canibus de Cassali S. Evaxi honorabilis potestas civitatis Aquis ad instantiam . . . credendariorum, & consiliariorum . . . . pro bono, & utilitate, & evidenti caussa dicti Communis pro imminentissima, & necessaria caussa, & maxime caussa luendi bechariam, & cotam super ipsam impositam, & gabellam communis grani, & salis, & bladorum cum suo strapassu, cotam piscarie cum suo strapassu, cotam lini, lane, caneve, bure, stupe cum suo strapassu, & strapassum q. colligebat Albertus Ainerdus, & Fulchellus Maxius per Commune, & Consules Aquenses obligatum &c. Et cum non esset penes Manfredum de Porta, Clavarium communis Aquis in apotheca, seu camera D. Communis, unde pecunia haberetur pro caussa luendi, & exigendi dictas gabellas cotas cum strapassis suis in toto, vel in parte . . . quam . . . eas iterum ponere subhastationi . . . . ideo . . . locate fuerunt Saladoni Carlevario, Bellengerio Bellexio, Henrico Bellexio, sociis &c.

Litteræ Marchionis Montisferrati jubentis Monasterio S. Catherinæ restitui quandam possessionem a D. Guidone ei olim relictam, & postea inter bona ad castrum civitatis Aquis spectantia relatam. Ex Tabul. ejusdem Monasterii.

89 MCCCCXLIII.

Anno MCCCCXLIII. indictione IX. die XXIV. octobris actum in civitate Aquis in contrata pusterne testibus &c. . . . . D. Cazulinus de Cazulinis Clavarius J. D. D. N. D. Marchionis Montisferrati citra Tangrum, & Anton. Belinus de Castronovo Castellanus dicte civitatis commissarii specialiter deputati a prefato Illustri D. D. N. ad infrascripta . . . . . vigore litterarum . . . . . quarum tenor sequitur in hac forma. Marchio Montisferrati &c. Carissime &c. viso privilegio dotationis Monasterii s. Catharine nostre civitatis Aquis, quam fecit Beatus Guido maxime de unica petie terre prati stariorum circa quatuor, que nunc ad manum castri nostri est, pro qua Gulielmus de Carreto presentialiter reddit nomine fictus staria circa quatuor grani, ob reverentiam prefati Beati Guidonis dictam petiam ita dicto Monasterio libere relaxamus contenti, & volumus, ut de libris castri nostri Aquis predictam terram cassare debeant, & dicto Monasterio libere relaxare, & expedire quacumque exceptione remota.

Datum Casalis die XXV. julii MCCCCXLIII. nobili dilecto Cazulino Clavario ultra Tanagrum, ac Castellano nostre civitatis Aquis. Visis dictis litteris sibi presentatis per V. & R. D. Alaxiam Abbatissam . . . . . cassaverunt petiam prati in dictis litteris denotatam positam super finibus Aquis loco dicto retro podium s. Catharine coherent eredes q. Ant. Bessurii, & ab aliis partibus dictum Monasterium . . . . de libris fictorum castri predicti libere, & sine aliqua solutione &c.

Et ego Matteus Ainerdus Notarius publicus &c.

Litteræ Johannis M. Montisf. præcipientis subditis suis novum pecuniæ subsidium pro suæ ditionis necessitatibus succurrendis. Ex Autographo Tab. civit. Aq.

MCCCCXLVI. 90

Johannes Marchio Montisferrati &c. Habiamo per certo dilectissimi nostri, ne roba, ne figloli, ne affanno alchuni esservi maiore, che quello lo quale concerneße per guerra, o altra via la oppressione, et quasi totale distructione de lo Stato nostro. Il che non poria esser chi de questo no haveßi la parte. E cum cio sia, como per altri nostri ve habiamo mandato a dire, et richeder a noy, he necessario proveder per la integrità, et remedio del stato nostro pecuniaria, senza la quale teste Deo non possemo, et che più, noy vedemo di quello, che habiamo rechesto, ne potrene farne diminuzione alcuna. Il che a noy recresse, voglati dare omni cura, studio, & opera subito, et incontinenti habiamo. Nam bene che certe lanimo nostro sia lacrimosso a farvi queste speyse, et stragi, duna cossa se conforta, che cognosse lanimo, fede, et liberalitade di voy, esser continuo in expender roba, figloli, et moglere, et chi più la persona per noy, et lo stato nostro, per le quale cosse potemo regratiare Dio oltra li altri de tanta fidelità, et amore de li subditi. Dat. Casal. die XXIIII. octob. MCCCCXL sexto.

Nobis dilectis communitatibus, & hominibus locorum nostrorum Aquis, Nicie Montisf.

Eusebius

Litteræ Bonifacii M. Montisf., quibus liberationem Gulielmi fratris a carceribus Papiæ in Aquensium notitiam deducit. Ex libro Convoc. arch. civit. Aq.

MCCCCL. 91

Satisfacimus amplissimo vestro desiderio nobiles, & prudentes dilecti nostri, & optatam vobis consolationem afferre volentes, ut qui passionum hactenus nostrarum partes substinuistis non exiguas, ita consolationum sitis participes. Nunciamus vobis, quod hac hora Illustrissimus Frater noster amantissimus Gulielmus huc Cassale applicuit per graciam Omnipotentis Dei, qui ubique custodit insontes, & solvit in vincula conjectos. Volumus

igitur, ut ipsi Deo Summo gratias immensas nobiscum agentes devotissimas processiones, & luminosa falodia fieri faciatis. Dat. Casali XXVIIII. maji MCCCCL.

Privilegium immunitatis concessum a Gulielmo M. Montisf. Episcopo Albensi pro subditis Abbatiæ sancti Quintini. Ex lib. Convoc. civit. Aq.

92 MCCCCLXVIIII.

Gulielmus Marchio Montisferrati &c. Si considerare, & animadvertere velimus, quid est, quod magis principes illustret, ac nominis claritate dignos efficiat, nil profecto reperimus, quod ipsos principes illustriores, & clariores reddat, & efficiat, quam munificentia, & liberalitas. Quapropter cum Reverendissimus in Christo pater Petrus de Carreto Marchio Saone, ac Episcopus Albensis, & Comes noster dilectissimus Consiliarius a nobis petierit, ut omnes homines sue Abbatie s. Quintini prope Spignum subjectos, videlicet locorum Plane, Cagne, & Jusvalle francos, liberos, & immunes ubique in patria nostra efficere velimus; honeste requisitioni prefati Episcopi, qui de nobis optime meritus est, & annuere, & satisfacere libentissime volentes, sequentes quoque nostrorum illustrium predecessorum vestigia . . . harum serie universos, & singulos homines locorum suprascriptorum Plane, Cagne, & Jusvalle ab omnibus . . . dacitis, pedagiis, & gabellis, & exactionibus, & solutionibus quorumque onerum cujuscumque generis, & manieriei pro quibusque rebus, & bonis suis hinc inde pro eorum, ipsorumque familiarum usu quovis modo conducendis transportandis liberos facimus. Hortantes quoque vehementer quoscumque vassallos nostros tam mediatos, quam immediatos, ut antedictos homines in terris suis, a quibuscumque oneribus solutionibus, ut supra dictum est, francos, liberos, immunes, & exemtos nostri contemplatione reservare velint, attento quod jura civilia ita volunt, & disponunt. Mandantes &c.

Dat. Casali 25. aug. 1469.

Joannes Antonius.

Privilegium mercati singularum hebdomadum a Gulielmo M. Montisf. Aq. civitati concessum. Ex Arch. civ.

93 MCCCCLXXX.

Gullielmus Marchio Montisferrati Sacri Romani Imperii Princeps, Vicariusque perpetuus, ac Ducalis Capitaneus Generalis. Si cunctas principium laudes, cunctaque ornamenta, de quibus cum omnium benedicentia, & perpetuitate nominis illi & amantur, & predicantur, nos ipsi percurrimus, nihil tam precipuum, nihil tam faustum, nihil etiam tam accomodatum censetur, quam & veterum, & novorum habere reminiscentiam meritorum. Nos itaque sinceram in nos devotionem immensam reverentiam, & fidem inteneratissimam fidelissimorum subditorum nostrorum, civium, & incolarum nostre Aquensis civitatis repetentes merita, equidem ratione optima movemur, & dignum Principe fore arbitramur illorum commodis, & beneficiis semper favere, ac devotis, & honestis requisitionibus morem gerere. Quas ob res dictis nostris civibus Aquensibus ex nostri certa scientia, mera liberalitate, & motu proprio concedimus, ac facultatem, & auctoritatem impartimur, quod de cetero, & in perpetuum in eadem civitate qualibet hebdomada, & in die veneris facere, & tenere possint mercatum liberum, francum, & exemtum a pedagio castri nostre dicte civitatis ipso die mercatus duntaxat . . . . precipientes expresse universis, & singulis nobilibus officialibus, & jusdicentibus, ac subditis nostris presentibus, & futuris, quatenus statim de hujusmodi nostra liberali concessione mercati publicas proclamationes in locis solitis fieri faciant &c.

Dat. Casali die X. octob. MCCCCLXXX.

Sig. Antonius.

Innocentii VIII. Breve confirmantis concessionem feudalem, aliaque jura a Gullielmo M. Montif., & Sixto IV. Johanni a Ruvere in feudis Monasterii, & Bestagni concredita Ex Tabul. Dominorum MM. a Ruvere.

MCCCCLXXXIV. 94

Innocentius Episcopus &c. ad perpetuam rei memoriam Sedes Apostolica aequa semper in omnibus distributrix ea, que rationabiliter gesta, & ordinata fore noscuntur, ut illibata persistant, Apostolico consuevit munimine roborare, & que ad illorum observationem conferre possint Apostolice promissionis adhibere remedium, prout in domino conspicit salubriter expedire. Dudum siquidem per felicis recordationis Sixtum PP. IIII. predecessorem nostrum accepto, quod quondam Gullielmus Marchio alias Montisferrati dederat, tradiderat, & perpetuo concesserat quondam Johanni de Ruvere militi Saonensi pro se suisque filiis legitimis, & succesforibus masculis ab eodem descendentibus in feudum, & jure feudi recti, nobilis, antiqui, aviti, & paterni sub certo modo, & forma tunc expressis castra, & loca Bistagni, & Monasterii Aquensis Diocesis juxta suos confines cum omnibus, & singulis eorum juribus, & pertinentiis accessibus, & egressibus bonis rebus molendinis collectis angariis, parangariis, gabellis, & aliis pensionibus, prestationibus tam ordinariis, quam extraordinariis, ac etiam reditibus, fictibus, & ceteris emolumentis debitis, & prestari solitis, venditionibus quoque, utilitatibus terris cultis, & incultis, pratis, vineis, campis, viridariis, pascuis, nemoribus, montibus, planitiebus, collibus, aquis, aquarumque decursibus, ripariis, piscationibus ac omnibus, & singulis aliis pertinentiis, & adjacentiis, & homagiis omnibus, hominum fidelitatibus mero & mixto imperio gladii potestate, & omnimoda jurisdictione, ita ut per homines, seu incolas dictorum locorum, a quibuscumque gravaminibus, que eis quomodolibet inferri, & sententiis,

quas promulgari contra eos contingeret *per* poteſtates caſtellanos, ſeu officiales, & jusdicentes ipſius Johannis, & ſucceſſorum ſuorum nominibus in dictis locis, & quolibet eorum ad dictum Johannem, & ſucceſſores ſuos; a gravaminibus vero que inferri, & ſententiis, quas per dictum Johannem, & ſucceſſores ſuos promulgari contingeret ad predictum Gulielmum Marchionem, & ſucceſſores ſuos apellari deberet, & in eo gradu eſſent, & ſub eiſdem legibus, & ſtatutis regerentur, quibus regebantur per quondam Johannem Bartholomeum de Carreto tempore quo preerat regimini *eorum dummodo* ipſi tunc Gullielmo Marchioni per predictum Johannem, ſeu ejus nomine primitus, & ante omnia ducatorum duodecim milia efficaciter . . premiſſorum occaſione ſolverent, prout in quibusdam inſtrumentis deſuper confectis idem predeceſſor plenius acceperat contineri; infeudationem, traditionem, & ſucceſſionem predictas, ac pro ut illas concernebant omnia, & ſingula in dictis inſtrumentis contenta, & inde ſecuta quecumque motu proprio, & ex certa ſua ſcientia confirmavit, & approbavit, eaſque robur perpetue firmitatis voluit obtinere, ſupplevitque omnes, & ſingulos defectus, ſi qui forſan interyenerint in eiſdem; & ſi forſan caſtra, & loca hujuſmodi ſeu eorum alterum, vel aliquem ex eorum poſſeſſionibus Camere Apoſtolice, ſeu predeceſſoribus ſuis Romanis Pontificibus pro tempore exiſtentibus quomodolibet obnoxia, ſeu obbligata fuiſſe, aut etiam eſſe, ac fore, aut ex eo quod aliquod eorumdem caſtrorum vulgare nomen religioſi loci, ſeu vocabulum, ſeu nuncupationem ſortitum foret, ac etiam tunc ea pertinere ad aliquam Eccleſiam, aut a quibuſcumque Monaſteriis, Metropolitanis, & aliis Cathedralibus, & Collegiatis Eccleſiis quomodocumque dependiſſe, aut dependere, ſeu earumdem Eccleſiarum, aut ſui ordinis Monaſteriorum illorum, *vel* illa pro tempore obtinentium tantum perſonarum juriſdictioni ex quavis cauſa ſubjecta fuiſſe, ac etiam fore, & ad Eccleſias Monaſteria, & alia beneficia hujuſmodi pertinuiſſe, ac pertinere contra conceſſionis predicte formam reperiatur cum omnibus, & ſingulis decimis, primitiis, & aliis rebus, & bonis, quibuscumque per predictum Gullielmum, & ſucceſſores ſuos caſtra, & loca hujuſmodi pro tempore obtinentes percipi ſolitis, & ad caſtra, & ſeu loca hujuſmodi quomodolibet ſpectantibus, & pertinentibus, quatenus opus foret de novo in feudum Eccleſiarum, ſeu perpetuum vicariatum temporalem Joanni, & ſuis ſucceſſoribus prefatis eiſdem motu, & ſcientia, ac de Apoſtolice Poteſtatis plenitudine conceſſit, & totum id & quidquid dictorum caſtrorum, ſeu locorum, vel poſſeſſionum hujuſmodi Camere Apoſtolice predicte alias forſitan perſolutum, ac etiam debitum fuiſſe, & fore eidem Joanni, & ſuis ſucceſſoribus predictis motu, & ſcientia ſimilibus liberaliter remiſit, & donavit, ipſoſque penitus, & omnino ex premiſſis quotando abſolvit, & liberavit, ac quotos & liberos perpetuo declaravit, dictam vero juriſdictionem, & dependentiam, dominium, & proprietatem, ſi quam forte reperierint, nec non quaſcumque lites, ſeu cauſas premiſſorum occaſione contra quaſcumque perſonas cujuſcumque dignitatis, ſtatus, gradus, ordinis, conditionis, vel preeminentie, quomodolibet forſitan motas, & in quavis inſtantia pendentes ad ſe, & Sedem Apoſtolicam motu, ac ſcientia, & poteſtate predictis, advocavit, ſuppreſſit, & extinxit, caſſavit, & irritavit, ac ſuppreſſas, & irritas caſſas, & extinctas fuiſſe, & eſſe, ac fore decrevit, & declaravit; & inſuper juspatronatus, ſeu preſentandi perſonas idoneas ad parochiales Eccleſias caſtrorum, ſeu locorum, juriumque, & pertinentiarum eorumdem, cum eas pro tempore vacare contingeret ad Joannem, & ſucceſſores predictos etiam laicos ex tunc deinceps, & perpetuis temporibus eiſdem motu, & ſcientia, & poteſtate voluit pertinere certis, deſuper exequutoribus deputatis, qui facerent eoſdem Joannem, & ſucceſſores poſſeſſione caſtorum, & locorum predictorum pacifice gaudere prout in ejuſdem predeceſſoris legitimis literis, deſuper confectis plenius continetur. Nos igitur, qui Bartholomeum filium, & Bernardinum Gullielmi nepotem ipſius Johannis dilectos filios Magiſtros litterarum Apoſtolicarum ſcriptores, & familiares noſtros, & ejuſdem Joannis eredes, & in oppidis predictis ſucceſſores ob ſincere devotionis affectum, quem ipſi ad nos, & Romanam Eccleſiam gerere comprobantur, paterna diligimus in domino caritate, cupientes premiſſa omnia, & ſingula inviolabiliter obſervare motu proprio non ad ſucceſſorum eorumdem, vel aliorum pro eis nobis ſuper hoc oblate petitionis inſtantiam, ſed de noſtra mera liberalitate, ac certa noſtra ſcientia infeudationem, traditionem, & conceſſionem Sixti quoque predeceſſoris litteras predictas, ac omnia, & ſingula in illis, & predictis inſtrumentis contenta auctoritate Apoſtolica tenore preſentium confirmamus, approbamus, preſenti quoque ſcripti patrocinio communimus, ac illas in perpetuum obſervari debere volumus, & decernimus, ſupplentes quoque omnes, & ſingulos defectus, ſi qui forſitan intervenerint in eiſdem, & pro potiori cautele ſuffragio eaſdem Sixti predeceſſoris Pape litteras & ſingula per eum in illis conceſſa facta, & ordinata motu ſcientia, & auctoritate predicta innovamus, & de novo facimus, concedimus, ſtatuimus, & ordinamus, ac omnibus, & ſingulis cujuſcumque ſtatus, gradus, ordinis, preminentie, & conditionis perſonis Eccleſiaſticis, & ſecularibus ſub excommunicationis pena per eos, qui contrafecerint incurrenda, ne dicti Joannis ſucceſſores predictos ſuper premiſſis, ſeu premiſſorum aliquo, & quovis *moleſtent, ſed* ſucceſſores ipſi caſtra loca territoria jura juriſdictiones, & alia premiſſa aſſequi, eaque tenere, habere, poſſidere, & conceſſis ipſis deſuper facultatibus, privilegiis, indultis, & poteſtate in illis, & eorum hominibus, & perſonis uti, frui, & gaudere libere poſſint, & valeant quovis queſito colore, aut reſpectu directe, ſeu indirecte, tacite, vel occulte per ſe, vel per alios impedire, inquietare, moleſtare, ſeu perturbare quoquomodo preſumant eiſdem motu ſcientia, & auctoritate diſtrictius inhibemus, & nihilominus venerabilibus fratribus noſtris Aquenſibus, Albenſi-

bus, & Saonenſibus Epiſcopis per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ipſi vel duo, aut unus eorum per ſe, vel alium, ſeu alios premiſſa omnia, & ſingula, ubi quando, aut quotiens expedire cognoverint, & fuerint deſuper pro parte ſucceſſorum predictorum requiſiti ſolemniter publicantes, ac eiſdem dicti Joannis ſucceſſoribus in premiſſis efficaci preſidio aſſiſtentes faciant ea omnia, & ſingula inviolabiliter obſervari non permittentes ſucceſſores ipſos ſuper his per aliquos indebite moleſtari, vel inquietari, ac eos, quos eis contrafeciſſe conſtiterit toties *ſemper* quoties opportunum fuerit excommunicationis penam predictam incurriſſe declarent, ac legitimis ſuper his habendis ſervatis proceſſibus, eos iteratis vicibus aggravent, excommunicatos quoque aggravatos publice nuncient, ac ab aliis nunciatos, & ab omnibus arctius evitari mandent, & faciant contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſcendo, invocato ad hoc ſi opus fuerit auxilio brachii ſecularis, non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac omnibus illis, que idem predeceſſor in dictis ſuis litteris voluit non obſtare; contrariis quibuſcumque &c., ſeu ſi aliquibus communiter, vel diviſim a predicta ſit ſede indultum, quod interdici ſuſpendi, vel excommunicavi non poſſint per litteras Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem. Nulli ergo omnino hominum liceat &c. Si quis autem hoc &c. Datum Rome apud s. Petrum anno Incarnationis dominice milleſimo quadringenteſimo octuageſimoquarto pridie Kalendas februarii Pontificatus noſtri anno primo.

Præceptum delegatorum a S. P. factum Danieli Viſtarino, ut dimittat hæreditatem Jo. Baſcheriæ in pontis conſtructionem ſuper Burnidam convertendam. Ex Arch. civit.

95 MCCCCLXXXXI.

Tiburtius Bulla Presbyter, & Rainaldus Deporta Canonicus Aquenſis executores . . . . . Apoſtolici . . . . . Danieli Viſtarino legum doctori . . . ſalutem . . . Litteras Innoc. VIII. . . . accepimus per Scurotum procuratorem piarum cauſarum, & menſe Epiſcopalis . . . ſub hoc tenore. Innocentius &c. Accepimus quod quondam Joannes Baſcheria Laicus Aquenſis eredem univerſalem inſtituit quondam Joannem Thomam Baſcheriam ejus filium legitimum, & naturalem, et ſi idem Joannes Thomas decederet ſine liberis, vel ab inteſtato ei ſubſtituit Nicolinum Baſcheriam Teſtatoris fratrem. Et ſi dictus Nicolinus decederet ſine filiis . . . eo caſu bona ipſius teſtatoris debeant vendi, & pretium eorum bonorum converti in fabricam unius pontis ſuper flumen Burmide in territorio Aquenſi loco deſignando per conſilium Aquenſe . . . . & evenerit conditio predicta, nec ſint in eo teſtamento deputati aliqui executores, & venerabil. Frater Conſtantinus Epiſcopus Aquenſis, ad quem tam pie voluntatis executio pertinere dignoſcitur Rome reſideat . . . evenire poſſit, quod bona ipſa diſſiparentur . . . conſtituimus, ut tres, vel duo, vel unus Canonicus ſe informet, & premiſſa ſubhaſtatione plus offerenti vendant. Dat. Rome apud s. Petrum pridie idus aprilis an. VII. Joannes Burchardus.

Vos D. Daniel Viſtarine ereditatem ac bona hec . . . occupare indebite velle videmini. Nos igitur mandata Apoſtolica exequi volentes vos Danielem citamus, & monemus, quatenus die XX. proxime ſequenti poſt harum preſentationem in clauſtro Eccleſie cathedralis comparere ſtudeatis . . . . alioquin &c.

Dat. Aquis die XII. novemb. MCCCCLXXXXII ind. IX.

Privilegium Nundinarum, & facultas pontis ſuper Burmiam conſtruendi Aq. civ. conceſſa. Ex Arch. civ.

MDIX. 96

Gulielmus Marchio Montisferrati S. R. I. P. V. Q. PP. &c. ſincera fides &c. . . . . annuere volentes petitionibus per ipſos cives ob hanc conceſſionem obtinendam nobis ſepius porrectas . . . predictis civibus, & comunitati . . . concedimus . . . quod perpetuis temporibus poſſint celebrare nundinas . . . inchoandas in feſto s. Crucis de menſe ſeptembris, & finiendas in calendis octobris ſingulis annis francas, exemptas, & immunes ab omnibus daciis, pedagiis, collectis vectigalibus, & aliis omnibus quibuſcumque, que deferrentur ad ipſam civitatem, & ab ea extrahentur nundinarum tempore durante, & quod omnes perſone, que venerint ad ipſas nundinas ipſis durantibus non poſſint pro cauſa pecuniaria, aut aliquo debito publico, vel privato detineri, arreſtari, vel gravari, vel moleſtari in perſona, nec in bonis, ſed tutum liberum, & ſecurum acceſſum, & redditum habeant. Mandantes &c.

Dat. Caſali die XXI. menſ. novemb. MDIX.

Maimonus.

Inſuper eiſdem civibus, & comunitati, ut facilius, & comodius ad balnea, & ad alias partes, & loca ultra Burmidam exiſtentes tranſire, & accedere poſſint, ſuis benemeritis ſic poſtulantibus licentiam concedimus, & facultatem conſtruendi . . . . . ſuper ipſo flumine Burmide pontem ligneum, vel lapideum prout ipſis civibus videbitur &c.

Abſolutio pœnarum, in quas inciderant Aquenſes ob invaſionem factam in locum caſtri Rocherii, damnaque illata. Ex Arch. civ.

MDXVII. 97

Gulielmus Marchio Montisferrati S. R. I. P. V. Q. PP. &c. Cum comunitas . . . & particulares perſone utriuſque ſexus civitatis noſtre Aquis fuerint per diverſos Judices intitulatos de diverſis criminibus . . . & contra eoſdem Aq. fuerint formati plures, & diverſi proceſſus criminales tam per egregium Antonium della Turre de

Ripalta ſecretarium noſtrum, & commiſſarium per nos ad hoc deputatum, quam per nobilem caſtellanum, & poteſtatem dicte civitatis Aquis, nec non per caſtellanos, & juſdicentes caſtri Rocherii, ſeu Alicis ſumto pretextu, quod predicti Aquenſes uniti more hoſtili, ac armati diverſis generibus armorum mediante ſono campane, timpanoque pulſante, & aliis inſtrumentis bellicis utentes, conſilioque prehabito violenter, & per vim publicam acceſſerunt ad locum noſtrum caſtri Rocherii, & in ipſo loco ignem, & incendium immiſerunt, eumque combuſſerunt, & quoſdam ex hominibus, & mulieribus dicti loci, & ibidem habitantibus vulneraverunt, & occiderunt, bona ipſorum derobarunt, & devaſtaverunt, & fere totum ipſum locum deſtruxerunt, unionemque, & vim publicam, furta, aſſaſſinagia, latrocinia, homicidia, & alia normia, & enormiſſima delicta, etiam cum modica noſtri reverentia prout reperitur contineri in omnibus, & ſingulis dictis proceſſibus geſtis, & agitatis coram predictis judicibus &c. Nos pro noſtro, majorumque noſtrorum inſtituto more ad clementiam proni erga ſubditos noſtros . . . attenta maxime ipſorum Aquenſium devotione, & fide antiqua erga nos, & ſtatum noſtrum, Illuſtriſſimos quoque noſtros Progenitores. Harum ſerie . . . facimus predicte comunitati conſulibus conſiliariis . . . plenam, liberam, & amplam gratiam, & abſolutionem &c.

Dat. Tridini die XVIII. novemb. MDXVII.

Paſtronus.

Litteræ Rectorum ſodalitatis B. M. V. Romæ inſtitutæ, quibus fratres s. Antonii civitatis Aquarum ſuo Collegio aggregant, omnibuſque juribus participes faciunt. Ex membrana pene D. Lingerium ab Actis civit. Aq.

98 MDLXXXVIII.

Anno MDLXXXVIII. die XXI. februarii. Innoc. Malvaſia, Vinc. de Vetera, Leo Strotius, & Aſdrubal Matthejus Cuſtodes Romanæ Archiconfraternitatis Confalonis B.V. Mariæ, petente magnifico D. Gulielmo Lingerio familiari domeſtico Illuſtriſſimi & Reverendiſſimi D. Cardinalis Alexandrini aggregaverunt confratres Confraternitatis s. Ambroſii *civitatis Aquenſis ſuæ Archiconfraternitati ſub hac conditione, ut ejus confratres elemoſinam ceræ albæ in Aſſumtione B. M. V. Romam ad Archiconfraternitatem deferant. In hiſce vero litteris confratres s. Ambroxi ab illis cuſtodibus monentur*, ut predicationes verbi Dei frequentent, ſepe peccata ſua confiteantur, Euchariſtiam ſumant, orationibus invigilent, infirmos, & precipue confratres viſitent, & eos conſilio, & auxilio adjuvent, corpora defunctorum confratrum, & aliorum fidelium preſertim benefactorum aſſocient, Eccleſiaſticeque ſepulture tradant, ac pro illorum animabus preces effundant, divinaque officia celebrent, & celebrari faciant miſerabilibus quoque perſonis . . . necnon afflictis Chriſtifidelibus captivis in miſera infidelium ſervitute detentis pro eorum redemtione de aliqua eleemoſina ſubveniant, & aliis caritatis, ac pietatis officiis vacent &c.

Stephanus de Levo Vic. Gen. Epiſcopi Aquen. ſolemne hoc aggregationis documentum in publicum edi mandavit die IV. junii MDLXXXVIII.

Erectio Archivi a Vincentio Duce Mantuæ Aquen. civitati conceſſa. Ex Tabul. ejuſd. civit.

MDLXXXXII. 99

Vincentius Dei gratia Mantuæ, & Montisferrati &c. cum communitas, & homines civitatis Aquis, Ducatus hujus noſtri exponendum nobis curarunt ſibi ipſis magno incommodo, & ſumptui eſſe ſcripturas, & inſtrumenta publica, que in dicta urbe, ejuſque ditione recipiuntur, ad archivium urbis hujus itidem noſtræ deferre, cum illa poſtea ubi opus ſit, non tam facile, ac ſtatim ob locorum diſtantiam habere poſſint, idcirco a nobis ſuppliciter petierunt, ut ipſis facultatem archivii in dicta civitate Aquis erigendi, in quo ſcripturæ, & inſtrumenta publica aſſervari poſſint concedere dignaremur, eorum precibus annuendum duximus, ut ex hoc, quantum eorum commoda, & utilitates nobis cordi ſint, clare percipiant. Hoc igitur decreto . . . . . ultro, conſultoque eiſdem communitati, & hominibus concedimus, abſque tamen regiſtri inſtrumentorum prejudicio, ut archivium in dicta urbe Aquis erigere, in eoque ſcripturas, & inſtrumenta publica, ut ſupra aſſervare poſſint, hac tamen lege, ut ſcripturas, ac inſtrumenta, in quibus de intereſſe noſtro agatur, Præſidi, & magiſtratui ejuſdem Ducatus noſtri conſignare teneantur, mandantes &c.

Datum Caſali Kal. junii MDLXXXXII.

Erectio Collegii Juriſconſultorum, & Notariorum cum jure nundinas celebrandi in feſto die B. Guidi, & s. Crucis, & facultas habendi mercatus die martis, & veneris ſingulis quibusque hebdomadis conceſſa a Vincentio Duce Mantuæ &c. Ex Tabul. civit.


MDLXXXXIIII. 100

Vincentius Dei gratia Dux Mantue, & Montisferrati &c., Nos, & Domini Anteceſſores noſtri recolendæ memoriæ obſequia dilectorum noſtrorum civium Aquenſium Ducatus hujus noſtri agnoſcentes, & propterea eorum indigentiis libenti animo, & benigne conſentire volentes, quo facili in illa urbe in dies ſplend. . . . . commerciorum induſtria res ſuas mercando augere valeant, majoraque commoda ſentiant, idcirco humilibus ipſorum annuentes precibus hoc decreto pro arbitrio, & abſoluta poteſtate, qua in univerſum Ducatum hunc noſtrum p. otimur . . . volentes ultro, conſultoque dictis civibus, non ſolum eorum privilegia, ſtatuta, capitula, bonos mores, laudabiles conſuetudines, franchiſias, ſententias, conventiones, conceſſiones, omniaque alia jura, quæ ipſis a majoribus noſtris conceſſa, & approbata,

& hactenus obſervata fuerunt, & confirmamus, & approbamus, ſed etiam illis concedimus, ut in civitate ipſa collegia juriſconſultorum, & notariorum erigere valeant certis, & quidem honeſtis conditionibus per Senatum noſtrum hujus Ducatus comprobandis regulata, necnon nundinas in feſto s. Crucis menſis ſeptembris inchoandas, & finiendas in calendis octobris ſingulis annis ipſis hoc tempore in dicta civitate, & caſtro conceſſas ab Illuſtriſſimo, & Excellentiſſimo Domino Marchione Gulielmo Montisferrati prædeceſſore noſtro felicis recordationis ut latius eſt videre in decreto dato Caſali die XXI. menſis novembris MDIX., quod hic pro expreſſo haberi volumus, confirmamus, & quatenus opus ſit denuo concedimus. Quemadmodum predictis civibus poteſtatem facimus, ut alias nundinas, quæ menſe majo in eodem feſto s. Crucis fieri ſolent, iidem IIII. nonas junii in feſto B. Guidi facere queant cum ſolitis franchiſiis, & libertate, citra tamen prejudicium dacii noſtri generalis hujus noſtri Ducatus, & aliorum noſtrorum jurium, facultatem quoque dictis civibus concedentes, ut in præfata civitate emporium diebus martis, & veneris ſingula ebdomada cum ſolitis eorum franchiſiis, & libertate citra etiam præjudicium dicti dacii generalis celebrare valeant; & quoniam ſicuti cives ipſi nobis etiam expoſuerunt inter ipſam civitatem, & locum Veraginis ditionis Genuenſis fuit, & eſt antiqua conventio, ut reciproce habitatores tam in dicta civitate, quam eodem in loco iidem cives, ſive habitatores viciſſim habeantur, & tractentur, & ſolitis franchiſiis . . . . . gaudeant, præcipueque die martis, quo emporium fieri ſoliti ſunt; idcirco antiquam hanc conventionem approbamus, & confirmamus modo, & forma, quibus antea gaviſi ſunt, ita tamen ne præmiſſa in auctoritatis, honoris, dignitatis, ac jurium noſtorum diminutionem aliquo modo cedant. Mandantes ea &c.

Datum Caſali III. nonas decemb. MDLXXXXIIII.

Fortunatus Cardus Cancellarius.



DE ORIGINE, ATQUE HISTORIA CIVITATIS ALEXANDRIÆ

Raphaelis Lumelli Alexandrini, atque clariſſimi ſæculi XVI. ſcriptoris Commentaria.

Fluctuabant univerſæ Italiæ civitates, ac bellis inteſtinis maximis tempeſtatibus exagitabantur, nec ullus Euripus tot, tantaſque civit unquam tempeſtates, quot, quantiſque Italia ſuo pondere ruens procellis premebatur. Animi enim mortalium dominandi libidine accenſi, omnia venalia habebant, nihilque tam tutum, nihilque tam ſanctum erat, quin illamet cupiditas præfigeret. His accedebat orientis imperio cum occidentali non levibus ex cauſis, & ſuſpicionibus diſſidium, quæ res magnopere Chriſtianam Rempublicam labefactans Saracenorum, ac Perſarum vires augebat. Nec his tantis malis quies apparebat ulla, quin imo Federicus Ænobarbus Romanorum Imperator, qui Rempublicam Chriſtianam ſartam tectam præſtare debebat, illam penitus violare, ac prorſus evellere conabatur, dum arbitratu ſuo de ſummo Pontifice non ſecus, ac ſi utrumque gladium ſuſtineret (*decernere vellet*). Forte enim Alexander III. Pontifex, vir omnibus virtutibus ornatiſſimus, & de Orbe Catholico benemeritus, Sedi Apoſtolicæ moderabatur, in quam canonice a viginti duobus Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus electus fuerat; & dum Octavianum quemdam civem Romanum a tribus ſolummodo Cardinalibus Apoſtolico ſolio impoſitum, Federicus quo jure, quaque injuria defendere conatur, ſtatuit ad ſe utrumque vocandum, ut coram ſe de juribus partium ſtatueret. Victor (ita enim vocabatur Antipapa) ſe lubenti animo hoc judicium ſubire affirmat. Cæterum id non paſſus Alexander, cernens id non eſſe e dignitate Sedis Apoſtolicæ, ut Laicus de re ſacra judicium ferret, judicium Imperatoris detrectavit, aperte hoc illi per litteras ſignificans nimis grave eſſe, ſi Romanus Pontifex, cui claves regni Cælorum a Chriſto commiſſæ, ac creditæ eſſent, judicium Dominus prophanus ſuſciperet de re Eccleſiaſtica; propterea ſe illum hortari, ac monere, ut ab hac cogitatione deſcederet; alioquin ſi in ea perſeveraret, ſe honori pontificio, dignitatique ſuæ non defuturum.

His literis acceptis graviter commotus eſt Imperator; quæ autem eundem ab hujuſce rei cognitione deterrere debebant, altius commoverunt, atque poſtmodum ea bella exacuerunt, quæ mox ſummo Reipublicæ Chriſtianæ detrimento ſunt ſubſecuta.

In hoc igitur turbulento rerum ſtatu Montisferrati Marchio ne ipſe quidem quietem ferre poterat, ſed ſumma induſtria, ac omnibus viribus ſatagebat populos ſuo imperio finitimos ſubijcere, nullo alio jure ſuffultus, quam quadam Othonis Imperatoris inveſtitura, quam jam uſque de anno nonageſimo ſexageſimo ſeptimo Alderamo primo Marchioni conceſſerat, quæ cum parum ad rem faceret, ridicula, & inanis quodammodo videbatur . . ., qui eoſdem vicinas ſibi . . . . . populos continua excurſione premebant, illoſque graviter urgebant, conjunctiſque armis cum Marchione ipſo, qui ſecum fœderatus in dies magis iram exacuebat, quod cerneret agros fertiles, & fœcundiſſimos horum populorum ſuæ regioni valde uſui fore; & propterea armis tentandam rem exiſtimabat, quod etiam ab ſe, & a prædeceſſoribus ſuis diverſis temporibus factum (etſi infeliciter) cerneret, ſive bellum inferret, ſive illatum propulſaret.

His igitur moleſtiis affecti memorati populi ea tempeſtate turbolenta, ac tot, & tantarum diſcordiarum plena, cum viderent inimicorum ferociam, ac audaciam ſe ferre minus poſſe, cogitabant, quo pacto ab injuriis vicinorum ſe vindicarent, & de faucibus eorum eriperent, cum præſertim ad hoc cogitandum, & deliberandum propemodum cogeret bellum, quod tunc gerebatur non aperte, ſed maxime inſidioſum, cum modo hoc, modo illud paulo interjecto tempore oppidum occuparetur.

Qua re populi in certam diem indictis comitiis conſilium indicunt, quo de communibus acturi conveniant: conveniunt frequentes, diuque, & multum agitata re, viſum eſt optimum factu negotii ſummam certis demandari viris, qui diligenter caverent, ne Reſpublica octo locorum (tot enim fuerunt) quid detrimenti caperet; coierant enim in amicitiam Gamundium, Marengum, Roboretum, Bergolium, & illi de Quadraginta familiis, Solerium, Villafori, & Vuillæ ad hoc periculum propulſandum. Quare dicta die viri delecti ſumma diligentia in unum Roboretum convenerunt, quorum unius tantum mentio Emanuelis Boidi ad nos, manuſque noſtras pervenit, quem fuerunt locutum fuiſſe in hæc verba. „ Si a nobis tandem delibe„ randum eſt, quod univerſi municipes noſtri om„ nibus votis optant, ut nos ipſos, noſtraſque om„ nium familias a tantis malis, quæ quotidie no„ bis infert Marchio Montisferrati, qui nos odio „ infenſiſſimo, atque adeo implacabili perſequi„ tur, *eripiamus*, nullam aliam viam præſentiorem „ reperio, licet paulo durior, & aſperior videatur „ quam ſi relictis patriis ſedibus, locum novæ ur„ bis condendæ aptum perquiramus, in quo urbem „ conſtruere, ædificareque poſſimus, aggeribus „ valloque, & foſſa circumdemus, in quam opes, „ fortunaſque omnes transferamus, domicilium que „ ſempiternum nobis, poſteriſque noſtris ſtatuamus. „ Non enim ex re noſtra eſt, ut inimicorum viri-

„ bus reſiſtamus, diu, noctuque ſub pellibus ver-
„ ſari; id enim maximo eſt impedimento non ſo-
„ lum illis, qui negotiis domeſticis, & agriculturæ
„ detinentur, verum etiam nobis omnibus, quod
„ quotidiano experimento eſſe verum diſcimus.
„ Nobis vero, quæ ad præſtantiſſimam, & feli-
„ ciſſimam civitatem ædificandam *neceſſaria fuerint*,
„ uſui non deerunt. Oppida enim noſtra omnium
„ rerum copiam, quæ ad bene, beateque viven-
„ dum neceſſaria, opportunaque ſunt, præbebunt,
„ relictis veteribus ſedibus, univerſas fortunas eo
„ transferemus, ubi condendæ urbis commune
„ conſilium deliberabit locum eſſe capiendum, quem
„ muro, foſſaque circumdatum, hoſtibus oppone-
„ mus ad eorum frangendam ferociam, ne ſemper
„ apertis pectoribus decertemus. Concipio enim
„ animo urbem fore non ſolum inexpugnabilem,
„ ſed etiam felicem, & quæ aliquando de victo,
„ captoque hoſte ſit triumphatura. Accedit, quod
„ famam illuſtrem, ac omnibus ſæculis, ætatibuſ-
„ que admirandam nobis parabimus. Hoc lauda-
„ bunt poſteri, admirabuntur præſentes, atque om-
„ nes nationes ipſæ laudibus extollent. Quid enim
„ hac noſtra tempeſtate illuſtrius moliri poſſimus,
„ quam novam urbem condere? quam veteres
„ Romanos imitari? Qui his excellentibus operi-
„ bus patriam ſuam illuſtrarunt. Quid ſecurius co-
„ nari poſſumus, quam nos, qui fortitudine ini-
„ micos noſtros longe præſtamus, operibus etiam
„ anteire, ut & intra mœnia, & vallum hoſtes
„ proſternamus?„ Hoc habito ſermone ſtatim
univerſus conventus uno ore, perbelle excogitatum
adclamarunt, nullumque ſalubrius conſilium in præ-
ſens inveniri potuiſſe; rem quidem fore difficulta-
tis plenam, ſed ad hoſtium impetum retundendum
valde opportunam. Multæ difficultates conventum
ipſum remorabantur; ſed hinc utilitas, & prope
neceſſitas impellebat, hinc gloriæ cupiditas ad id
faciendum. Quare cum omnibus ſuffragiis id ipſum
comprobatum fuiſſet, locum, qui maxime urbis
condendæ aptius eſſet, diligentius perquirebant;
ſed idemmet Emanuel, qui primus ſententiam di-
xerat, in hunc modum elocutum ferunt. „ Quid
„ diutius de loco novæ urbis capiendo perquiri-
„ mus, collegæ optimi? cum ante oculos, ante-
„ que ora noſtra ſtent agri fertiles, pinguique ſolo
„ uberes, omniumque rerum abundantes, copia
„ frumenti, & vini, atque procerarum arborum
„ amœnitate, nullis non anteferendi; ita ut vix
„ decerni poſſit, Ceresne, an Baccus ſedem ſuam
„ hic collocarit. Ad hæc aer ſaluberrimus, qui ha-
„ bitatoribus vitales ſpiritus viſu ipſo ſubminiſtrat.
„ Fluvius præſtantiſſimus, ac perennis, qui incolis
„ plures præſtabit commoditates, ingentes addet
„ opes, non ſolum earum rerum, quæ ad cultum
„ aptæ erunt. Ex hoc enim aditum habebimus in
„ Eridanum fluviorum regem, ex hoc in mare
„ Adriaticum, & a mari Adriatico per univerſum
„ fere orbem aditus patebit. Quibus accedit primo
„ civitas noſtra maxime opportuna, & vicina erit
„ Aſtenſi, Derthonenſi, Albenſi, & Aquenſi, &
„ reliquis circum adjacentibus *civitatibus*, *& op-*
„ *pidis*, *ubi* populi infiniti propemodum ſunt. Ade-
„ rit enim nonniſi intervallo quadraginta millium
„ paſſuum interjecto Genuenſis civitatis commer-
„ cium, quæ nobis ſummo adjumento, ac uſui
„ eſſe poterit. Nos illos, quibus minima eſt copia
„ frugum, frumento noſtro, illi nos mercibus, quas
„ ſummo vitæ diſcrimine ex univerſo terrarum or-
„ be in urbem ſuam advehunt, juvabunt; adeo ut
„ civitas noſtra tanquam centrum Pedemontium,
„ Montisferrati, & Mediolanenſium erit, ita ut
„ brevi tempore ſperandum ſit fore, ut futura
„ urbs ita creſcere debeat, ut non ſolum nobis,
„ qui in ea commorabimus, Deo Opt. Max. fa-
„ vente, verum etiam aliis Populis domicilium,
„ ſedeſque ſit futura, qui tantis pellecti commo-
„ ditatibus huc convolabunt. Agri autem, quos
„ conſpicimus penes ſocium hoc caſtrum Roboreti,
„ nobis uſui erunt ad urbem ampliſſimam, & au-
„ guſtiſſimam ædificandam, a quo non procul, li-
„ cet trans Tanarum abeſt Bergolium ad occiden-
„ tem verſus; Marengum vero orientem ſpectat;
„ meridiem Caſtellatium; & ab his ſane oppidis
„ non procul Quadringentum, Solerium, Vuiliæ,
„ & Boſcum, & reliqua fœderata oppida diſtant;
„ opportunitatem ad materiam neceſſariam conve-
„ hendam Tanarus ipſe præſtabit, & omnium alio-
„ rum locorum propinquitas facultatem nobis abun-
„ de ſuppeditabit: & ſi deſtructis, & dirutis no-
„ ſtris patriis ſedibus, ſedes novas, eaſque magni-
„ ficentiores quærere, & opes noſtras in urbem
„ novam comportare velimus, nullus rem hanc
„ aut turpem, aut contemnendam cenſeat, cum
„ urbs inclitiſſima, & propugnaculum omnium no-
„ ſtrorum ex ruinis voluntariis patriarum, terra-
„ rarum ædificanda ſit. Quin imo factum hoc ſine
„ dubio gloriam, & honorem perpetuum, decuſ-
„ que ſempiternum nobis allaturum eſſe confido.„
Hac igitur habita oratione omnes fere in eandem
ſententiam pedibus inierunt; ita ut multi voluntarii
forent, qui patriam ſuam everterent; aliqui vero
non funditus delevere; ſed colonos tantum in no-
vam urbem transmittere decreverunt. Sunt enim
qui dicerent novam urbem nimis objectam pericu-
lis ex tanta vicinitate Populorum, vixque evadere
poſſe, quin in bellorum maximas tempeſtates deci-
derent ob Gallorum vicinitatem, ac Allobrogum,
Genuenſium, & Inſubrum, & propterea decanta-
rent verſus illos Lucani:

O male vicinis hæc mœnia condita Gallis!
O triſti damnata loco! pax alta per omnes,
Et tranquilla quies populos: nos præda furentum
Primaque caſtra ſumus, melius fortuna dediſſes
. . . . . .
. . . . . .
Nos (1) primi Senonum motus, Cymbrumque ruentem
Vidimus, & Martem Libyes, curſumque furoris
Teutonici, quoties Romam fortuna laceſſit.
Hac iter eſt bellis.....

(1) *Apud Lucan. ex editione Grotii lib. 1. verſ.* 254. Non *legitur.*

Sed cum priori ſententiæ aquieviſſent populi omnes confœderati, concorditer Boidi ſententiam amplexi ſunt, ſumma omnium lætitia, atque Deo Opt. Max. Auſpice diem indixerunt circa idus maii anni ab Incarnatione milleſimi centeſimi ſexageſimi octavi, quo urbem aratro deſignarent, atque ita Altiſſimi præſidio invocato, cæteriſque Chriſtianis cærimoniis de more peractis urbis initia poſita ſunt; quo tempore tanta alacritas, tantuſque fœderatorum concurſus fuit, ut omnes admirarentur, viderentque Civitatem magnam, & amplam, & virorum multitudine refertam, antequam Civitas ipſa conderetur. De anno autem ſatis conſtat, non ſolum ex veteribus monimentis, verum etiam ex verſibus licet plane incultis, & rudibus, qui vulgo decantantur.

Anno milleno centeno terque viceno,
His addas octo fuit Alexandria facta.

Civitate aratro præſcripta, ac deſignata in Quarteria, ſeu Regiones diviſa in hanc, quæ nunc conſpicitur, formam, nulla interjecta mora memorati populi ſedes ſuas, bona, fortunaſque omnes huc tranſtulerunt, deletis prius patriis ſuis, ut novam patriam ſplendidiorem, ac illuſtriorem redderent. Oppida vero, quæ proſtratis patriis huc commigrarunt, hæc fuerunt, Gamondium, Marengum, ac Bergolium; nam Roboreto neceſſe non fuit ſedes ſuas diruere, cum apud illud oppidum reliquas ſuas ſedes collocarent. Cætera autem municipia, vel quia paulo longius diſtarent, vel quia commode prædia colere poſſe non exiſtimarent, ſi patrias ſuas diruerent, Colonos tantum miſerunt, qui novam Civitatem incolerent, quibus aliud ex quatuor Quarteriis, quod magis liberet, eſt tributum. Non defuerunt aliqua municipia inſignis alioquin nominis, utpote Boſchum municipium antiquum, & præſtans, & Porta nova, quæ ad famam novæ Civitatis ad ipſam accurrerent, ampliarentque quammaxime Civitatem omnibus commodis. Qua de re novæ urbis conditores beneficiorum memores, eoſdem honorificentiſſimo decreto in cives cooptarunt, & adſciverunt; quod in libro Crucis religioſe obſervatur. Sed antequam ulterius progrediar, nobis neceſſario ſcribenda ſunt non pauca de vetuſtate prædictorum locorum eo ordine, quo leges noſtræ municipales inſtituerunt, ut intelligant omnes, a quibus originem habeat patria hæc noſtra, & quam antiqua ſit.

Conſtat in Liguria hæc octo populorum territoria contineri, utpote quæ ad ſeptentrionem non ſolum ad flumen Padi ſe porrigat, verum etiam Ticinenſem civitatem comprehendat, Paulo Diacono authore. Quare quidquid continent territoria memorata, omne ſolum Liguſticum eſt; quod vetuſtate, fertilitate, & rerum omnium abundantia reliquos Liguriæ agros facile vincat, inter quæ Gamondium (ita priſca Ligurum lingua appellatum). Ad meridiem vergit oppidum alias muro, foſſaque munitum, agri vero ſolum rerum omnium copia nulli ſecundum, quod perpetuis temporibus aluit populum ferocem armis, & invictum bellis, & olim longe, lateque vicos, oppidaque circumvicina complectens. Hoc fere diruunt; ex hujus ruina adeo excreſcit Civitas noſtra, ut plane admirarentur omnes: urbe vero condita tantum populi in relicto loco ſuccrevit, ut exiſtimare merito potuiſſent, inde neminem veniſſe, qui Alexandriam ædificarint, Merula teſte.

Hic non eſt ommittendum Merulam exiſtimaſſe Gamondium, & Caſtellatium duo diverſa oppida fuiſſe, qua in re longe falli dicendum eſt, cum fuerit Gamondium idem quod Caſtellatium, quamquam (poſtquam ſedes, juraque omnia ſacra, & prophana Alexandriam Gamondienſes tranſtulerunt) alii ſucceſſerint, qui Gamondium reædificaverint, ſoli fœcunditate pellecti; oppidumque non ut prius Gamondium, ſed Caſtellatium, quaſi Caſtellum magnum appellaverunt. Non enim mihi rem diutius exploranti, remque præſentem inviſenti in mentem venire potuit, ubi nam ſitum eſſet Gamondium, ni ingenue fateamur Caſtellatium in Gamondii locum inſtauratum, aliter Caſtellatiani, qui opimiorem partem urbis condiderunt, nil juris in Civitate haberent, niſi Caſtellatiani Gamondienſes eſſent. Credo equidem Gamondium Longobardorum habitatione locupletatum fuiſſe, ſi quidem cum veteres ſcripturas perquirerem in æde D. Martini, in ſacrario reperi quoddam documentum Longobardico inſtituto conſcriptum, in quo mentio multa fit nominum, & familiarum Longobardicam linguam reſonantia; quidquid ſit illud pro comperto eſt Caſtellatium in maximum oppidum excreviſſe ex nova Colonorum habitatione, habuitque ſemper poſtea viros domi, foriſque præſtantes, qui non Caſtellatio ſolum, verum etiam Alexandriæ ſummo honori, & uſui fuerunt, de quibus quantum pro vetuſtate potero, mentionem ſuo loco habebo. Caſtellatiani Templa illuſtria in urbe noſtra condiderunt: ſanctum Martinum, in quo fratres Heremitani Auguſtinianæ familiæ, *Obſervantes* dicti, religioſe commorantur, & a quibus ſatis amplis facultatibus, & commodis ſunt locupletati; alias Conventuales erant, qui inibi ſacris peragendis addicebanrur. Ad hæc Parochiam S. Mariæ della Corte conſtruxerunt, in qua Collegium Canonicorum, ſcilicet Præpoſitus cum quatuor Canonicis, qui divina celebrarent, honeſto addito patrimonio erectum fuit, quæ cum diruta, & nondum perfecta forent anteriorum Præpoſitorum incuria, Joannes Baptiſta Rizzanus modernus illius Eccleſiæ Præpoſitus re compoſita cum aliis Canonicis, de ſuo etiam collato ære, in meliorem formam reſtitui curavit anno 1580., ſed nulla alia antiquitatum veſtigia in dicto oppido reperiuntur.

His proximum eſt Marengum oppidum, & ipſum antiquum, de quo mentionem facit Plinius lib. III. Nat. Hiſt. cap. 17. dicens: *Ticinum conditum fuiſſe a Levibus, & Maricis non procul a Pado flumine*, & ſatis conſtat hoc unum ex octo oppidis fuiſſe, quod Alexandriam condiderit, maximumque incrementum dederit, Marengumque Liguſtica voce appellatum, ſive id acciderit ſono naturali Liguſtico, in quam ſententiam & ipſe, Bernardus Saccus de rerum Italicarum varietate cap. 9. accedit, dum aſſerit quamvis mendoſe locum Plinii lib. III. ſub regione undecima Maricos Tanari accolas fuiſſe, quorum antiquum oppidum non procul abfuit a

loco, ubi nunc eſt Alexandria inter Tanarum, & Burmidam. Sed id verum non exiſtimo, cum trans Tanarum, & Burmidam oppidum hoc extitiſſe rei evidentia nos cogat hoc fateri. Extant adhuc hujus præclari oppidi monumenta non pauca, quibus probatur fuiſſe oppidum inſigne, & maximum. Inviſitur & nunc Turris peralta, & paucis abhinc annis haud procul a dicto oppido viſebatur Templum lateritio lapide confectum, ſed minuto, ac forti, & quod ætate mea ſemidirutum erat, moxque omnino ſolo exæquatum, ita jubente Epiſcopo Famagoſtano Viſitatore Apoſtolico de anno 1582., quod indecens eſſet, & Dei miniſterio minime aptum. Unde mirum non eſt, quod Ticinum civitatem condiderit, ut multis conſtat argumentis, tum auctoritate Plinii, tum etiam quod Civitas ipſa portam Maricam in Conditoris memoriam retinebat, quam demum regnantibus Longobardis Maringa appellata fuit. Adſtipulantur leges municipales civitatis Ticinenſis, quæ mentionem faciunt de hac porta Maringa, de qua etiam mentionem fecit Paulus lib. IV. Sunt qui velint petram Maricorum ab ipſis populis conditam fuiſſe. Reperiuntur adhuc apud Maringum lacus parvulus, fontes perennes, ac pergelidi, qui in ſummis æſtatis caloribus vires ſuas oſtentant, inter quos fons eſt ille Franciſci Milaneſii, viri egregii, numiſmatorum antiquorum ſolertis indagatoris, qui alias delitiæ fuerunt Joannis a Guevarra Hiſpani, urbis noſtræ Præfecti. Ab hoc etiam oppido nata dicitur, & Nimpha illa Latini Regis mater quamvis fabuloſe, de qua Virgilius lib. VII. Æneidos ſic cecinit;

Majus opus moveo. Rex arva Latinus, & urbes
Jam ſenior longa placidas in pace regebat.
Hunc Fauno, & Nimpha genitum Laurente Marica
Accipimus.

Quam licet alibi Horatius dicat Nimpham hanc Maricam Deam fuiſſe Minturnienſium, dum 3. Carm. Od. 17. ſcripſit:

Qui Formiarum mœnia dicitur
Princeps, & innantem Maricæ
Littoribus tenuiſſe Lyrin.

Tamen & hoc perbelle contingere potuit, ut nomen indiderit huic oppido, de quo nunc mentionem habemus, vel invitata pulchritudine, & amœnitate agri, oppidum hoc condiderit. In ſumma dicendum eſt oppidum Maringhi vetuſtate nulli cedere, multiſque anteferendum eſſe. De Marinco etiam mentio eſt apud Carolum Sigonium lib. VI. de Regno Italiæ fol. 237., & 238.

Jam ſequitur Roboretum oppidum, quod adhuc eo in loco, in quo prius conditum fuerat, reſidet; nec ſedem loco movit, ſed ad ſeptentrionem ſpectat, & apud hoc Quarterium, ſeu Regionem reliquæ Regiones Civitatis adjacent; & præterea Tanarus amnis ſecundum ipſum defluit, undiſque ſuis urbis mœnia, & caſtrum percutit. Caſtrum erat ſatis munitum, & ſolum ejus admodum ut reliquorum fertile; ex cujus ſitu ob Tanari propinquitatem allecta fuerunt reliqua alia oppida ad idem cohabitandum Quapropter Quarterium iſtud priſcum nomen, formamque relinquit, nec quidquam immutatum fuit. Ceterum quo tempore ædificatum fuerit, quidve vetuſtatis habuerit, nihil compertum habeo, ſive rei ipſius antiquitate, ſive ſcriptorum inopia. Unum hoc mihi notum, & perſpectum eſt Templum Divæ Mariæ de Caſtello ea in loco conſtructum fuiſſe ab incolis ejuſdem Civitatis, in quo olim ſitum erat Caſtellum dicti oppidi, & nunc viſitur terra acclivis, & quæ paullatim ſe attollit a cætero ſolo Civitatis. Ædes ſacræ ipſæ magnificentiſſimæ, & ampliſſimæ ſunt, luminiſque permulti, egregieque ad ibidem multos ſacerdotes alendos confabricatæ, annoque præſenti, dum hæc ſcriberem 1584. die 5. novembris Cœnobitæ ipſi, qui ſunt Auguſtinianæ familiæ Regulares Canonici ſuperadditis novis operibus, & organis ornarunt, ita ut nihil deſit ad veram magnificentiam. Viſitur etiam in eo Quarterio Eccleſia ſancti Syri in memoriam tanti viri ædificata. Famaque eſt conſtans eumdem Syrum eſſe, qui dicitur tradidiſſe quinque panes ordeaceos Chriſto, vel ipſum Dei verbum prædicaſſe, vel Diſcipulos huc ſuos ad ibidem prædicandum miſiſſe; eadem Eccleſia eſt antiquæ ſtructuræ. Dicitur Veſpaſiano Imperatore regnante profectum eſſe Beatum Syrum ad accolas Tanari fluminis, finitimaſque regiones, cum quibus diutius commoratus, multum profecit, multoſque populos inde convertit.

His proximum eſt Bergolium aliud Civitatis Quarterium, ſeu regio, quæ eſt trans Tanarum (Tanarus enim mediam urbem dividit): hoc ita ad occaſum ſpectat, Alexandriamque civitatem terminat, quod oppidum dicitur paullo longius verſus colles ab eo, quo nunc ſitum eſt loco, ſtetiſſ, diutiuſque deliberatum per incolas an cis Tanarum cum reliquis Quarteriis ſedes ſuas collocarent; an vero in eodem loco, in quo nunc condita eſt regio reſtarent, quod tandem conſtituerunt impulſi agrorum vicinitate, deterriti vero impenſarum magnitudine, quæ ab eis neceſſario ſubeundæ erant, ſi cis Tanarum ædificarent. Potiſſima vero ad hoc capiendum conſilium conſideratio hæc fuit. Proſpiciebant enim univerſi cives, ſi trans Tanarum, pomerium Civitatis promoverent, longe pulchriorem Civitatem futuram, ac multo commodiorem, poſſeque junctis utriſque fluminis ponte ripis unam, eamque ampliorem, & anguſtiorem reddere. Sed quemnam oppidum illud auctorem habuerit, quemve ædificatorem ob rei antiquitatem incolis notum non eſt. Illud tamen pro confeſſo eſt mirum in modum Civitatem ex hujus frequentis, & pulcherrimæ regionis acceſſione . . . . . viæque ad lineam directæ ſe ita ſecant, ut nullo negotio liceat alterum e regione viarum exiſtentem, & deambulantem ſpectare (1). Duo item inſignia oppida vetuſtiſſima

(1) *Archiepiſcopus Mediolanenſis unum ibi Monaſterium, & duas Eccleſias poſſidebat, quas Alexander III. Oberto Archiep. Mediol. confirmavit cum aliis bonis, ac juribus ſpeciali diplomate anno MCLXII. relato a Sormanno de anathemate contra Gallos pag. 232. ubi inter cetera hæc leguntur in rem noſtram* „ in „ Aquenſi Epiſcopatu Monaſterium S. Quintini de „ Splegno (Spigno), in Bergulio Monaſterium S. Petri, „ Eccleſiam S. Johannis, & aliam S. Stephani cum ea„ rum capellis. *Confer. Chron. F. Jac. ab Aq. par. II. Col. 144. lin. 27. & ſeq.*

Quadringentum, & Solerium. tantæ urbi condendæ pretio fuerunt. De hoc postremo nihil est, quod dicam in præsens, præterquamquod oppidum hoc hominibus frequentissimum dives, & valde populosum esse, territoriumque ejus omnibus rebus abundans, præsertim tritico, & ob hanc copiam Solerium appellatum existimo, quasi Solarium, in quod reconditur triticum, & præsenti ætate, & aliis præcedentibus semper progenuit viros bellicis artibus instructissimos, & literis aliquot viros insignes, inter quos Lancillottus Gallia floret J. C. eruditus, & qui maximam ingenii sui famam adeptus est, operibus per eum conditis summa cum laude.

Quadringentum vero a quadraginta Romanis familiis oppidum antiquitate est maxime illustre, utpote quod Romanorum usque temporibus ad comprimendos motus Ligurum cum plerisque aliis finitimis oppidis erectum fuerit, id attestante Merula: quod si & Livio credendumest II. hist. lib. .... testatur verum esse. Nam dum Romani varios bellorum eventus cum Liguribus habuissent, ut tandem illos a sæpe iteratis rebellionibus compescerent, nihil utilius ipsis visum fuit, quam Romanos colonos in eorum finibus transmittere, ut Ligures in officio continerent, & eorum auctoritate, & dignitate permoti a cœptis desisterent, ut si longius progressi fuissent, statim Rempublicam certiorem redderent, & armis quoad possent comprimerent. Supersunt adhuc plane antiquitatis vestigia, Templum, quod vetustatem redolet, in quo requiescunt corpora trium sanctorum Dalmatii, Primi, & Feliciani, qui pro Christi fide martirio coronati sunt, multorumque præterea aliorum reliquiæ venerandæ pro summa diligentia a Quadringentinis asservantur in marmorea capsa, quæ & ipsa vetustatem redolet, utpote quæ Romanis temporibus fabricata fuit, idque verum esse inscriptione monstratur. Nam cum superiori anno arca illa aperiretur, quidam animadverterunt subter eam adesse hanc inscriptionem.

IPONIANUS SECUNDUS P. CEST.
JUS PRISCUS DUCENIUS PROC. (I)
ES NERVÆ TRAJANI AUG. LEGION.
TURM. VI. TRIBUN. MILIT. LEGION. XXI. R.A.

Adest eo in loco Basilica figura rotonda, quæ antequam corpora prædictorum Sanctorum illuc translata essent, sancti Secundi Basilica nuncupabatur. Reperiuntur passim per territorium numismata diversorum Imperatorum tam ænea, quam argentea, & mea ætate reperta fuerunt. Quin quidam dum altius terram effoderet, statuam invenit magni ponderis argenteam; at cum diutius rem celasset, resciri non potuit, quomodo conflata fuisset; sed interim is valde locupletatus est. Cineres passim priscorum incolarum diversis in locis effodiuntur, & præsertim in agro meo Gorretano, in quo quotidie ingentes lateres ab agri cultoribus inveniuntur cineribus referti: sed quia ob frequentia bella, quæ diu in regione hac viguerunt, & ob longa militum hospitia, quæ sæpius eodem in hyberna transmittuntur, & ob hostium vicinitatem multa damna pati coactum, etiam propter oppidanorum prædivitum in Civitatem commigrationem factum est, ut in vici speciem fere redactum visatur. Quamvis non desint viri divites, & opulenti, qui spem aliquando in ampliorem formam reducendi, & pristinum nitorem, & splendorem recuperandi mihi præbeant. Ex hoc tamen oppido plures viri insignes armis, & literis non secus ac ex equo Trojano exierunt, qui Civitatem ipsam abunde illustrarunt, & de quibus mox suo loco dicturus sum. Visitur etiam Ecclesia diruta lateritio lapide in ea regionis parte, quæ ad Appianum dicitur sub titulo sancti Nazarii; fama est, eaque constans, & pervagata Monacos Divi Bernardi illam inhabitasse, horisque Canonicis persolvendis vacasse: at supervenientibus bellis, aliisque humanis calamitatibus, eandem dirutam fuisse, humique prostratam; verum ex hujus Ecclesiæ ruina maxime crevisse civitatis Alexandriæ Episcopatum, cui ex diplomate Pontificio prædia dictæ Ecclesiæ sancti Nazarii unita fuerunt, & addita. Visebatur etiam & alia Ecclesia eodem in oppido sub titulo sancti Mathæi; quæ pariter unita fuit dicto Episcopatui, hoc onere injuncto, ut alia Ecclesia sub consimili titulo Alexandriæ erigeretur. Hanc Ecclesiam postmodum ab Episcopis erectam fuisse credendum est, illamque esse existimo, quam fratres Capucini incolunt, vitam ducentes religiosam, & piam jam usque ab anno I ... sed ad reliquorum oppidorum enarrationem transire necesse est.

Forum fuit urbs tertio ab Alexandria lapide, postea Civitas Forelli dicta, nunc Villa Fori appellatur, olim populus ingens fuit, & opulentus; a Romanis oppidum conditum, a quibus etiam nomen susceptit, & clarius redditur cum patria Beati Baudolini viri sanctissimi, multisque miraculis clari fuerit jam usque Longobardorum temporibus; & de quo suo loco, & de tota vita ejus (quantum fieri poterit) explicabimus. Fuit enim hoc oppidum, quantum ipse conjectura consequi potui, ædificatum ab ipsis Romanis, quippe ut esset locus, in quo mundinationes exercerentur, & ad quod reliqua oppida mercaturæ gratia confluerent. Forum & juris, & nundinationis apud Romanos sedes fuit; hinc videmus multas Galliæ, & Italiæ Civitates fori nomen sortitas; vel quia in eis jus diceretur, vel quia vicini populi eo ut ad nundinas frequenter convenirent. Hac ratione Forum--Appii, Forum--Cornelii, Forum--Claudii, Forum--Fulvii, & multa alia appellationem eam sunt consecuta. Quidquid sit, constat, hoc oppidum fuisse antiquissimum non solum ex ipsius eversione, quæ etiam hac tempestate conspicitur ex Basilicarum destructarum ruina; quæ Basilicæ Mosaico opere elaboratæ erant, ut adhuc oculi testes probant; sed etiam numismatum veterum tam ære, quam auro, & argento conflatorum, quæ quotidie effodiuntur. Accedit quod etiam nunc visuntur ibidem vetera quædam monumenta marmorea in ædibus fratrum Ordinis S. Francisci cum his inscriptionibus.

F. CALVENTIUS
LIBERTUS PRIMILIUS
PAP. VI. VIR IN SUO
V. F.

Altera eodem loco

NIA MIOR JA
TIA Q. L. JUCUNDA A.

Et alio loco

CALPURNIÆ P. F. RUF.
MATRI
L. CURTIUS SP. F.
SALVIUS
LOC. IN FRONT. P. XII.

Habuit etiam Archipresbiteralem Ecclesiam amplis redditibus ornatam, & de qua legitur Bulla quædam Pontificia Alexandri III. P. M. anni vigesimi primi, ab Incarnatione MCLXXX. directa Ottono Archipresbitero sanctæ Mariæ de Foro, per quam idem Pontifex omnes Ecclesias, & prædia ad ipsam spectantia liberaliter confirmat. Videlicet Ecclesiam de Carentino sanctæ Mariæ, Ecclesiam sanctæ Mariæ de Lucu, sanctæ Mariæ de Melenasio, decimam de Ponzono, de Foro, quartam partem Castri-Novi ab Incisia eom omni ditione sua, vineas de Montebarutio, & prædia citra existentia; quidquid haberet Rocca Marchionis Incisiæ, quidquid in Carentino, Albareto, Uviliis, atque Roncho, quidquid in Rocha Caudino, Monte Cordario, Ponzono, Monte Ascasco, in Curia Rivaltæ, Ploveræ, Peceti, in Curia de Foro, de Castronovo Burmidæ, in territorio Capriatæ, atque Masio, quo constat Ecclesiam hanc longe aliis Ecclesiis circumjacentibus & dotatam, & ornatam fuisse opulentius. *V. S. Col. 77. n. 60.*

Quibus accedit Vuilliarum oppidum, de quo licet & ipsum antiquius censeam, nihil tamen compertum habeo, quod dicam, nisi quod Castellum amplum, & magnificum, beneque dotatum habet.

Sed enim non sunt defraudandi alii populi, qui & ipsi mutato solo urbem hanc nostram auxerunt, & ornarunt, de quibus quamvis legum nostrarum municipalium compilatores nullam mentionem faciant, utpotequi fortasse notitiam statuti habuerint nullam, tamen cum ad manus meas statutum illud pervenerit, a me populi illi prætereundi non sunt. Ingratus quippe sim, si sileam populos de Republica nostra benemeritos, faceremque contra voluntatem Civitatis totius, quæ commemorari & istos percupit, quippe grata semper fuit patria nostra, indicatque (*judicatque*) sapienter & vere ingrato homine pejus terram nihil sustinere. Itaque qui Rempublicam auxerint, adjuverintque, illi certe mea, & publica omnium sententia laudibus extollendi sunt. Hi vero sunt Boschenses, & Populus Portænovæ, quam nunc in agri speciem redactum videmus, at de qua tamen nihil certum habeo, nisi quod in statuto, quod maxima cum diligentia in libro *Crucis* adservatur, ratio ejus est habita, prout de populo Boschi parte dimidia. Hoc oppidum alias fuit illustre, & potens, utpote Marchionum Boschi sedes, & Regia, qui ex Alderamo, prout aliis sex Marchiones processerunt, Montisferrati scilicet, Incisiæ, Salutiarum, & reliquorum. Sed multo illustrius factum est ortu Beatissimi, & Sanctissimi Papæ Pii V. P. M., & Michaelis Bonelli sororis ejus filii, Cardinalis illustrissimi, & maximi nominis, qui cum omnibus virtutibus heroicis splendescat, celebriorem patriam suam reddit. Immo cum mentio Bonellorum familiæ pluribus in locis sit in Crucis libro, quem sæpe laudo, quid relinquitur, quid impedimento est Boscho, quin hanc illustrissimam familiam nobis vindicemus, ut quæ sit una ex illis, quæ patrio solo relicto, Civitati huic nostræ maximo adjumento, & flante, & reflante fortuna fuerit? Quod ipsum in multis documentis confœderationum inter Civitatem nostram, & alias facilius colligi licet; ubi expressa sit mentio eorum virorum, qui ad hujusmodi fœdus percutiendum missi fuerunt, ut in historiæ processu dicetur; & quamvis hæc eadem familia primum patriæ suæ solum, veluti longo postliminio repetierit, id fortasse accidit bellis ingruentibus, & quod potissimum reor (discordiis in Alexandrina civitate pullulantibus, quod plures aliæ familiæ præclari alioqui nominis fecerunt) ut se a civium sanguine abstinerent. Sed unde digressi sumus, revertamur. Hoc oppidum in dies clarius reditur ab Ecclesia sanctæ Crucis, quam fratres Prædicatores observantiæ a summo Pontifice Pio V. anni MDLXVI. constituti, religiose inhabitant; sacris, aliisque divinis incumbunt. Hic Templum magnificentissimum, & regium una cum Cœnobio nobilissimo, summo sumptu ædificavit in Christi honorem, quod postea maximis redditibus dotavit, scilicet ut essent, qui orationes Deo porrigerent, plusquam sexaginta Sacerdotes, ac ibi Cœnotaphium splendidiori marmoreo sepulchro faciendum curavit cum sequenti inscriptione.

PIUS PAPA QUINTUS
BOSCHENSIS
EX FAMILIA GHISLERIORUM ORIUNDUS,
ORDINEM PRÆDICATORUM PROFESSUS
DIEM MORTIS, UNIVERSÆQUE RESURRECTIONIS
PRÆ OCULIS HABENS
A DIE ASSUMPTIONIS SUÆ AD APICEM APOSTOLATUS
MONUMENTUM ISTUD ERIGI MANDAVIT
PRO CADAVERE SUO ERIGENDO,
QUANDO DIVINÆ CLEMENTIÆ VISUM FUERIT
IPSUM AB HOC SÆCULO NEQUAM ERIPERE.

Porro columnis multis ex pretioso marmore antiquissimo Templum hoc ornavit, & variis Sanctorum Reliquiis decoravit.

Hæc igitur sunt oppida, ex quibus condita fuit Alexandria, quæ aliis quibusvis Italiæ Civitatibus, Metropolitanis exceptis, comparanda mehercle est, & quæ licet antiquitate multis cedat, nobilitate tamen, rerum omnium usu, virorumque præstantissimorum abundantia multis est anteferenda. Fama est, eaque constans ad quindecim millia incolarum initio ad habitandum confluxisse. Nunc vero ad reliquam historiæ partem dirigenda est oratio, styluſque applicandus.

DE CIVITATE ALEXANDRIÆ

Ab anno ſuæ fundationis MCLXVIII. & ſucceſſive uſque ad annum MDLXXXVI. Chronologica deſcriptio.

Anno MCLXVIII. Superiori libro a nobis breviter explicata fuit novæ urbis origo, a quibus populis condita, auctaque fuerit, & ſimul de illorum antiquitate tractatum eſt. Nunc condita urbe progreſſus ejuſdem, quantum per antiquitatem licebit, & ſcripturarum penuriam demonſtrabimus.

Deſignata urbe aratro, ſtatim octo populi incolas ad inhabitandum miſerunt, qui quotidie res ad ædificandum neceſſarias ſubminiſtrabant; ita ut brevi tempore opus ipſum in veræ urbis ſpecimen redigeretur. Sunt qui aſſerant intra annum, quo ædificari cœpta eſt, eandem vallo, foſſa, & mœnibus circumdatam fuiſſe; quod ipſum & Sigonio placuit, & ante eum Merulæ noſtro lib. 3., quamvis ipſe hujus ſententiæ non ſit, cum & operis magnitudo, & rei difficultas id, ut aſſeramur, non permittat. Illud certiſſime conſtat incolas maxime ad opus perficiendum acceleraſſe, tum quia ad id neceſſitate quadam compellebantur, everſis ſuis habitationibus, tum etiam quia certi, crebrique nuntii quotidie afferebantur rem hanc ſumme diſplicuiſſe Federico Enobarbo Romanorum Imperatori, qui ſæpe per nuntios, literaſque a Gullielmo Marchione Montisferrati de hoc tanto auſu admonebatur. Graviter enim ferebat Marchio ædificationem novæ urbis, cernens ſe hac via omnino excluſum a promovendo imperio ſuo in Inſubres, & præſertim in debellando, & in ſervitute redigendo memoratos populos, quorum virtutem, & ferocitatem ex urbis ædificatione maxime adaugeri opinabatur; quare noctes, dieſque dolor hic, & indignatio veluti aculeus eum ſtimulabat: quotidie non deſiſtebat Federicum, Ticinenſes, & reliquos ejus confœderatos admonere, & rem hanc verbis extollere. Federicum movebat recens cum Marchione juncta affinitas, movebat contemptus ſui, quod judicaret rem hanc in maximum dedecus, & opprobrium Romani imperii redundare, ut ſubditi audeant, & urbes condere poſſint, quæ aliquando damna ſibi allaturæ eſſent. Ticinenſes videbant novam urbem eſſe tamquam clauſtra, quæ ſe cohiberent, quo ulterius progredi nequiſſent. Hæ conſiderationes Marchionis querelas juvabant, qui id judicabat minime ferendum, ſed ſtatim communibus armis, initiis audacibus eſſe occurrendum, & jure fœderis, atque amicitiæ inſtabant urbem eſſe delendam. Proponebat etiam periculum, quod Imperio & Ticinenſibus immineret ex opportunitate tanta, & tam populoſæ, atque bellacis Civitatis, ut nihil aliud ſit certius: id accidere opportuniſſime Mediolanenſibus, qui habituri ſint urbem hanc amicam, unde patriam ſuam inſtaurare, quod illis ab Imperatore fuerat paullo ante interdictum; habituri, unde ſe alere, unde opportuna, & parata auxilia expectare poſſint. Igitur Federicus cauſſis his univerſis permotus, & ut erat iracundus, ſtatim per literas novæ urbis cives corripuit, imperans ut ab opere deſiſtant, neve ultra ædificationem promoveant. Sed omnino ſuum adventum expectarent, mirarique ſe eos in tantam audaciam perveniſſe; ut novam urbem injuſſu ſuo ædificare præſumerent: ſed pœnas aliquando hujus temeritatis laturos, atque interim per nuntios Gullielmum admonebat, quid fieri vellet, pararetque copias quam maximas, & comeatus quantos poſſet, quandoquidem vellet ſe urbem novam funditus primo quoque tempore delere, & iſtius voluntatis ſuæ ceteros confœderatos, qui de imperio Romano bene ſentirent, admoneret, copias pararent, urbes munirent, & reliqua facerent, quæ ad maximum bellum pertinerent. Interim novi incolæ ab Imperatore increpiti, & periculo, quod animo prævidebant admoniti, non animum ob id deſpondebant, ſed altiores facti diu, noctuque mœnia ædificabant, ac vallo quantum fieri poterat, munibant, ita ut ſenes ipſi, pueri, ac mulieres ad operis perfectionem incumberent, & quia opus erat tum longi temporis, tum maximarum impenſarum, mutuo a Januenſibus acceperunt aureos mille eodem, quo Civitatem ædificare cœperunt, anno, quod adſtipulatur ſcriptor Januenſis hiſtoriæ (1).

(1) An. MCLXVIII. Interea conſules novæ civitatis, qui Civitatem conſtruxerant, & Alexandriam nuncupabant eo utique quod D. Apoſtolicus Alexander nominabatur . . . . Januam venientes expoſuerunt ſe bonos, & veros amicos Januenſibus de cetero eſſe rogantes illos, quod auxilium in ædificanda urbe præſtarent. Quorum precibus exauditis eis ſolidos mille dederunt; reliquos autem mille accepturi ab intrantibus conſulibus expectarent. Caffari R. I. Scr. T. VI.

MCLXIX. Alexandrini fœdus cum Aſtenſibus percuſſerunt, quod deinde male obſervatum fuit (1). Eodem anno Cœſarienſes (ita ab initio appellabantur Alexandrini, Cœſareaque ab illis dicta fuit nova Civitas, & id, ut quidam veteres ſcriptores affirmant, factum fuit in obſequium Federici Ænobardi, cujus ferocem animum cives iſti magis, magiſque irritare nolentes, mulcere tentabant) Legatis tranſmiſſis Ruffino Blanco, & Blaſio Beraſca ipſius Civitatis Conſulibus juſſerunt, uti coram Pontifice maximo Chriſtianam fidem profiterentur, & Deo optimo maximo, ac ſummo Pontifici, cæteriſque omnibus ejus Catholicis ſucceſſoribus ſolum ſancti Petri ad extruendam in eo Eccleſiam offerrent, & inſuper largitionem annuam ternorum denariorum ab iis, qui magis poſſent, & ſinguli denarii ab iis, qui minus divites eſſent intra octavam Beati Martini perſolverent .... perpetuam, ac ſtabilem Romano Pontifici, & ſucceſſoribus promittentes fidem juraverunt, idque ad præſentiam illuſtr. Cardinalium Bernardi Portuenſis Epiſcopi, Ubaldi tituli ſanctæ Crucis, Joannis, & Pauli Al. de Quindi tituli ſanctæ Anaſtaſiæ, Alberti tituli ſancti Laurentii in Lucina, Gullielmi tituli ſancti Petri ad vincula, Boſii tituli ſanctæ Potentianæ, Petri tituli ſancti Petri in Damaſo, Joannis tituli ſancti Marci, Teodovini tituli ſancti Vitalis Presbiterorum Cardinalium, Jacilavii tituli ſanctæ Mariæ transtiberim, Cintii tituli

ſancti Adriani, Manfredi tituli ſancti Georgii, Ugonis tituli ſancti Euſtachii, Petri tituli ſanctæ Mariæ in Aquino Diaconorum Cardinalium, ac aliorum teſtium, & Oſtiariorum ad hoc ſpecialiter vocatorum (2). At Mediolanenſes cum e re ſua eſſe viderent novæ urbis ædificationem, ſi aliquo modo populum tam ingentem, ac armis inſignem in ſuam amicitiam, & confederationem allicere poſſint, ſtatim legatos ex primariis Civitatis ad novam urbem tranſmiſerunt cum amplis mandatis, qui gratularentur novæ urbis conſtructionem, ipſiſque ſe, ſuaque omnia pollicerentur, ubicumque Mediolanenſis Reipublicæ opes poſſent eſſe illis uſui, & ornamento; ſemper amicos fuiſſe oppidorum, nunquam controverſias ullas inter ſe ſe extitiſſe, ſed pacem, & jura vicinitatis ſancte ſervaſſe, idque poſthac ſervaturos eſſe cauſa conſtantiæ ſuæ, & communis conſervationis: porro Federicum Cœſarem male in novam Civitatem animatum eſſe, ut qui technis, & fraudibus Gullielmi Marchionis Montisferrati in ipſos accendatur; quare ſi amicitiam Mediolanenſium novi cives non reſpuerent, nullam moram eſſe, quin fœdus inter ipſos, & incolas novæ Civitatis fiat, & ſanciatur. Cœſarienſes opulenter, & magnifice Mediolanenſium legatis receptis, & eorum mandatis auditis, ſe poſt triduum reſponſuros eorum legationi dixerunt; quare inito conſilio rem totam ad illud retulerunt, juſſeruntque omnes conſiderare rei gravitatem, & negotii qualitatem. His accedebat non levem famam adeſſe, Federicum ut morem gereret, Gullielmo in itinere ſe accingere, & jam alpes Julias tranſiturum, & recta ad novam urbem occupandam, ſi poſſet, non contemnendum exercitum adducere, bellique machinas, mangana, & alia ad urbis oppugnationem neceſſaria, Gullielmum, & Papienſes ſuppeditaturos, qui apparatus faciebant, & valde timeretur, ne nova urbs oppugnationi futuræ ſuccumberet; præſertim adverſus Fridericum Imperatorem, ſummi nominis Ducem, & adverſus tot infenſiſſimos inimicos nominis orientis urbis; quare ſi unquam alias, hoc potiſſimum tempore divinum numen ab omnibus implorandum eſſe, ut edoceret, quomodo Reipublicæ eſſet proſpiciendum. Incolæ vero novæ urbis rem omnem ubi perpenderant, omnibus votis in Mediolanenſium amicitiam convenire ſanum eſſe conſilium conclamarunt, & furentiſſimo hoſti, divinſque omnibus interdicto occurrendum, utpote qui Romanam Eccleſiam ſuo nutu regere optaret, Pontificeſque & inſtituere, & deſtituere ad arbitrium cuperet; & ſi moriendum eſſet pro incolumitate ſedis Apoſtolicæ, & patriæ glorioſam mortem oppetere rem omnibus optabilem, & præclaram. Quare legatis Mediolanenſium accitis in hæc pacta fœdus percuſſerunt, uti Mediolanenſes, & novæ urbis incolæ in fœdere perpetuo permanerent. Hoſtes eoſdem communes haberent, ſi Federicus, aut quivis mortalium alius arma adverſus novæ urbis conditores moveret, Mediolanenſes cum omnibus copiis auxilio eſſent, & contra ut fundatores novæ urbis omni conatu, & opera contenderent, ut Mediolani Civitas, quæ a ſuis civibus refecta fuiſſet contra Federici mandatum, ſarta tecta quantum in eis eſſet præſtaretur, & e communi hoſte defenderetur. Hoc igitur inito fœdere Mediolanenſes legati in patriam ſuam redierunt, populi novi ferociam, multitudinem, atque adeo liberalitatem extollentes.

(1) *Extat par.* 1. *doc.* 53. *Col.* 68.
(2) *Extat par. II. doc.* 8. *Col.* 2. *ſub anno* MCXIX.

MCLXXIV. Interim de his omnibus rebus, quæ gerebantur, a Gullielmo certior fit Federicus; quare tamquam amens expeditionem magis, ac magis accelerat, tum ut inimicos improviſos adoriretur, ac nihil tale timentes, tum etiam ut urbs nova mœnia, quæ ſurgere in dies magis audiebat, progreſſum in medio opere impediret, & ut Mediolanenſes ab conſilio urbis ſuæ reficiendæ avocaret, quæ omnia conſiliis ſuis valde obſtare judicabat. Quare adjuncto ſibi Ladislao Boemiæ Rege, quem Imperator ipſe Federicus ob virtutum præſtantiam Regem creaverat, per alpes Julias (1) in Italiam tranſgreſſus, Seguſium petiit, atque ſimulatione quadam illud adortus proſtravit. Mœnibus dejectis, celeriter Haſtam Coloniam perrexit, quæ ſtatim Seguſienſium excidium pertimeſcens Federico ſe dedidit. Opportuniſſime autem accidiſſe ſibi celerem Aſtenſium deditionem ratus eſt Federicus ad maturandam ſcilicet expeditionem, & ad victoriam ex urbe nova parandam: præſertim auctus copiis Gullielmi, & Ticinenſium, cum quibus Marchio ille Montisferrati Federico occurrit, ut omnibus conſiliis, quo modo bellum gerendum eſſet, deliberare valerent. Federicus ut erat alto animo expugnationem ſperavit primo quoque tempore in ipſo itinere ſucceſſuram. Gullielmus, qui ſæpius expertus fuerat incolarum novæ Civitatis arma, quippe probe noſceret eorum gentes, & ſpiritus, cogendos hoſtes obſidione videbat, quam futuram, & longam, & difficilem afferebat; & propterea omnibus rebus providendum prius eſſe, quam obſidione cingeretur Civitas, affirmabat. Imperator qui cuperet res maximas brevi tempore peragere Gullielmo imperat, ut commeatui parando operam daret, provideretque ut ex Marchia ejus, & ex Ticinenſium regione abundanter affluereret, ac ad exercitum adduceretur. Federicus interim experturus, quid veteranæ ſuæ copiæ poſſent, eamobrem ſuſcepto exercitu Ticinenſium, & Gullielmi, ipſe cum ingentibus copiis ſuis ad novam urbem properat die celeberrimo ſancti Michaelis ejuſdem anni MCLXXIV., eanque perluſtrata milite cingit diviſo exercitu, ita ut eſſent, qui urbem obſiderent, & citra Tanarum, & trans Tanarum, ut ita duobus in locis obſeſſi vires ſuas dividerent. Fama eſt Federicum juſto exercitu urbem obſidione cinxiſſe, qui in dies augebatur copiis ab univerſis fere Italiæ urbibus, & principibus huc advectis, qui de imperio Romano bene ſentirent. Incolæ novæ Civitatis, quos interea Cæſarienſes appellabo, hac re nihil permoti, impigre omnia parabant, quæ ad pugnationem neceſſaria videbantur, in urbem prius advectis omnibus rebus, quæ eſſent & ad munitionem urbis, & ad victum opportuna a vicinis oppidis. Itaque poſt annum ſextum, quo ædificari cœpta fuit Civitas, obſidetur, cum nundum mœnia perfecta forent, & vix foſſa

circumdata esset. Incolæ, ut aliquo modo (uti insuper dictum fuit a nobis sub anno MCLXIX.) Federicum Imperatorem placarent, nec leonem iratum gravius etiam pertinacia irritarent, Cæsaream novam urbem appellarunt, sperantes iram principis ferociſſimi hoc facto lenire. Ob id legatis suis cum mandatis imperiosis Federicus missis, Cæsarienſibus imperabat „ statim ut se, bonaque sua dederent, „ admirari autem se, quod se inconsulto ausi fuis„ sent novam urbem moliri, fœdusque cum suis „ perpetuis hostibus Mediolanensibus iniisse, qui„ bus ut notum esse debebat, interdicebatur, ne in „ posterum mœnia unquam reficerent, ne Civita„ tem colerent, sed vicatim habitarent, propterea „ pro comperto habere se, Cæsarienses communi„ casse consilia cum illis, qui Alexandro III. Ro„ mano Pontifici favebant; ac propterea læsæ ma„ jestatis reos esse. Ergo nihil morerentur deditio„ nem facere, & ab sua humanitate, & clementia „ expectarent omnia: si in contumacia perseverent, „ se & urbem vastaturum, totumque genus ad in„ teritum deleturum, nulla ætatis, nulla sexus ha„ bita ratione. Cæsarem insuper addebant legati esse „ virum ferocem, multis in præliis versatum, ac „ rebus gestis, & infinitis victoriis clarum, & cui „ universa fere Europa pareret. Solum contumaces „ habere Alexandrum III. Mediolanenses, & Cæ„ sarienses: monere ergo ne ultima expectarent, „ excidiique sui, suorumque causſam præberent. „ Addebant alia multa, quæ terrorem multitudini incutere possent. Sed Cæsarienses nihil harum rerum timore permoti, breviter legatis Imperialibus responderunt „ Non esse quod Federicus tam infenso ani„ mo Cæsarienses persequeretur, quod novam ur„ bem ædificassent ejus injussu, se sincero animo „ id feciſſe; deinde ut a Marchionibus Montisfer„ rati, & Ticinensium injuriis se defenderent, qui„ bus nihil ullo tempore unquam prius sit, quam „ se omni injuriarum genere opprimere; quod „ ipsum satis Federico notum existimabant, se nulla „ alia de causſa urbem novam condidisse, quam ut „ ea esset propugnaculum adversus irruptiones, & „ incursiones, quo hac ratione munirent se contra „ inexhausta Marchionis illius, & Ticinensium odia, „ qui semper in octo oppidorum damna excubarent. „ Cæterum se honorem usque ab initio urbis habuisse „ summo Imperatori, cum summopere studuerint ab „ eo nomen suæ patriæ accipere, Cæsaream appel„ lantes. Quod attineret ad fœdus initum cum Me„ diolanensibus non negare se id, sed factum esse „ postquam adventum ejus in Italiam, atque adeo „ in perniciem Cæsarienſium cognoverunt. Cæte„ rum se pro sede Apostolica non recusare, quin „ mortem appetant; se nihil in hac humana vita „ splendidius habere, non opes, liberos, non uxo„ res, non cætera, quæ speciem aliquid boni ha„ bent, priora habere, quam ut salva sit sedes Apo„ stolica, & sine qua ne esse quidem, aut vivere „ vellent; quod illa convulsa basis, & fundamen„ tum totius Christianæ Religionis convulsum sit; „ si pacatis armis urbem Federicus ingredi vellet, „ se ideo lubentissime permissuros, modo se sedi „ Apostolicæ, & Mediolanensibus suis fœderatis „ reconciliaret, animumque inimicum abjiceret; sin „ minus magis cordi essent arma, quam pax, ve„ niret, & Cæsaream caperet: se Segusienſium exem„ plo potius velle pro Republica occumbere, & „ Apostolica sede, quam ad exemplar vilium, iner„ tiumque Hastæ Pompejæ civium, hostem com„ munem sub tecta recipere. „ Quibus auditis Federicus Cæsar statim cum Gullielmo, & Ducibus Ticinensium de ratione urbis nostræ expugnandæ consilia agitat; cingitur arctius obsidione urbs, nec ullum genus machinæ, nullum genus operis, atque artis ommittitur. Quæ omnia tamen Cæsarienses irrita faciunt; nunc oppugnantes fortiter repellendo, nunc eruptione facta hostes adoriendo, & eos insequendo. Multumque jam interceſſerat temporis, ac jam in maximo frigore milites Cæsaris vix perdurare sub dio poterant. Federicus tamen princeps animi imperturbabilis, & laboribus usus, omnibus casibus occurrens, milites solabatur, tentoria, pelles, ac istiusmodi subsidia parari jubebat, & omnibus illis rebus se muniebat, quæ longæ, & obstinatæ obsidioni necessaria essent. Interea cernens ipse proprium exercitum per neces in crebris aggressionibus, propter frigus hiememve, pluvias, diuturnas vigilias, & maximas infirmitates quotidie minui, celeriter ex Germania, & a suis fœderatis Italis novas copias ad castra sua conclamat, & evocat.

(1) *Haud credo adeo graviter lapsum auctorem, ut alpium Segusio imminentium nomen ignoraret, atque cum illis, quæ Carnis ac Venetis adstant, confunderet; idcirco tuto est affirmandum scribam hic errasse, & Cottias in Julias alpes convertisse.*

MCLXXV. Prioribus mensibus istius anni propter penuriam magnam annonæ cœpit urbs nostra fame laborare; sed nihilominus strenui cives isti mirabili constantia, atque patientia ejusdem incommoda sustinuerunt, ad sacrificandum parati unanimi consensu substantias, & proprium sanguinem, antequam deditionem facerent implacabili eorum hosti, cujus odii, feritatisque præcipue terribiles effectus experti sunt miseri habitatores illi, qui aliquando in egressu a mœnibus, & regressu in urbem, aut in crebris commissis præliis in vim suam infeliciter ceciderunt viventes. Istorum aliquos, ut terrorem in obsessos incuteret Federicus (Monaco Gutifredo in Chronicon ejusdem temporis attestante) ad laquei supplicium absque misericordia damnare solebat, alteros vero ad cœcitatem (1). Scriptor iste etiam ibidem refert, quod una die tres captivi ad conspectum Imperatoris perducti, duo illorum statim lumine orbari jussit, tertium subinde, qui juvenis erat florentis ætatis, ac valde famosus, ipse interrogavit, quare ribellis esset imperio, & contra Cæsarem nulla de causſa dimicasset, humillime respondit captivus. Nil Domine usque adhuc contra te egisse, & imperium sentio; sed herum habens in urbe, ei fideliter, & ex corde inserviebam. Quod si ille pro te adversus concives suos assumeret arma pari fidelitate servitutem meam ipsi præstabo; idcirco quamvis me luminibus carentem imponas, attamen juxta vires hero meo excœcatus inserviam. Miratus est Cæsar in hisce verbis animi magnitudinem ejusdem captivi, ideoque ad mansuetudinem

flectens incolumem dimisit illum e castris imperans ei, quod redux statim in urbem obcœcatos socios illuc traduceret. Interim Federicus cum expertus fuisset nihil per vim proficere posse adversus virtutem Cæsarienſium, ad artes, & dolos conversus excogitavit rem cuniculis agendam esse, quare loco perlustrato statim cuniculum versus fluvium Burmidam ad meridiem agi jussit, ut per illum in urbem magnam vim militum selectorum immitteret. Quæ res nihilo atque alia felicius succeſſit. Quandoquidem Cæsarienſis populi excubiæ hanc rem præsentientes, ex terræ tremore cito rem totam judicarunt. Itaque & ipsi adversus cuniculum agunt; quo nihil tale timentes Federici milites excipiunt, & ad unum contrucidant. Re intellecta Cæsar suos, qui subsecuturi reliquos fuerant, revocare coactus fuit; sed in hoc tanto ardore Cæsarienses in castra ipsius Federici impetum fecerunt, ac multis hostium occisis in urbem se incolumes receperunt. Adest etiam nunc specus, qui cuniculus appellatur, scilicet ubi cuniculus ille peractus fuit. Facti istius memorandi accuratam mentionem egregie fecit Baronius Annal. Eccl. lib. XII. sub anno MCLXXV. dum scriberet „ Hoc eodem anno Fridericus Impe„ rator ex totius Germaniæ, & qua polleret parte „ Italiæ apparatu collecto, tota hyeme, vereque in „ obsidione Alexandriæ Longobardorum recens erectæ „ Civitatis absque mœnibus subsistentis, non secus „ ac illam florentissimam olim Ægypti primariam „ Civitatem Alexandriam expugnaturus, animo ob„ stinato persistens, sæpe rejectus, tandem exerci„ tus consumtis viribus, maximo damno, atque de„ decore terga vertere turpissime cogitur. Quo„ modo autem ista se habuerint, acta Alexandri „ Papæ tunc scripta sic docent. Cum autem neque „ terroribus, neque blanditiis, neque promissioni„ bus cives ipsos ad deditionem inclinare ullatenus „ posset Fridericus Imperator, subterraneos meatus „ occulte fieri fecit, per quos Civitatem ipsam ex „ improviso intrare speravit, atque invadere. Sed „ resistente Domino, inde perniciosam jacturam in„ currere meruit, unde affuturam victoriam, & „ triumphum consequi speravit. At quoniam eadem „ Civitas jam per sex menses districte obsessa fue„ rat, & in multis patiebatur indigentiam, Lom„ bardorum vires, & suffragium postulavit. Tunc „ Lombardiæ immensa Civitatum societas in unum „ convenit, & communi omnium voluntate firmiter „ statuit, ut cum abundantia victualium Alexan„ driam in manu valida sine mora festinare deberet. „ Mediante enim Quadragesima omnium Civitatum „ nobiles totius Liguriæ, & Marchiæ, & Emiliæ „ apud Placentiam convenerunt, & rite dispositis, „ & ordinatis omnibus, quæ ad bellicos usus vi„ debantur spectare cum navibus, & plaustris vi„ ctualibus oneratis, & armis exierunt de Civitate „ ipsa. Procedentes autem in multa fortitudine mi„ litum peditum armatorum, & arceriorum versus „ Alexandriam, die Dominica in ramis Palmarum „ juxta Terdonenses castra sua, non longius a castris „ Friderici quam decem milliariis posuerunt. Ubi „ vero Teutonici, & Longobardi se se alterutros „ aspexerunt, timor, & hebetudo mentis Frideri„ cum invasit, advertentem contra se stare armatorum terribilem multitudinem, castrorum aciem „ ordinatam. Exinde ad consueta calliditatis argu„ menta se convertens Alexandrinis in dolo pla„ cide locutus est in hæc verba. In crastino sanctus „ dies Veneris imminet, quem omnis Christianus „ devotissime colit; ideo pro reverentia Crucifixi „ treguam vobis, & securitatem usque ad quartam „ feriam Paschæ ex Imperiali benignitate concedo, „ & largior. Recepta itaque securitate, cum sin„ guli de populo nihil mali suspicantes dormirent „ in domibus suis; eorum insidiator circa primam „ vigiliam noctis viros armatos in Civitatem per „ subterraneos meatus intrare præcepit. Ipse autem „ cum toto exercitu stetit ad portam armatus, ex„ spectans, quousque illi, quos præmiserat, Civi„ tatem intrassent, & conclamantium voces audi„ ret, quatenus dum bellum intrinsecus ageretur, „ ipse deforis per portas violenter irrumperet, & „ Civitatem hostiliter occuparet, sed a Domino „ factum est, quod mirabile in oculis nostris fuit, „ ut eadem Civitas a tam perversa proditione in „ momento liberaretur, & inventa iniquitas in per„ versorum caput juste retorqueretur. Cum igitur „ vigiles, qui custodiebant Civitatem, armatorum „ cuneos ingressos Civitatem viderent; exclama„ verunt magnis vocibus, ut cito populus ad arma „ consurgeret, & ingressos hostes expelleret. Tunc „ cives subito convolarunt ad arma, & tamquam „ leones irruerunt in hostes, quos cum Beato Pe„ tro, quem ante se in equo albo corruscantibus „ armis præire cernebant, prostraverunt in terram, „ & in gladio compulerunt omnes, ut mortem „ evaderent, exire super aggeres, ex quibus præ„ cipitabantur inviti. Omnes præterea, qui de sub„ terraneis meatibus nondum exierant, superiori „ terra cadente suffocati sunt. Apertis tunc portis „ exivit populus in fortitudine magna, & exerci„ tum perfidi Federici usque ad diem sabbati per„ cussit gladio, ita ut usque ad ipsius castra mor„ tuorum strages usquequaque jacerent. Insuper „ ligneum Castellum, quod in perniciem Civitatis „ ex fortioribus, atque electis militibus armaverat, „ studiose tamdiu viriliter expugnavit, atque una „ cum militibus ibi positis violenter combussit. Vi„ dens igitur Fridericus Divinam majestatem sibi „ in omnibus infestiorem adversari, timuit, ne „ propter subventionem Lombardorum exercitus „ incurreret violentiam, & cum rubore cogeretur „ ab obsidione recedere. Quocirca in proxima nocte „ castra fecit comburi, & in Dominicæ Resurre„ ctionis aurora cum omnibus suis versus Papiam „ iter suum direxit. „

Interim Cæsarienses Deo Opt. Maximo gratias egerunt, quod tantum populum servasset, & Mediolanenses per literas rogant, ut obsessis sociis subsidium, & opem ferant, adesse tempus, quo ipsi fidei, & virtutis suæ specimen ederent; jura quidem amicitiæ, & fœderis postulare, ut periculum nullum pro sociorum salute debeant subterfugere: attamen nunc non solum ultimum discrimen requirere, sed quid modo adversus Federicum molian„ tur, parvo negotio impelli, & cogi posse illum ad

obſidionem ſolvendam. Mediolanenſes, qui vidiſſent Cæſarienſes impigros extitiſſe, ac fœdus initum inviolabiliter ſervaſſe, quippe cogitarent contingere poſſe, ut & ipſi aliquando externa ope indigerent, auxilium ferre decreverunt. Quare nonnulla oppida Ticinienſium aggreſſi, Bronium, & ſanctum Nazarium diruerunt; moxque ad Claſtidium exercitum, & Carrocium ducere cœperunt, ut de ſumma belli cum Federico ipſo diſceptarent. Sperabant enim, ſi inter ſuum exercitum, & Cæſarienſium copias Imperatorem includere medium poſſent, ſe dubio procul victoriam reportaturos. Cæterum Ticinenſes ſtatim Federicum admonent de Mediolanenſium celeri adventu, proinde rebus ſuis ipſe mature conſuleret. Hoc nuntio accepto Federicus nil exterritus palam, ſed in corde ſuo magnopere excruciatus, ſtatim ſuos milites conclamavit ad arma, & publice profitebatur ſe proprium exercitum in Mediolanenſes ducere velle, a quibus exiſtimabat ſe inſignem victoriam reportaturum. Et ita Derthonam verſus perrexit, ut inde ad vicum Iriæ, & mox Claſtidium perveniret. Mediolanenſas vero, & ſocii ubi intellexerunt Imperatorem rei militaris ſcientiſſimum in ipſos movere, credentes eum ſuis copiis occurſurum, ſtatim conſtiterunt, caſtraque munierunt, ut hujus conſilii, & conatus finem præſtolarentur. At Federicus, ut erat Dux impiger, ac vafer, cum ſe in Mediolanenſis exercitus conſpectum dediſſet, atque illi interim prælio ſe accingerent, aciemque explicarent, vertit ille iter ad culmina montis prope Claſtidium, ut hac ratione Mediolanenſium irritos conatus faceret, & eluderet. Cæterum Cæſarienſes, qui & ipſi auxilium a Mediolanenſibus expectabant, cogitantes id, quod revera eſſet, Federicum vel adverſus fœderatum exercitum properare, vel obſidionem relinquere, ſtatim copiis eductis, in Friderici Imperatoris abeuntis poſtremum agmen impetum fecerunt, illumque nullo negotio fundunt, fugantque, caſtellumque ſatis firmum diruunt, ſoloque æquant. Fama eſt caſtellum illud fuiſſe in loco prope Burmidam, juxta prædia Cæſaris Lanzavecchiæ, uxoris meæ fratris, in quibus alias multa arma, & militaria vaſa reperiebantur, Vallettaque appellatur. Moxque direptis Federici caſtris, Imperatorem perſequi cœperunt prudenter tamen, & caute, ne locum aliquem inſidiis faciendis darent Federico. Hic dies fuit Reſurrectionis Domini Noſtri Jeſu Chriſti VI. aprilis, indictione octava MCLXXV.; cum jam ſex menſes, & dies ſeptem ab initio obſidionis iſtius decurſi eſſent. Mediolanenſes cum vidiſſent Federicum leonis more fugere, ſtatim legatos miſerunt Cæſarienſi populo, qui de patria liberata gratularentur, ac pacem perpetuam profiterentur cum illis habituros. Dein uti æquum erat, concurritur ad Dei Opt. Max. templa, per totam Cæſaream vota exſolvuntur, & Altiſſimo gratiæ ob liberatam a tanto periculo civitatem aguntur.

Sed hic deplorandum eſt, quod veterum ſcripturarum incendio conſumta infeliciter nomina illorum præclarorum Ducum interierunt, qui pectora ſua hoſti præbuerunt, quique fortiter, & viriliter pro patria mortem appetierunt. Sed, piæ animæ, nobis potius lugendum eſt, cum quidquid a vobis ſtrenue factum fuerit, id omne in cœlis ſcriptum invenietis. Cum vos, veſtraque omnia pro patria hoſti objeceritis, atque quod longe maximum, maximeque pium eſt truculentiſſimo hoſti pro Sede Apoſtolica oppoſueritis. Vos vero ſcriptores Germani, qui de Federico ipſo in Derthonæ, & Mediolani obſidione tantam verborum copiam effudiſti, cur hac in re tam avari, & minime liberales extitiſtis? Vulnera fortaſſe ipſa vos a ſcribendo detinuerunt? An devicti Principis, atque crudelis iram ut deflecteretis, id a vobis minime factum fuit? Quod in primis ſi fideliter hiſtoriam conſcribere voluiſſetis, a vobis præſtandum erat.

Narrant ſcriptores nonnulli, quod poſt ſolutionem ante memoratæ obſidionis, & receſſum fugacem Federici Imperatoris, urbs noſtra illico priori renunciato nomine Cæſareæ, illud Alexandriæ lætanter aſſumeret in obſequium, & perennem recordationem Summi Pontificis Alexandri III., cujus jura, dignitatemque jam a primis diebus ortus ſui juraverant habitatores ejus omni poſſe defendere, ac conſtantiſſime venerari. In benemerentiam tantæ fidei, & devotionis ab iſto populo patefactæ erga ſanctam Apoſtolicam Sedem, & viſibile Caput Eccleſiæ Catholicæ, plures a memorato Pontifice gratias, atque prærogativas Alexandrini ſunt conſecuti, illamque præcipue quod eorum civitas ipſo tempore fuit ſede Epiſcopali condecorata; idcirco in ſuis Annal. Eccleſ. notavit Baronius

„ Alexander vero Papa ſuos Alexandrinos, qui
„ perquam ſtrenue dimicantes, de victo, & tu-
„ gato Imperatore adeo glorioſa trophæa erexiſ-
„ ſent, eo plane beneficio muneravit, ut ipſam
„ Alexandriam in ſedem Epiſcopalem erigeret,
„ & ex Romana Eccleſia primum Epiſcopum
„ daret.

Eodem circiter tempore fama eſt, quod commune Alexandriæ in ſuo civico ſtemmate gentilitio (ex cruce rubra in argenteo campo compoſito, & ab initio civitatis ipſius elato) leoninum illud carmen apponeret, auctore, ſi claris ſcriptoribus credendum eſt, Alexandro III. Pontifice Maximo

Deprimit elatos, levat Alexandria ſtratos.

Jam patet novæ urbis origo, & obſidio, quam ipſa ab incunnabulis ſuis paſſa fuit; qua nullam, aut periculoſiorem dicas, ſi oppugnantium vires, & fortunam ſpectes, aut nobiliorem, ſi obſeſſi populi conſtantiam, atque animum conſideres, aut etiam glorioſiorem, & magis piam, ſi cauſam æſtimes, ſtudium ſcilicet tuendæ libertatis ſuæ ſemel partæ, & Apoſtolicæ Sedis, & fidei conſervandæ, atque amplificandæ. Incolæ enim novæ civitatis in ipſo initio docuerunt Imperatorem furentem audacia, faces, & cædes anhelantem infringi poſſe, ac nullum felicius cedere bellum, quam id, quod pro Religione Chriſtiana ſumitur. Nunc vero ipſorum novæ urbis incolarum progreſſum demonſtrabo; idque annuatim, ut caſus accidit, cum hiſtoriæ iſtius fines non patiantur, ut quod alio modo, atque aliis temporibus factum fuit ſub hiſtoriæ perpetuo ſtilo exponatur; ſed in ſuos quoque

annos, ac tempora quantum diligentia consequi potero, deligam, ac fideliter referam.

(1) *Quæ auctor noster ex Gotofredo recitat de Friderici in Alexandri PP. seguaces crudelitate, confirmantur ex teste oculato eorum temporum, relato apud Bollandum Acta Sanctorum Tom. I. maii pag.* 482. *Sic autem Walterus Canonicus Aurasiensis, qui scripsit historiam translationis Sanctæ Monicæ, atque a Fulberto Abbate missus fuerat, ad Alexandrum PP. scripto reliquit.* Omnes qui ad Alexandrum pergerent, ubicumque in imperio suo reperirentur, capi, teneri, rebus omnibus expoliari, & suppliciis exquisitis affligi præciperet . . . . . Transcensis alpibus a dextra parte ad maritima iter deflexímus propter Imperatorem, & ejus satellites, qui ubique dispersi erant, venimus Januam.

MCLXXIV. mense martio, vicini populi novæ urbis magnitudine, & amplitudine permoti, cupientesque, atque ambientes illius patrocinium, & amicitiam uti haberent, quo flante, & reflante fortuna veluti in tutissimum portum se recipere possent, multi & in primis, qui Castellatium habitabant, liberam, & amplam donationem fecerunt Cæsarienfibus Vici Castelletti cum castro, & pertinentiis, legatis vero ad id destinatis Bernardo Agatio, Manfredo Stulto, Oberto Babilonia, & Henrico Alardo. (1)

(1) *Refertur a Ghilinio, & Schiavina ann. MS. ad ann. MCLXIX., quemadmodum est in documento a me edito par. I. n.* 53. *col.* 68. *cæterum legatorum nomina emendatiora hic sunt, quam apud Schiavinam, ex quo illud desumsi.*

MCLXXV. Sunt qui velint, ut Bugato placuit (1), hoc anno Episcopum incolis novæ urbis, nomine Adoardum ab Alexandro Pontifice III., qui ejus Diaconus erat, primum datum fuisse; hoc addito, ut Episcopi cruce, & pallio uterentur, non secus ac si Archiepiscopi essent; & civitatem ex Cæsarea Alexandriam de ejus nomine appellatam, ut in Alexandrinos gratum se se ostenderet; multis deinde additis diplomatibus Pontificiis, summa cum Alexandrinorum virorum commemoratione, tum etiam, ut Alexandrinorum fortitudinem literarum monumentis commendaret sempiternis.

(1) *Ita quoque sensit Schiavina ad h. a.*

MCLXXIX. Die s. Martini consules Alexandriæ Ugo Urtica, & Conradus Grillus Frixonariam receperunt in tutelam, ita ut salvum esset jus Abbati s. Salvatoris Papiæ; quippe salvo dicto jure præsto semper erunt Alexandrinis. (1)

(1) *Extat ap. Schiav. ad h. a.*

MCLXXX. Die 23. novembris inita fuit concordia per D. D. Petrum Canefrum, Rubaldum Visalium, Anselmum Cuppam, Ruffinum de Foro, Vermum Pellatum, & Rubaldum Saccum consules civitatis Alexandriæ cum Marchionibus Boschi Anselmo, Delfino, & Arduino q. D. Vermi, ita ut Marchionibus prædia braidorum sine fraude restituerentur, & ut Marchiones ipsi in beneficium darent Reipublicæ Alexandrinæ castrum, & villam Ponzani, & Maranzanæ. Eodem anno facta fuit confirmatio quorumdam prædiorum ab Alexandro III. Pontifice Maximo, de qua supra mentionem habuimus, dum de oppido Fori verba faceremus. (1)

(1) *Extant ambo p. I. doc.* 60. *&* 61. *col.* 77.

MCLXXXI. Sexto calendas martii cum Genuenses diversis bellis impliciti essent, & pene attriti fœdus inierunt cum republica Alexandrina, quam maximo adjumento esse ob vicinitatem, & rei militaris peritiam, & recentem gloriam cernebant; quare Januenses per legatos suos promiserunt, Abbati Flucono Burgolienfi, Magistro Ugono, Canefro Præposito Alexandriæ, quod ab illo die, & per viginti novem annos inde secuturos rempublicam Alexandrinam adjuvabunt, quoque cis Appenninum jugum suis propriis expensis, ac opibus ducentos Arciferos, tres magistros lignaminis, unum Ingenerium, Balistarios decem belli tempore reipublicæ Alexandrinæ suppeditabunt; & contra Alexandrini Januensibus quinquaginta milites, ducentum pedites, ultra jugum Appennini sua impensa libenter, ac fideliter præbebunt. (1)

(1) *Extat apud Schiavinam ad h. a.*

MCLXXXII. Gullielmus Mutius de Ferro Januensis Alexandrinorum auxilio adjutus Silvanum castrum, & arte, & natura munitum obsedit, expugnatque.

MCLXXXIII. Die decimo julii Capriatæ oppidum post diuturnam obsidionem, & bella, tandem fœdus cum populo Alexandrino percussit Petro Canefro, Calderia Bonello, Anselmo Cuppa, Bossio Buttino, Ottone Durco, Mancino Picio, Arnaldo Vena, Joanni Vasco, Ruffino Scachavello, Manfredo Cutino, Cocagna Oglerio, Oglerio Cagna, Rainerio Nano, ac quodam Reusalio Consulibus (1). Eodem anno cum Henricus Federici filius Italici Regni coronam vehementer affectaret, videretque illam minime consequi posse Italicis cum Patre discordibus, ac dissentientibus, patrem impulit, ut legatos in Italiam mitteret cum liberis, & amplis mandatis, ut si quæ civitates essent pacis studiosæ, vellentque concorditer cum Federico vivere arbitrio suo facultatem universis fore *sponderent*. Itaque Alexandrini miserunt Legatos ad Marchionem Henricum Guercium, fratrem Theodoricum, & Rudulphum Camerarium Plenipotentiarios Cæsareos in Italia cum libera potestate, ut quidquid ipsi statuissent, se se illud perpetuo sartum tectum habituros; quo factum est, ut omnes societatis Lombardiæ urbes, Marchionæ, Veronæ, & Venetiarum pacem peterent ab ipso in hunc modum. Si Federicus pacem habuerit cum Ecclesia Romana, nos omnes civitates Lombardiæ Mediolanum, Cremona, Laus Pompea, Bergamum, Ferraria, Brixia, Mantua, Verona, Vicentia, Patavium, Tarvisium, Venetia, Bononia, Ariminum, Mutina, Regium, Parma, Placentia, Bobbium, Derthona, Alexandria, Vercellæ, Novaria, Opizo Marchio Malaspina, Comes de Brenone, & Castellani quicumque, & homines, qui cum Sede Apostolica sentiunt, & nos pacem habebimus cum Federico Imperatore, atque omnia, quæ anteceſſores nostri a morte Henrici postremi Imperatoris anteceſſoribus suis ulla absque molestia fecerunt, & nos Federico, succeſſoribusque ejus sine fraude fa-

ciemus. Quæ pax recepta fuit per Alexandrinorum Legatos Guidonem Ploanam, seu (ut existimo) Ploveram, & Johannem Ardigum, aliisque pro republicis suis recipientibus (2). Quare pace in hunc modum cum Federico composita Cæsar, ut rem gratam faceret Alexandrinis ipsis, maximo verborum apparatu palam collaudatis, forteſque viros appellando, ut infamiam, quam sub Alexandria receperat, tegeret, edixit ipsis Alexandrinis speciaIiter, uti omnes cives, qui quatuordecim annos excederent, & septuaginta non attingerent, fidelitatem sibi, atque Henrico suo filio Romanorum Regi jurarent, quodque tam masculi, quam fæminæ ab urbe exirent, & tamdiu extra eandem moram facerent, quoad per ipsius Legatum solemni more introducerentur, ut actu isto & ille dare, & hi accipere de Imperatoris manu urbem, quam propriis armis viriliter tutati fuissent, viderentur. Atque ut in posterum mutato nomine Alexandriæ Cæsaream appellarent; Consulesque annui munus hoc a Cæsare, si quando in Italia esset, habere procurarent, sin minus ab ejus vicesgerente, quem ubi in Italia non haberet, quinto quoque anno in Germaniam Legatos transmitterent; ita ut omnino munus hoc ab Imperatore peterent, bellum, pacemque Federici nutu, atque adeo arbitratu administrarent; quos defendere ab alieno imperio, majoribusque viribus promisit. Legatum semper in urbe haberet jurisdicendi gratia in litibus gravioribus, qui una cum Consulibus civitatis, quos civitas ipsa elegisset, judicia exerceret, Reipublicæ curam gereret, portorium pontis Tanari, ac reliqua vectigalia publicanis ad id institutis exigeret. Nuntii his rebus tractandis, & perficiendis Magister Anselmus Conzanus, & Theobaldus Vasonus, qui cum Alexandriam pervenissent, & quidquid gestum esset cum Imperatore exposuissent, Alexandrini paucis mutatis, jussa Imperatoris, ne ipsi soli inter alios Lombardiæ populos pacis, & quietis turbatores esse viderentur, receperunt; parereque mandatis prædictis promiserunt, hoc uno excepto, quod nomen urbi, ut mutarent nullo modo induci potuerunt. Remanet etiam nunc nomen, & officium quatuor Consulum civitatis, qui inter cives jus reddunt, quos civitatis generale consilium sortibus ex pixide deducit. Ii jurisperiti sunt, & de Collegio civitatis; cetera pene obsoleta.

(1) *Extat apud Schiav. ad h. a., & locus, quo fœdus percussum est, sic notatur*: Actum in Cæsarea feliciter. Amen.

(2) *Est relata in par. I. doc.* 64. *col.* 81.

MCLXXXV. Die ultimo septembris Alexandrini, cum cernerent Marchiones Montisferrati sibi maxime infensos esse, continueque insidias tendere, Casale s. Evasii intempesta nocte aggressi sunt; sed cum conatus eorum minime succederet, ac irritus fieret, cum permoniti fuissent Casalenses, maximam partem oppidi incenderunt, quod incendium ad Canonicam usque Ecclesiæ pervenit; dein pedem retulerunt.

MCLXXXIX. Consules Genuenses fœdus iniecerunt cum Alexandrinis, & Astensibus, ut Domicellam uxorem Marchionis Alberti ab Inciſia debellarent, quæ per summum scelus Ansaldum Boferium, & Henricum Bentisalvam ad Philippum Galliæ, & Ricardum Angliæ Reges, & ad alios Principes ultramontanos destinatos in legatione pia, & christiana proficiscentes, ut illos hortarentur Januensium nomine ad suppetias ferendum terræ sanctæ in itinere intercepit; sed cum illa cuperet, ut pecunia captivitatem redimeret, interim eosdem carceri mancipatos retinebat. Comparato igitur maximo exercitu, hæc tantis apparatibus perterrita, Legatos incolumes abire permisit, qui cum diligenter, & commode legationem suam obirent, Minoricarum Regis, & aliorum Principum animum ad auxilium ferendum induxerunt (1). Saladinus enim Hierosolimis triennio antea occupatis, ad cætera oppida, & urbes Syriæ oppugnandas properabat.

(1) Pro succursu sociæ Præfecti consules miserunt legatos ad Philippum Regem Francorum, & Riccardum Regem Angliæ, & aliis Baronibus, & Principibus ultramare . . . quos instinctu diabolico cœperunt, & ad redemtionem coegerunt Donexella uxor quondam Alberti Marchionis de Inciſa, & filii ejus, contra quos exercitum paravit civitas Januæ cum Astensibus, & Alexandrinis, qui tandem coacti reddiderunt legatos. *Caffari ann. R. I. Scrip. T. VI. ad h. a.*

MCLXXXX. Sexto Calendas octobris cum ob diversa dissidia valde respublica Alexandrina discordaret ab oppido Masii, & Astensibus, factum fuit fœdus horum trium populorum, intercedente pro Alexandrina republica Oberto Natta, Anselmo Cuppa, pro Astensi Vermo Cayalerio, Marchisio Cavigia, & Vermo de Ast; pro Masio Gilio Crossa, Vermo Felice, & Trincho Consulibus, & Legatis. (1)

(1) *Est apud Schiav. ad h. a.*

MCLXXXXI. Indictione nona, die decimo tertio septembris, quia multum ex re monachorum s. Salvatoris Papiensis civitatis erat, Johannes Abbas ipsius Monasterii Monachorum consensu donationem fecit Ganducio Consuli Alexandrinæ urbis, quartæ partis vectigalis Basalutii oppidi insignis, quod alias Basaregutium appellabatur, una cum vectigali Fresonariæ; quodque nemo in dictis oppidis possit portorium aliquod exigere, vectigalque excutere, nisi ipsi Abbati, & Reipublicæ Alexandrinæ placuisset; & contra dictus Gandutius nomine reipublicæ promisit vias bonas, liberas manutenere a latronum incursu. Documentum inde susceptum fuit Ticini in claustro Monacorum s. Salvatoris (1). Eodem anno Henricus Imperator, ut magis rempublicam Alexandrinam ad se alliceret, aliam quartam partem dicti vectigalis Alexandrinis remisit, nuntio Imperatoris ad id intercedente Thoma Castellano Novarum, & pro republica Alexandrina Oberto Spandonario, Ruffino Garibaldo, Manfredo Valentia, Oberto Moitio, Armano Sacco, Anfusso de Tracono, Opizzone Stanco, Gulielmo Platone, & Ganducio intercedentibus (2). Eodem anno die quarto mensis augusti Consulibus, quibus supra, & præter eos Murrus Putheus investituram fecerunt de castro, & jurisdictione Pon-

zani in illos de Belingeriis (3). Eodem anno quinto calendas novembris Alexandrini in fœdus cum Marchionibus Ripaltæ, vallis Burmidæ, Bonacio, Anſelmo Garzino, Nicolao, Petro filiis Guidonis Garzini coiverunt. Conſulatum Alexandriæ exercebant Obertus Spandonarius, Ruffinus Garibaldus, Ganducius, Armanus Saccus, Rubaldus Guerra, Gilius Giarola, Manfredus Valentia, Obertus Moitius, Opizo Siraneus, Armanus Murrus, & Anfuſſus Trazonus ea conditione, ut Marchiones memorati duas perticas foſſæ civitatis Alexandriæ conficerent (4). Eodem anno cum orta eſſet quædam diſcordia inter homines Petræ-Maratiorum vici ſane antiqui, & cives Alexandriæ, conventum fuit tertio decimo calendas ſeptembris, ut indigenæ patriæ jus peterent ab Alexandrino Prætore; idque intercedente Guidone de s. Nazario beneficiario dicti loci (5). Eodem anno cum nundum Alexandria eſſet muro, foſſaque cincta, cives enitebantur, ut primo quoque tempore hæc perficerentur; quare homines ab Urbe vico, qui nunc omnino deſtructus eſt, & quem Alexandria in jus ſuum receperat, ſolemni ſtipulatione intercedente, promiſerunt quatuor perticas foſſæ, & muri ſuis expenſis condere (6). Eodem anno tertio calendas novembris, qui fuit Alexandrinæ reipublicæ ſatis fœcundus, cum adhuc inimicitiæ exercerentur adverſus Marchiones Montisferrati, Aſtenſes ad hoc legato Alberto eorum Prætore, Alexandrini Vermo Prætore in Eccleſia s. Agathæ Vuiliarum convenerunt bellum & ſuſcipere, & gerere communibus armis contra Marchionem Montisferrati. Aderant cum jam dicto Prætore Alexandriæ Obertus Fantinus, Bonifacius Inverardus, Petrus Canefrus, Theobaldus Guaſonus, Vermus Pellatus, Albertus de Quingentis, Bonellus, Iacobus Polvera, Vermus Aſinarius, Vermus Lanzavetula, Johannes Guaſcus, Samuel Rubeus, Balduinus Baſſianus, Ubertus Natta, Nicolaus, & Ubertus de Foro, Ruffinus Scaccavellus, Balduinus de Turre, Stephanus Judex, & pro Aſtenſibus permulti nobiles, & ipſi dictæ civitatis (7).

(1) *Eſt in par. n. 76. col. 92.* (2) *Vide ibi.*
(3) *Eſt apud Schiav. h. a.*
(4) *Hoc documentum vide par. I. n. 77. col. 93.*
(5) *Eſt in ann. Schiav.*
(6) *Deſcribitur par. I. n. 79. col. 95. Schiavina ad ann. 1192. collocavit.*
(7) *Eſt in part. 1. num. 93. col. 107. ſub ann. 1197., ad quem vere pertinet hoc documentum, ut notæ Chronologicæ ſuadent; minime vero, ut hic auctor putat ad ann. 1191.*

MCLXXXXII. Die vigeſimo quarto Februarii Genuenſes cernentes maxima auxilia ab Alexandrinis accepiſſe, pluraque in ſe ab illis allata beneficia, ut aliqua liberalitate gratitudinem oſtenderent, Alexandrinos immunes reddiderunt a Portorio, quod exigitur ad portam civitatis Genuæ, Manfredo de Foro, & Theobaldo cauſidico Alexandriæ conſulibus. Eodem anno cum Genuenſes præfati nonnulla caſtra haberent cis jugum, quæ tueri vix poſſent, convenerunt ſolemniter cum Alexandrinis, ut iſti caſtrum Gavii cum curia, Montaudum, Amelium, Taxarolum, & Paſtoranam tutarentur. Eodem anno die decimo quinto maii juriſdictio, & caſtrum Belmontis reipublicæ Alexandrinæ donata fuerunt, Bonello Rubeo pro republica ſua accipiente (1).

(1) *Eſt in Schiavinæ annalibus, & par. 1. n. 83. col. 99.*

MCLXXXXIII. Cum Marchiones Montisferrati faces illas odii, quibus ſoli ardebant, adhuc non reſtinxiſſent, Federico Imperatore, & mox Henrico ejus filio foventibus, ut eſſent, qui tamquam perpetui hoſtes Alexandrinorum gloriæ detraherent, nunc in beneficium acceperunt caſtra quædam, quæ juris reipublicæ Alexandrinæ eſſent (1); & adhuc iiſdem agitarentur fortunis Alexandrina reſpublica, ut aperte probaret ſe non paſſuram has clandeſtinas oppugnationes, Caſale s. Evaſii manu armata invadi a cohortibus ſuis juſſit, quod cum ſucceſſiſſet, ſed pauci adverſus multos pugnarent, præſertim cum integri Caſalenſes feſſis, & ſauciis ſuccederent, contenti deprædatione ſola ſe Alexandriam incolumes receperunt.

(1) *Diploma Bonifacio datum retuli par. 1. num. 86. col. 101.*

MCLXXXXVII. Gulielmo Puſterla cive Mediolanenſi Præturam gerente obiit in Apulia Henricus Imperator, qui vix annos ſex Federico patri ſupervixit, infenſus & ipſe Alexandrinorum nomini. Poſt ejus mortem die trigeſima ſeptembris ſecutam, urbs noſtra illico Cæſareæ relicto nomine primævum, & originalem Alexandriæ iterum lætanter aſſumpſit, quo etiam hodierna die undique dignoſcitur, & appellatur.

MCLXXXXVIII. Die decimo quinto aprilis Aſtenſes donaverunt caſtrum Caſtagnolæ Alexandrinæ reipublicæ Jacobo de Brixia prætoris Alexandriæ Vicario, ea adjecta conditione, ut nullum fœdus, nullamve amicitiam Alexandrini cum Marchione Federico Lanza contraherent, neve Aſtenſibus adverſarentur; quod tandem per aliquot annos ſervatum eſt, ſed irritum poſt fuit (1). Eodem anno cum Marchiones Montisferrati vicinos quosque perſequi non deſiſterent, Marchiones Occimiani Anſelmus, Vermus, Monachus, Canai, & Corradus fratres, qui ab illis male tractabantur, ut Alexandrinos in amicitiam pellicerent, inſignem quamdam largitionem omnibus ætatibus memorandam fecerunt reipublicæ Alexandrinæ, medietatem villæ, & caſtri Peraſchi, Videſonii, Trexobii, Alicis, & Barberii, s. Salvatoris, ac oppidi Vignalis, omneque inſuper jus, quod illi ultra Tanarum haberent hac conditione, ut populus Alexandrinus illis auxilio eſſet contra Montisferrati Marchiones, ab illorumque inſidiis tutaretur, quodque unum ex dictis Occimiani Marchionibus annuatim in conſulem deligerent eo tempore, quo reliquos Alexandriæ conſules renuntiarent (2).

(1) *Vide illud par. 1. n. 97. col. 112.*
(2) *Vide in par. 1. doc. 100. col. 114.*

MCLXXXXIX. Die quarto aprilis, cum variis bellis pene attriti Marchiones Montisferrati *eſſent*, cum Alexandrinis compromiſſum fecerunt apud ripas Padi, haud longe a Ponteſtura in legatos Mediola-

nensium, & Placentinorum, qui hac de causa illuc accesserant, ut ipsi cognito quid ab utraque parte prætenderetur, judicio litem terminarent. In quod compromissum Astenses, & Vercellenses comprehensi fuerunt, qui omnibus perpensis in eam inierunt sententiam, ut Marchiones Gullielmus, & ejus filius darent in Mediolanensium, & Placentinorum potestatem castrum s. Salvatoris, de Luco, & de Vignate, ut ista essent tamquam obsides, seu pignora, quæ amitterentur, nisi Marchiones judicio paruissent. Legati pro republica Mediolanensi fuerunt Subghel ecimus Mainerius, Offredus Grosellus, pro Placentinis Antonius Fontana, & Johannes Bonamena, & insuper jusserunt, ut præfati Marchiones inconcussum fœdus intra octavam Resurrectionis cum Alexandrinis inire deberent. Pro Alexandrinis interfuere Ardizonus Gambarutus, & Ugocionus Puteus. Eodem anno die duodecimo mensis junii in executionem ejus, quod legati Mediolanensium, & Placentinorum jusserant, initum fuit fœdus inter rempublicam Astensem, Vercellensem, & Alexandrinam cum Gullielmo Patre, & filio Marchionibus Montisferrati, & pro republica Alexandrina interfuerunt Gullielmus Lanzavecchia, & Guido Priora (1). Eodem anno Delphinus Marchio Boschi donationem fecit Alexandrinis die 11. julii oppidi Montisclari.

(1) *Vide illud par.* 1. *n.* 101. *col.* 116., *& n.* 104. *col.* 122.

MCC. Die sexto februarii ex pacto inter rempublicam Alexandrinorum, & universitatem Quadrigenti inito constat olim hoc oppidum fuisse pro dimidietate juris Episcopi Astensis; illo namque pacto colligitur Alexandrinam rempublicam debuisse Vassallos Episcopi Astensis, qui erant in oppido Quadringenti a majori vi defendere, inibi separatam mentionem facit virorum quadraginta familiarum, qui quadrigentum construxerunt (1).

(1) *Retuli par.* 1. *n.* 105 *col.* 124.

MCCII. Die octavo mensis martii, cum multæ intercessissent simultates inter rempublicam Alexandrinam, Othonem Carrettum, Vermum Cevensem, & Anricium Ponzonensem Marchiones, tandem arbitris intercedentibus fœdus percussum inter ipsos fuit in Ecclesia s. Mariæ de Alice, ut si quando quis arma in rempublicam Alexandrinam intulisset, Marchiones adversus ipsum arma capesserent, ac vim propulsarent, præcipue adversus Aquenses; receperuntque (1) Marchiones prædicti se omni ope enixuros, uti Episcopatus Alexandrinis redderetur. Alexandrinique civem creaverunt Othonem Carretum, qui hac de causa libras quadraginta persolvit Alexandrinis, ut ex illis muros civitatis conficerent, & arbitrio suo uterentur, & præterea, ne Alexandrini in posterum castellum aliquod ædificari permitterent a loco Bestagni supra, & a loco s. Stephani supra. Insuper Marchio Otho Carrettus nomine suo, ac consociorum suorum Imperatoris fide semper salva, fidelitatem juravit populo Alexandrino. In hoc fœdere conficiendo aderant ex Alexandrinis Obertus Natta, Ruffinus Scacavellus, Obertus Fantinus, Vermus Lanzavecchia, Joannes Pellatus, Ruffinus Griffus, Joannes Grattonus, Albertus Balbus, Prætore existente Opizzone Ossa. Eodem anno memoratum fœdus comprobatum fuit in maximo civitatis consilio a Vermo Cevensi, & Cagnono filio Marchionis Othonis Carretti, pridie idus augusti per Pontium Marchionem Ponzoni ibidem adprobatum (2). Eodem anno quinto idus januarii homines Montaldi sponte se Alexandrinis subjecerunt, ac in eorum potestatem dederunt homines Valtignanæ, & Molonenses, pro quibus ipsi Montaldenses interceserunt. (1) *Promiserunt.*

(2) *Extant hujusce fœderis tabulæ par.* 1 *n.* 109. *col.* 126. *uti & sequentem deditionem Montaldi num.* 108. *col.* 125.

MCCIII. Tertio idus augusti (1) cum adhuc lites, & bella inter Alexandrinos, & Marchiones Bonifacium patrem, & Gullielmum filium perseverarent, Alexandrini, ut lites præscinderent, & semina bellorum restinguerent, receperunt renuntiationem omnium regalium, & jurium a dictis Marchionibus prætensorum una cum medietate Sexadii, Ritorti, Castri novi, utriusque Carpaneti, Canobii, & Carmolini, & omnium aliorum jurium, quæ aliter prætendere possent Marchiones, & præsertim in octo locis, ex quibus Alexandria originem traxerat, Legatis ad id destinatis Guidone Plovera, & Gisulpho Acerbo etiam civitatis consulibus, pro quibus oppidis infeudatis Alexandri i juramentum clientelare præstiterunt præfatis Marchionibus in oppido Pelegratæ (2). Insuper quod Alexandrini non teneantur bellum gerere contra Imperatorem, Mediolanum, Derthonam, & oppidum Cassinarum, & solum Marchionibus supradictis adjuvare in his, quæ ad defensionem eorum pertinerent. Eodem anno nonis septembris (3) cum Albenses maximis difficultatibus premerentur, omni conatu contenderunt, ut Alexandrini secum fœdus inirent, quod obtinuerunt Rubaldo Cerato consule Albensi ad id existente; Consulibus autem Alexandrinis Balduino de Turre, Anselmo Sanbuellio, Conrado Occimiano, Guidone Polvera, Ruffino Bellono, Gullielmo Pellato, Jacobi Thebaldano, Roberto Rondano, Pagano Puteo, & Ruffino Curnilia, cum ante eos consules fuissent eodem anno Obertus Natta, Mutius Sabuellus, Johannes Grattonus, Manfredus Guascus, & Obertus de Foro.

Eodem anno 15. calendas octobris (4) Gullielmus Montisferrati Marchio investivit Ruffinum Curnilia Consulem Alexandriæ, & Ugonem Urtica Legatum pro medietate Castri Retorti, cum decimo septimo calendis prædicti mensis investituram accepissent de utroque Carpaneto superiori, & inferiori, ac insuper villæ, & castri Casi novis, & medietatis Castri novi, ac castri, & oppidi Sexadii, in executionem pactionis, & confœderationis initæ eodem anno tertio idus augusti (5). Eodem anno homines Aquesanæ in potestatem venerunt reipublicæ Alexandrinæ, Ruffino Bellono consule, idemque fecerunt quarto idus februarii homines villæ Vignati, ac mox homines de Calocio.

(1) *Extat par.* 1. *n.* 119. *col.* 135.

(2) *Valle granæ.*

(3) *Extat integrum in ann. Schiav. MSS. per decem paginas, cui nonaginta viri Albenſes ſubſcribunt.*

(4) *Extat apud Schiavina ad h. a.*

(5) *Extat par.* I. *n.* 115. *col.* 130.

MCCIV. Sexto nonas martii (1) Derthonæ percuſſum fuit fœdus inter Alexandrinos, & Derthonenſes, quo iſti ſacramento dicto ſocietatem inierunt pro acquirendo Epiſcopo Aquarum Alexandrinorum nomine, conſulibus Manfredo Guaſco, Petro Bello, & Andrea Ottobello. Eodem quoque anno Otho Ghilinus Epiſcopus Bobbienſis, patria Alexandrinus ſuffectus fuit Archiepiſcopus Genuæ in Bonifacii demortui locum; idque ab Archidiacono, & Præpoſito Eccleſiæ majoris Genuenſium, in quos ſolos ob varias diſcordias collata erat poteſtas eligendi Archiepiſcopum.

(1) *Extat ſub anno* 1203. *par.* I. *doc.* 118. *col.* 133.

MCCV. Septimo idus martii Gullielmus Montiſferrati Marchio vectigal oppidi Felizzani dono dedit populo Alexandrino (1).

(1) *Extat apud Schiavinam ad h. a.*

MCCVI. Sexto idus junii Pontificatus Innocentii anno nono (1) hic Summus Pontifex cum maxima interceſſiſſet controverſia inter Alexandrinos, & Aquenſes de Pontificalibus Eccleſiis, in tam dubia re hoc conſilii cœpit, ut uniret ambas Eccleſias; ita ut neutra illarum prærogativam majorem haberet, & unus, idemque Pontifex ſedem obtineret. Et ne unio hæc confuſionem aliquam induceret, ſtatuit, ut negotia, & cauſas, quæ ad Eccleſiam ſpectarent Aquenſem, Epiſcopus cum conſilio Aquenſium Clericorum obiret; & quæ ad laicos Aquenſes cum conſilio laicorum Aquenſium; idque ſive in civitate Aquarum, ſive in ejus diœceſi. Idemque ſtatuit de negotiis, quæ pertinerent ad populum, & Eccleſiaſticos Alexandrinos; uteretur autem duplici ſigillo, uno quo repræſentaret ſe Epiſcopum Alexandriæ, altero quo Aquenſem, ut negotia diſtingueret hoc ordine. Cæterum Chriſma, Baptiſmum, ac majores ſolemnitates celebrare eniteretur apud illam Eccleſiam, cujus eſſent ſpeciales. Idem ſtatuit de Ordinationibus Clericorum. Quodque apud utramque Eccleſiam, vel Diœceſim ſaltem per dimidietatem anni moram traheret, niſi neceſſitas immineret, vel aliud ſuaderet. Ambæque Eccleſiæ Epiſcopum concorditer eligerent, mox confirmandum per Archiepiſcopum Mediolanenſem, quod ubi non ſuccederet, Romanus Pontifex is eſſet, qui illum eligeret. Hoc privilegium maxima cum verborum præfatione Innocentius III. Alexandrinis attribuit, quam hic interſerere non pigebit. „ Ex hac, inquit, ſupernæ poteſtatis prærogativa „ proceſſit, quod felicis memoriæ Alexander Pon„ tifex prædeceſſor noſter, attendens fervorem de„ votionis, & fidei, quam ei Alexandrinus popu„ lus tempore gravis, & grandis neceſſitatis ex„ hibuit, Apoſtolicæ Sedis auctoritate decreverat, „ ut quoniam Alexandrinorum civitas longe major „ eſt, ac populoſior, quam Aquenſis, Epiſcopalis „ ſedes de illa, cujus diœceſi eſt contigua, tranſ„ mitteretur ad iſtam. Ipſi itaque Alexandrini „ per honorabiles Nuntios tam Laicos, quam Cle„ ricos ad noſtram præſentiam deſtinatos ſupplici„ ter poſtularunt, ut quod idem prædeceſſor noſter „ provida deliberatione decreverat, nos ejus veſti„ giis inhærentes faceremus executioni mandare. „ Sed quoniam ex hujuſmodi translatione non ſo„ lum veſtra civitas, ſed etiam Papienſis, quæ „ Aquenſis defenſionem ſuſceperat ſcandalizari plu„ rimum videbatur, nos &c. partes noſtras inter„ ponimus ad concordiam, ſtatutum prædicti Præ„ deceſſoris noſtri totaliter moderantes, ut Ale„ xandrinam, & Aquenſem Eccleſiam uniamus &c.„ Eodem anno legitur in quibuſdam antiquis ſcripturis tantam fuiſſe Alexandrini populi continentiam, ut animadverterent in Petrum Gattum, & Petrum Bavam, qui excubias agebant pro republica, eo quod tabulis luſiſſent; licentiam quoque dediſſent Spaltæ, ut meretricem in domo haberet; & poſt pulſatam campanam potum exigentibus præberent, quod facere minime poterant, vetante lege municipali: quare publicis officiis privati, & publico teſtimonio ferendo excluſi fuerunt, & ut inpoſterum perpetua notati eſſent infamia.

(1) *Extat in par. II. doc.* 19. *col.* 21.

MCCVII. Guido Dominus s. Nazarii de menſe junii (1) ſuo nomine, & Rainerii fratris venditionis jure tranſtulit in rempublicam Alexandrinam caſtrum Ponzani cum omnibus juribus, quæ in eis prætendebant, Guidone Brignono, Bonifacio de Murandis, Guertio conſulibus Alexandriæ, repræſentatæque fuerunt hoc nomine pro republica Alexandrina eidem libræ tercentum quinquaginta Papienſes. Eodem anno quarto idus octobris Vercellenſes renovato fœdere, quod cum Alexandrinis habebant, convenerunt, ut aquirendum per eos comunicaretur, ut ipſi promiſerunt, & nullos Caſalenſes, qui tunc extorres e patria erant, in ſuos cives reciperent.

(1) *Extat apud Schiavinam ad h. a.*

MCCVIII. Die 11. decembris (1) D. Opitius Reverſatus fruſtrum ſigni veræ Crucis Domini Noſtri, quod Conſtantinopoli attulerat eo tempore, quo in poteſtatem venit latinorum, reipublicæ Alexandrinæ dono dedit, hoc adjecto pacto, ut illius respublica curam gereret; quodque nec Epiſcopus, nec Clericus, nec Eccleſia aliqua illius curam ſuſciperent. Eodem anno aquæductus, qui ſumitur a flumine Burmida Gamalerium verſus, primum confectus eſt ſumma cum reipublicæ noſtræ utilitate ad munditiam civitatis, & cæli clementiam, Oberto Fontana Placentino Prætore Alexandrino.

(1) *Extat docum. apud Schiav.*

MCCVIIII. Die undecimo menſis aprilis Ugo Torniellus Epiſcopus Alexandrinus, & Aquenſis ob diſſidium ambarum civitatum receſſit ab eiſdem, ſed cum illius deſiderio maxime tenerentur, compromiſerunt in D. Nicolaum de Foro Prætorem Albenſem, qui cuncta rimatus votum ſuum protulit, ut Epiſcopus frueretur inpoſterum omnibus prærogativis, honoribus, & juribus, quibus per annum, antequam recederet a dictis civitatibus, fruebatur. Quod Laudum (1) Albæ Pompejæ latum fuit

præsentibus ipso Episcopo, & Oberto Moitio Consule Aquarum, Jacobo Buccatio, Uberto Mantea, Othone Rappa a Meladio legatis Aquensibus. Cæterum pro republica Alexandrina infrascripti interfuerunt Gullielmus de Aliate Prætor tunc civitatis Alexandriæ, ad quod firmandum Alexandrinorum nomine intererant Ugo Clarus, & Albertus Bonellus.

(1) *Protuli par. I. doc.* 131. *col.* 148.

MCCX. Die 3. octobris (1), cum ut supra dictum est Marchiones Boschi in beneficium concessissent Castrum, & Vicum Montisclari reipublicæ Alexandrinæ, nilque superesset, quam uti possessionem pacificam consequeretur, loci indigenæ conceptis verbis ad fidelitatis juramentum addacti sunt Gaffriolo Grasello Prætore Alexandriæ: aderat D. Delphinus, & Johanna ejus uxor Marchiones Boschi. Eodem anno Pecetum, & Monscastellum ab Alexandrinorum manibus erepta a Ticinensibus fuerunt, Guinforto Bellesio Aquensi Præturam Alexandriæ exercente.

(1) *Protuli par.* 1. *doc.* 140. *col.* 160.

MCCXII. Præturam agente Ruffino Advocato Vercellensi ingens prælium apud Bagiennam Augugustam, quam nunc Bassignanam appellant, commissum fuit; sed non reperio cum quibus id acciderit.

MCCXV. Nicolaus de Andito cum prætor esset Alexandriæ, discordiarumque illæ faces inter Marchiones Montisferrati, & Alexandrinos nunquam extinctæ essent, sed adhuc maxima præberent bellorum semina, Alexandrini delectu habito confœderatis Mediolanensibus, & Vercellensibus usi, ut aliquam insignem cladem Marchionibus Montisferrati afferrent, Casale s. Evasii obsiderunt Manganis, & omni instrumentorum ad oppugnandum genere ad id adhibitis; quod die secunda augusti post multas oppugnationes obtinuerunt, civitatemque igne, & ferro consumpserunt, multis Casalensibus, ac eorum Prætoribus desideratis, ac penitus excisa, & eversa urbe, corporibusque ss. Evasii, Natalis, & Projecti Alexandriam delatis. Edicto insuper præceperunt, ut nemo hominum Casale inhabitaret, illud reædificare auderet, qui id facere conaretur, hostis populi Alexandrini haberetur, quod ea mente ab Alexandrinis factum fuit, ut Marchiones hac urbe nudati, ansam in futurum, nec tam facilem; neque tam propinquam haberent injuriam inferendi Alexandrinis. Quare Casalenses hinc, & illinc palantes, ac dispersi veluti feræ vagabantur. Sed cum ad Honorium III. Summum Pontificem accessissent, illiusque pervoluti pedibus calamitates, miseriasque suas eidem exposuissent, jussit Ticinensi Episcopo, ut omni animi, & corporis contentione conaretur, pacem inter utrosque populos conciliare, sin minus operam daret, ut Alexandrini saltem permitterent instaurationem civitatis, quod in Pontificis gratiam Alexandrini concesserunt.

MCCXVI. Othobonus Crux Mediolanensis Præturam egit in civitate Alexandriæ, quo tempore summo cum totius urbis commodo Porta una ad Tanarum posita fuit ædificata, per quam itur ad villam Fori, Vuilias, & ad partes ibidem existentes. Eodem anno Honorius III. Summus Pontifex literis Prætori, populoque Alexandrino missis (1), ipsis breviter collaudatis, anno tertio sui Pontificatus, duodecimo calendas maii, sub sua protectione, ac clientela rempublicam recepit edicens, ne aliquis molestus ei sit, ac insuper attestatur fuisse in honorem Sedis Apostolicæ erectam Alexandriam, ab Alexandro III. Prædecessore suo nomen assumpsisse, jussitque in fide persistere. Cæterum si ab Imperatore Romanorum designato, ac Siciliæ Rege requisiti fuerint ad juramentum fidelitatis, id subire non recusarent, modo cæteræ Lombardiæ civitates illud ipsum & ipsæ præstent, salva tamen fide in Sedem Apostolicam. Eodem anno die decimo tertio augusti Baldus Rugna, Otho Gavilius, Gandulphus, & Ugo Guarachi cum pluribus aliis donationem fecerunt reipublicæ Alexandrinæ, castri, & loci Uxezii, qui pariter illud in beneficium a republica Alexandrina receperunt. Eodem anno die decimo quinto octobris fœdus conflatum fuit reipublicæ Alexandriæ cum Vercellensibus, & conditione adjecta, ut & in eo Mediolanenses reciperentur, modo voluissent. Nulli nominantur, qui dicto fœderi intervenerint percutiendo. Anno, die, & mense, quibus supra Vermus de Turricello sibi satisfactum asseruit de venditione illa in Alexandrinos facta scilicet castrorum Cunioli, & Turricelli; insuper clientelare juramentum præstitit reipublicæ Alexandrinæ Vermo Mandello Prætore. Eodem anno die nono mensis decembris Nicolaus Guertius, Calvusque ejus nepos cum prius donationem fecissent populo Alexandrino octavæ partis castri, & villæ Ripaltæ statim de iisdem investituram nanciscuntur ab eodem populo, qui pariter nonnulla jura in castris utriusque Carpeneti habebant. Eodemque anno die 10. mensis decembris (2), qui maxime fertile fuit civitati Alexandriæ, respublica emit a D. Henrico filio quondam D. Othonis Chechita quintam partem oppidi Canellarum, & pertinentium; quartam partem Turris Mezzani de Canellis, quartam partem castellaniæ Freni, ad hæc ea, quæ sui juris essent in Sexamo, Lovazolo, sancto Martiano, & in Moascha, hocque nomine libræ centum viginti Astenses ei repræsentantur. Eodem anno Vermus Mandellus Prætor nomine reipublicæ a Trupho Crosa suo, & nomine Vermi ejus fratris quartam partem Vici Garbazolæ cum dimidietate ejus Turris castri Mezzani de Calamandrana, partem ejus Sexami, & partem castri, & villæ sancti Martiani, & Soirani, & perinde totum Comitatum Canellarum, & pertinentiarum comparavit octuaginta quinque libris Astensibus pretii nomine dinumeratis: in qua venditione etiam aderat præter Mandellum Prætorem super a nobis memoratum Jacobus Peluchus civitatis Alexandriæ Judex. Eodem anno idem Truphus vendidit reipublicæ Alexandriæ nomine Jacobi Maxillæ medietatem turris Sexami, atque tertiam partem Palatii Calamandranæ, & totius cortilis Canellarum. Eodem anno, & die Otho Corbellarius reipublicæ Alexandrinæ vendidit quartam partem Garbazolæ, medietatem Turris Mezzani, & Calamandranæ, quæ dicitur Corbellariorum, atque suam portionem Calaman-

dranæ, & Soirani, & Canellarum, & quæ ad illas pertinent. Præterea eodem anno, & die huic venditioni acceſſit & D. Henricus Daniſius ſuo, & nomine Jacobi fratris diſtrahendo reipùblicæ Alexandrinæ quartam partem Garbazolæ cum medietate Turris, portionem ſuam Turris Lavazoli, villæ, & caſtri s. Martiani, & Moaſchæ, ad id præterea, quod in cortile Canellarum habebat, pretio librarum numerato ſeptuaginta ſex.

(1) *Dedi illas par. I. doc.* 154. 155. 156. *col.* 169. *& ſeq. ſub ann.* 1219.

(2) *Sequentes chartas vide relatas par.* 1. *doc.*170. *col.* 167.

MCCXIX. Cum reſpublica in præſtiti juramenti tranſgreſſionem incidiſſet, quod cenſum annuum Romanæ Eccleſiæ non exſolviſſet aliquot interjectis annis, quodque adverſus Regem Siciliæ arma ſumpſiſſet, illa Rainaldum Trattum, ideſt Trottum (Trattum enim legitur), ac Ghiſulphum Acerbum ad Pontificem deſtinavit, & ad ejus Delegatos, ut abolitionem ipſorum obtinerent; quæ obtenta fuit die undecimo martii, & Alexandrini reſtituti, receptique ſub Romanæ Eccleſiæ protectione ſunt; hoc adjecto, nt nullis amplius adhærerent, quinto decimo calendas decembris anno tertio ſui Pontificatus.

MCCXX. Senatus, Populuſque Alexandrinus die decimoquarto martii, ut quantum fieri poſſet per hominum memoriam conſervaretur id, quod dignum omni memoria a republica ipſa geſtum erat, & ne beneficiorum memoria in rempublicam collatorum intercideret, ſanxit, ut Petrus Ferrarius reipublicæ Cancellarius leges Municipales quaſdam obſervatas diligenter per rempublicam exſcriberet ad æternam rei memoriam, inter quas reperta fuit lex illa, quæ ſummam redolet gratiam, & liberalitatem in benemeritos de urbe Alexandrina. Eodem anno ad Honorii III. Pontificis Maximi petitionem, qui premebatur a Federico II., cum Mediolanenſibus, Laudenſibus, Novarienſibus, Placentinis, Derthonenſibus, Mantuanis, Brixienſibus, Veronenſibus Alexandrini fœdus iniverunt, Legato Henrico Agagnino, qui poſtea Gregorius IX. fuit nuncupatus. Eodem quoque anno divus Franciſcus Aſſiſienſis ſanctitate, & religione plurimum florebat, & Alexandriam venit, quo etiam tempore nonnulla miracula in urbe edidit.

MCCXXI. Ingens terræmotus hoc anno auditur in civitate Alexandriæ in die Natalitio Domini Noſtri Jeſu Chriſti.

MCCXXIV. Alexandrini, cum Genuenſes in ea adhuc perſiſterent ſententia, ut recuſarent Capriatæ oppidum, quod diſtat a civitate Alexandriæ quatuordecim milliaribus, reſtituere; ſed illud unacum Arquato caſtellum per vim retinerent, arbitros elegere communes; ſed cum res non ſuccederet, vim adhibere conati apud Peretum contra Genuenſes impreſſionem fecerunt; ſed iterum Alexandrini cum Vercellenſibus, Derthonenſibus, & Mediolanenſibus ex antiquo fœdere Capriatam adorti, agrum longe, lateque devaſtarunt. Cæterum a Capriatæ caſtro, quod omnium rerum neceſſariarum copia bene inſtructum eſſet, retrocedere coacti ſunt. Ac Genuenſis reſpublica ab illius Prætore diu maximo comparato exercitu, adhibitis etiam multis extraneis militibus Gavium oppidum, & Montaldellum adoriuntur, quæ ad fundamenta diruta ſunt; Genuam mox cum multis captivis, quos in Montaldello ceperant, redierunt. Sed Alexandrini cum confœderatis Taſſarolum vi expugnant, illudque incendio abſumunt; dein una cum Derthonenſibus Arquatum machinis bellicis adorti ſunt. Tandem quia fama erat Genuenſem Prætorem adventare, & jam Voltagium adveniſſe, & ne minores copiæ cum majoribus congrederentur, illud deſeruerunt. Eademque cauſa Genuenſis reſpublica onus viginti ſolidorum civibus indixit pro ſingulo quoque centenario ſuper mobilibus bonis unius denarii cum dimidio præter onus armorum, & equorum perſonis omnibus indictum, præſertim his, qui per ætatem, vel per alias cauſas excuſabantur.

MCCXXV. Conflictum fuit Albaritio Maretino Prætore apud Vallem Quatuordarum, & Calamandranæ cum Aſtenſibus, qui in excidium Alexandrinæ civitatis cum Papienſibus fœdus percuſſerant, & hac de cauſa uſque ad portas civitatis longe, lateque omnia ferro, & igne *per* agrum vaſtarunt.

MCCXXVI. Die decimaquinta menſis julii ad Genuenſium poſtulationem Aſtenſes iterum in Alexandrinos arma moverunt maximo cum exulum numero; ſed Alexandrini majore illorum parte trucidata, omnibuſque profligatis, centum illuſtris nominis capiunt, alii in Quatuordarum caſtrum abire coacti, quos Alexandriam traduxerunt una cum quinquaginta obſidibus, quos Mediolanenſibus dederunt, & ita carceri incluſi Alexandriæ per annos duos cum dimidio retinentur. Eodem quoque anno die ſeptimo ſeptembris Aſtenſes iterum apud Calamandranam profligantur, & maxima exercitus pars occubuit, octocentum capiuntur, ac carceri traduntur, ubi per longum tempus permanſerunt; ex quo bello Aſtenſes ducentum mille librarum damnum perpeſſi ſunt. Sed ea re permoti Alexandrini, quod fœdus ab Aſtenſibus initum cum Genuenſibus viderent, & ipſi machinas adverſus Genuenſes una cum confœderatorum manu moverunt. Quare hoc eodem anno re tractata cum Petro Bono ex Gavio Oppidano prædivite, cujus integritate univerſitas plurimum fidebat ita, ut portarum claves oppidi illi cuſtodiendæ permitterentur, is Alexandrinis, & Derthonenſibus oppidum dare tentavit, cujus proditio cum detecta fuiſſet, irritum Alexandrinorum conatum fecit, qui cum bene munitum oppidum, ſatiſque firmum cernerent, re infecta receſſerunt. Quod cum reſciviſſent Genuenſes calendis maii Oberto Advocato Prætore, & Petro Vento reipublicæ Genuenſis Ducibus Capriatæ delectum habuerunt, ſtatimque cum expedita militum manu Derthonenſium fines ingreſſi, Præcipianum vi ceperunt, captumque everterunt; quod cum reſciviſſent Alexandrini eo maxima vi contendunt, quos onuſtos ingenti præda interficiunt, prædamque omnem ereptam confœderatis ſuis reſtituunt viginti ſeptem gravis amaturæ militibus deſideratis, inter quos duodecim cives Genuenſes, cæteri Gavium celeri fuga vitæ ſuæ con-

fulunt. Qua clade Genuæ renuntiata, ſtatim univerſa Civitas in arma prorupit. Sunt qui exiſtiment, ſi Alexandrini cum Derthonenſibus certo itinere illuc properaſſent, Genuam ſe illis dedituram; tantus erat pavor, qui ob pugnæ infelicitatem, & multorum necem, civium illorum animos præoccupabat. At Prætor illius Reipublicæ, quamvis adverſa valetudine laboraret, ibi reſtituta tranquillitate, præeuntibus tædis, cis Jugum ſe contulit, Gaviumque, & aliæ ſuæ ditionis oppida bene munivit. Quo etiam anno cum Genuenſes ex dignitate Reipublicæ ſuæ viderent ſubſidia Aſtenſibus ſuis confœderatis mittere, ac eiſdem ſuppetias, ut ex conventis tenebantur, ferre, exercitu iterum perluſtrato, milites gravis armaturæ ducentum comparaverunt a Thoma Sabaudiæ Comite, qui cum eiſdem pepigerat, ſecum numerum ſubminiſtraturum, ſeque adſuturum. Interim unuſquiſque eques ſcutiferos binos, & puerum alterum habebat in commeatu, quibus ſtipendii nomine ſexdecim libræ Genuenſes repræſentabantur, & Ducis nomine quinquaginta; & ipſi Comiti centum marchas, & præterea equos amiſſos reſarcire. Sed Comes ipſe ob adverſam valetudinem minime potuit intereſſe. Cum Genuenſibus vero aderat Lotharingus Martinengus Brixienſis cum equitibus quinquaginta, & quilibet ipſorum tres ſcutiferos, & duos pueros bene armatos cum binis equis habebat. Aderant & in hoc exercitu Lavagnæ Comites Vaſſalli omnes, quos Genuenſes in Lunetana regione habebant, nec non Vintimiliarum Comites, Otho, & Henricus Carretti Marchiones, Otho Claveſanæ Marchio, & Marchiones Cevæ cum Gullielmo Boſchi Marchione, homines Garetii vallis Tanari, & multi præterea alii Marchiones, & Nobiles, qui Gavio ubi omnis exercitus convenerat digreſſi, Aſtam civitatem adiverunt cum tercentis equitibus, quorum quiſque binos ſcutiferos bene armatos cum Catone, & viginti ſagittarios equeſtres, & centum pedites habebant, quo præſidio freti Aſtenſes, non tam Civitatem ſuam tutati ſunt, quam in Albenſes incurſionem ad portas uſque fecerunt, illoſque multis incommodis affecerunt. Non tamen Alexandrini, & Derthonenſes hoc tam magno belli apparatu terrentur; imo Serravallis una cum ducentum militibus gravis armaturæ coiverunt, ac ſub tanti exercitus oculis Arquatum, qui ſub Gavio continebatur (id erat Genuenſium oppidum) obſident; quo Genuenſium Prætori viſum fuit, ut hoſtes ab Arquati obſidione averteret, Montanarium Derthonenſium oppidum ſitum loco præcipiti, ac declivi obſidione cingere. Illud vi expugnari poſſe perdifficile videbatur, cum ſcalæ ſine ſummo niſu vix admoveri poſſent; *ipſe tamen* cum Catapulta (quod trabu hellum appellant) adoriri niſus eſt, *eo eventu*, ut poſt octo dierum obſidionem Genuenſibus oppidani, ſalvis vita, & opibus, quæ ſecum aſportare poterant, deditionem fecerint. Interim re ad Alexandrinos, & Derthonenſes delata exercitum diſſolvere viſum fuit, illis ut fines ſuos tutari poſſent, iſti ut belli eventum perſpicerent, auxilioque opportuno adeſſent, atque oppida ſua tutarentur a Genuenſium incurſionibus, qui Gavii cum exercitu commorabantur. Quo factum fuit, ut de menſe auguſti Gullielmus Malonus, Federicus Grillus, duo Legati ex octo, quos Reſpublica delegerat, dum ſtipendium exercitui perſolvere vellent, Boſchum adorti maximam illo expugnato inde prædam abjicerent, ſtatimque ſe fugæ mandaverint, Genuamque redierint. Eodem quoque anno de menſe octobris Jacobus Picamilius unus ex octo viris delectis, qui Capriatam cuſtodiebant, cum militibus ſtipendium afferret in Alexandrinorum inſidias fere incidit in diei crepuſculo, quas milites Alexandrini prope plebem Lemeri in nemore Gazoli tetenderant, ſed eis detectis a præcurſoribus, quadraginta captivi Genuam ducuntur, reliqui ſibi armis viam ad ſalutem aperuerunt.

MCCXXVII. Continuabatur bellum inter Genuenſes, & Alexandrinos, ac confœderatos, in dieſque magis exardeſcebat: & propterea maximus utrinque armorum apparatus fiebat. Sed intercedentibus Placentinis Genuenſes ob ingentes eorum civiles diſcordias in Mediolanenſes compromiſerunt. Eodem anno die nono novembris (1) cum minime par eſſet, ut finitimæ Civitates continua inter ſe bella gererent, compromiſſum eſt de ſumma diſcordiarum a Republica Alexandrina, Albenſi, & Derthonenſi ex una, Placentinis Legatis ſocietatis Lombardiæ id ſumma animorum contentione exigentibus, ſcilicet Alberto Ruſollo, & Rugerio de Bonifaciis; ex alia vero Genuenſi, & Aſtenſi in communes arbitros, ſcilicet Rempublicam Mediolanenſem, ac pro ea Buccatio Brema, Guifredo Pirovano Reipublicæ nomine recipiente, ac Lanfranco de Pontecaſtello præturam Mediolani agente, maxima indicta pœna iis, qui judicato non ſtarent. Eodem, quo dictum eſt ſupra, die, & anno Conſilium Mediolanenſe per Legatos ſuos in præſentia tamen totius Conſilii talem protulit ſententiam; ne Alexandrini vectigal Gavii Genuenſibus perſolverent, Genuenſeſque ne illud ab Alexandrinis exigerent; quibus auxilium ferre pro Montaldi, Gavii, Amelii, Taxaroli, Paſturanæ defenſione, viaſque munitas, ac ſecuras reddere per locum Gavii deberent; Genuenſes ne moleſti eſſent Alexandrinis, vectigalve aliquid Genuæ perſolvere cogerent, hoc tamen adjecto, ut liceret eiſdem quotannis libras ſexcentum Papienſes (2) perſolvere, & ſe a dicto nexu immunitatis liberare; cæterum quod Anſelmus, & Ruffinus filius de Foro cives Alexandrini haberent in ſupradicta vectigalia libras quinquaginta Papienſes, quas Alexandrini de memoratis libris ſexcentis a Genuenſibus dandis eiſdem repræſentarent, quas ſi Anſelmus, & Ruffinus recuſaſſent, reliquum, quod a Genuenſibus præſtandum, conſequerentur, quouſque eiſdem de ſuo credito, ſatis eſſet factum pro vectigale Gavii; cæterum quod dicti pater, & filius cederent omne jus (3) Genuenſibus, quod habebant in dicto vectigali; quodque Genuenſes perſolverent bona fide, & ulla abſque fraude Alexandrinis libras mille perſolutas contra immunitatem pro dicto vectigali (4); utriſque præceptum, ut mœnia caſtri Capriatæ ſolo æquarent duorum menſium termino præſtituto, foſſæque dicti oppidi vallo complerent, quas a quinque annis citra ſe-

ciſſent; hoc addito, ut nefas eſſet Alexandrinis, & Genuenſibus de dicto caſtro ſe intromittere per quinquennium futurum, quo elapſo duo eligerentur viri idonei, unus pro qualibet Republica, qui de juribus utrorumque populorum intra quatuor menſes judicium ferrent. Interim Genuenſes catapultas, manganos, & reliqua belli tormenta, quæ haberent in dicto caſtro deſtruerent, vel exportari facerent. Cæterum quod caſtrum Muriſaſchi Gulielmo Buſato reſtitueretur, jure tamen Reipublicæ Alexandrinæ ſemper ſalvo. Genuenſibus eodem laudo mandatum, ut caſtrum Arquati demoliretur, quod de cætero non reædificarent, in quod nec Derthonenſis Reſpublica, nec Genuenſis per quinque proximos annos, vel futuros ſe intromitterent; & pariter, quod bini eligerentur ab ipſis arbitris, qui definire jura ambarum partium intra quatuor proximos menſes niterentur. Interim Genuenſes Derthonenſibus caſtrum Monteliani ſine fraude aliqua redderent, quibus etiam liceret caſtra Montaldi, & Spinulorum retinere, & pariter Derthonenſibus, præcipue vallem Barberiam habere, nec Genuenſes Paſturanam retinerent; cæterum quod ad Alexandrinos attineret, contra Rempublicam Aſtenſium idem Laudum pronuntiatum fuit, ut illa ceſſionem Alexandrinis faceret infraſcriptorum caſtrorum, oppidorum, villarumque, quæ ſunt ultra flumen Beldi (Belbum nunc appellatur) verſus Alexandriam ex ea parte fluminis, quæ eſt Alexandrinorum, caſtrum ſcilicet Garbazoli, Calamandranæ Anſaldenghæ, Calamandranæ Ruffini Crozzæ, & Corbellariorum, ac alterius Calamandranæ Manfredi, caſtrique Rocchettæ Palafeæ, Sexami, Levazoli, Soirani, & jurium, quæ habent Aſtenſes in caſtris Bubii, Caſinaſchi, caſtri Burgi Canellarum; reſtituerentque vice verſa Alexandrini Aſtenſibus ipſis caſtrum ſancti Martiani, Callocii, Alliani, Caſtrinovi, Laiterii (5), Viginti, omneque jus, quod prætenderent in Caſtagnolis, in Comitatu Laureti, & in caſtro Muaſchi, & omne id, quod haberetur ultra Belbum, excepto tamen oppido Canellarum, quodque & oppidum Maſii eſſet commune; & quod D. Jacobus Lanzavecchia civis Alexandrinus conſequeretur libras centum ab Aſtenſibus, curarentque illi, ut jura (6), quod ſuper caſtro, & loco de Bioniis haberet, Aſtenſibus quam primum cederent, & omnes res admiſſa pariter compenſatione ſociis redderent, captivi reſtituerentur, dictæque tres Reſpublicæ a maleficiis, & armis abſtinerent, hac adjecta pœna in illos, qui Laudo huic non paruiſſent, ut caſtra, & loca non obſervantis obſervanti illico cederent, & decem millium argenti lib.; Memoratæ ſententiæ Aſtenſis Reipublicæ acquievit Barocius Burgo Prætor Aſtenſis, Gullielmus Carroccius, Vermus Gardinus, Gullielmus Cacheranus, Gullielmus Caſſinus, Gullielmus Vicarius, & Thomas Curtius. Legati pro Januenſibus Ubertus Spinula, Bonifacius Volta, Petrus Ventus, Iſignonius Grimaldus, Gullielmus Pittavinus, Ugo Cancellerius, Oppizzo Tardanus. Pro Albenſibus Corradus Oculi Capræ, Obertus Malpaſutus, Rugerius Caraſius, & Paganus Judex. Civitatis vero Alexandriæ nomine Rambertinus Ghislerius Prætor Alexandriæ, Otho Rubeus, Ruffinus Gurſcus, Ruffinus Aſinarius, Ocionus, ſeu (exiſtimo) Odonus Lanzavecchia, Gullielmus Carrutus, Ruffinus Forus, Philippus Cirimellus, Guido Piovera, & Jacobus Pectenarius. Pro Derthonenſibus Clapejus conſul Derthonæ, Ruffinus Malpaſſutus, Bulganus Judex Derthonæ; Pro Taurinenſibus Gullielmus Zucca, de quo quidem Laudo maxime ſunt conqueſti Januenſes.

(1) *Vide doc.* N. 175. Col. 185. (2) Papienſium ita in MS. (3) *In MS.* omni jure. (4) *Hic error ſcribæ ſenſus abſurdus* vide par. 1. doc. 175. §. VIII. (5) Lanerii. (6) In MS. pro jure.

MCCXXVIII. Cum variis technis Capriatæ reſtitutionem Genuenſes differrent, Alexandrini rem diutius non tulerunt, ſed manu armata, aquilis explicatis oppidum invaſerunt, illudque diripuerunt, qui reſtitere trucidati ſunt, quo factum fuit, ut quædam Oppidanorum pars Gavium conceſſerit.

MCCXXIX. Cum Reſpublica Genuenſis hoc a Guidone Prætore præſenſiſſet, numerum armatorum equitum ſexcentum Capriatam ire juſſit, ut ſuis civibus ſuppetias ferret. Sed cum Alexandrini (res accidit) forte caſtrum recte muniſſent, Genuenſes re infecta receſſerunt. Eodem anno Ruffinus Forus unus ex Rectoribus Confœderatis Lombardiæ fuit. . . . . (*hic aliquid deeſt*)

MCCXXX. Gliſcente adhuc diſcordia, quam nominatæ Reſpublicæ jam contraxerant, compromiſſum iterum fuit, opera Genuenſium in Sardum Archipresbiterum (1) Albenſem, & Gullielmum Miniſtrum hoſpitalis ſancti Johannis cum facultate tertium eligendi duobus diſcordibus, qui cum quemdam fratrem Bartholomeum Vicentinum ordinis Prædicatorum (2) in arbitrum tertium elegiſſent, vix deputatis duobus diſcordibus Capriatam Genuenſibus adjudicavit.

(1) Archiepiſcopum *in MS.* (2) *Celeberrimus ea tempeſtate vir pro componendis inter Civitates, ac principes litibus, de quo multa mentio in Hiſt. Marchiæ Trevisanæ a Vercio ante paucos annos edita.*

MCCXXXI. Roxenatus de Putheo-Bonello Mediolanenſis Præturam exercuit, quo anno caſtrum, & oppidum Clavaſii dirutum fuit.

MCCXXXII. Antonio Fontana Placentino Prætore orta fuit prima diſſentio Alexandrini populi, & Communis, quæ maximas poſtmodum accendit diſcordiarum faces, quæ vix nunc reſtinctæ ſunt, quo etiam anno Bergolium combuſtum fuit. Eodem quoque anno Alexandrini arma movent in Marchionem Montisferrati.

MCCXXXIV. Die decimo menſis novembris (1) Alexandrini cum Aquenſibus iterato pacem renovant, quam eodem anno 26. julii confecerant ita, quod utraque Civitas contra Caſſinarum oppidum libere arma movere, & bellum afferre poſſet. Alexandrinorum Legati Ruffinus Guaſcus, Gullielmus Plovera, Oglerius Guidonis Tignæ, Bentius Aſparellus, Anſelmus Botta, Lanfrancus Perbonus, Jacobus Collus, Henricus Ghetius, Botta Balbus, Gullielmus Ghigniſus; Aquenſium Amizonus Buchus (2) Prætor, & Albertus Bottacius.

(1) *Vide hoc doc. par.* 1. *N.* 184. *col.* 201. *cæterum non die X. nov., ſed exeuntis novembris habet*

exemplar. Quæ inter se quantum distent, haud iste scriptor animadvertit. (2) Bustus.

MCCXXXVI. Roxenatus Puteo-Bonellus Mediolanensis iterum Præturam egit in Civitate, tumque altera populi, & communis dlscordia, quæ jam altas radices egerat, exorta fuit, & quo inde duo Consules designantur. Ruffinus Guascus, & Carolus Rainaldi, quo tempore summa familiarum (1) facta fuit conversio, & plurimos motus, quos hic recensere opportunum non arbitror, nec ex historiæ dignitate.

(1) *In MS.* familiaritas.

MCCXXXVIII. Obertus Vicecomes Placentinus Præturam gessit, quo anno Alexandria maximum detrimentum passa fuit. Sunt qui existiment illam captam fuisse a Federico secundo Imperatore designato, & Siciliæ Rege, quod recusaret fidelitatis juramentum subire; hoc etiam anno diutissime ecclipsavit.

MCCXL. In amicitiam rediit Alexandrina respublica cum Imperatore Federico secundo.

MCCXLI. Gullielmus Marchio Boschi in expeditione fuit adversus Genuenses cum Martino Ebulo in Lombardiæ Legato, ut auxilium Macaratis ferret (nomen seditiosorum erat) civitatis Genuæ, qui cum Ticinensibus, Alexandrinis, Derthonensibus, Vercellensibus, Novariensibus, Albensibus, Aquensibus, Cassinensibus, & Montisferrati Marchionibus concesserant. Ii Uvadam usque agrum longe, lateque percurrerunt, ac in Porceveræ vallem descenderunt, eorum impetum non retardante Bastia, quam in monte Capitisferri Genuenses extruxerant. Quo etiam tempore Obertus Pallavicinus Imperatoris in Lunetana regione Legatus maximo militum (1) numero, atque Malaspinæ Marchiones (2) manu armata montem Rubeum usque penetrarunt, & Vernatium, minitantes se Besagnum (suburbium est Genuæ) adorituros, adversus quos nonnullos equites castri Rapalli, Clavaris, Sexti, & Levanti Genuenses miserunt; verum Pallavicinus pedem retulit, at Genuensium Prætor cum gregariis auxiliis, & populo Genuensi recta via adversus Martinum properabat, & cum Martini auxiliariis manus conseruit, qui coacti relictis duabus aquilis fugæ se mandarunt.

(1) Castrorum *forte* Comitum. (2) Marchionibus.

MCCXLII. Adhuc inter Genuenses, & Imperatorem bello certabatur. Alexandrini cum multis Lombardiæ Civitatibus, & Marchionibus Boschi Imperatoris partes tuebantur.

MCCXLV. Imperator Federicus secundus ab Innocentio quarto Pontifice Genuensi (Simbaldus Fliscus ex Comitibus Lavagnæ antea appellabatur) in Lugdunensi Concilio excommunicatur, ac imperio, & regno Siciliæ deponitur, qui ut contra Mediolanenses exercitum compararet, Alexandriam se recepit, quamvis non bene populus Alexandrinus in illum animatus esset.

MCCXLVII. Iterum Alexandrini castrum, & oppidum Capriatæ intempesta nocte ut occuparent, aggrediuntur, sed cum res minime successisset opera Martini Azabaroti, qui tunc oppido præerat, re infecta regrediuntur.

MCCXLVIII. Odoardo (sine cognomine) præturam Alexandrinam agente castrum sancti Salvatoris per Alexandrinos capitur, & oppidum Luci obsidetur, quo tempore gens Lanzavecchiarum plurimum vigebat.

MCCL. Obertus Canis præturam gessit Alexandriæ, quo tempore Lanzavecchiarum gens cum Putea, & Guasca pacem percussit, cum superioribus annis complures inter easdem viguissent discordiæ. Eodem anno Meladium, & Bestagnum in ditione Montisferrati posita Manfredo Marchioni Lanzæ dantur (*forte ab Alexandrinis*), qui communibus consiliis, & armis Montemferratum adoriuntur, maximam vim prædæ nacti, plura damna Bonifacio Marchionis Montisferrati intulerunt.

MCCLI. Paganus Puteus, & Jacobus Lanzavecchia consules civitatis Alexandriæ extiterunt.

MCCLII. Iisdem, qui supra consulibus, illi de Burgo capiuntur. Innocentius IV. Pontifex, ut evitaret Federici secundi minas, Roma Alexandriam advenit. Mediolanenses vi capiunt Laudem Pompeam, illiusque castrum evertunt. Multi ex Astensibus apud Bergolium insidias Civitati tendentes, captivi fiunt, carcerique mancipantur. Interim Alexandrini Manfredo Lanza Duce Montemtemferratum aggresso maximam prædam nanciscuntur. Interim Pacilianum, Turriculam, Conzanum, S. Georgium, Sarmatiam, Torcellum, Cuniolum, Pontem Cunioli, compluraque alia castra, & vicos vi, & armis occupant. At Marchio in has bellorum flammas fœdus contrahit cum Ticinensibus. Alexandrini, & socii declarantur Romani imperii hostes, ni redderent Bonifacio ea, quæ bello occupassent. Quo anno etiam Federicus Imperator Apuliæ apud Tarentinam urbem obiit, veneno sublatus, ut creditur, a Manfredo ejus filio naturali, dum præfecturam Tarentinam haberet.

MCCLVII. Dum adhuc inter Puteam, & Lanzavecchiam gentem renovantur discordiæ, Putea gens Alexandria recedit, alii ad Marchionem Lanzam se transferentes, pars Montemregalem, & Biellam petentes, alii vero Nicæam urbem in Gallia Narbonensi positam migrantes, ex quibus familiis multi viri supremi nominis demum prodierunt, ut in Vitis Clarorum Virorum referam; quo etiam anno Præturam regit Burazzolus Burrus Mediolanensis.

MCCLVIII. Johannes Beccaria Ticinensis, dum Præturam gereret, familia Lanzavecchiarum recedit Alexandria. Putei patriam repetunt, qui & paullo ante a militibus Papiensibus adjuti ceperunt plures Alexandrinos apud Derthonam.

MCCLX. Ugo Novariensis, & Episcopus Aquensis castrum Setebrii Alexandrinis hipothecavit libris octocentum Papiensibus intercedentibus, eo addito pacto, ut restituta pecunia memorata, Alexandrini restituerent castrum. Sed cum Episcopus manu armata illius restitutionem consecutus fuisset, Alexandrini idem aggressi iterum in potestatem suam redegerunt. Eodem anno calendis augusti Alexandrini cum Ticinensibus pacem fecerunt, omnesque injurias, & omnia illata invicem damna sibi condonantur. Non enim æquum existimabant hi populi, cum finitimi essent, odiis prope intestinis conten-

dere. Eodem anno Almericus a Caſtrovallo Prætu-
ram exercuit Civitatis, quo anno Putea gens pa-
triam repetiit. Jacobus Lanzavecchia cum factione
ſua ſolum vertit. Hoc etiam anno moritur Alme-
ricus apud Novariam. Capitur per Alexandrinos op-
pidum Serravallis. Franciſcus Canepanova in Alme-
rici demortui locum ſufficitur.

MCCLXI. Baſtardus Montisferrati creatur Prætor Alexandriæ, quo anno Manfredus Marengus moritur. Papienſes nulla ratione pacis, quam priori anno fecerant, habita, Alexandriæ territorium ſubvertunt, quo etiam anno Pavonem caſtrum ædificarunt, ut eſſet tamquam antemurale Alexandrinorum excurſionibus.

MCCLXIII. Gullielmus de Petra Prætore Alexandriæ fit maximus conflictus inter Alexandrinos, & Montisferratenſes ptope Ruaijam, ſeu Madium: capiuntur utrinque multi milites, dubio marte pugnatum.

MCCLXIV. Sodeacius Præturam geſſit Civitatis. Sexadium obſidione cingitur. Nicæa oppidum amittitur, & civitas Aquarum. Eodem anno die decimoquarto menſis junii Urbanus IV. Pontifex maximus ad preces Præpoſiti, & Canonicorum Eccleſiæ S Martini (nam major Eccleſia nundum erat extructa), qui ſummo Pontifici dixerant, ſe non poſſe commode inſervire Eccleſiæ memoratæ, & Parochianorum commodis ſupereſſe, & propterea modo ſummi Pontificis accederet aſſenſus, donationem facere habebant in animo de ipſa Eccleſia cum ſupellectilibus omnibus, quæ ad Eccleſiam pertinebant, ac prædiis fratribus Ordinis S. Auguſtini Heremitarum, qui tunc temporis nullam habebant habitationem in dicta Civitate; qui Pontifex injunxit Albertino Epiſcopo Aquenſi, ut rationem rerum ſupplicatarum recognoſceret, & ad ſe per litteras referret; mox anno tertio ſui Pontificatus omnia in precibus contenta conceſſit (1). Eodem anno complura caſtra Marchionis Montisferrati obſeſſa fuerunt per Alexandrinos, & Derthonenſes. Morte intercedente Urbani nihil præclarum factum fuit: cui Urbano ſucceſſit Clemens IV. patria Narbonenſis, qui prius appellabatur Guido Fulcadius.

(1) *Extat par.* 1. *doc.* 228. *Col.* 239.

MCCLXV. Obertus Aſtigno (1) apud Nicæam a Marchione Montisferrati debellatur, exercitus Regis Caroli iter faciens in Apuliam conceſſit.

(1) *Forte* a Spigno.

MCCLXVII. Delphino Cane Præturam gerente Alexandriæ diſſenſit populus a communi ob conſulum ignaviam, & Antiani, ſeu Rectores eliguntur pro Bergolio Gullielmus Balinzana, & Jacobus Sambuellus, qui populum rexerunt (1) juſte, tum continenter abſque ulla animorum perturbatione; quamvis poſtmodum ab his, qui alios opprimere conabantur, deponerentur; quo tempore vigebat in Bergolio ſocietas ſancti Petri (ita enim appellabatur) alens ducentorum peditum ſelectorum cohortem, qui omnibus viribus in id enitebantur, ne qua diſſenſio in Civitate oriretur, neve quiſque ullius injuria opprimeretur. Gens Putea hoc eodem anno patriam repetiit.

(1) Erectum *in MS.*

MCCLXIX. Franciſcus Turris Mediolanenſis Prætor declaratur Civitatis; Guidonem Caſtillioneum judicem habuit, & Caroli Siciliæ Regis concordiæ cum Alexandrinis fit.

MCCLXX. Alexandrini, cum Carolo Rege Siciliæ pace inita, adverſus Marchionem Montisferrati exercitu inſtructo Aquenſem civitatem expugnant, caſtrum ſumma vi capiunt, in quo cum adeſſet Rainerius Baſtardus Marchionis avunculus, captivus Alexandriam ducitur, qui in vinculis vita fungitur. Hocho Ardinus Legatus Alexandriæ agit pro Carolo Rege.

MCCLXXI. Accurſus Lanzavecchia Genuenſium Prætor renuntiatus eſt, ac eadem Prætura vix per ſemeſtre ſpatium functus, quandoquidem Bononienſium Prætor electus, a Republica miſſione impetrata, Bononiam ſe contulit. Eodem anno Brandalixius de Lambertinis Præturam gerebat Civitatis, & ne quid incommodi Alexandriæ contingeret, & ut reſiſteretur hoſtibus, & Marchionibus Montisferrati (1), oppidum Quadringenti, foſſa, & aggere, & aliis neceſſariis cingendum eſſe curavit. Quo etiam anno bellum iterum cum Marchione Montisferrati renovatur. Turris Montaudeli per Alexandrinos recipitur. Aſtenſes cum Alexandrinis ſocietatem ineunt, ita ut communibus armis communem hoſtem repellerent. Marchio Montisferrati hoc præſentiens, atque multorum litteris commonefactus, Alexandriam dolis opprimere contendit, & propterea petiit, ut pacifice urbem liceret ingredi (2). Sed factum præſentientes Alexandrini, ſe admiſſuros eum in urbem tantummodo cum domeſtica familia reſponderunt. Cæterum in caſtrum petere, & una cum multa manu haud patere aditum (3). Sic eo ingreſſo, cum ex multis ſignis cognoſceretur ejus perfidia, quam jam in animo volutaverat, illum intempeſta nocte correptum in carcerem conjiciunt, quem precibus ſummorum Principum, ut emitterent, nunquam induci potuerunt. Sed per annum unum, & viginti continuos dies carceribus incluſum retinuerunt, in quibus (4) vitam cum morte commutavit. Qui cum eſſent pluribus injuriis ab ipſo, ejuſque prædeceſſoribus affecti, adeo univerſi in eum exarſerunt, ut edicto publico cogerentur Alexandrini, qui commercia habebant in Monteferrato hoc propoſito cavere, ut nulli Alexandriæ cives in poſterum, aut eorum filii, nepoteſve Marchionis Montisferrati poteſtati ſuppoſiti eſſent; atque hac eadem de cauſſa nomina Marchionis Montisferrati tunc abolentur, atque a locis publicis abraduntur, & expunguntur.

(1) Foſſa & in MS. (2) Actum in MS.

(3) Manu pateret aditus in MS. (4) Quo.

MCCLXXII. Gandulpho Palaſtrello Prætore Alexandriæ caſtrum Aquarum ab Alexandrinorum manibus eripitur; & contra Alexandrini Carpanetum, Rocham, & Conzanum vi prehendunt (1).

(1) Prehendens MS.

MCCLXXIII. Die ſeptimo menſis auguſti Johannes Manfredus, & quidam Grimaldus ex Gavio oppido inſigni, & opulento Marchiones illud cum univerſa ditione, & comitatu ſuo dono dederunt Reipublicæ Alexandrinæ Gandulpho Palaſtrello, de quo ſupra legato Regis Caroli intercedente, quo tem-

pore etiam civiles discordiæ, Reipublicæ nostræ præcipuum detrimentum, adhuc illam scindebant. Eodem anno Alexandrini cum quibusdam Lombardiæ Civitatibus, Marchionibus Salutiarum, & Carretti, jussu Caroli Regis Siciliæ in Genuensium fines arma ducunt. Eodem anno Odoardus de Comitivis (1) Præturam suscipit Alexandriæ; castrum, & oppidum S. Salvatoris e Marchionum manibus eripit, quod non multo post tempore amittit, & capiuntur quidam de Marenchinis. Regimen Alexandriæ fit.

(1) Comitticis MS.

MCCLXXIV. Cum Astenses fœdus cum Marchione relictis Alexandrinis iniissent, Alexandrinorum territorium longe, lateque populati sunt per octo perpetuo dies, qui hac necessitate permoti coguntur renuntiare patrocinio Regis Caroli, quando ab illis injuriam propellere armis minus valeret (1). Quo etiam anno Magistratus eliguntur, & fiunt, qui Reipublicæ præessent, illiusque curam susciperent, qui antiani postea vocati fuere. Quo etiam tempore Gullielmus Ventura Astensis auctor mirabile quodam se vidisse asserit de Gullielmo quodam de Monte-Baruccio, qui maxima febri correptus fere opprimebatur, ita ut ægritudinis impatientia, & febris ardore impulsus, nudus se in Tanarum conjecerit, & sæpius per totam noctem ultro, citroque transnato flumine, tandem nudus in arena jacuit, maneque inventus fuit semimortuus, sed in lectum positus multis sudoribus sanus efficitur. Sunt qui affirment, præcipue Gullielmus Ventura prædictus, hoc anno Alexandrinos cepisse Marchionem illum, & carceri mancipasse, in quo etiam obiit, quod mihi quoque verisimilius fit. Certe hoc anno Viarisium, & quædam oppida dominii Montisferrati Alexandrini capiunt, & hoc eodem anno una cum Derthonensibus pro Mathæo Vicecomite bellum gerebant. Hic Mathæus castella Novariæ, Vercellarum primus erexit: fortasse is fuit, qui Cittadellam, quam Alexandriæ appellant, erexit. Hoc etiam anno Astenses una cum Cheriensibus, & Thoma Comite Sabaudiæ bellum in Alexandrinos suscipiunt.

MCCLXXV. Euasius Turris Mediolanensis Prætor Alexandriæ fit. Hispani in Insubria visuntur. Marchio Montisferrati cum Ticinensibus, & Astensibus Alexandrinum agrum devastatur, urbem misere diripiunt, illamque incendiis deformant.

MCCLXXVI. Gullielmus Petra Præturam egit Alexandriæ. Lanzavecchiarum gens patriam reliquit. Derthonenses apud Serravallem per Marchionem, & Astenses vincuntur.

MCCLXXVII. Gullielmo Odone Præturam Civitatis agente Marchio Montisferrati cum factione Lanzavecchiarum Burgolium occupant; sed victi postmodum (1) prædaque amissa iterum Burgolio excedere coguntur.

(1) Postremodum MS.

MCCLXXXII. Guido Capiona Prætor fuit. Putei expelluntur Alexandria una cum gente Guasca, ex quibus multæ familiæ in subalpinis propagatæ, aliæque alibi, quæ etiam nunc extant. Quo etiam anno Nicolaus Milanius populi Capitaneus renuntiatur.

MCCLXXXIII. Bonifacius Pusterla Mediolanensis Præturam gessit Civitatis. Castellatium oppidum insigne munitum una cum Oviliis in hostium potestatem pervenit. De mense augusti Derthonensis Episcopus cum asseclis, quos multos & magni nominis habebat, & Gullielmo Montemerlo gentem Puteam redire faciunt in patriam. Renovatur diffidium cum Marchione, qui cum tentasset oppugnationem Civitatis juxta portam Rosoliæ, prope jam voti compos factus, referre pedem celerrime coactus ab excubiis, & illis, qui ad tumultum accurrerunt; & dum tumultuarent, & non servatis ordinibus fugam fœdam arripiunt, Obertus Canis in flumine Burmidæ vorticibus absorbetur. Osinus Beccaria interea (1) Capitaneatum populi populi gerebat.

(1) Interdum MS.

MCCLXXXIV. Gullielmus Busnachus (1) Prætor Civitatis efficitur. Putei patria exules militum manu armata apud Portam Marenghi civili prælio decertant, adversariosque profligant. Boschus, & Frixonaria in eorum potestatem deveniunt. Marchio Montisferrati, ut Alexandrinos amicis, & fautoribus nudaret, Derthonenses, & ejus Episcopum jugulari jubet, quod esset in Episcopum male animatus.

(1) Masnachus MS.

MCCLXXXV. Die duodecimo mensis septembris Otho Vicecomes Archiepiscopus Mediolanensis Synodum in Ecclesia S. Theclæ inivit; ad quam commeare debebant omnes ejus Episcopi, & suffraganei auctoritate summi Pontificis, in quo multa, quæ ad bene vivendum conferunt, edixit observanda. Huic Synodo nomine Ecclesiæ, & Capituli Civitatis Alexandriæ quidam Ruffinus sine cognomine tunc Archipresbiter, & Johannes Merulanus, seu Merula Canonicus interfuere.

MCCLXXXVI. Simone Masucio Præturam agente obsidetur Boschus, & Frixonaria; gensque Putea solum patrium repetit, Corrado intercedente. Jacobus Olarius, seu Aularius vices Montisferrati Marchionis obtinet eorum oppidorum, quæ trans Tanarum, & in Montisferrati Marchia sunt.

MCCLXXXVIII. Prætorium novum Civitatis Simone Belvisio tunc Præturam Civitatis exercente voraci flamma comburitur. Quo etiam anno quædam scripta attestantur, Marchionem Gullielmum Civitatis dominium habuisse, prout & Canavesii, Eporrediæ, Vercellarum, Novariæ, Papiæ, Derthonæ, Aquarum, & Albæ.

MCCLXXXIX. Alexandrini una cum Derthonensibus obsident Augustam Bagiennorum, in qua se receperat quidam Comes Languschus, cui suppetias ferunt Mediolanenses, qui cum jam Lumellum petiissent, intercedentibus quibusdam Cucullatis minoribus, & Gullielmo Petra, pax inter eumdem Marchionem, & Confœderatos initur; cum jam utrinque acies essent ad pugnam explicatæ, ac plane instructæ. Eodem anno jam ædificabatur major Ecclesia sub titulo S. Petri; propterea sexto idus martii a quibusdam Archiepiscopis, & Episcopis quædam indulgentiæ conceduntur (1), quod ipsum & a Nicolao IV. summo Pontifice anno secundo sui Pontificatus idem fit, qui in diplomate suo attestatur, corpus S. Evasii in dicta Ecclesia eo tempore fuisse; quod postea Facinus Canis Casale S. Evasii reportari fecit de anno 1403. die 21. mensis septembris.

(1) *Extant horum litteræ, & Nicolai IV. par.* 1. *doc.* 248. 249. *Col.* 258.

MCCXC. Die decimoquinto menſis novembris Aſcherius Archidiaconus Alexandrinus ſede Epiſcopali vacante Monialibus Divæ Mariæ Pozzoli quadraginta dies indulgentiæ concedit. Eodem anno die VIII. ſeptembris Gullielmus Marchio Montisferrati cum vellet, conſpiratione Alexandrina audita, quam ſecreto apud Montem magnum tentaſſe dicebat, cum Aſtenſibus Alexandriam ingredi, vi capitur per Alexandrinos in prælio apud Caſtelletum, & vinctus ducitur, inibique in palatium Fraſchariorum familiæ diligenter cuſtodiunt. Die lunæ ſequenti eumdem in caveam ligneam compedibus incluſum recludunt per annum, & menſes quinque, & dies ſexdecim in Palatium vetus dictum; quandoquidem fama erat Civitatem velle in totum delere, ac ſolo æquare, aratroque ſubjicere. Eodem anno Alexandrini S. Salvatorem, & Viariſium ditionis Montisferrati vi capiunt. Eodem anno die XXII. menſis ſeptembris Mediolanenſes, Alexandrinos, & Derthonenſes in fœdus recipiunt; ita quod tuto Mediolanum accedere, & recedere poſſent, maxima indicta pœna illis, qui his officere tentaſſent. Non enim ſuo conſilio, & voluntate arma cœpiſſe Alexandrinos, & Derthonenſes ſuperioribus annis videbant, ſed feciſſe id compulſos a Marchionibus Montisferrati. Eodem quoque anno Reſpublica Alexandrina, unacum Placentina, Cremonenſi, Genuenſi, Derthonenſi, Novarienſi, Vercellenſi, atque aliis multis per legatos cum Mathæo Vicecomite fœdus adverſus Turrianos, & Montisferrati Marchionem iniverunt. Quo etiam anno Ubertus ab Alice Guaſcus fit Prætor Mediolani, & ipſo anno Nicolinus Merulanus jam triennio magiſter populi Alexandrini fuit. Hoc eodem anno Otho Vicecomes Archiepiſcopus Mediolani donavit Pontem Tanari Alexandrinis.

MCCXCI. Janottus Turris Mediolanenſis Prætor Alexandriæ, & tunc multæ civitates Lombardiæ, videlicet Papia, Parma, Brixia, Bergamum, Placentia, Laus Pompea, Regium, Cremona, Vercellæ, Alexandria, Novaria, Derthona, Taurinum, Genua, Savona, Albingaunum, Alba, Eporedia fœdus percutiunt adverſus Turrianos, Papienſes, Bagennamque obſident, quam Turriani tenebant. Alexandrina Reſpublica Conzanum, Septebrium, Caſſinas, Civitatem Aquenſem, Carpanetum, Montem Caſtellum, & Pavonum, quæ omnia occupaverat Montisferrati Marchio, recuperat.

MCCXCII. Die decimo januarii Otho Vicecomes Archiepiſcopus indulgentias conceſſit cauſſa exornandi templum majus civitatis Alexandriæ. Eodem quoque anno, die decimo menſis julii incolæ Rocchæ Urbæ, & eorum nomine Bugerius Bugerii, & Petrus Pugnus cum manu incolentium in frequenti conſilio, & antianorum præſentia, ac Antonii Manerii, cives Alexandriæ effecti, ac ſub imperio Prætoris, & Civitatis manere, & eam fortunam ſubire, quam Alexandrini, promiſerunt; qui propterea polliciti ſunt territorium ſuum defendere, & ea de cauſa memorati incolæ libras denas Aſtenſes ſingulatim perſolvere præceperunt (1). Sunt qui velint hoc eodem anno die ſexto menſis februarii ab humanis conceſſiſſe Gullielmum Marchionem Montisferrati, Alexandriæ captivum, ac in Monaſterio Locedii apud Caſale S. Evaſii humatum; quapropter omnes Civitates ei ſubditæ in libertatem ſe vindicarunt, exceptis patrimonialibus. Eodem anno Prætore, quo ſupra, die Veneris primo menſis februarii Ticinenſes milites, aliique, qui in hibernis Auguſtæ Bagiennorum erant una cum peditibus, qui Peceti, & Pavoni moram trahebant, profligati, captique apud Salarum oppidum fuerunt, genſque Bellingeria eo in bello interfecta. Eodem anno Alexandrini recuperarunt Viariſium, Altamvillam, Fraſinetum, & Altam Turrim, quæ alias fuerunt ditionis Alexandriæ.

(1) In MS. receperunt *melius* promiſerunt. *Extant fœderis tabulæ par.* 1. *doc.* 251. *Col.* 259.

MCCXCIII. Mathæus Vicecomes creatur Capitaneus civitatis Alexandriæ in proximum quinquennium, quem eumdem poſtea nonnullæ aliæ in Capitaneum adſciſcunt, ut Novaria, Vercellæ, Novum Comum. Eodem anno Johannes, qui in demortui patris locum Montisferrati imperium obtinuit, complura Caſtella, & vicos ab Alexandrinis, Vercellenſibus, & Aſtenſibus occupata in poteſtatem ſuam redigere nititur.

MCCXCIV. Johannes Marchio Montisferrati eademmet voluntate ductus Alexandrinis officiendi, qua pater, & ejus anteceſſores, diverſa prælia cum ipſis geſſit, multæque inter ipſum, & Civitatem diſcordiarum ſemina extiterunt.

MCCXCV. Die ſeptimo menſis julii (1) Capitulum Eccleſiæ majoris civitatis Alexandriæ ad inſtantiam Parochianorum Quarterii Bergolii conceſſit fratribus ſanctæ Mariæ Servorum ad habitandum, & commorandum Eccleſiam ſancti Stephani una cum prædiis, ac redditibus ad dictam Eccleſiam pertinentibus, certis conditionibus injectis, & præſertim, ut quotannis aſſiſtere debeant eorum divinis officiis in die Sabbati ſancti, Sabbati Pentecoſtes, in feſto ſancti Petri, ac in vigiliis dictarum feſtivitatum omni anno. Eodem anno die duodecimo menſis auguſti Robertus Rex Siciliæ acceſſit Alexandriam, & eandem domuit.

(1) *Extat par.* 1. *doc.* 256. *Col.* 265.

MCCXCVI. Antianorum mentio fit in libro Crucis, dum in eodem dicitur in præſentia Dominorum Jacobi Secundi, & Nicolai Arnutii antianorum populi. Eodem anno propter civiles diſcordias, & ſeditiones, valde commota eſt, & maximo ſui detrimento, civitas Alexandriæ.

MCCXCVII. Indictione nona Templum majus Civitatis per Magiſtrum Ruffinum Bottinum Caſalenſem, ut legitur in inſcriptione fornicis (1) perficitur.

(1) Inſcriptione Fornicem *ita in MS.*

MCCC. Menſe februario Albertus Scotus Placentinus Confœderatorum totius (1) fere Lombardiæ Legatus, cum Mediolani, Bergomi, Alexandriæ, Ticini, Vercellarum, Derthonæ, Cremonæ, & aliarum Civitatum fœdere conjunctarum Legatos acciri juſſiſſet, omnes in eam ſententiam concurrerunt, ut Confœderatorum nomine, & expenſis, quo ar-

morum terrore magis quiete viveretur, ſtipendium præberetur equitibus catafractis ſeptemcentum, & totidem peditibus, quibus & trecentum arciferi adderentur (2), quodque omnes quæ in fœdus coiverant, pacate ſe gererent, neque injuſte Confœderatorum bellum aut ſuſciperetur, aut gereretur.

(1) Socius *ita MS.* (2) Addederunt *MS.*

MCCCVIII. Menſe februario adhuc perſeverantibus factionibus, Lanzavecchiæ exules fiunt. Robertonus Trottus populi Aſtenſis Dux declaratur, qui cum militibus Alexandriam accedens multos ex Lanzavecchiarum gente captivos tenet. Duos Gerardi Lanzavecchiæ filios interfecit. Plures fuga vitæ ſuæ conſulunt. Gullielmus Invitiatus, qui erat tunc civitatis Capitaneus, relicta urbe Capitaneatum deſerit, qui de menſe maii pacate patriam repetit. Scriptum in veteribus monumentis eſt Civitatem ipſam nunquam quietiorem, aut pacatiorem fuiſſe hoc ipſo anno, ni iterum factionum iſtæ faces veluti majoribus adauctis viribus erupiſſent.

MCCCIX. Menſe majo fit penes oppidum Quatuordarum inter Alexandrinos, & Aſtenſes maximus conflictus; deſiderantur multi utrique: victoria tamen penes Alexandrinos ſtetit. Nam Aſtenſes deprædati Maſium per duos dies, mox Inciſiam, cum peditibus Cherienſibus acceſſerunt Felixianum; ibique præſtolantur milites cum parte populi Aſtenſis, qui die vigeſimo octavo menſis maii ad Nonum, Caſtellum munitum, acceſſerat. Quod intelligentes, qui Felicianum advenerant cum Cherienſibus militibus, Quatuordas ſunt progreſſi, ut unacum reliqua parte, quæ Nonum petierat, ſimul ſe conjungerent, quo majoribus viribus Alexandrinos, qui adverſus eos properabant, aggrederentur. Cæterum Lanzavecchiæ cum extorribus Aſtenſibus, & Maſii, Inciſiæque reliquiæ cum reliquis equitibus, & peditibus Alexandrinis in Quatuordarum valle non minus fortiter, quam feliciter Aſtenſes adoriuntur, quos magna clade afficiunt. Multi captivi ducuntur ad numerum ducentum, inter quos Robertonus Trottus Capitaneus Aſtenſium vinctus ducebatur, Conradus, & Abellonus Malabaila, bini de Solario, bini de Pellettis cives inſignes Aſtenſes captivi fiunt. Ex Cherienſibus multi pariter deſiderati, centum quadraginta captivi; qua clade accepta Aſtenſes perterriti ad externa auxilia confugiunt. Quare Roberto Siciliæ Rege Caroli II. filio ſe ſe dedunt. Idem Alexandrini faciunt, ut evitarent odium, quod adverſus eoſdem Aſtenſes gravare nitebantur: & propterea die undecimo menſis auguſti Robertum Regem cum Sanzia (1) uxore honorificentiſſime Alexandriam recipiunt, & eademmet ipſa nocte maxima lunæ ecclipſis circa matutinam horam viſitur, ita ut duæ partes obſcurarentur. Quam deditionem eo lubentius fecerunt Alexandrini, quod viderent Gullielmum Invitiatum tunc populi Capitaneum tyrannidem affectare. Lanzavecchiæ unacum Gullielmo Invitiato, & ſuis fautoribus, quibus Regis Roberti imperium minime placebat, nec illius juſſionibus dicto audientes erant, patriam relinquunt, multos vicos, & caſtra ditionis Alexandriæ vi occupant, prælia multa committunt adverſus Civitatem, & Regem Robertum. At Rex ipſe diſcedens Alexandria, Mareſcalcum, quem appellant, ſuum legatum delegit, populique Alexandrini Capitaneum declaravit. Qui cum ſimulaſſet pacem inter utraſque factiones, quæ Alexandriam continue abſumebant, componere, eaſdemque fide Regia interpoſita ad ſe adſciſcit, & nulla mentione pacis injecta, cum adhuc eſſent in Prætorio, mandavit, ut omnes, qui caſtra, aut terras munitas haberent ditionis Alexandriæ, ſibi dederent; quod ipſum cum adverſus jura gentium facere viderent, quidam dicto parentes fuerunt, non tamen Lanzavecchiæ, & quædam aliæ Civitatis familiæ, ſed recedentes iterum arma reſumunt, extorreſque fiunt, uſque ad Luchini Vice-Comitis adventum, qui fuit anno MCCCXXXIII.

(1) Santhia MS.

MCCCX. Henricus Lucemburgi Comes infenſus Roberto Siciliæ Rege a Clemente V. ſummo Pontifice in Imperatorem eligitur, qui initio ſui imperii cupiens ejuſdem oppida recuperare, edictum promulgavit, ne ſubditi imperii aliis obedirent, & Alexandriam acceſſit, quæ eum, ut Imperatorem decet, recepit, & recognovit. Non tamen Gullielmus Invitiatus, qui Capitaneatum veluti perpetuam dictaturam mordicus retinebat, & Lanzavecchiæ eidem Imperatori parere voluerunt, ſed cum numeroſa manu patriam relinquentes, quotidie adverſus eamdem, & bella, & cædes conflabant. Eodem anno Henricus VI. coronam imperii Mediolani in Templo Divi Ambroſii honorificentiſſime, & ſolemni pompa a Caſſono Turriano Mediolani Archiepiſcopo ſuſcepit, quo die multi Archiepiſcopi, & Epiſcopi interfuerunt, & cunctarum fere urbium Italiæ, excepto Alexandrino, & Albenſi, quia tunc Alexandria viventem non habebat Epiſcopum.

MCCCXII. Johannes Puteus Alexandrinus Vicarius Aſtenſis creatur, qui extorribus Aſtenſibus novas res in patria molientibus infinita damna intulit, & quandoquidem nulla vi alia continere eos in officio poterat, illorum ædificia demolitur, ac concremavit, vineas excidit, agros depopulatur, & præſertim Septimarum villam. Riparum gens die vigeſimoſexto menſis ſeptembris profligatur, & cæditur ab eodem, ex quibus nonnulli capiuntur.

MCCCXIII. Menſe martio Guarnerius Comes Haſpurgii Henrici Imperatoriis in tota Inſubria Præfectus, una cum Galeatio Vicecomite Montemferratum petiit, & cum eis magnus globus ſelectorum militum; ſed caſu cum Ugonem Baucium Regis Roberti Siniſcalcum, qui cum Aſtenſibus militibus, & Alexandrinis Alexandriam iter habebat, obviam habuiſſet, magnus inter utroſque fit conflictus apud oppidum Quatuordarum, in quo aderat Theodorus Marchio Montisferrati; ſed cum utraque pars maturate, & conſiderate prælium committerent, nec omnibus viribus pugnarent, paucis quibuſdam captis, paucioribus occiſis, victoria penes Siniſcalcum ſtetit, qui cum militibus ſuis ovans in campum regreditur. Eodem anno extorres Alexandrini oppidum Caſſinarum occupant, ut ex illo percurrere poſſent ad portas uſque Civitatis; contraque cum illi, qui Civitatem tutabantur, Regiſque Roberti fautores erant, multa & ipſi in extorres, & præſertim Lanzavecchias machinarentur, tandem Raimondus ab

Inciſia ex Ducibus civitatis Alexandriæ complures Lanzavecchias capit, qui tandem carceri mancipantur, quouſque Alexandrini Regem Robertum expellunt. Eodem anno Ugo Baucius a Roberto Sicilio Rege Præfectus deſignatur, cui, dum ſuppetias ferre Ticinenſibus cupit, & hanc cauſſam vellet ordinato agmine vado tranſire Sturiam flumen, Mediolanenſium ſtipendiarii occurrentes iter impediunt, & magna ibidem mortalium ſtrage facta vincitur a Mediolanenſibus, quo in prælio ejus gener, & nepos capiuntur. At Mediolanenſes Sturam tranſientes, & cum ex improviſo apud Alexandriam, & Valentiam quoſdam milites obviam habuiſſent nil tale metuentes, neceſſe habuerunt cum ipſis dimicare, ex quibus pluſquam mille capiuntur. Eodem anno Henricus Imperator Piſis agens, Papienſes, Vercellenſes, Aſtenſes, Alexandrinos, Valentianos, Caſalenſes, non nulloſque alios ejus regionis nobiles, quos feudatarios appellant, beneficiis omnibus, ac diplomatibus imperialibus privatos declaravit; quod Roberti Regis Siciliæ in Italiam adventu ſe Imperatore (1) poſthabito, ejuſdem Roberti imperio ſubdidiſſent: quo factum eſt, ut maxima rerum mutatio fieret. (1) Prætore MS.

MCCCXIV. Rex Robertus Templum Divi Franciſci civitatis Alexandriæ erigi fecit, & Sanzia (1) ejus uxor Monaſterium Divæ Magdalenæ. Hoc eodem tempore floruit Johannes Antonius Boidus a Conſiliis Regis Roberti, & Domini Alexandriæ, qui in eadem Eccleſia S. Franciſci conſtrui fecit Sacellum, & Turrim campanarum ſatis amplam, commodam, & excelſam cum inſcriptione; quod poſtea fratres ejuſdem Conventus aſſignaverunt Gomeſio Illano Medico Noſocomii Xenodochii Hiſpanorum, qui illud exornavit, picturiſque affabre factis, ac organo ad laudes, & officia Dei optimi maximi perſolvenda illuſtravit de anno MDLXXIII.

MCCCXV. Cum Robertus Rex quinquennio Dominum egiſſet civitatis Alexandriæ, tributaque, & alia onera imponeret permulta; ita ut Civitas maxime his oneribus gravaretur, atque hac de cauſa multa conciliabula fierent, Bonifacius de Alice Guaſcus, & Paganus Puteus, qui militari cingulo ab ipſo Rege donati fuerant, equiteſque effecti, Ugoni Baucio Proregi Alexandriæ denuntiant, uti Alexandria diſcedat, neve populi irati ob maxima onera furorem expectet, alioquin imminere vitæ ejus periculum maximum. Is ingenti moleſtia, & dolore ob rei novitatem perculſus Alexandriam graviter ferens, & gemens deſeruit, Aſtamque Coloniam ſe contulit. Alexandrini vero quod viderent bellis civilibus ſe implicitos, factioneſque in dies maximo cum totius Civitatis detrimento pullulare, nec aliquo modo reſtingui, ſedarique poſſe, Mathæum Vicecomitem in Civitatem advocant, Civitatemque in poteſtate ejus, & tutela permittunt, Bergolio excepto. Interim Alexandrini Viariſium obſident per duos perpetuos menſes omni obſidionum genere; tandem cuniculis oppidum diruitur, & ingenti ſtrage facta capitur: multi præterea comprehenduntur, ac in vinculis Alexandriam ducuntur, Precivalio Panterio, & Alberto Caſtellano caſtri Præfectis interfectis.

MCCCXVI. Indignatus Ugo Baucius Præfectus ſupradictis cum militibus quinquecentum, arciferis ducentum ex ſtipendiariis Aſtenſibus oppidum Quadringenti, Solerii, Boſchi, & Caſtellatii vi occupat; oppidum etiam Fubinarum expugnat, & funditus ſubvertit; Ovilias per fraudem intercipit. Gens Puteorum, & Trottorum patriam voluntarie relinquunt. Hæc, ubi Mathæo Vicecomiti renuntiantur, mille expeditos milites Alexandriam miſit, & Marcum ſuum filium cum reliquo exercitu cum mandatis, ut det operam, ut quamprimum Boſchum Municipium, & Caſtellatium omni opere recuperet. Quod feliciter ſucceſſit, captivoſque de gente Puteorum ſecum ad numerum vigintiduorum, & ex eorum fautoribus plus quam centum, qui arma ferre poterant, vinctos conduxit, quos mox Mediolanum duci juſſit; municipia prædicta ſuccurſa ſunt una cum Oviliis. Eodem anno Aſtenſes, qui Regis Roberti factionem tutabantur, Alexandrinis extorribus ducibus incurſione facta prope portas Civitatis progreſſi multos ceperunt ad numerum quinquaginta, & duodecim trucidaverunt; quod cum reſciret Civitas, tumultuaria militum manu coacta adverſus eoſdem occurrunt, ſed re infeliciter geſta, quindecim viri gentis Merulanorum, & Lanzavecchiarum fortiter pro patria occumbunt.

MCCCXVII. Tanarus adeo inundavit, ut multa damna, & privatim, & publice Alexandrinis intulerit, eoſdemque male affecerit; reſque ad prodigium uſque verſa fuerit.

MCCCXIX. Marcus Vicecomes Mathæi filius improvviſo in Aſtenſem Civitatem excurrit, ſed pauco illato incommodo Gamalerium ſe convertit, illudque cepit; mox Genuam cum Genuenſibus exulibus obſidet. Interim Ugo Baucius Bergolium civitatis Alexandriæ ingreditur, ad id conſenſum præbente Bonifacio de Alice Guaſco; ſed cum quinto die decembris Marco Baucius occurriſſet, qui tunc Alexandriam (1) moderabatur, manuſque conſeruiſſent, Baucius viginti vulneribus confoſſus interiit, cujus cadaver Aſtam Coloniam delatum honorifice in Eccleſia fratrum Minorum S. Franciſci in Capella magna in parte ſiniſtra ejuſdem ſplendide humatur.

(1) Alexandria MS.

MCCCXXI. Nuntio ad Regem Robertum de Ugonis Baucii morte perlato, ne inde aliquod pateretur incommodum, Raimondum Cardonam viris bellicis atribus peritum in demortui locum ſuffecit, Aſtamque magnis itineribus ire jubet. Interea Marcus Vicecomes, ne occaſionem rei bene gerendæ amitteret, die decimotertio menſis maii Quadringentum magna adhibita vi occupat, mox Solerium, & Novas, illaque diripit. Ceterum Raimondus, qui celeri curſu Aſtam contenderat, veritus ne in dies progreſſus Marci feliciores efficerentur, Valentiam ſubſidio milites quinquecentum miſit; qui cum Valentiam peterent, in itinere Montem-Caſtellum, vicum, qui ſub poteſtate Alexandrinorum erat, invadunt, magnaque præda inde ablata, nullo habito ſexus, nec ætatis diſcrimine, magnam vim utriuſque ſexus, & omnis ætatis abducunt, dein ut malorum finis fieret nullus, igne vicum ſuccendunt: tandem die duodecimo menſis junii Valen-

tiam intrant. Cæterum Raimondus, ut oppida per Marcum occupata recuperaret, die decimosexto ejusdem mensis Quadringentum per vim capit, Teutonicos multos, qui ibi in hibernis præsidio erant, in vincula deducit, equis, & armis detractis, pretio florenorum sex millium se redimendi potestate facta. Mox Occimiani incolæ sponte se se illi dederunt. Deinde cum peditibus mille quinquecentum ad Alexandrinum agrum conversus, illud longe, lateque populatur. At in spem potiundæ Derthonæ erectus, illuc citatissimo cursu properat. Marcus, qui vigilanti animo cuncta rimabatur, illum (1) antevertit, & uterque suis militibus explicatis potestatem præliandi facit, absque vero prælio recedunt; at Raimundus in itinere vicum, & oppidum Peceti occupat.

(1) Illumque MS.

MCCCXXII. Die decimoquarto januarii Mathæus Vicecomes una cum filiis, & fautoribus, qui jam excommunicatus Pontificia auctoritate fuerat, iterum per Obertum Sparovaram (1) fratrem Prædicatorem in Ecclesia S. Stephani Bergolii civitatis Alexandriæ aqua, & igni, sacramentisque omnibus eadem auctoritate interdicuntur, maledicuntur, & privantur omnibus honoribus, regiminibus quorumcumque oppidorum, & civitatum ad tertiam, & quartam usque generationem: & pariter per eamdem excommunicationem judices interdicuntur, ne pro eis aliquam sententiam proferre audeant, & Notarii pariter instrumenta conficere. Si quis eorum bona caperet (2), posset penes se retinere, non secus ac si Pagani, Saracenive haberentur. Hæc adversus memoratum Mathæum facta fuerunt, ipso prius tamen citato ad se expurgandum de objectis. Origino Ghilino Mediolani quoque (3) divina interdicuntur, Schismatici, & Hæretici declarantur multi Abbates, & Prælati insignes coram Beltrando Poretto (4) Joannis XXIII. summi Pontificis legato advocantur. Deinde Mediolani Archiepiscopus, qui per summum Pontificem electus fuerat cum quatuor hæreticæ pravitatis Inquisitoribus, vexillo sedis Apostolicæ erecto public e edicit, qui arma in Mathæum, & ejus filios moveret, mundum a pœna, & culpa fore. Hac voce audita multi sequuntur, præsertim Raimundus, qui territorium Alexandrinum depopulatur, & ad centum quinquaginta operarios vel capit, vel occidit, qui mox de mense aprilis a Marco apud Augustam Bagiennorum magna accepta clade Valentiam se recipere compellitur. Tandem die vigesimoquarto mensis junii Mathæus Magnus Vicecomes obiit ætatis annorum septuagintaduorum, & humatur in Monasterio Grasenzaghi. Eodem anno Simonettus Scafixius (5) Præturam gessit civitatis Alexandriæ (qui) urbs MS., investivit, atque in beneficium concessit in verum, & gentile feudum D. Priamo (6) Calcamuggio de filiis Ruffini, & hæredibus suis legitimis, & ex masculina linea nascituris tantum, nec non & D. Thomæ Calcamuggio, Nicolino Calcamuggio, Mutio Calcamuggio, Pagano Calcamuggio Ascherii, Pagano Calcamuggio Petri, nec non & ejus descendentibus legitimis, & ex masculina stirpe orituris tantum de castro Sexadii (quod alias Cæsarium appellabatur) & de vectigali exigi consueto in dicto oppido, & de medietate villæ, ac hominum ejusdem oppidi, cum medietate jurium, honorum, præstiteruntque fidelitatis juramentum, idque ex instrumento rogato per Johannem Gentium civitatis Alexandriæ, & populi Notarium.

(1) Paragoriam MS. (2) Si quis eorum bona capere posset effici, si de persona ex prædictis posset &c. MS. (3) Mediolanique MS. (4) Pogetto MS. (5) *Ghilin.* Scapisio (6) *Ghilin.* Periano.

MCCCXXX. Tanarus fluvius ripas invadens ita transgressus est, ut pene Bergolium undis suis cooperuerit, multis domibus vi sua prostratis, & subversis; & ut nihil ad reliquum malorum esset, quod addi (1) posset. Marchio Montisferrati Bergolii territorium fere totum pervastat.

(1) Addere MS.

MCCCXXXIII. Luchinus Vicecomes, qui dominium Mediolani obtinebat, se Dominum Alexandriæ declarari obtinuit; Alexandriaque ejus fidei se commisit.

MCCCXXXIV. Johannes Fornarius quinque filiis ornatus, Alexandriæque civis, Genuam sedem domicilii sui delegit cum centum millium florenorum auri censu, ac in popularium numerum se adscribi, & recipi curavit.

MCCCXXXVI. (1) D. Gauzolanus, seu Caucaranus, quem nostrates appellant de Villagranada, Capitaneus populi declaratur. Hic (2) habebat auctoritatem maleficia disquirendi, & puniendi (3), ut ex inquisitione ejusdem colligitur, præsertim in his causis, quæ ad rempublicam, statumque pertinerent.

(1) Ghilinius refert ad annum MCCCXXXVII. (2) Sic MS. (3) Exercendi MS.

MCCCXLII. Die sexto mensis maii cum controversia oriretur inter rempublicam Alexandrinam, & Albertum, Gullielmum Gottardum, Albertinum, & Francischinum Marchionem Incisæ de oppido Oviliarum, arbitri eliguntur Blasius Trottus Jurisconsultus, & Gullielmus itidem Marchio Incisæ, qui hoc eodem die Alexandrinis oppidum Oviliarum adjudicant, ita quod respublica eisdem certam pecuniarum summam repræsentaret.

MCCCXLVI. Die sexta novembris Odo Marchio Ponzoni, ac Vicarius Montisferrati Jordanum, Priamum, Anselmum, Bernardum Zoppum, Antonium, Gullielmum, Paulellum Bancellum, Andream, & Bernardum Calcamuggium, omnes de filiis Ruffini, in possessionem quartæ partis vectigalis, & omnium jurium per dictum Marchionem Ponzonum inducuntur nomine Marchionis Montisferrati, qui aliam dimidietatem villæ, & hominum Sexadii habebat una cum civitate Alexandriæ. Eodem anno die vigesimo septembris Johannes Marchio Montisferrati Odono Marchioni Ponzoni injunxit, ut suo nomine in possessionem induceret Gullielmum, & Santellum (1) filios Anselmi Calcamuggii de filiis Ruffini in quartam partem jurisdictionis villæ Sexadii cum vectigali, & pertinentibus. (1) Gautellum MS.

MCCCXLVII. (1) Luchinus Vicecomes Mediolani Dominus legem tulit, prout carcerati, qui de jure possent, die Natalitio Resurrectionis, & Assum-

ptionis B. M. Virginis ex carceribus, quantum fieri poſſent, relaxarentur. Præturam Civitatis geſſit Petrus Caſtillioneus Mediolanenſis. Eodem anno die decimo octavo menſis octobris fit recognitio civitati Alexandriæ (2) ſeu conſilio in Eccleſia majori S. Petri Alexandrina per Henricum Calcamuggium, Jacobum de Guidona, Tignam, & Guidonem de Donabona ad petitionem Alpini Calcamuggi, Jacobi Zoppi, Jordani Calcamuggi de filiis Ruffini condominis Sexadii, & Priami Calcamuggi de filiis Ruffini, & nonnullorum aliorum, qui ratificaverunt omnes inveſtituras factas per Commune Alexandriæ, & ejus antianos, & ſapientes, ac fidelitatem præſtitam renovarunt.

(1) Ghil. ad ann. MCCCXLVIII.

(2) Civitatis Alexandriæ & ſeu MS.

MCCCXLVIII. Voltabium, & Gravium oppida ſe ſponte dedunt Luchino Vicecomiti, qui cum abſens ab Alexandria foret, fidelitatis juramentum dicunt Prætori Alexandriæ. Eodem anno Lanzavecchiæ, Invitiati, filii Ruffini, ſeu Feruffini, & Squarzaſichi nomine ſuo, & clientum ſuorum quædam privilegia obtinent ad recuperandas res, quæ tempore, quo exules fuerunt a Civitate, occupatæ fuerant; idque factum ſub Luchino Vicecomite, qui pariter multa privilegia conceſſit Alexandrinis, & immunitates, quæ inſertæ ſunt inter leges noſtras municipales.

MCCCL. Adhuc perſeverabant diſſidia, & factiones, quandoquidem Johannes Montisferrati Marchio Aſtenſium, Eporedienſium, Canabenſium, & Alexandrinorum oppida, quæ imperium ſuum veluti cancellis quibuſdam includunt, infeſtabat.

MCCCLIV. Die Dominico quinto octobris Johannis Vicecomes Archiepiſcopus Mediolanenſis, Luchini frater, vir multæ prudentiæ, & eximii ſplendoris, operibuſque publicis clarus, hora decimaquarta dicti diei moritur, qui imperium latum, & inſigne habuit, multarumque Civitatum Dominus fuit; cui mortuo cum Epitaphium fatis eruditum in majori Eccleſia Mediolani Civitatis factum fuiſſet, illud adſcribere hic licuit; tum ut videri poſſit, quas urbes ipſe poſſideret, quamque amplum imperium haberet, tum etiam quia Civitatum epitheta Epitaphii auctor recte adſcribit.

Quam faſtus, quam pompa levis, quam gloria mundi
Sit brevis, & fragilis humana potentia, quam ſit,
Collige ab exemplo, qui tranſis, perlege, differ;
In ſpeculo ſpeculare meo lacrymabile carmen.
Qui ſim, qui fuerim, dicet qui marmore claudor.
Sanguine clarus eram, Vicecomes ſtirpe, Johannes
Nomine; nullus opes poſſedit latius orbe.
Præſul eram, Paſtorque fui, baculumque tenebat
Dextera Paſtoris, gladiumque ſiniſtra gerebat
Felicis Domini, magnuſque, potenſque tyrannus
Ipſe fui vivens. Metuerunt nomina noſtra
Ethera, terra, mare; ſuberant urbeſque potentes
Imperio, tituloque meo: mihi Mediolani
Urbs ſubjecta fuit, Laudenſe ſolum, Placentia grata,
Aurea Parma, bona Bononia, pulchra Cremona,
Bergama magna ſatis lapidoſis montibus aucta,
Brixia magnipotens, Bobienſis terra, tribuſque
Eximiis dotata bonis Terdona vocata,
Cumarum tellus, novaque Alexandria pinguis,
Et Vercellarum terra, atque Novaria, & Alba,
Aſt quoque cum caſtris Pedemontis juſſa ſubibat,
Janua, quæ antiquo quondam jam condita Jano
Dicitur, & vaſti narratur Janua mundi,
Et Savonenſis urbs, & loca plurima, quæ nunc
Difficile eſt narrare mihi, mea juſſa ſubibant.
Tuſcia tota meum metuebat languida nomen.
Per me obſeſſa fuit populo Florentia plena,
Bellaque ſuſtinuit tellus Peruſina ſuperba,
Et Piſæ, & Senæ timidum reverenter honorem
Præſtabant, me metuebat Marchia tota,
Italiæ partes omnes metuere Johannem;
Nunc me petra tenet, ſaxoque includor in iſto,
Et lacerum vermes lanian nunc undique corpus
Quid mihi divitiæ? Quid lata palatia proſunt?
Cum mihi ſufficiat, parvo quod marmore claudar,
Et clauſi diem meum. MCCCLIV. die V. octobris.

D. Gabrius de Zamoreis de Parma Doctor composuit hæc carmina. Eodem anno ob mortem memorati Johannis Archiepiſcopi Matheus, Barnaba, & Galeatius nepotes imperium dividunt. Aſta Colonia cum Vercellis, Derthona, & Alexandria, & multis aliis Civitatibus in ſortem obveniunt.

MCCCLVI. Galeatius Vicecomes Caroli IV. Imperatoris Vicarius creatur in ea ſtatus portione, quæ ad ipſum pervenerat, in qua aderat civitas Alexandriæ. Eodem anno Leonardus Johannis Vicecomitis Archiepiſcopi filius ſpurius, ſeu inceſtuoſus, ut bellum in Aſtenſes gereret nomine Galeatii conſobrini ſui, Derthonæ, & Alexandriæ reſidebat, ut inde facilius ſibi opportunitatem pararet hoſtibus officiendi. Spoliaverat enim Montisferrati Marchio Galeatium Aſtenſi Civitate, non tamen Caſtello, quod ſtrenue per multos menſes ſe defendebat poſt captam Civitatem; quamvis & illud unacum Civitate in poteſtatem Marchionis poſtmodum devenerit.

MCCCLXVII. Galeatius Vicecomes bellum gerens cum republica Genuenſi fudit, fugavitque quamdam Genuenſium militum manum inſidiis diſpoſitis, qua illis erat tranſeundum, ut Oviliarum oppidum caperent, multis interfectis, idque opere Antonii, & Thomæ de Gambarinis. Cæterum Antonius eo ipſo die a Theutonicis militibus dicti Galeatii incognitus interficitur.

MCCCLXX. Die vigeſimo menſis martii antiani Civitatis fide publica interpoſita atteſtantur gentem, quæ nunc de D. Genuenſibus appellatur, a civitate Genuæ fluxiſſe, & de ſtirpe Nigrorum progenitam, & appellatam.

MCCCLXXI. Peſtilentia maxima Alexandriam, & finitima loca fere oppreſſit; perierunt multi mortales. Civitas ipſa quodammodo deſerta videbatur; mira ubique ſolitudo, ita ut innata herba omnes plateæ, totum forum magnum, viæque univerſæ complerentur, tribuſque perpetuis annis perduravit. Multæ familiæ civitatis Alexandriæ peſtilentia abſumtæ prope ad internecionem ſunt. Gens Aularia præcipuum damnum paſſa eſt. Jacobus Aularius Juriſconſultus, & artium medicinæ Doctor, Bartholomeus Clarus, Jonius, & Ugo pariter medicinæ Doctor, & Gilardinus Clarus armiger maximi nominis, una cum pleriſque familiis veteribus

paucis ſuperſtitibus extinguuntur. Bergolium hac ipſa re magnam cladem ſuſcepit. Hoc eodem anno Galeatius obſidet Valentiam, & potitur.

MCCCLXXII. Peſtilentiam, ut fere utrumque malum alteri eſt cognatum, & hæres, maxima ſequitur annonæ penuria per tres annos vehemens adeo, ut florenis ſexdecim auri in ſingulos modios frumentum emeretur; penuriam ſequitur inopia, & fames, *ut* (1) omnino nihil ſupereſſet, unde qui cladi ſuperfuerant, alerentur; propterea multi mortales fame conſumuntur, quamvis in proxima æſtate ſumma commeatuum copia ſit ſubſecuta; ſed imber poſt . . . . . ut dicitur. (1) Tum MS.

MCCCLXXIV. Galeatius Vicecomes magno comparato exercitu Aſtam obſidet, cui cum Marchio Montisferrati, ſub cujus imperio erat, ſubſidium ferre vellet, nec poſſet ob virium imbecillitatem, Sabaudiæ Comitem advocavit, qui junctis exercitibus ſuppetias ferunt Civitati obſeſſæ, exercitum Galeatii in fugam vertunt, multiſque utrinque præliis, Galeatii exercitus tandem cogitur fuga ſibi ſalutem proſpicere; ſic quo celerius ſe reciperent, partim via, partim navibus Alexandriam perveniunt.

MCCCLXXV. Galeatius Vicecomes octavo die menſis januarii, qui cupiebat bellum contra prædictum Marchionem renovare, Joannem Galeatium filium juvenem annorum vigintitrium, ſed maximi ingenii, & alti animi, ac qui de ſe præbebat ingentem expectationem, ad id prius emancipatum, delegit, cui adminiſtrationem Novariæ, Alexandriæ, & quorumdam aliorum locorum adſignaret in emancipationis præmium, cum facultate bellum gerendi, & pacem faciendi cum Comite Sabaudiæ, ſibi tamen alto, & mero imperio reſervato.

MCCCLXXVII. Inaudita luporum multitudo in territorio Bergolii viſitur, qui ad quinquaginta numero homines devorarunt. Eodem anno die vigeſimoquarto octobris Eccleſia ſancti Petri Fubinienſis erat ſub diœceſi Alexandrina, id atteſtantibus verbis narrativis inſtrumenti collationis ejuſdem facti de dicto anno. (1)

(1) *Extat par.* 1. *doc.* 351. *col.* 367.

MCCCLXXXI. Die vigeſimo ſecundo menſis auguſti quarta fere pars Bergolii verſus Aſcharinos igne abſumitur caſu orto.

MCCCLXXXIII. Maxima oritur de antianorum electione diſcordia inter eos, qui populo favebant, & illos, qui de communi appellantur, res ad ſeditionem, & arma convertitur, quare hac de cauſa plures interficiuntur; tandem electio ad nobiles populi reducta, idque tecnis Guaſcorum.

MCCCLXXXV. Iterum Bergolium de menſe martii ſuccenditur maximo igne, ita ut grandi cum difficultate reſtinctus fuerit. Hoc tempore gens Trottorum, quæ Ferrariam incolit, hinc ad eamdem urbem primum acceſſit, in qua multos honores, dignitates, bona fortunæ ob virorum præſtantiſſimorum virtutem adepta eſt.

MCCCLXXXVI. Cura ſpiritualis iſtius Diœceſis erat adhuc penes Archidiaconum hujus Cathedralis, cum dependentia a vero Alexandriæ Epiſcopo, qui propter violentiam Aquenſium in urbe Aquarum continue reſidebat; adeo unus paſtor communis eſſet ambabus Eccleſiis.

MCCCLXXXVIII. Johannes Galeatius Vicecomes Comes virtutum matrimonio coopulavit Valentinam filiam ſuam cum Ludovico Duce Aurelianenſi, fratre Caroli Francorum Regis, qui appulit Franciam comitatus multis nobilibus, ſcilicet Duce Mantuæ, Gullielmo Marchione Montisferrati, Antonio Porro milite aurato, regioque apparatu. Huic conſtituta fuit dos Aſtenſis principatus cum univerſo Epiſcopio, & quatuorcentum millia florenorum auri ab ipſo Johanne Galeatio. Hoſpitio recipitur Alexandriæ in ædibus Guaſcorum, quo anno Barnabos Mantellus fit Prætor Braidæ pro dicta Valentina.

MCCCXC. Ludovicus Dux Aurelianenſis (1), & Dux Burgundiæ maxima caterva (1) nobilium præeunte, ac magna peditum, & equitum manu in Lombardiam venit, & recipitur hoſpitio in Guaſcorum ædibus Alexandriæ, quo Johannes Galeatius, ut honorifice reciperet generum, jam venerat, receptus hoſpitio Federici Putei militis ſtrenui; inde Papiam, & mox Mediolanum proficiſcuntur. Nuptiæ per dies quindecim more Regio celebrantur, maximuſque apparatus, & concurſus undique illuc fit.

(1) Mediolanenſis MS. (2) Catena MS.

MCCCXCI. Johannes Comes Armeniacus duodecim millia equitum manu comparata e Gallia in Italiam tranſmittit. Hic cum eſſet rerum novandarum cupidus, venia a Francorum Rege impetrata, Inſubrium imperium cogitabat ſibi per vim comparare. Tandem die ſancti Petri vigeſimanona junii ſuper Alexandrino territorio Caſtellatium pervenit, quod vallo, foſſaque undique cingit, & multis diebus obſedit; interea multas incurſiones ad Alexandriam, proxima quoque oppida devaſtando, facit. At Caſtellatienſes opportunitatem nacti, dum Alexandriam Comes excurrit, ipſi in munitiones oppido propinquas impetum faciunt, atque ſuccendunt, multamque ſtragem militum edunt, & equos tercentum igne conſumunt; mox viriliter ſe in oppidum recipiunt. Sed Comes cum animum ad urbem occupandam intenderet, ipſe cum reliquo exercitu die vigeſimoquinto menſis julii, quo die celebratur feſtum Divi Jacobi, appetit Alexandriam, ſperans hoc modo primo impetu urbem capere. Ob id ad portam Januenſem, qua recta via itur Caſtellatium, pervenit; ibi maximum committitur prælium. Jacobus enim Vermenſis, quem ad Alexandriam tutandam Johannes Galeatius miſerat, vir & prudentia, & manu ſtrenuus, globo civium coacto, nec non etiam quibuſdam militibus adhibitis eundem repulerunt, cum jam Galli, relictis equis, ad clatra portæ Genuenſis perveniſſent, ſicque magnus fit ibi conflictus. Sed cum populus Alexandrinus & animo, & viribus præſtaret, prudentiſſimumque Ducem (1) belli nactus eſſet, victoria ad noſtros ceſſit. Galli profligantur, plures eorum interficiuntur, capiuntur ad quatuor millia: multi laſſitudine, & æſtu diſrumpuntur. Comes ipſe Armeniacus, cum vellet Burmidam tranſvadare, per Bentium Buſatium armigerum, civemque Alexandrinum capitur, captuſque Alexandriam ducitur; reliqui ſalutem fuga pepererunt, maximis itineribus in Montemfer-

ratum properantes. Ceterum ſequenti die Jacobus Vermenſis, qui eoſdem inſequebatur, ut reliquias omnes deleret, haud longe a Nicia oppido illos adſecutus penitus profligavit. Comes altero poſt captivitatem die cum vulnerum dolore, tum maximo ſpaſmo ex armorum pondere, atque aeſtu vitam cum morte commutavit, cujus cadaver defertur in ædem Divi Marci. Captivi poſt multos menſes, equis, & armis ſpoliati dimittuntur, quo fit, ut aperte convincatur multum Reverendus Gaſpar Bugattus Dominicanus, hiſtoriæ Mediolanenſis ſcriptor, amicus meus ſummus ob morum præſtantiam, qui rem aliter prædicavit. Quidquid ſit, eo ipſo in prælio capiuntur Rainaldus Joanfiliaccius, & Johannes Ritius equites Florentini, qui eumdem Comitem Armeniacum in Italiam impulerant, ut Galeatium Vicecomitem Mediolani Ducem ab conſilio devaſtandi agros Florentinos, & ab eo bello ſuſcipiendo detrimento removerent. Eodem anno ex voto per Vermenſem, & Rempublicam in tam periculoſo bello, & in tanto rerum diſcrimine erepti (2), ac divino beneficio tam inſignem victoriam adepti Alexandrini templum S. Jacobo, quod ab hac victoria, VICTORIÆ appellatur, ædificant, honeſtiſque prædiis ornatur, quæ etiam uunc fratres Eremitani Conventuales Ordinis S. Auguſtini poſſident. Contulitque quoque idem Jacobus Vermenſis quamdam pecuniarum quantitatem, quam in ærario publico Venetiis habebat, ut inde fratres ſex, qui Miſſam celebrarent quotidie, & duos converſos, qui illi inſervirent, honeſte ali poſſent, quotanniſque Civitas, & Ducale ærarium ex eodem voto paramentum, quod appellant, aut pecunia ad æſtimationem offerunt. In prædiis donatis Monaſterio extat adhuc ſolum (3) (Carnerium vocant), in quo Gallorum cadavera recondita ſunt. Statim poſt victoriam ſcilicet conſultum eſt, & pietati Chriſtianæ cum ſepulturæ cadavera ſunt mandata, & incolumitati Civitatis, ne fœtore putreſcentium cadaverum cælum infeſtum, & corruptum peſtilentiam gigneret. Publicæ quoque lætitiæ fiunt, Deoque gratias aguntur, non Alexandriæ ſolum verum, & per totam ditionem Jo. Galeatii. Enituit in hoc ingenti diſcrimine prudentia Jacobi Vermenſis, atque Alexandrinæ juventutis virtus, & alacritas. Itaque in concione apud totum exercitum ab eodem Jacobo ſæpe repetitus dicitur, verſus hic, dum virtutem ſuorum laudat: mille pedites decem millia fortiſſimos equitum cædunt.

(1) Ducum MS. (2) Conceptum MS.
(3) Sonus MS.

MCCCXCII. Ob immenſa tributa a Johanne Galeatio impoſita, & ob acerbas exactiones tributorum multo graviorum, quam ut ferri poſſent, populus Alexandrinus correptis armis, & curſu ad campanile, quod appellant, adrepto, quod fuit publicum tabularium libros cataſtri, ac privilegia pontificia, & imperatoria abrepta incendunt, quo factum eſt, ut multum detrimenti ex hac populi temeritate Civitas perpeſſa fuerit, monumentaque egregia rerum ante geſtarum deperierint, ut liquido neſciri poſſit tabulis illis publicis amiſſis, unde quæque familiæ originem habuerint, & a quibus oppidis, vel urbibus ſingulæ venerint. Omnia enim prædicta, ut multa alia voraci flamma comburuntur. Sed ad comprimendum populi motum Jo. Galeatius quinquecentum equites in urbem miſit veritus, ne longius dolor conceptus ſerperet. Cæterum princeps ille lubentiſſime veniam condonavit, tum quia percipiebat id commiſſum fuiſſe ex dolore acerbiſſimorum tributorum, tum victoriæ recentis memoria, quam poſt Deum ab Alexandrinis maxime agnoſcebat, ad lenitatem illum magnopere flexit.

MCCCXCV. Vincislao Imperatore mittente Comes Curium qui Beneſius appellabatur Mediolanum, ut Ducalem berrettam Joanne Galeatio traderet, honorificentiſſime, & ſplendide recipitur, regioque apparatu ab eodem decoratur. Demum die quinta menſis ſeptembris præviis multis cæremoniis in foro D. Ambroſii maxima adſtante multitudine coronatur, ejuſdemque poteſtati urbes, oppida, & terræ infraſcriptæ committuntur: Mediolanum cum comitatu, Brixia, Bergomum, Novum Comum, Novaria, Vercellæ, Alexandria, Placentia, Parma, Cremona, Laus Pompeja, Derthona, Bobium, Regium cum ſubjectis territoriis, Tridentum, Crema, Soncinum, Burgum S. Donini, Pontremulum, Maſſanova, Felizianum cum arce Aratii cum omnibus, quæ ad civitatem Aſtenſem pertinent, Serravallis, & quæ ſub imperio Romano erant, Verona, Vicentia, Feltrium, Bellunum, Baſſanum, Sarezana, Faventia, Carrara, S. Stephanus, & omnia caſtra, oppidaque Lunenſis Diæceſis, de quibus omnibus Jo. Galeatius juramentum fidelitatis memorato Beneſio Imperatoris Legato conceptis verbis præſtitit.

MCCCXCVI. Die primo menſis maii Civitas una cum antianis Legatis ad Jo. Galeatium deſtinatis, Gottifredo Ubaldino Florentino urbis Prætore, Thomaſolo Guaſco milite, Thoma Puteo, Corradino Lanzavecchia, Beltramo Gambarino Juriſconſulto, Antonio Trotto Ubertoni, & Ochino Invitiato juramentum clientelare Duci præſtiterunt.

MCCCXCVII. Præturam geſſit Civitatis Joannes Puſterla Mediolanenſis, & a Vincislao Imperatore Jo. Galeatius Dux Mediolani, Papiæ, & Angleriæ comes creatur.

MCCCXCVIII. Peſte laboratum fuit per viginti proximos menſes, quo anno ad Dei miſericordiam implorandam in Gallia ulteriori, tum mares, quam fæminæ albis induti veſtibus Eccleſias tum patrias, tum finitimas inviſere inſtituerunt; quod & in Italia itidem fiebat. Præcedebant duo Clerici vexillum Crucis deferentes, alii vero bini hymnos, & pſalmos cantabant. Utebantur Cruce rubea, inaudito quotidie veſtium genere utentes, quo factum fuit, ut multæ ſedarentur diſcordiæ; multa reſtinguerentur odia: proceſſio iſta miſericordiæ vocata fuit.

MCCCC. De menſe julii Cometa miræ magnitudinis per duos continuos menſes apparuit, quæ mortem Jo. Galeatii Vicecomitis, & mutationem dominii juxta fallacem multorum ſæpe credentiam prædixit. Eodem anno tamen Jo. Galeatius Vicecomes Mediolani Dux, & Papiæ, Angleriæque Comes in Melegnano moritur ætatis annorum quinquagintaquinque. Ob id Alexandrina civitas producendis ejus obſequiis Legatos deſtinat Corradi-

num Lanzavecchiam, & Facinum Trottum, qui ipsis interfuere. Dominus ipse fuit infrascriptarum civitatum, & locorum, idest Mediolani, Papiæ, Bergami, Brixiæ, Laudis Pompeæ, Cremonæ, Alexandriæ, Derthonæ, Placentiæ, Parmæ, Regii, Nobii, Vicentiæ, Veronæ, Bononiæ, Feltrii, Cividalis, Senarum, Pisarum, Perusii, Assisii, & multorum aliorum oppidorum a me supra enarratorum.

MCCCCIII. Gabriel Guascus, qui ægre ferebat perditam libertatem patriæ, re collata cum Buccialdo Legato, seu Præfecto Ludovici Francorum, & Neapolis Regis, in civitate Genuæ, die duodecimo mensis septembris civitatem ipsam Alexandriæ tradit prædicto Buccicaldo, qui per vigintiduos dies illa potitus, a comite Facino Cane Casalensi armorum Duce Philippi Mariæ Vicecomitis, qui tunc Ducatum Mediolanense obtinebat, recuperatur. Hic Bononia Alexandriam tridui spatio adveniens, urbem noctu per Cittadellam introductus ab aliis civibus, qui male hoc sentiebant, ingreditur; mox in Civitatem cum equitibus sexcentum, & civibus permultis eruptionem facit, qui crudeliter adversus gentem Guascorum sæviens, multos eorum interfici jussit; reliqui & permulti ex Puteorum gente in exilium aguntur, multaque prælia ad Cittadellam iterum committuntur. Arx ipsa egregie per cives defenditur adnitentibus ad id circumvicinis populis. Verum factio alia adversa, cum sciret (1) in Cittadella ipsa frumentariæ rei inopia laborari .... uxores ejiciunt, ne ea, quæ militibus parata forent, fæminæ consumerent. Sed Boschenses in arcem ipsam maximam farinæ quantitatem, & frumenti noctu comportant. Quo subsidio sublevati, obsidionem usque in adventum Facini protulerunt; quæ fuit die vigesimoprimo mensis septembris. Interim multi mortalium capiuntur, pluresque magno pretio (2) libertatem redimere coguntur; magna vis prædæ per milites fit. Bergolium strenue armata manu se defendebat; sed cum vehementius urgeretur die vigesimosexto septembris deditionem facit. In hoc bello clare enituit fortitudo Gabrielis Guaschi, qui nomine Ludovici Francorum Regis, & Alexandriam, & Bergolium tutatus viriliter, & acerrime est, quoad fieri potuit. Postmodum multi patriam relinquunt alio se transferentes; quidam in Astensem civitatem, nonnulli dominium Montisferrati petunt. Bergolienses coguntur vigintiduobus millibus florenorum libertatem suam recuperare, ad id exactore deputato, & acri, & vehementi Petro Curtio Papiensi, & ut nihil ad tanta mala reliquum fieret, Papienses, Casalenses, Valentiani Alexandriam accesserunt, bonisque a militibus comparatis eam exhauserunt, quæ per Tanarum amnem, qui tunc forte inundabant, in patriam suam retulerunt, adeo ut ferro, fame, & rerum omnium egentia Civitas laboraret. Interim bonis omnibus spoliatur, ac diripitur per octo perpetuos dies incendio, & cæde a die videlicet S. Mathæi usque ad diem vigesimumnonum omnia miscentur. Plures domus civium prostrantur. Gabriel Guascus Capitaneus patria hac relicta Astam contendit. Eodem anno die vigesimoprimo septembris Facinus Canis reliquias, & corpora sanctorum Evasii, Natalis, & Projecti Casale reportari fecit magno apparatu, & pompa, quos in locis ubi antea quiescebant, reponi fecit. Ista jam annos centum octuagintaocto, mensem unum, dies viginti Casali Alexandriam delata fuerant, videlicet de anno 1215.

(1) Insciret MS. (2) Prælio MS.

MCCCCIV. Cum Facinus Canis Alexandria recessisset, ad civitatem Brixiæ se contulit, Philippi Vicecomitis jussu, sed inani itinere. Castrum sancti Georgii .... gentis Guascorum in perduellibus habuit cum Viviano Guasco, & cum nonnullis militibus; sed cum Facinus Alexandriam reversus fuisset, ut ut castrum recuperaret, Viviano promisit, fide publica intercedente, si deditionem faceret, se nihil mali adversus eumdem moliturum; & ita deditione facta post paucos dies Viviano Bergolii caput truncari mandat. Eodem anno de mense aprilis Castellatienses a civitate Alexandriæ rebellantur, Regi Francorum se dedentes, cujus exemplum multa insuper loca, & oppida finitima secuta fuerunt. Cæterum Facinus, causa, & fomentum tantorum malorum, si quæ castra recuperasset, illa penitus diruebat. Inter cætera castrum Gamalerii igne, & ferro absumpsit; multi interficiuntur, plures flamma absumuntur; consimili exemplo castrum Spinæ funditus evulsit, & pariter castrum Oviliarum, S. Leonardus, ac Campania, quæ Andreas Trottus ab Ecclesia in stipendii præmium retinebat, nec (1) Frixonaria ab his malis eripitur, castrumque Portænovæ pari sævitie diripitur. Eodem anno die IV. mensis augusti Facinus Canis denuntiatur Gubernator civitatis Alexandriæ a Philippo Maria Vicecomite Duce Mediolani: huic omnia præsidia deduntur, ex quo tantam sibi sumsit auctoritatem, & in eam provectus fuit audaciam, ne dicam dementiam, ut Civitatis Dominum se vocari, non Præfectum passus fuerit. Quod licet ægre tulisset Vicecomes, nihilominus per octo perpetuos annos, quibus supervixit, id obtinuit, viribus tamen ipsius Vicecomitis fractis, & debilitatis. (1) Nec non MS.

MCCCCV. Die vigesimoquinto mensis januarii Bertolinus Beccari Bergoliensis Ordinis fratrum Eremitarum S. Augustini, Magisterque Theologiæ datur Episcopus Alexandrinis ab Innocentio VII summo Pontifice; cum sedes Episcopalis interregnum feciisset annis ducentum circiter & triginta. Eodem die, & anno Facinus Canis a Philippo Maria Vicecomite Blandratæ comes efficitur. Eodem anno die vigesimoseptimo mensis augusti Buccicaldus, Genuensis Gubernator pro Rege Francorum, ut opem ferret castellis per Facinum obsessis, oppidum Castellatii munivit, præsidiumque tum equitum, tum peditum transmisit, inter quos aderant strenuus vir Gabriel Guascus, & Dominicus Trottus patritii Alexandrini cum selecta armatorum manu.

MCCCCVIII. Ut Monasterium s. Jacobi a Victoria magis accresceret, rebusque suis fratres providere possent, Bertolinus Alexandrinus Episcopus fratribus in dicto Monasterio existentibus, & qui per ea tempora commorabantur, Xenodochium, & Rectoriam s. Christophori extra portam Genuensem sitam contulit, intercedente ad id fratre Baptista Senensi ejusdem Ecclesiæ Priore.

MCCCCIX. Dum illi, qui se receperant Gallorum nomine in oppidum Castellatii, multa damna inferrent Alexandrino territorio, Facinus Canis decrevit oppidum obsidere, ab eoque non recedere, nisi illo capto, expugnatoque; quare justo comparato exercitu hiemis tempore, quo etiam anno magnum insurrexerat gelu, illud obsidere, cingereque cæpit. Sed cum propugnatores egregie se defenderent, operæ pretium ratus fore, si non armis, sed vel fame, vel obsidione id tentaret; & ob id circum circa multas munitiones, aggeres, fossasque duxit, ut facultatem obsessis eriperet exeundi, exercitumque infestandi.

MCCCCX. De mense julii cum obsessio hactenus Castellatii processisset, David, & Gullielmus Boidi Trotti, quorum consilio bellum gerebatur, cernentes se non ulterius tantam obsidionem ferre posse, legatis missis, & Duci Philippo Mariæ, & Facino Cani, pacem obtinuerunt, a quibus etiam maximo honore afficiuntur.

MCCCCXI. De mense octobris Facinus Canis, cum immensam illam sœvitiem non deposuisset, male habuit Gabrielem, & Christophorum Guascos viros armis insignes, & ipso longe præstantiores cum omnibus militibus, & famulis eorum, qui capti fuerunt per Christophorum Guttuarium, & consocios in expugnatione s. Salvatoris, in quo oppido Guaschi erant. Simulaverat autem Guttuarius ab obsidione recedere, sed tantum ad nemora se receperat, & interim per ipsum Guaschi capiuntur, a quo idemmet Facinus eosdem multo ære redemtos, ut illos perditum iret, male tractat.

MCCCCXIII. Die nono junii Facinus Canis Casalensis, Alexandriæ Tyrannus, & Gubernator, diem suum clausit extremum in arce Papiensi: quo tempore Johannes Suardus obtinebat (1) *Brixiam*, Georgius Benzonus Cremam, Johannes Vignates Laudem Pompeam, Colionei Bergomum, Philippus Arcellus Placentiam, Scaligeri Veronam, Cavalcaboves Cremonam.

(1) *Trecium*. MS.

MCCCCXV. De mense januarii Philippus Maria Anglus Mediolani Dux cupit Guascorum gentem, quæ tunc extorris erat, Alexandriam reducere. Huic rei .... Lanzavecchia se opponit adversus hos; ira Principis *accenditur* (1), qua de causa cernentes Lanzavecchiæ se parum tutos ab insidiis Vicecomitis fore, Theodorum Marchionem Montisferrati Alexandriam advocant, qui per unam ex arcibus introductus sub die quinto januarii ejusdem anni, contradictoribus omnibus ejectis *eam* recuperat (2), & factio Lanzavecchiarum Marchionem sequitur; deinde Alexandria, Duce Francisco Carmagnola viro strenuo, & bellicoso, suo legitimo Principi redonatur.

(1) *Excucitur*. MS. (2) *Recuperatur*. MS.

MCCCCXVII. Reverendissimus Michael Mantegatius Mediolanensis Episcopus Alexandrinus a Martino V. Summo Pontifice creatur. Eodem anno Bartholomeus Arcellus Placentinus cum vellet opem ferre Genuensibus .... Philippus Maria Vicecomes Dux Mediolanensis cum sexcentum exquitibus, & aliis militibus parum re considerata obviam misit Alexandriam selectam armatorum militum, qui penes Gavium cum equitibus memoratis Bartholomæi Arcelli manum conserunt, & funduntur, fuganturque, inter quos aderat egregia militum manus Alexandrinorum, qua de re Mediolani processiones ducuntur, & publicæ lætitiæ fiunt.

MCCCCXXVII. Die ultimo octobris Julianus Invitiatus dum liber publicus, quem CRUCIS appellant, deperditus, ac consumatus fuisset, sponte illum reipublicæ Alexandrinæ obtulit, qua de re maxime laudandus est, cum si liber ille amissus fuisset, civitas nihil haberet, unde antiquitatem, & res gestas tueretur suas.

MCCCCXXVIII. Pestis maxima viguit in civitate, quæ usque ad annum MCCCCXXX. perseveravit, quo anno frater Jonius Anulphus, qui tunc inhabitabat Trinitatis Ecclesiam, retulit se visionem habuisse nocturno tempore a quodam Peregrino, qui ad muros Bergolii cum sæpius accederet, tandem denuntiavit, ni sub vocabulo sancti Sebastiani juxta viam Gabbæ grossæ Ecclesia ædificaretur, fore ut Bergolii major pars tabe, lueque interiret. Quod cum revelasset Priori s. Stephani, hic promta concione factum populo renunciavit, qui summa animorum alacritate Ecclesiam s. Sebastiani, processionibus solemni pompa institutis ædificandam procuravit; sicque pestis cessavit. Periere incolarum quatuor millia ex lue, atque eam ob causam missam quotannis extra muros celebrari institutum est.

MCCCCXXXI. Cum Philippus Maria Vicecomes bellum gereret adversus Johannem Montisferrati Marchionem, Alexandria comitem Franciscum cum pulchra equitum caterva emittit, nempe duorum millium, ut inde in Marchiam Montisferrati erumpere posset, quod & factum fuit, obsessumque, & captum oppidum Luci (1) post quatuor, aut quinque dies, quo obsideri cæptum est, illudque direptum.

(1) *Lucis* MS.

MCCCCXXXII. Philippus Maria Vicecomes in die carnisprivii bellum induxit Johanni Marchioni Montisferrati; propter quod tota (1) fere Marchia ferro, & igni direpta fuit, coactusque ipse Marchio Venetias migrare. Sed haud multo post Philippus Maria oppida, quæ ceperat, liberaliter restitui jussit.

(1) *Contra* MS.

MCCCCXXXVII. Die decimo mensis julii civitas immunitatem concessam ab omnibus oneribus Simonino, & Laurentio fratribus Ghilinis, ejusque descendentibus, renovavit Christophoro Ghilino Quæstori Magistratus reddituum Philippi Mariæ Angli ob multa in civitatem collata beneficia, quo anno idem Christophorus moritur. Ab his Ghilinis subsequentibus deinceps temporibus descenderunt multi illustres viri, multis legibus clari, maxime autem ob pietatem in patriam, quam semper hæc familia studiose fovit.

MCCCCXLIV. Episcopatum civitatis agebat Marcus Marinonus Mediolanensis.

MCCCCXLVI. Cum Philippus Maria dubitaret de fide civitatis Alexandriæ, licet is timor esset

vanus, Simoninum Ghilinum ipsius Ducis Aulicum ad civitatem transmisit, eique in mandatis dedit, ut quosdam sibi obsides de Lanzavechiis, Invitiatis, & Squarciafichis tradi faceret, Mediolanumque conduceret; sed ii omnes post mensem domum dimissi sunt. Eodem anno die 29. septembris in festivitate s. Michaelis Ludovicus Guaschus, Simon Ghilinus, Antonius Puteus, & quidam alii Bergolium Regi Francorum dediderunt, & cum eo oppidum Solerii; Sexadium mox vi expugnant, ac deprædantur. Oppidum Boschi libertas Mediolanensis circumvallat; mox die s. Ursulæ, relicto Bergolio, Galli unacum Ludovico Guasco, Simone Ghilino, & Antonio Puteo, genteque suæ factionis aufugiunt. Eodem anno Petrus Pusterla Præfectus renuntiatur libertatis Mediolanensis, qui nullo negotio Bergolium recuperavit. Ædes magnificæ Guascorum solo æquantur. Alexandria per duos insequentes annos sub dominio Mediolani posita. Eodem anno Philippus Maria Anglus Dominicum Ferruffinum Præfectum Cancellariæ secretæ designat, eidemque præficit.

MCCCCXLVII. Die decimo tertio mensis augusti Philippus Maria Anglus Mediolani Dux diem suum clausit extremum, quo ab humanis sublato, finitimi quoque Potentatus enituntur *omni* animi contentione, ut possent aliquid de ejus imperio detrahere. Quod contigit; nam Montisferrati Marchio oppidum Quadringenti, Quatuordarum, castrum Rivi Francoris obtinuit, quod ita alias appellatum existimo, quod Grimoaldus Longobardorum Rex, cum adversus Regem Francorum manus instruxisset, commisso prælio, fugam simulans, quasi trepidans, castra omnibus rebus, sed vino præcipue referta reliquit; ratus id quod evenit Francos opimæ prædæ intentos, rei militaris industriam remissuros. Franci vero Grimoaldum metu cessisse rati, castris potiti sunt, verum per otium epulas instruunt, & cum vino se oneravissent, quieti se dediderunt. Quo cognito Grimoaldus post secundam vigiliam somno, vinoque mersos *adoritur*, *ac de iis* multam stragem edidit. Is locus non procul ab Asta ab re ipsa Francorum Rivus est appellatus; hæc Carolus Sigonius lib. II. de Regno Italiæ, & Paulus Warnefridus lib. V. historiarum Longobardorum capitulo.... Sed ut ad prius incæptum deveniamus, Sabaudiæ Dux Valentiam, & Montemcastellum, Rex Francorum civitatem Astensem ac insuper Felizzanum, Solerium, Castellatium, & Bergoglium expugnant, & potiuntur. Cæterum die duodecimo mensis octobris cum Rainaldus Disnay Regis Francorum legatus circumvallasset magnis operibus oppidum Boschi, milleque, & quinque centum equites advocasset, Mediolani libertas (sub ejus imperio vivebant Boschenses), ut illis subsidium ferret, ducibus Bartholomæo Colioneo Bergomate, & Astore Faventino, magnam militum copiam transmittit. Idem facit civitas Alexandrina, selecta armatorum manu ad numerum quinquecentum peditum, & mille sexcentum equitum, duce Bono Trotto, scientia rei militaris perito, qui cum vidissent rem strenue geri posse, in Gallos impressione facta, Rainaldum captivum faciunt; alii occiduntur, quidam vitæ suæ fuga consulunt, Galli tandem vincuntur; sed non sine sanguine id accidit; nam & multi Invitiati, Lanzavecchiæ, & Merulani, dum strenue pugnant, former occumbunt. Mox oppida per Gallos occupata victoribus deditionem faciunt. Ex Mediolanensibus quatuor centum desiderantur; Alexandrini ira perciti ob mortem multorum civium, captivos quamplurimos interficiunt. Dein Gelatius Trottus, qui Castellatium Gallis tradiderat, captivus Mediolanum ducitur. Eodem anno mortuo Philippo Maria Vicecomite imperium Mediolanense in diversas partes divisum fuit. Nam Alexandrini, & Novarienses fidei libertatis Mediolani se commiserunt. Laudenses Venetos sequuntur; Genuates transmisso Appennino multa castra Alexandriæ, & Derthonæ infestabant; nec interim Sabaudiæ Dux quietem agebat, sed Ticinum, Novariam, & Alexandriam occupare nitebantur; ad id specialiter legatis destinatis, qui tributorum abolitionem promittebant; quibus tamen Valentia, Augusta Bagiennorum, & Burgum aures præbuerunt. Alexandrinorum exemplum multæ civitates, & oppida circumstantia sequuntur.

MCCCCXLVIII. (1) Die duodecima mensis augusti Philippus Maria ex familia Vicecomitum ultimus Mediolani Dux e vita excessit, nondum sexagesimo anno exacto, acuta febri correptus, & in multam bilem alvo soluta, qui paullo ante quam decederet, Franciscum Sfortiam Generum, quem uti suspectum (2) affectatæ tyrannidis multo citius (3) habuerat, virum summæ virtutis recepit: hoc epitaphio adjecto.

Clementissimus, atque liberalis
Insubrum Dominus Philippus hic est,
Victis Regibus unico duobus,
Qui bello manicasque, compedesque
Levari jubet, in suasque abire
Donatos opibus Lucullianis
Sedes, & sua regna liberatos
Tetro carcere. Discite hinc tyranni:
Sunt hæc munera Principum superbos
Debellare, pios & esse victis.

Eodem anno Franciscus Sfortia Imperii Mediolanensis Capitaneus declaratur; is ut sibi Gullielmum Marchionem Montisferrati conciliaret, virum maxima prudentia, & disciplina rei militaris, & in suas partes eliceret, in cujus quidem præsidio, & auxilio maximam spem positam videbat, & maximum momentum ad suas res accedere existimabat, nonnulla Montiferrato adjacentia oppida eidem contulit, videlicet Castellatium, Boscum, Fregarolium, Casale Cermellorum, Pecetum, Petram-Maricorum, Montem-Castellum, Quadringentum, Solerium, Sexadium, Cassinas, Burgoratum, castrum Rivi-Bovis, Gamalerium, Pioveram, Revellinum, Castrum-Spinæ, Roccam vallis Urbarum, Petrosam, Pozzolum, Ovilias, & tandem Alexandrinam civitatem una cum jure carcerum.

(1) *Hic ordo annorum perturbatus Philippi mors ad priorem annum spectabat, ut ibi notaverat, non ad istum.*

(2) *Susceptum.* MS.

(3) Forte *male habuerat*.

MCCCCL. Die decimoquinto menſis maii Franciſcus Sfortia voti compos factus, Mediolanique Dux declaratus, cum profuſas illas donationes, ac ſtatus ſectiones animo volutaret, & præſertim quam de Alexandrina cum adjacentibus oppidis jacturam haberet, Marchionem Montisferrati Gullielmum ad ſe litteris illexit, Papiamque accedere hortatur. Is & literis invitatus, & officii gratia, ut Blancam ejuſdem Ducis uxorem, quæ tunc in puerperio erat, inviſeret, eo venit, quod cum effeciſſet, & ſplendide exceptus fuiſſet, dum ad patriam remigrare vellet, Robertus Sanſeverinus de Franciſci Sfortiæ mandato Gullielmum ipſum in arcis egreſſu retinuit; in qua quidem arce per annum unum integrum, & diebus decem adſervatus permanſit. Iterum Franciſco Sfortiæ Alexandrinæ urbis, & oppidorum jam d natorum dominio cum juribus carcerum cedere compellitur, ea adjecta conditione, ut annuum ſtipendium duorum millium Ducatorum Gullielmo perſolveret; qua ceſſione facta Franciſcus Sfortia poſſeſſionem civitatis nactus trecentos equites, quingentos pedites, Conrado Duce, Franciſci Sfortiæ fratre Alexandriam miſit, Gullielmo abeundi poteſtate facta. Eodem anno die tertio menſis auguſti moritur Ludovicus Trottus, & Boidus quondam Baudolini, vir ſtrenuus in officiis, & Magiſtratibus Franciſci Sfortiæ Mediolani Ducis diu verſatus. Eodem quoque anno Franciſcus Sfortia Mediolani Dux Johannem Ferrufinum J. C., & Conſiliarium pro ſe, ſuiſque filiis, & hæredibus ex linea maſculina tantum naſcituris, inveſtivit de loco, & caſtro Sexadii cum ſuis juribus, qui nomine ſuo, & deſcendentium ſuorum ſolemnem fidelitatem præſtitit.

MCCCCLI. Cum Gullielmus Montisferrati Marchio animo volutaret, quo modo illatam vim tunc a Franciſco Sfortia, ut ipſe ſupponebat, ulciſceretur, Alphonſo Aragonum Regi Neapolitano, Venetorumque militiæ ſe addixit, a quibus equites octingentos, & pedites mille, ac tres mille ſeptem centum quinquaginta q inque aureos menſtruos (1) ſuſcepit. Mox Alexandriam aggreditur, obſidetque, in qua aderat Conradus memorati Franciſci Sfortiæ frater, qui prævidens res in maximo verſari diſcrimine, Ducem admonuit, ſi vellet res ſuas ad optata perducere, ſibi ſubſidium aliquod tranſmitteret, alioquin civitatem eſſe in maximo periculo, tum ob paucitatem militum ad numerum trium mille equitum, & quinque centum peditum, tum etiam quia, civitate in duas factiones diviſa, parvam ſpem in ea repoſitam videbat; nam quædam Marchionem optabat (2), quædam vero Sfortiam Ducem. Ad quem idem Franciſcus Sfortia reſpondens in mandatis dedit ipſi Conrado, ſi non poſſet civitatem tueri, illam Gallis relinqueret: moxque Johannem a Nuce cum mille equitibus Brixia Alexandriam ire jubet trium dierum itinere. Per hoc tempus Gullielmus Marchio deprædatur Derthonam, Pozzolumque expugnavit, ac incurſione facta Ticinum uſque pervenit; omnia oppida ditionis Alexandriæ obtinuit, Caſtellatio & Caſſinis exceptis, quæ nihilominus obſedit. Interim Conradus, & Johannes Nux intra mœnia ſe continebant. Sed cum aliquod egregium factum committere vellent, decreverunt cum Marchione belli fortunam tentare, de quo cum per exploratores admonitus fuiſſet Gullielmus, exercitum in campum deduxit, & ſub ſignis eſſe juſſit; ſed cum nimis tarde Conradus ad exercitum tentandum properaſſet, Marchio exercitum ſuum reduxit, ut milites reſtauraret; ſed ſuperveniens Conradus, cum milites Marchionis relictis inſigniis veluti feriantes reperiſſet, cogitur Marchio fugam fœdam arripere; vix incolumis evaſit, & ſe recepit ad Caſtrum-Novum. Cæterum Conradus, ejuſque exercitus præda onuſtus maxima, ac inſigni victoria parta Alexandriam petiit. Mox Dux Petrum Puſterlam, virum inſignem, ac illuſtrem miſit, & Conrado injunxit, ut caſtella omnia Alexandrinæ provinciæ recuperaret; & interim de pace reconciliandа cum Gullielmo ageret; ſed cum dubia fide Johannes Nux res Franciſci Sfortiæ Ducis gereret, hocque ad ipſius Principis perveniſſet notitiam, illum laqueo necari juſſit.

(1) *Menſuos* MS.

(2) *Oſtabat* MS.

MCCCCLII. Franciſcus Sfortia, [& Gullielmus Marchio arbitrum Renatum Siciliæ Regem de ſuis diſceptationibus ſuſceperunt, dixeruntque, qui Mediolanum adveniens, ex poteſtate ſibi indulta in hunc modum cenſuit, ut utraque pars armis abſtineret, & Gullielmus oppidum Boſchi, Fregarolii, Solerii, Qadringenti, Rivi-Franconis, Rocchæ Sparaverii, Petroſæ, & Quatuordarum ſibi potiſſimum haberet, ac retineret, non ſecus *ac antea* ei per Philippum Mariam Mediolani Ducem licebat; oppida Caſſinarum, & Felizzani in feudum recognoſceret; clientelare juramentum Franciſco Sfortiæ præſtaret; & hic ſtipendium aureorum duorum mille annuum Gullielmo perſolveret pro recompenſatione redituum Alexandriæ urbis.

MCCCCLIII. De menſe octobris ingentes pluviæ extiterunt, & ita diuturnæ, ut omnia fere Lombardiæ flumina, lacus, & rivi in immenſum intumuerint, ut non extaret hominum memoria, quæ recordari poſſet tantam inundationem vidiſſe, quibus effectum eſt, ut tertia pars egregii Pontis Fari collapſa in aquarum abyſſos ceciderit. Eodem anno Renatus Angionius Siciliæ Rex Alexandriam advenit, in cujus laudem Emanuel Boidus jureconſultus de collegio civitatis ornatam ſane orationem habuit, & regio apparatu, magnificoque exceptus fuit.

MCCCCLVIII. Marcus ex capitaneis patria Mediolanenſis Alexandriæ præſulatum obtinebat. Eodem anno die vigeſimo ſecundo menſis martii Caſtrum-Ferri detinebatur a Toma Blanco, & Ambroſio Lanzavecchia, idque ex conventione quadam inter ipſos, & rempublicam Alexandriæ initam. Eodem anno die quinto menſis auguſti Eccleſia s. Mariæ de Gratiis ad Aſtilianum poſita inter vineta hoc tempore fundatur, & erigitur, (1) quam cucculati (2) s. Stephani Bergolii PP. Servorum, & eremum (3) incolunt.

(1) *Eripitur* MS. (2) *Cumulati* MS.

(3) *Hic error aliquis irrepſit. Puto ab auctore ſcriptum* ut prioratum, *de qua re vide Ghilin. ad ann.* 1478.

MCCCCLXII. Die tertio menſis ſeptembris Galeatius Trottus Dominus (1) Rocchæ Vallis-Urbarum vir ſtrenuus, ac multis dignitatibus, & muneribus egregie perfunctis, Franciſcoque Duci Sfortiæ gratus moritur.

(1) *Dominicus.* MS.

MCCCCLXIII. De menſe ſeptembris pars illa Pontis Tanari, quæ maximis inundationibus conciderat, reficitur.

MCCCCLXIV. Cum caſtrum Gamalerii, quod & Gamalerium in diplomate nuncupatur, Simonini Ghilini foret viri admodum illuſtris, & egregii, quod in beneficium a Philippo Maria Mediolani Duce obtinuerat, moxque Johanni, & Juliano attributum fuerat, parvi hoc facientes, gentili Simonettæ Franciſci Sfortiæ Ducis Aulico hoc anno diſtraxerunt, & alienaverunt.

MCCCCLXVI. Die vigeſimo menſis maii Blanca Maria Vicecomes Mediolani Duciſſa, & Galeatius Maria Sfortia ejus filius immunitatem conceſſerunt civitati Alexandriæ ob egregiam operam, fidelemque in rebus adverſis navatam a taxis equorum, cariaggi, & ſimilibus. Eodem anno die 18. ſeptembris Reverendiſſimus Facinus Stephanus Ghilinus Bobii Epiſcopatum gerebat. Eodem anno die 30. menſis auguſti ob ingentem aeris indigentiam, & attentis maximis neceſſitatibus, bellique calamitatibus a Blanca Maria Vicecomite, uxore quondam Franciſci Sfortiæ, & a Galeatio Maria Sfortia ejus filio Mediolani Ducibus, mandatum cum plena, & libera auctoritate fit in Andreottum de Maino, Angelum Simonetam, Thomam de Tibaldis de Bononia Ducales Conſiliarios, nec non & in Johannem de Meltio ex Miniſtris Ducalium redituum ordinariorum, & in Pigellum de Portunariis de Florentia, omnes Generales Reformatores reddituum ordinariorum, & extraordinariorum totius Mediolanenſis dominii alienandi, & in feudum concedendi quæcumque oppida, caſtra, & loca ejus ditionis, exceptis civitatibus, pro ſatisfactione æris alieni, & pro ſolvendis ſtipendiis militum Marchionis Montisferrati, Marchionis Mantuæ, Comitis Urbini, Roberti Sanſeverini, Boſiii Sfortiæ, Conradi de Fogliano, Triſtani Sfortiæ, Comitis Gaſparis de Vico-Mercato, & aliorum, qui numero decem millium equitum, & duorum millium peditum, & ultra excedebant, nec non, & pro mercede Præfectorum, & cuſtodum caſtrorum, oppidorum, portarum, & arcium Mediolanenſis dominii.

MCCCCLXVII. Die ſexto januarii Blanca Vicecomes, & Galeatius Maria Sfortia Mediolani Duces, auctoritatem, facultatem, & licentiam conceſſerunt, & in mandatis dederunt memoratis mandatariis alienandi, inveſtiendi, infeudandi, ac in feudum honorificum, nobile, gentile, antiquum, & paternum per enſi evaginati traditionem, & . . . . . inveſtiendi Illuſtriſs. D. Johannem de Tolentino militem, & Ducalem Conſiliarum, ejuſque affinem, nec non & Illuſtriſſimum D. Nicolaum de Tolentino militem ipſius filium pro ſe ſe, ſuiſque filiis, & deſcendentibus maſculis legitimis, & de ligitimo matrimonio, lineaque maſculina tantum natis, & naſcituris de oppidis Quadringenti, & Solerii, cum omnibus eorum pertinentiis, juribus, datiis, & omni mero, & mixto imperio, gladii poteſtate, & omnimoda juriſdictione, & ad præfigendum omne pretium pro dicta oppidorum alienatione, quod eiſdem placuerit, & prout in ipſo diplomate dato Mediolani die ſupraſcripto. Præfatus vero Illuſtriſſimus D. Johannes de Tolentino die nono dicti menſis mandatum facit in Illuſtriſſimum D. Nicolaum ejus filium ad recipiendam inveſtituram alienationis feudorum, datiorum, & jurium oppidorum Quadringenti, & Solerii, a prædictis Mediolani Ducibus, vel ab eorum agentibus, ſeu officialibus, & mandatariis, & ad conſtituendum pretia; prout ipſi videbitur, & ad ea ſolvendum, & prout latius in eo continetur. Eodem die prædicti menſis januarii ſupra memorati Ducales mandatarii alienationem faciunt, & in feudum honorificum, nobile, gentile, & antiquum, & paternum tradunt, & inveſtiunt Illuſtriſſimum D. Nicolaum de Tolentino coram ipſis flexis genibus conſtitutum ſuo, & nomine Illuſtriſſimi D. Joannis ejus patris de oppidis Quadringenti, & Solerii cum omnibus eorum pertinentiis, juribus, datiis, & cum omni mero, & mixto imperio, gladiique poteſtate, & omnimoda juriſdictione pro ſe ſe, ſuiſque filiis, & deſcendentibus maſculis legitimis, & de legitimo matrimonio, lineaque maſculina tantum procreatis, & procreandis, ipſum per enſis evaginati in ejus manibus traditionem inveſtiendo. Alienataque fuere predicta oppida pretio librarum viginti millium ſeptem centum tredecim, ſolidorum decem, denariorum decem monetæ Mediolani, Ambroſio Arzono Ducali Theſaurario exburſatarum, prout in inveſtituræ inſtrumento rogato per Jacobum de Perego notarium Mediolanenſem. Eodem anno quinto nonis maii Paulus II. Summus Pontifex Archipresbytero s. Mariæ de Bergolio commiſit ad petitionem Eccleſiæ Cathedralis Alexandriæ, ut præbenda s. Jacobi de Spandonariis Monachorum s. Benedicti Menſæ Capitulari pro diſtributionibus quotidianis divinis officiis intereſſentibus perpetuo uniretur, quandoquidem illi Summo Pontifici inſinuaverant Præbendas Beneficiorum adeo tenues eſſe, & parvas, ut vix ex eis ſuſtentare ſe poſſent. Vocato tamen ad id Abbate, & Conventu Monaſterii s. Gaudentii apud s. Stephanum vallis Belbi, a quo ipſe Prioratus dependebat (1).

(1) *Apud Labbeum Collect. Concil. Tom. XX. col.* 151. *Epiſt. Gregorii VII. lib.* 2. *num.* 32. *extat Epiſtola ad Rainerium illuſtrem virum. qua decernit irrita, qua ab Henrico Abbate s Gaudentii geſta ſunt, de iis vero quæ ipſe Rainerius cum eo contraxit, ſtatuit, examen inſtituendum a nuncio, quem ipſe miſiſſet. Hæc ideo addere viſum eſt, quia de Monaſterio apud s. Stephanum ab Auguſt. ab Eccleſia in ſua Abbatum Pedem. Hiſtoria prætermiſſo agere Pontificem puto. Nam & præcedens, & ſubſequens Epiſtola ad has partes directæ ſunt, altera ad*

Cunibertum Epiſc. Taurinen., altera ad Gullielmum Epiſcopum Papienſem.

MCCCCLXXI. Galeatius Maria Vicecomes Sfortia una cum Bona uxore Mediolani Duces Alexandria Genuam redeuntes, recipiuntur a republica honorificentiſſime.

MCCCCLXXV. Hoc, & ſequenti anno inaudita frigora inceperunt de menſe octobris, & per totum menſem martii perdurarunt, & per menſes ſex tanta aſperitate nives e cælo ceciderunt, ut a die nono menſis novembris omni menſe nives ceciderint, quæ dinumeratæ fuerunt triginta duas vices ninxiſſe; quo anno vites fere omnes radicitus mortuæ ſunt, multique mortales ad aliam vitam commigrarunt, ita ut uſque ad diem ſextum maii nix adinventa fuerit, pruinæque ſæpiſſime deciderunt. Uſque ad decimum quintum menſis aprilis nihil omnino pluit, meſſeſque breviſſimæ, & non excedebant digitos quinque, & rariſſimæ, ſpicuſque nullus viſus fuit in agro Alexandrino niſi poſt diem 20. menſis maii, poſt quod tempus pluere cœpit. Ex qua re meſſes maturare cœperunt, & vineæ, quæ mortuæ non fuerant, multas uvas produxerunt, & ita aſpere actum eſt cum mortali genere hoc anno, ut uſque ad menſem junii modo hyems, modo æſtus ſentiretur, vixque dignoſci poterat hyems, an æſtas eſſet; parum frumenti, vinum longe optimum collectum fuit. Hoc anno morbi acuti cum febribus continuis admixti, qua de re multi divites moriuntur, & citiſſime. In fine menſis ſeptembris per dies quatuor adeo frigus intenſum ſe reddidit, ut glacies viſæ fuerint; in agroque Papienſi nives deciderunt, reliqui menſes temperati.

MCCCCLXXVIII. Die primo menſis martii Marcus de Capitaneis Alexandrinus Epiſcopus obiit, humaturque in Cathedrali Eccleſia, in cujus honorem extat epigramma ſuper marmoreum tumulum ejuſdem inciſum, ubi legitur:

Marmoris hoc tumulo ſunt Marci Præſulis oſſa
Clauſa, decuſque, ſalus & Pater urbis erat.
Hæc viduata diu, ſedeſque vacaverat olim
Quum tenuis menſæ, deſiderentur (1) opes.
Mittitur hic Paſtor, qui miro incenſus amore
Quærit opes ſparſas, inveterata novat.
Munera dat templis, divinæ laudis honores
Edocuit clerum, quæ bene facta manent.
Heu tandem ſenio confectus morte quievit
Venturis ſpeculum, religionis honos.
Nunc anima in cælis patria meliore triumphans
Utitur Angelicis facta beata choris.

Die Dominico primo menſis martii 1478.

Eodem anno Johannes Antonius de ſancto Georgio Mediolanenſis, Præpoſitus Eccleſiæ s. Ambroſii, vir in jure Canonico doctiſſimus, qui Ticini publice per multos annos jus Canonicum profeſſus eſt, extantque in jus Canonicum multa egregia commentaria, tractatumque de appellationibus edidit, Epiſcopus Alexandrinus a Summo Pontifice Sixto IV. creatur, qui ipſo anno, & de menſe julii Alexandriam ſolemni pompa, multiſque ceremoniis ingreditur. Interdum Eccleſia s. Mariæ de Gratiis ad Aſtilianum paucis jam antea annis conſtructa in Prioratum fuit erecta, cui frater Clemens de Gerimboldis Mediolanenſis Prior datur. Is annus frumenti, & vini copia inſignis fuit. Eodem anno Carioculus Spinula die primo ſeptembris Præturam geſſit, peſteque laboratum fuit & in civitate, & in Bergolio.

(1) Tenuis menſa.

MCCCCLXXIX. Bona Mediolani Duciſſa civitatem Alexandriæ immunem fecit ab onere imbotaturæ, victualium, ac vini cum omnibus juribus, quæ ſunt intra corpora Sanctorum dictæ urbis ob benemerita reipublicæ in ipſam Bonam, & Johannem Galeatium collata.

MCCCCLXXX. Die vigeſimo quinto menſis aprilis Bona Mediolani Duciſſa, ſic exigentibus publicis negotiis, Marcum Boidum Trottum ejuſdem a ſecretis legatum ad Ferdinandum Regem Neapolim tranſmittit, ut quædam negotia cum eo componeret, ac explicaret. Eodem anno die decimo quinto menſis octobris Baudolinus Collus Alexandrinus, qui tunc Capitaneum juſtitiæ Mediolani agebat, Papiam mittitur, ut Cicum Simonetam Calabrenſem olim a ſecretis Franciſci Ducis Sfortiæ, carceri, juſſu Ludovici Sfortiæ patrui Franciſci Ducis infantis, mancipatum examini traderet, & proceſſum de eo agitaret. Hic cum ad omnes dignitatum, & honorum gradus provectus fuiſſet, & tandem Bonæ, & Johannis Galeatii, & mox Franciſci infantis a ſecretis eſſet, & annus unus ageretur, quo in caſtro Ticini incluſus detineretur, & ſub quæſtionibus fuiſſet .... proceſſu perfecto idem Baudolinus Collus Mediolanum rediens, Ludovico oſtendit, qui die penultimo octobris de ejuſdem mandato Ticinum reverſus, in caſtrum memoratum Cichum in capitis obtruncationem condemnavit, boniſque multavit, qui maxima conſtantia hoc ferens, carnificique ipſi inſtans, ut cito enecaretur, crucifixoque venerato, hora decima ſeptima capite privatur. Cujus cadaver ad Eccleſiam s. Appollinaris extra portam s. Mariæ in Pertica deportatur, ibique humatur. Hic eſt ille Cichus multis animi dotibus, & bonis (1) fortunæ inſignis, de quo verſus illi decantantur.

Incolumi Galeaz poterat Duce plurima Cichus,
Sublato Cichus jam Duce cuncta poteſt.
& iterum
Dum rotat inſtabilis fortuna volubilis orbem
Ex ſummo Cichus lapſus ad ima ruit.
Omnia, qui poterat, poſt annua carceris atri
Vincula carnifici colla ſecanda dedit.

Eodem anno de menſe novembris Alexandriæ inſigne quoddam evenit, nam in ædibus Blaſii Panizoni jure-Conſulti eximii, ſpiritus ille, qui folletus appellatur, per plures menſes a pueris, & filiis ſuis auditur. Hic multa puerilia in domo committebat lapides confrangendo, omnia volutando, & qui cubitum iverant, hos maxime per noctem infeſtabat, reſque domeſticas exportabat, & tandem de menſe ſeptembris loqui cæpit, etiam lati-

no idiomate; interrogantibus reſpondebat de rebus, & negotiis, quæ in partibus longinquis gerebantur. Verum quia hujuſmodi ſunt ſpiritus mendaces multa erronea, & multa a vero aliena inſerebat. Vox ejus erat veluti vox felis ſubmiſſa, & diſtincta, profitebatur ſe Angelum Dei; Sanctiſſimum nomen Jeſu Chriſti appellabat, deque vera Cruce Alexandriæ eſſe dicebat, pueroſque quandoque locaiter exportabat. Hic Blaſius fuit nepos, ideſt filius fratris inſignis medicinæ Doctoris D. Franceſchini Panizonii, qui Renati Regis Siciliæ, & Hieruſalem, & Regis Caroli, & Ludovici, & mox Angliæ Regis Medicus extitit. Blaſius vero Comes, & Miles ab Imperatore efficitur. Eodem anno Johannes Galeatius Maria Sfortia Mediolani Dux Philippum Ferrufinum Secretarium conſtituit ſuper redditibus ordinariis, & dependentibus. Eodem anno die vigeſimo quarto nonis decembris Philippus, & Luchinus fratres de Ferrufinis renuntiarunt feudo, & juriſdictioni oppidi Sexadii in manibus Johannis Galeatii Sforzæ Mediolani Ducis, ut ex pacto tenebantur; ex quo his tantumdem redditus dederunt, videlicet imbotaturam terræ Candiæ.

(1) Bonæ *MS.*

MCCCCLXXXIII. Die tertio menſis auguſti Luchinus Trottus filius Auguſtini Archidiaconus Cathedralis Alexandriæ a Sixto IV. Summo Pontifice in Epiſcopum Bobii eligitur. Eodem anno cum nihil de menſe aprilis pluiſſet, nec etiam de menſe maii, grandis penuria frumenti, & vini extitit; quandoquidem modius frumenti Alexandrinus Mediolani libris octo comparatum fuit; vinum venditum fuit in ſingulo ſextario ſcuto uno, caloresque inauditi extiterunt, qua de cauſa multi vitam cum morte commutarunt, & hoc potiſſimum anno cæptum eſt ſterni vias præcipuas lapidibus, & hujus rei principium fuit in via, ubi ferrariæ exercebantur: hoc ordine factum fuit, ut quilibet civis ſuis ſumptibus quantum protenderet domus ſua, id præſtaret. Idem eodem anno in oppido Caſtellatii factum fuit.

MCCCCLXXXIV. Petrus Veſputius Florentinus Prætor, & Commiſſarius Alexandriæ laqueo interficitur a quibuſdam civibus conclamatæ fidei, cum prius ipſe in vigilia Aſcenſionis Domini Noſtri quemdam Carantum Lanzavecchiam ſuſpendi feciſſet ad lobiam Prætorii abſque confeſſione, & Sacramento ullo Eccleſiæ. Qua de re Dux ira accenſus domos reorum dirui fecit, & ſolo æquare, pluresque milites Alexandriam tranſmittit Exiſtimabat enim ille Civium conjuratione id accidiſſe, ſed re detecta animum in melius mutavit. Eodem anno vindemia uberrima fuit, & adeo vilis, & vinum optimum, ac purum vix ſolidis ſexdecim ſingulo ſtario venderetur, quod alioquin vendi ſolebat florenos duos, cum æſtate tamen nihil pluiſſet; quod mirandum eſt. Eodem anno multi more latronum furentes, & interficientes per Alexandriam diſcurrebant impuniti; quod & ſimiliter factum fuit anno ſequenti 1485., quo anno tandem Ludovicus Sfortia ad ſimilia delicta inveſtiganda, & punienda Alexandriam miſit Johannem Andream Cagnolam Mediolanenſem.

MCCCCLXXXV. Die duodecimo menſis maii potiſſimum peſte in civitate laboratur. Fiunt extra civitatem mapalia, ut in ea infirmi ſe recipere poſſent; ſed Tanaro, & Burmida fluminibus inundantibus vorticibus plures abſorti fuerunt, *ut etiam* qui eadem de cauſa ad purgandam peſtem in Albaretum ſe receperant, circum loca Burmidæ *perierint*. Hic annus inſignis fuit adventu Herculis Ferrariæ Ducis, qui liberaliter, & honorifice, cum ad Aquarum balnea proficiſceretur, ab Antonio Trotto exceptus fuit, cum quo aderant Jacobus Trottus, Paulus Antonius Trottus a ſecretis, nec non & Nicolaus Trottus omnes Ferrarienſes, qui tandem ortum ſuum ducunt a civitate Alexandriæ, cum hinc in urbem Ferrariæ domicilium tranſtuliſſent jam centum quinquaginta annis præteritis, in qua quidem civitate illuſtres, & nobiles ſunt, & habentur.

MCCCCLXXXVI. Peſtis, quæ anno ſuperiori civitatem invaſerat, in præſenti acrius crevit præcipue in quarterio Bergolii, & nemo hominum, qui a dicta peſte aggreſſus fuerat, evaſit. Nulla domus extitit, quæ illa corrupta eſſet, quin omnes morerentur; multæ orationes ad Deum effundebantur. Cives fere omnes urbe relicta mapalia ſibi conſtruebant; nonnulli prope flumen Burmidæ, quidam prope *flumen* (1) Tanari, aliqui prout commoditas, & ſors dabat; & tamen vix mortem cives evadere poterant, quin omni die extinguerentur ad centum triginta tres, plus, minuſve. Cæterum Deus, qui omnia ex alto contemplatur, die vigeſimo nono octobris tantam vim pluviæ e cælo cadere permiſit, tantique tonitrus fuerunt, ut omnes hoc ſpectaculo, ac nova re ad ſummum timorem redigerentur. Flumina omnia, *quæ* (2) territorium Alexandrinum alluunt, ita excreverunt, ut ad invicem ſe conjungerent; qui peſtem fugere optabant, in aquam ceciderunt; quare verum eſt, quod dici ſolet, iram iraſcentis Dei neminem evadere poſſe. Diceres diluvium aliquod Noe, vel Deucalionis fabuloſi exiſtere. Videres aliquos velle arbores altiſſimas aſcendere; qui tamen paullo poſt proſtrati in terram decidebant, miſerabiliter ſe in aquam dejicientes. Aqua fluminis Burmidæ ad portam Genuenſem propinqua fuit. Boida, rus non longe a civitate, fere aqua oppreſſa. Ad Caſtellatium plures everſæ domus; incolæ vix periculum evaſerunt, non tamen omnes. Civitas ipſa in hoc tanto horrendo periculo magnis ſumptibus periclitantibus opem ferre nitebatur. Alii lintribus, alii naviculis miſeros concives adjuvabant, & nihilominus pluvia (3) per diem, & per noctem perduravit; glacies ipſæ per Tanarum adigebantur, ita ut in piſtrina (4) magno periculo illorum impingerent; ex quibus tredecim abiguntur, abducunturque magno impetu, & multo civium detrimento; multi mortales interim aquis abſorbentur.

(1) Urbem *MS.*
(2) Per *MS.*
(3) Viſi *MS.*
(4) Priſtinis *MS.*

MCCCCLXXXVII. Hoc & ſequenti anno Comes Borellus Ticinenſis Præturam egit civitatis Alexandriæ.

MCCCCLXXXIX. Johannes Jacobus Ghilinus cum fratribus ſuis a ſecretis Johannis Galeatii Sfortiæ Mediolani Ducis hoc anno in Fraſcheta ædes conſtruxit, ut illam melius excoleret, qua de cauſa immunitatem die vigeſimo menſis auguſti ejus agri gratis obtinuit.

MCCCCXC. Petrus Tortus juris utriuſque Doctor a Caſtro-Novo Præturam egit civitatis, & tunc temporis conſtruitur domus vectigalis mercaturæ, quæ nunc penitus non extant; at eodem anno Johannes Caſtilioneus civis Mediolanenſis ſufficitur. Eodem anno die quinto menſis junii Johannes Galeatius Sfortia Mediolani Dux, Albertum Feruffinum Philippi filium inter ſecretarios adſcivit in demortui Patris locum in Cancellaria Magiſtratus reddituum ordinariorum maxima cum verborum honorificentia. Dicitur enim in diplomate multos ex hac familia equeſtri dignitate, multoſque Senatoria floruiſſe, quam plures Secretarios arcana Principum tractaſſe. Eodem anno die decimo novembris Auguſtinus Collus Protonotarius Apoſtolicus cteatur, & eodem quoque anno Bernardinus de Curte commiſſarium egit Alexandriæ, qui plures vias, & in civitate, & in Quarterio Bergolii ſterni curavit, in pontemque Tanari quædam innovavit.

MCCCCXCI. Die ſeptimo menſis julii Johannes Galeatius Sfortia declaravit, re percepta, & examinata de conſilio juriſperitorum, Alexandrinos non teneri ad ſolutionem vectigalis, quod Montiscaſtelli exigitur.

MCCCCXCIV. Die vigeſimo menſis octobris Johannes Galeatius Sfortia Mediolani Dux diem ſuum clauſit extremum, relicto poſt ſe Franciſco ſecundo ejus filio annorum quatuor. Eodem anno cum Ludovicus Sfortia Patruus Franciſci II. Mediolani Ducis recuperare vellet Novariam civitatem a Gallis obſeſſam, Alexandriam, & Derthonam duo mille milites in hyberna tranſmittit, qui per dies multos ibidem commorati ſunt. Eodem quoque anno Raphael Guaſtamiglia Viglevanenſis Præturam egit civitatis noſtræ.

MCCCCXCV. Cum Ludovicus Sfortia inveſtituram Ducalem a Maximiliano Imperatore obtinuiſſet, tandem in die s. Theodori martyris Ducalibus inſigniis ornatur, maximo cum totius civitatis, & dominii gaudio, & applauſu.

MCCCCXCVI. Johannes Jacobus Cotta Mediolanenſis Ducalis Secretarius, Commiſſarius Alexandriæ declaratur, & creatur.

MCCCCXCVII. Carolus VIII. Galliarum Rex in Italiam proficiſcitur, ut Neapolim obſideret, quam mox cæpit; dein non multo poſt moritur, Regnumque ejus pervenit in Ludovicum Ducem Aurelianenſem. Eodem anno quatuor arcus pontis Tanari ob maximas fluminis inundationes concuſſi, atque proſtrati, reficiuntur maxima cum impenſa civitatis, & aliorum oppidorum; domuſque Boidorum verſus Annuntiatam comburuntur. Eodem quoque anno die duodecimo menſis auguſti Cæſar Guaſcus a Ludovico Sfortia ob ejus prudentiam, rerumque tractandarum experientiam, in Senatorem Mediolani adſciſcitur, ob multas virtutes ejus, maxima cum nominis ſui, & gentis præfatione.

MCCCCXCVIII. Lucius Malvetius Bononienſis Commiſſarium Alexandriæ egit.

MCCCCXCIX. De menſe auguſti Johannes Jacobus Triultius Mediolanenſis, vir in re bellica primi nominis, maximo cum exercitu Alexandriam obſedit, ad portamque Marenghi bombardas poſuit, & maximam muri partem diruit. Eodem anno Ludovicus XII. Gallorum Rex, dum Mediolani dominium recuperare vult, eo quia ad eum ſpectaret ob Valentinam ejus aviam, filiamque Johannis Galeatii Vicecomitis primi Ducis Mediolani, præmittit aliquos belli Duces, & in ſuam poteſtatem redigit Alexandriam, Annono, Rochetta, & Valentia prius debellatis. Dum Johannes Adurnus Genuenſis, peditum Dux a Ludovico Sfortia Duce delectus, gregarios milites duo millia in unum cogit, ut ſubſidio eſſent Alexandrinis, ipſa capitur. Alexandriæ aderat tunc temporis pro Ludovico Sfortia Galeatius Vicecomes. Huic ut ſubſidio eſſet Johannes Franciſcus San-Severinus frater Galeatii, Alexandriam ponte tumultuarie facto ad Padum accurrere fingebat. Verum is Galeatius beneficiorum in ſe per Ducem collatorum immemor ulterius progredi noluit, qua re patefacta, idem Galeatius San-Severinus animo territus ulterius obſidionem ferre noluit; Ludovicusque ipſe, qui metiebatur ejus fidem ex fide Johannis Franciſci fratris, jam certiorem reddiderat Galeatium, ut ab Alexandria recederet, quamquam fama ſit Johannem Franciſcum fratrem hujuſmodi literas falſo confinxiſſe, ut fratrem deciperet, quandoquidem illum odio proſequeretur, maxime quod Ludovicus Sfortia ſummam rerum militarium Galeatio detulerat, cum ipſe haberetur longe præſtantior rebus bellicis, & ætate etiam Galeatium præcederet. Accedebat quod Galli maxima tormentorum vi mœnia civitatis proſtraverant. Aderant in civitate pro Ludovico Sfortia mille catafracti, totidem velites, & tria millia peditum, quare Galeatius civitate relicta Mediolanum proficiſcitur cum nullo hominum hoc collato conſilio, quem paullo poſt inſequitur Hermes filius illegitimus Galeatii Sfortiæ cum aliquibus aliis primi nominis; reliqui vero, cum fugam Ducum ſuorum proſpexiſſent, huc illuc palantes fugiebant, & plures eorum ſpoliantur a latronibus; aliqui ab inimicis capiuntur. Alexandria miſere diripitur, & pars aliqua incendio abſumitur: omnia divina, & humana miſcentur, qua clade accepta ſtatim Ludovicus Sfortia, ut prudens erat, vocem emiſit ſe Mediolanenſe imperium amiſiſſe, fugæque ſe accingebat, quam poſtea in Germaniam fecit.

MD. Cum Ludovicus Sfortia maximam partem copiarum ad præſidium Mediolani deſtinaſſet, Novariamque contendiſſet, Helvetiiſque promiſiſſet illam dare diruendam, & diripiendam, miſericordia permotus id facere recuſavit. Quare Helvetii indignati cum obſidioni civitatis Novariæ adeſſent, ubi Johannes Jacobus Triultius cum Gallorum exer-

citu inerat, ipsum interveniente quadam pecuniæ quantitate Gallis tradiderunt, a quibus in Galliam perducitur, ubi paullo post, idest anno MDV. in civitate Burgensi moritur. Eodem anno bini pontis Tanari arcus in flumen ceciderunt.

MDIX. Hoc potissimum tempore floruit Cæsar Guascus Senator Regius.

MDX. Die decimo sexto mensis maii frater, qui appellantur Jesuati s. Hieronimi, quorum institutor fuit Beatus Johannes Columbinus Senensis, vir maximæ sanctitatis, Alexandriam advocantur, ne civitas careret his probis viris, & Deo acceptis, eisque promittitur, & inde donatur Ecclesia sancti Hieronymi, quam usque ad suppressionem eorum ordinis inhabitarunt una cum ædificiis, & aliis ad eam pertinentibus. Hæc Ecclesia jamdiu erat jurispatronatus civitatis Alexandriæ, hoc addito quod fratres mortuorum corpora custodirent, & humarent, quandoquidem memorata Ecclesia ad hoc pium opus erat destinata. Eodem anno antiquissima Ecclesia s. Mariæ de Castello, ad id nitente civitate, aliisque piorum eleemosinis in hanc, quæ nunc visitur, magnificentiam exornatur.

MDXII. Ludovicus XII. Gallorum Rex unacum ejus exercitu ab Helvetiis, & Venetis maximo nixu, & opera Julii II. Summi Pontificis ex Italia fugatur, & expellitur. Qui Galli in eorum recessu multa damna Alexandrino territorio intulerunt. Nam per oppidum Quadringenti transeuntes die 20. mensis junii, multas domos misere arserunt, ac depræ- dantur, necnon homines numero quindecim interficiunt, Maximilianusque Sfortia a Maximiliano Imperatore Ducalem investituram consequitur, & universæ ditioni Mediolanensi dominatur, & potitur.

MDXIII. Die 24. decembris Maximilianus Sfortia Ludovici filius Mediolanum magno cum omnium applausu, & pompa, ac civitatis expectatione, ac maxima comitante armigerorum caterva una cum Illustrissimo Cardinali Sedunensi ingreditur, qui totum dominium fere subegit, & Galli cum Johanne Jacobo Trivultio Novariam se receperunt, in qua nonnulli Helvetii fugantur, tormentaque bellica ipsis capiuntur. Eodem anno die 2. martii reconfirmatur imbotatura vini oppidi Candiæ Johanni Francisco, & Philippo de Ferruffinis filiis legitimatis Antonii de Ferruffinis militis Hierosolymitani a Maximiliano Sfortia Mediolani Duce.

MDXIV. Die vigesimo octavo mensis martii Maximilianus Sfortia Antonio Ghilino arcem Caravagii optima ejus fide fretus committit; sed a Venetis hostibus diu obsessa, tandemque expugnata, cum eam tueri contra tantas vires strenuus vir non posset, inde præficitur arci Tricii.

MDXV. Nicolaus Fulgosius Genuensis Tribunus militum pro Francisco primo Gallorum Rege multas excursiones in agrum Alexandrinum fecit, multaque damna intulit; cum interim Alexandria pro Maximiliano Sfortia staret, illiusque partibus faveret. Eodem anno de mense septembris Franciscus Galliæ Rex Mediolanum movet itinere, quod perducit Novariam, qui conquassatis Helvetiis prope Marignani castrum, primum Mediolanum obsidet, & inde capit, quo Dux Maximilianus se receperat, quem captivum in Galliam conduxit, perhibito honesto stipendio triginta sex millia ducatorum Venetorum. Ibi tædio captivitatis, & desperatione recuperandi imperii patrii, miserabiliter obiit anno 1530.

MDXVIII. Guaschi, & Trotti, qui per summam injuriam illi Gavium, isti Vadam duo oppida maxima a Genuensibus erepta sibi dicebant, sententiam secundum se obtinuerunt adversus rempublicam Genuensem a Francisco Gallorum Rege, per quam condemnantur Genuenses ad illorum oppidorum restitutionem; qua de re Genuenses, ut Regem a sententia dimoverent, legatum miserunt, sed re infecta patriam repetere jubetur. Rex in sua sententia perstitit.

MDXIX. Die duodecimo mensis januarii Maximilianus II. Imperator filius Federici III. moritur, cum imperio potitus fuisset annis triginta tribus, in cujus locum suffectus fuit ab Electoribus Carolus V. filius Philippi Hispaniarum Regis.

MDXXI. Alexandria per Sfortianos capitur, Galli expelluntur; nam Mediolanensis Imperii arces fere omnes, & pleraque munita loca ab hostium præsidio tenerentur Mediolanum, Novaria, Domodossola, Arona, Triciique arces, & Bobii, Verbanus lacus ultra Padum posita, Alexandria Gallis etiam parebat, quod ægre ferebat Moronus. Quare dies, noctesque in hoc totus erat, quo modo exercitus hyberno tempore moveri posset, statuebat enim Alexandriam recuperare; sed exercitus hoc recusabat stipendii defectu. Res (1) vero ita cessit, ut omnia ad optata pervenerint; milites namque (2) persuasi Alexandriam capiunt, dum qui civitatem custodiebant ad tumultuariam pugnam progressi essent; itaque Sfortiani una cum hoste ingressi urbe præter spem potiuntur. At Galli cum hanc maximam jacturam aliquandiu . . . . . (3); sed cum viderent non solum Genuensium commercia sibi tolli, & viam sibi ad mare intercludi, verum etiam intelligerent Alexandrino præsidio facile totam Cispadanam jurisdictionem in fide Sfortianorum contineri, ne majorem cladem sibi adderent per aliam partem, quæ s. Alexii vocatur, fuga salutem sibi quæsierunt. Eodem anno Hector Vicecomes jussu Prosperi Columnæ ad Alexandriam tutandam cum mille, & quingentis peditibus nullo stipendio, sed solo Sfortiani nominis amore transmittitur, quibus civitas ipsa victum laute subministrabat. Eodem anno cum plures calamitates Alexandria passa esset ob Sfortianos milites mille, qui inibi in hybernis erant, memoratus Prosper Columna jussit, ut Cremonam proficiscerentur, ut ab aliis tribus civitatibus Cremona, Ticino, & Alexandria impetus hostium propelleretur, Duce Gasparo Maino civitatis Præfecto. Eodem anno Galli obsident Mediolanum, quo per hyberna tempora, maxima frigora, & multas pluvias, dominus ab Scuto venit suppetias laturus, qui cum Vercellas se recepisset, a nonnullis Italis, & Hispanis fractus fuit. Tandem Franciscus Gallorum Rex ab Italia expellitur, & fugatur a confœderatis, scilicet

Leone X. Summo Pontifice, Carolo V. Imperatore, & Florentinis, eorum Duce Prospero Columna, a quo pariter anno insequenti apud Biccocam maxima cum eorum Gallorum occisione, & strage fugantur, & quassantur, qui oppidum Quadringenti penitus succedunt, & depopulantur, & ejus Ecclesias evertunt. Deinde Franciscus II. Sfortia Ducatum Mediolani adipiscitur. Eodem anno Pallavicinus Vicecomes Mediolanensis, Alexandrinusque Episcopus, cum in Franciscí II. Mediolani Ducis necem conspirasse diceretur, carceri mancipatur a Prospero Columna jussu ejusdem Franciscí Ducis, qui paullo post ab eo aufugit, & nonnulli amicorum detrusi in carcerem adhibita quæstione fassi sunt in domo ipsius Antistitis conjurationem factam fuisse, neminemque ad perpetrandum tantum facinus Bonifacio fratre idoneum magis visum, in animoque habuisse post Principem, Moronum, ceterosque (4) ejus amicos obtruncare; sed cum res perageretur ante statutum diem multos conjuratos non adfuisse. Sed licet quidam hoc dixerint, tamen Bonifacius haud semel professus est, nemine hominum conscio, sed proprio motu id aggressum fuisse, quia Principem nosset in se male animatum fuisse.

(1) Rex *MS.*
(2) Militesque namque persuasi *MS.*
(3) Elevabant *MS.*
(4) Certosque *MS.*

MDXXII. Alexandria noctis tempore in festivitate s. Sebastiani per Cittadellam a Johanne Sassatello expugnatur, qui sub stipendio Franciscí Ducis Mediolani militabat. Dum Cives longe animosius contendunt, quam par esset, & disciplina militari conveniisset; ita cum hostes mixtim cum civibus introissent, passim præda fit. Eodem anno pestis gravissima totum fere Mediolani dominium afflixit, & præcipue Alexandriam.

MDXXIII. Alphonsus Davalos cum Hispano peditatu Alexandriam e manibus Gallorum recuperat, quam sæpe ab illorum manibus Vitellus Romanus, Adurnorum armis suffultus frustra aliquot menses recuperare tentaverat. Præerat tunc Boissius, qui *diffisus* (1) Urbem se posse tutari adversus peritissimum belli Ducem, strenuumque hostem, cum Ferdinando Davalo de ea restitutenda his conditionibus paciscitur, ut cum armis, ac rebus suis sine dolo, & fraude in Galliam abire liceret, quod postea integra fide præstitum fuit.

(1) Diffusus *MS.*

MDXXIV. Gallorum Franciscus Rex iterum maximo comparato exercitu in Italiam redire conatur, cum Cæsarianorum res perculsas, viresque semifractas Marsilienši expeditione male tentata videret; quod audiens Carolus Lancius Cæsaris in Italia legatus, Alexandriam cum militibus, quos in Italia retinuerat, se recepit (1) audiens Regem jam Augustam Taurinorum cum copiarum parte adveniisse, moxque Gallorum subsecutum exercitum ad Alexandriam properare, ubi a Cæsarianis profligatur, maximamque cladem accipit; & hoc tempore in parte hac (2) Cispadana militibus, hospitationibus, exactionibus, & exagitationibus incolarum omnia ardebant, & miscebantur.

(1) Recessit *MS.* (2) Pars hæc *MS.*

MDXXV. Franciscus Gallorum Rex ad se vocavit duo mille pedites ex his, qui e Marsilia Savonam advenerant, & qui stipendia sub Rentio Ursino Ceretis Domino, & Michele Antonio Salutiarum Marchione meruerant. Hi cum in territorium Alexandrinum perveniissent, ad Urbæ flumen Gaspar Mainus Præfectus civitatis, Ducis nomine, nec non & Bernardinus Cerretus militum Dux impiger hoc præsentientes, peditibus mille septem centum præsidio munitus eis occurrit, quos statim dum defessi essent ex itinere, facili negotio devicit, & Castellatium aufugientes paullo post deditionem fecerunt, decem & septem militaribus signis hostium acceptis. Hic Gaspar Mainus vir fuit excelsi animi, in periculisque præsentaneis liberalis, & inter Duces sui temporis nemini fortasse secundus. Eodem anno die 24. februarii maximum prælium prope obsessam Ticinensem urbem inter Gallos, & eos, qui Carolo V. Cæsari favebant, committitur; quo in prælio multi capiuntur, inter quos præcipue Franciscus I. Gallorum Rex Interea Alexandriæ trepidatur.

MDXXVI. Die quinto mensis julii Dux Carolus Borbonius Hispaniam adveniens, Genuamque appulsus centum peditibus comitatus Alexandriam progreditur, & ab ea Viglevanum, ut quanto citius Mediolanum accederet, in itinere transvadato jam Ticino, obviam habuit Alphonsum Davalum Marchionem Vasti, Comitem Gajassi cum quatuor centum equitibus catafractis, sexcentum velitibus, & summa cum benevolentia se complectuntur, ac Mediolanum omnes ingrediuntur.

MDXXVII. Calendis maii Philippus Caroli V. Imperatoris filius Catholicus Rex Hispaniarum oritur. Eodem anno die primo mensis augusti Odettus Lautrechus Gallus Boschum oppidum in Alexandrino agro situm obsidere tentat, adhibitis ad hoc Helvetiis, qui sub Francisco Gallorum Rege stipendia merebantur. Quo factum fuit, ut (1), Germanis, qui sub Comite Ludovico Lodrono militabant, & quos Boschum transmiserat ad pecuniam pro militum sumptibus a Boschensibus exigendam, viam redeundi Alexandriam præcluserit; & cum Boschenses in fide permanerent, intusque propugnantium numerus adesset, plures dies Gallum otiosum sub mœnibus retinuerint; tandem vi tormentorum mœnibus dejectis, oppidum capitur; hostiliterque incenduntur domus, & diripiuntur. Oppidani, qui in obsidionis initio fugæ se non mandaverant, pecunia libertatem redimere coguntur; at Germani, qui primo impetu mortem evaserant, Gallicum stipendium sub Lautrecho accipiunt. Comiti Ludovico Lodrono uxor, & filii libere restituuntur per Lutrechum, quos in eadem obsidione ceperat. Eodem anno Odettus Lautrechus relicto Boscho Alexandriam adoritur cum octo millibus Helvetiis, decem mille Hispanis sub Petro Navarro, & tribus millibus Aquitanis, qui recenter in Italiam advenerant Duce Barone Bierna, &

tribus millibus peditum Franciſci II. Ducis Mediolani. Alexandriam tutabantur mille, & quinque centum pedites. Sed paullo poſt Albericus Belgiojoſius ſubſidio venit cum ſelecta militum manu, per proximos colles Alexandrinos, quo factum fuit, ut expugnatio difficilior redderetur; nam ſtrata machinis murorum parte vallum magna celeritate intus reficiebatur. Ad hoc Venetus exercitus in Gallorum auxilium advenit, at undique civitas oppugnabatur cuniculis a Petro Navarro inſigni horum artifici, tormentiſque bellicis, ac bombardis, qui numquam deſiſtebant, mœnia undique quaſſabantur, adeo ut coacta ſit civitas, militeſque, qui præſidio erant ſalvo honore, & perſona deditionem facere his conditionibus, ut Baptiſta Lodronus in Germaniam contenderet cum impedimentis omnibus, Alberico Barbiano de Belgiojoſio autem in Taurinos ire liceret, modo ne per ſemeſtre ſpatium contra Galliarum Regem, atque ejus ſocios arma ferret. Poſt quod Lautrechus Alexandriam quingentorum peditum præſidium imponere tentavit; ſed de hoc ſociis valde conqueſtis, mutata ſententia, ut Sfortiani illud imponerent, permiſit.

(1) Hoc facto Germaniſque *MS.*

MDXXVIII. Cum nomine Regis Gallorum Comes s. Pauli maximo cum exercitu Italiam peteret, Aſtam Coloniam primo adit (1), in quam exercitus Venetus cum ejus Quæſtore advenerat, & paullo poſt Alexandriam verſus prodierunt, in qua per menſem cum univerſo exercitu, & in adjacentibus oppidis in hybernis permanſerunt. Eodem anno Comes Antonius Guaſcus caſtrum Gavii ſuum proprium Genuenſibus, inſcio Duce Mediolani, diſtraxit, & vendidit, qui Novas, & Vuada acceperunt, quæ poſtea ſemper tenuerunt.

(1) Adipit *MS.*

MDXXIX. De menſe auguſti Hieronymus Marinonus Commiſſarius Generalis Franciſci II. Sfortiæ Mediolani Ducis Alexandriam venit, exiſtente Ludovico Viſtarino ipſius civitatis Gubernatore, & facta grani perquiſitione, granarium conſtituit, & furnum deputavit unicum pro ſingulo Quarterio, in quo panis vendebatur ſolidis tribus in ſingulas libras, ut militibus ſtipendium perſolveretur, nec alius panis confici poterat. Et quia ejus Cancellarius, qui Mediolanenſis erat, ex illis a Porta macinari fecerat frumentum, & vendiderat panem, laqueo ſuſpendi fecit. Inſuper conſimili modo quandam mulierem gravidam, quæ in Bergolio ſtabat, eo quod quatuor panes nigros, ut ſuis filiis daret, exportabat, eam pariter laqueo ſuſpendi juſſit. Interim Hiſpani per Comitatum hoſpitabantur, & multa mala perpeſſi (1) ſunt Alexandrini hoc tempore; quin etiam tamquam peſtis rabida hic Marinonus perſolvi juſſit Sexadienſibus ſex mille aureos, ac præſentari in pœnam vectigalis defraudati. Granarium hoc perduravit uſque per annum 1530., & 1531., deinde Mediolanum ſe recepit maximo cum odio Franciſci Mediolani Ducis ob ejus mala geſta, & populorum oppreſſiones. Mox Venetias petiit (locus enim is eſt non longe diſtans a Mediolano) ubi malo modo, miſereque, & maximo animi dolore periit. Unum benefactum ab ipſo fuit, quod male acquiſitum Xenodochio Mediolanenſi reliquit. Eodem anno Carolus V. Imperator Genuam appulit, mox Placentiam, dein Bononiam, ubi Clemens VII. Pontifex Maximus eum præſtolabatur; anno vero ſequenti in memorata civitate corona Imperiali ornatus fuit a Pontifice, in qua cum multi Duces concurriſſent, Dux Franciſcus Sfortia, qui ſpoliatus erat ſuo Ducatu, reintegratus fuit, ita ut Imperator perciperet octuaginta mille aureos, quorum pars perſolvenda erat in certis temporibus. Eodem anno interceſſione præfati Franciſci Ducis fit Generalis Antonius de Leva in Italia.

(1) Perpenſi *MS.*

MDXXX. Carolus V. Imperator Mediolanum Franciſco Sfortiæ una cum reliqua ditione reſtituit. Ipſe Franciſcus pollicetur ſummam aureorum nonaginta millia Cæſari, ex quibus quadraginta millia primo anno ab ipſo repræſentantur, reliqua in annos decem æquis penſionibus dinumerare cogitur.

MDXXXI. Ghilinus de Ghilinis juris utriuſque Doctor, Epiſcopus Comacenſis hoc anno potiſſimum floruit. Extat adhuc Epiſtola ipſi directa per Johannem Menardum de uſu ptiſanæ, qui Medicus fuit ſui temporis excellentiſſimus. Data Budæ.

MDXXXIII. Die decimo tertio menſis ſeptembris Camillus Ghilinus Franciſci II. Mediolani Ducis a ſecretis, & ejuſdem in calamitatibus Comes, filius Jo. Jacobi Ghilini, pariter a ſecretis Ludovici Sfortiæ Ducis, hic cum Legatus ad Carolum V. Imperatorem per annos novem, & ulterius fuiſſet, interim omni ſtudio, & fidelitate, ſeduliterque Ducis negotia procuraſſet, tandem ob egregiam operam navatam, ab eodem Duce in laborum præmium mille, & quinquecentum libras Mediolanenſes in maxima pecuniarum anguſtia annuales accipit.

MDXXXIV. Franciſcus II. Sfortia Mediolani Dux uxorem ducit Chriſtiernam filiam Regis Daniæ, neptemque. Caroli V. Imperatoris, quæ maxima pompa, & lætitia Mediolanum ducitur.

MDXXXV. Franciſcus Sfortia II., & ex Sfortiorum familia ultimus Mediolani Dux, vir omnibus virtutibus heroicis perfectus, & numeris abſolutus, relicta Chriſtierna uxore, hoc anno maximo cum ſubditorum dolore moritur, ſummaque cum honorificentia in Eccleſia Cathedrali in majori Capella humatur die vigeſimo quinto menſis octobris. Cui dominio ſucceſſit Carolus V. Imperator, cujus vices gerebat Alphonſus Davalos Marchio Vaſti.

MDXXXVI. Die decimo quinto menſis julii invictiſſimus Carolus V. Imperator ob egregiam operam novatam a Camillo Ghilino Franciſci II. Sfortiæ Ducis a ſecretis, eidem donationem jam pluribus annis præteritis a dicto Franciſco Sfortia reconfirmat hac præfatione verborum: „ Egit olim „ Illuſtriſſimi Franciſci II. Sfortiæ Mediolani Ducis „ apud nos, tum in Hiſpaniis, tum in aliis locis „ Oratorem Camillus Ghilinus, ejuſdem Ducis Se„ cretarius non minore erga Principem fide, & „ dexteritate, quam erga nos ſtudio, & obſervan„ tia, qui etſi ab ipſo Duce nonnullas donationes

„ acceperit id, quod privilegiis, & literis Duca-
„ libus ſatis apparet; tamen quod immatura morte
„ præventus, dum Principis ſui nomine nobis gra-
„ tulatum ob victoriam Africanam in Siciliam
„ venit, non potuit conceſſis diu frui, dignum
„ duximus, poſtquam ſtatus Mediolani ad noſtrum
„ imperium redierit, eam animi noſtri ſignifica-
„ tionem erga eum declarari; in ejus hæredes,
„ ideſt in Lucretium, & Thomam conferre, &
„ ideo deputamus annuam penſionem ſcutorum du-
„ centum, durante eorum vita ſuper quibuſcum-
„ que redditibus. „ Eodem anno memoratus Carolus V. Imperator Marſiliam contendit, ſubinde in Italiam advenit. Antonius de Leva Capitaneus Generalis in Italia moritur. Res infeliciter geritur, multa onera perticatus menſualis, & alia hujuſmodi ad bellum ſuſtinendum imponuntur. In locum Antonii de Leva demortui, Alphonſus Davales Marchio Vaſti ſufficitur; & ab hoc anno uſque ad 1542. maximum bellum viguit in Pedemontana regione inter Imperatorem, & Galliæ Regem. Interim induciæ fiunt, ut quilibet teneret id, quod bello cepiſſet, induciæque ipſæ decem annis perdurarent.

MDXXXVII. Flumieres nomine Gallorum Regis in Italia Vicarius copioſum Gallorum exercitum in montes deduxit, & apud Poerinum in Pedemontana Regione ſitum caſtra locavit. Cæterum Marchio Vaſti inter Aſtam, & Alexandriam, ut eidem obviam fieret caſtrametatus eſt, quo in loco plures dies conſumpſit. Interim exercitus ipſius plura damna Agro Alexandrino intulit.

MDXXXVIII. Die quarto menſis maii Ludovicus Panizzonus eques Hieroſolymitanus hoc potiſſimo tempore floruit, ſtipendioque meruit in exercitu reipublicæ Venetæ, quæ eum Ducem conſtituit centum velitum, Andrea Gritto ejuſdem reipublicæ Duce.

MDXL. Ludovicus Ghilinus juris utriuſque Doctor in Collegium juriſconſultorum Mediolani cooptatur, in quod ex Mediolanenſium ſtatuto nemo admittitur, niſi qui inter cætera ortus ſit ex antiqua, & nobili civitatis familia, aliaque requiſita habeat, quæ a memorato ſtatuto requiruntur.

MDXLI. De menſe auguſti Carolus V. Imperator Alexandriam advenit, in qua honorifice accipitur; nam cives Quadraginta viri nobiles albis indutos veſtibus illum exceperunt. Mox Mediolanum ingreditur regia pompa a Mediolanenſibus receptus, & civitas ipſa omnes civitates dominii deſcriptas propoſuit. Alexandria prima a manu ſiniſtra civitatis Mediolani collocatur, quæ ſe ſe offerebat præeunte (1) faſce ſpicarum cum modiolo antiquo, quo menſurabatur frumentum, his adſcriptis verbis. ALEXANDRIA FRUMENTI ET CÆTERARUM FRUGUM UBERTATE VELUTI HORREUM CISALPINORUM IN URBEM ERECTA ADVERSUS MEDIOLANENSIS IMPERII HOSTES PROPUGNACULUM. Poſt quam collocata fuit Novaria, deinde cæteræ civitates ſtatus pro dignitate, & antiquitate.

(1) Prætereunte *MS.*

MDXLII. Diſſoluto exercitu Delphini filii Galliæ Regis, Itali, qui ſub ſuis ſtipendiis merebant, Italiam petere aggrediuntur; ſed cum ſine duce & ſine ſtipendio eſſent, quove progrederentur, ne ſcirent, tumultuariis ducibus ſibi adſcitis Aurelio Bologneto, Gerardo Fraſcaria, & Carrecia Lechenſi Montembarutium pervenerunt cum ſeptemcentum peditibus electis. Quod cum reſciret Alphonſus Davalos Marchio Vaſti cum omni ejus exercitu, & juventute Alexandrina & ſeptem tormentis bellicis, Montembarutium obſidet; ſed cum viriliter oppidum a propugnatoribus defenderetur per aliquot horas, poſt ſeptemcentum bombardorum ictus, quibus mœnia disjecta fuerunt, oppidum capitur; multi occiduntur; qui ſuperfuerunt cædi, capiuntur. Eodem anno die quinto menſis junii pugnatum acerrime eſt apud Serravallem oppidum inter Cæſarianos, & Gallos, qui inſignia Philippi Strozzi ſequebantur; nam hic dum Mediolanum occupare vellet, copias in illud duxit. Sed cum ea ſpe decideret, auxilio maturius adventante, vexilla convertit, ut opem ferret his Gallis, qui Carignanum obſidebant, & præterea inuſitatis itineribus agmen ducit per montes, & convalles penes Appennini juga; ſed cum Iriam flumen tranſvadare tentaſſet, Carolus Lanojus conjuncto equitatu cum Salernitano Principe Cæſarianis tranſitum impedire conati ſunt, ibique certamen ingens. Milites Cæſaris primo funduntur, mox recuperatis viribus cum ex vinetis Cæſariani erumperent, geminareturque prælium, Galli in fugam conjiciuntur, cum diſſolutis ordinibus ad prædam intenti ſe remitterent, pauci occiduntur, multi capiuntur, inter quos plures primi ordinis exules Neapolitani, qui ne quid deterius in eis ſtatueretur, a Cæſarianis benigniſſime dimittuntur. Pugnatum eſt duabus horis, capta ad ſex millia hoſtium. Petrus Strozzi cum ducentum peditibus Cheraſcum verſus fuga ſalutem nactus eſt. Ulyſſes Urſinus Tribunus militum, Comes Georgius Martinengus, cujus virtus eo die emicuit, captivi Alexandriam ducuntur ſexagintaquatuor inſigniis Gallorum captis. Qua de re Alexandriæ lætitiæ publicæ factæ ſunt, & mox majori præſidio urbs firmatur. Eodem anno die duodecimo menſis auguſti duo arcus pontis Tanari deciderunt, nec mali aliquod fecerunt; in quorum locum ſuffectus fuit pons ex aſſeribus conſtructus. Eodem anno die tertio menſis ſeptembris locuſtarum ingens copia ex oriente proveniens, Italiam adeo oppreſſit, ut omnes fructus, meſſeſque ſuo morſu, vel eroſerint, vel aduſſerint; quod in omen (1) verſum eſt ſuperveniente clade, quam Alphonſus Davalos Marchio Vaſti accepit ad Cereſolam; amiſſis in ea pugna contra Gallicum exercitum multis mortalium. Sed Dei optimi maximi ſubſidio adventante hyeme omnes illæ periere.

(1) Omnem MS.

MDXLIII. Conventus Pauli III. ſummi Pontificis, & Caroli V. Imperatoris Buſſeti fit: multæ Comitivæ gentis Hiſpaniarum Alexandria tranſeunt. Galli multas impreſſiones faciunt, nonnulla oppida accipiunt. Interim Gubernator Alexandriæ mœnia oppidi Feliziani ſolo æquari mandat, quod inobe-

dienter quosdam milites Hispanos recipere recusaverint. Eodem anno de mense septembris Alphonsus Davalos Marchio Vasti cum duobus millibus delectorum militum ad urbem Nitiam Galliæ Narbonensis properat, ut illam eriperet ex manibus Turcarum, qui illam dira obsidione cingebant. Turchæ hoc præsentientes eam deserunt, nonnullis ædibus succensis, prædæ nonnullam quantitatem, & hominum ad tria millia adducunt. Eodem anno civitas Novariæ postridie idus aprilis cum universa ejus ditione a Carolo V. Imperatore in feudum datur Petro Aloysio Farnesio, ut gratificaretur Paulo III. summo Pontifici ejus Patri.

MDXLIV. Pugnatum est apud Ceresolam cum Gallis per Cæsarem infeliciter Duce Alphonso Davalos Marchione Vasti. Occiduntur ad duodecim millia militum numero, sed magna ex parte Germanorum; at Gallis non incruenta victoria constitit, cum ex eis aliquot ex nobilitate viri desiderati sint. Vastius acceptæ cladis dolore, quos ex turpi fuga colligere potuit, ut majores motus hostium comprimeret, collegit; moxque Astam Coloniam petiit, dein Alexandriam proficiscitur, in qua ducto Thermeo Gallo captivo equestris militiæ cataphractorum Præfecto, reliquias servati exercitus in præsidia dimittit.

MDXLV. Die duodecimo mensis aprilis Turris podiorum penes Marengum petitur, & flagitatur per Gambarinum de Gambarinis, Francisc m Stortilionum Conradum Ganducium, & clientes, ut in ea disponere possent custodias pro tuitione bonorum, ne per inopinatum aliquem incursum hostium illa diriperentur; quod eodem anno die 17. dicti mensis conceditur. Eodem anno Alphonsus Davalos Marchio Vasti diem suum clausit extremum.

MDXLVI. In locum demortui Alphonsi Davalos Ferrandus Gonzaga vir sane prudentia, justitia, & humanitate, omnibusque virtutibus ornatissimus a Carolo V. Imperatore Mediolanensi Ditioni præficitur. Eodem anno de mense octobris Rodericus Davalos Gubernator Alexandriæ creatur ad instantiam ipsius Civitatis. Antonio Aulario, & Antonio Francisco Ferrufino Legatis sindicatur per Laurentium Polum, & Nicolaum Siccum Capitaneum justitiæ Mediolani. Rodericus supra memoratus vir fuit pacis artibus insignis, & qui mallebat patriam hanc nostram propriis armis, & viribus tutari, quam externa auxilia adhibere. Sed lasciviente fortuna in maximam verborum contumeliam, & incontinentiam delapsus, cives, plerosque omnes sibi bonos, infensos sibi reddidit, adeo ut cogerentur per supplices libellos de ejusdem intemperantia Carolo V. Imperatori, tunc Mediolanensis dominii domino, cum maximis querimoniis conqueri, ut eumdem severe coerceret, aut de loco moveret, atque hac de causa memorati Legati ad eum mittuntur.

MDXLIX. De mense februario Philippus Austriacus Caroli V. Imperatoris filius, Belgas petiturus, Alexandriam, mox Mediolanum applicuit; inde Mantuam magnificentissimis apparatibus undique exceptus, at non solum Regum, & Principum, sed etiam & maximarum Civitatum legationes auditæ, quæ undique confluebant, conveniebantque congratulatum, pro felici, faustoque tanti Principis Monarchiæ successoris adventu.

MDLI. Initia belli Parmensis universam Italiam concusserunt, quæ post multos menses ita incaluerunt, ut non solum exitium Parmensis civitatis, verum etiam totius Italiæ fere secum attulerint. Hinc ab Octavio Farnesio Parmensium conquæsita auxilia, & ab Henrico Gallorum Rege præstita fuere.

MDLII. Gonzales Rodriguez Salmaticensis Præfectus urbis Alexandriæ a Carolo V. Imperatore declaratur; is fuit agrestibus moribus, vultu severo, voce suboscura. Cujus temporibus Alexandria intus, & extra bello ardebat, ob frequentes militum hospitationes, quas perpessa fuit; tum quia cives illos ægre alere cogebantur, & crebris Gallorum incursionibus premebantur; multique ad extremam inopiam redacti sunt; sed nihil profuit invidiosa fortuna, cum cives Alexandrini licet tot malis circumventi constantissime tamen fidem inviolabilem Carolo V., & Philippo ejus filio, postea Hispaniarum Regi semper servarunt. Duravit ipsius Rodrigui a Salamanca Præfectura usque ad annum 1559.

MDLV. Carolus V. Imperator, Comitiis prius indictis. ..... Ad statutum diem Bruxellas Beneficiarii omnes conveniunt in amplissimam aulam, in quam paullo post a prandio ingressus Cæsar cum Philippo filio, Maria Regina sorore, Emanuele Philiberto Allobrogum Duce, atque aliis plerisque proceribus, Carolus ipse in sublimi throno sedens, cæteros jussit assidere; unus ex Consiliariis Cæsaris orationem habens, Cæsarem excusavit, quod iturus esset in Hispaniam tamquam in recessum, ubi aerem clementiorem experiebatur; præterea se senem viribus imbecillem, haud posse tantam Regnorum molem sustinere: ob id decrevisse Philippo filio renuntiare, qui cum viribus esset firmis, & ingenio florenti par esset futurus tanto oneri, cum jam regnis gubernandis, ac regendis assuetus (1) esset, quod ipsum effecit. Eodem anno Federicus Dux Albæ Mediolanum ingreditur magna cum Civitatis lætitia, ubi per paucos dies commoratur, quam in tanta perturbatione adinvenit, quanta vix explicari posset; quandoquidem Hispani, qui in Gallia Cisalpina in hibernis erant, assidue consternati .... quas eis inferebant, Gallorum cladibus Genuam confugiebant, mox in Hispaniam trajecturi. Quare necessum fuit custodias mittere Albæ Duci, qui non minus atrociter, quam juste in profugientes milites animadverterent, illosque supremis suppliciis afficerent, ut hoc terrore injecto Hispani milites ad vetera signa revocarentur. Eodem anno Ferraroli (quos appellant) primum in Italiam visi. Hi milites in Italiam jussu Ducis Albani ad mille, & quinquecentum evocati sunt, ut partes Regis Philippi tutarentur, quas summo studio defendere nixi sunt. Hi milites sunt equestris militiæ, & incedunt potius Scitarum more, quam aliter tympano præcedente, & pluribus archibusiis singuli eorum utentes; quos mox displodunt in adversarios, & ab istis chlamys illa exterior, quæ super cæteras vestes portatur, quam Ferrarolum appellant, de nomine dictæ gentis denominatur. Eodem anno omnia bello miscentur; nam Galli die secundo mensis martii

civitatem Caſalis S. Evaſii capiunt; deinde die vigeſimo ſecundo menſis ſeptembris Vulpianum oppidum Pedemontium ab eiſdem diripitur, poſtea die octavo menſis octobris oppidum Montiscalvi, ditionis Montisferrati a memoratis Gallis diripitur pariter, & occupatur. Eodem anno Vulpianum oppidum Pedemontium a Duce Albano Philippi Regis vices gerente ſumma vi obſidetur; ſed cum obſeſſio in longum protraheretur, nec quidquam tanto Duce *dignum* geſtum eſſet, re infecta, multis Cæſarianis copiis cum Caſtaldo Alexandriam dimiſſis, nulla alia re memorabili geſta Mediolanum ſe recepit. Eodem anno induciæ inter Carolum V., & Henricum Gallorum Regem indicuntur ſumma cum Mediolanenſis ditionis lætitia, quæ poſtea in omnibus Italiæ, Galliæ, Belgarumque civitatibus, & oppidis, per præcones publice pronuntiantur. Eodem anno quarto nonas aprilis civitas Senarum una cum libertate ſe Carolo V. Imperatori ſubjecit, ſumma cum utilitate Coſmi Medicei Ducis Hetruriæ, & eo tempore, quo in deditionem devenit, quidam his carminibus luſerunt.

Leno dignus erat Senæ, ſed Cæſar amator
Hanc ad amatorem dum violentus agit,
Fugit ad Henrici Virgo indignata petentis
Blanditias, Galli & inde fovetur ope.
Hanc cupit, hanc petit, impatiens fit Cæſar amorum.
Mittit & ad Medices protinus inde Ducem.
Nititur in ferro morbum depellere, & igne;
At Medica multo plus valet arte malum.
Additur huic tenuis victus, tenuiſque diæta,
Exanguis, pallens, & macilenta fit hæc.
Deformem ſenſit Cæſar pertæſus amorum;
Hanc donat Coſino, reddidit ille decus.

(1) Avectus MS.

MDLVI. Carolus V. Imperator in regionem Extremaduram ſe recepit in Cœnobium Divi Hieronimi paucis familiaribus ſecum adductis ibi; quod reliquum vitæ fuit, omnibus humanis curis ab animo ablegatis, inter contemplationem divinarum rerum in piis, diviniſque operibus, & rebus transegit.

MDLVII. Valentiam oppidum in Gallorum poteſtatem devenit. Ticini milites ad cuſtodiam deputati rei fuerunt, eo quia oppidum minus bene cuſtodierint, quodque turpiter, & fœde oppidum in Gallorum manus devenerit; quamobrem multi extremo ſupplitio ſunt affecti. Eodem anno æſtimus, ſeu cenſus novus Civitatis cœptus fuit de menſe aprilis per egregium, & præſtantiſſimum Johannem Petrum Landrianum Regium, & Ducalem Secretarium Excellentiſſimo Mediolani Senatu delegatum, de ordine Illuſtriſſimi, & Reverendiſſimi Cardinalis Tridentini, vices regias in Italia gerentis, qui cenſus abſolutus fuit de menſe februarii anni 1559. Hic Landrianus extitit vir ſumma fide, modeſtia, diligentia, & integritate, qui ob ejus eximias virtutes, ac in rebus gerendis dexteritatem in Secretarium Mediolani Senatus receptus fuit.

MDLVIII. Cum Carolus V. Imperator in fines Belgarum, & Celtarum ſe recepiſſet, tandem cum prius gravibus, multiſque morbis divexatus, ac febribus conflictatus fuiſſet, naturæ conceſſit die ſancti Mathæi Apoſtoli, ætatis annorum quinquaginta ſeptem, & menſium ſeptem; Philippus vero ejus filius regnorum univerſalis ſucceſſor magnificentiſſimo apparatu, lacrymiſque profuſis (1) in . . . . . humari juſſit, ubi Hiſpani Reges ſepelliri ſolent. Interim funus ductum Trixilii regio apparatu, & ſplendore, in quo navis aderat multis perlucens luminibus, in qua præſtantiores, ac illuſtriores res Caroli geſtæ depictæ viſebantur. Eodem anno apparet cometa, moritur Paulus IV. Pontifex maximus Caraffa Neapolitanus.

(1) Perfuit MS.

MDLIX. Pax inter Philippum Hiſpaniarum Regem, & Henricum Galliæ Regem fit, in qua Henricus Rex Eliſabeth ſororem in uxorem dat Philippo Regi; (qui Henricus in ludrico armorum certamine adſtans (1), dum haſtis luctaretur, ictu cuſpidis unius lanciæ in oculo vulneratur, quo vulnere die vigeſimoſexto menſis junii ejuſdem anni moritur). Quæ pax ſummo cum totius Mediolanenſis dominii gaudio, & lætitia in omnibus Italiæ, Galliæque civitatibus a præconibus die vigeſimo octavo menſis maii publicatur. Eodem anno die vigeſimo octavo menſis aprilis per Gaſparem Molinam Mediolani ſenatorem, & ad hoc delegatum quædam promulgantur leges de certo modo de admittendo, vel non admittendo eos, qui in Conſilium civitatis Alexandriæ cooptari volunt; quæ poſtmodum obſervatæ fuerunt, ac per antianos, cæteroſque, qui in eo Conſilio præfuerunt, nemine diſſentiente probatæ. Eodem anno Jacobus Philippus Pederana Orator ad Carolum V. Imperatorem ab Alexandrinis deſtinatus, dum a Belgis in mare Anglico, ut inde in Hiſpanias transfretaret poſt Philippum Regem, cui Carolus ſummam rerum delegaverat, febri arreptus pro patria ſumma conſtantia mortem obivit. Vir ſane eximius, multæque literaturæ, & Jureconſultus optimus, in cujus locum eodem anno Ludovicus Falamerius Jureconſultus in memorata legatione ſufficitur.

(1) Haſtas MS.

MDLXII. Die duodecimo menſis januarii Carolus Emanuel Emanuelis Philiberti Sabaudiæ Ducis filius Ripolis oritur, Eodem anno die nona menſis aprilis D. Johannes de Guevara Hiſpanus, Præfectus urbis Alexandriæ renuntiatur juſſu (1) Catholicæ majeſtatis. Vir bello inſignis, juris deſpector, qui per omnes militiæ gradus ad gradum hunc aſcenderat; iracundus quidem, ſed liberalis, & qui ob immenſam iram transferri ſe aliquando *finebat* (2), primæ impreſſionis vir. Cæterum ſatis magnificus, & honeſtus. Hic ab hoc anno uſque ad annum 1566. die 2. februarii, quo anno ſublatus eſt, ſemper in Præfecturam perſeveravit; humaturque marmoreo ſepulchro in cornu epiſtolæ Cathedralis Eccleſiæ.

(1) Suæ. (2) Transferri aliquando agebatur MS.

MDLXVI. Die ſeptimo menſis februarii Pius V., qui ante Michael Ghislerius appellabatur, Ordinis Prædicatorum, Cardinaliſque Alexandrinus, Pontifex maximus renuntiatur, paſſimque publicæ lætitiæ factæ maxima cum omnium alacritate nuntium hunc omnibus optimis ominibus proſequentium. Eodem anno Michael Bonellus ex ſorore nepos Pii V., Cardinalis Alexandrinus meritiſſimus creatur. Eodem

anno Franciſcus Baſtonus Boſchenſis vir ſenex, ſed multis animi virtutibus præditus, a Pio V. arcis ſancti Angeli Romæ Præfectus, & Cuſtos præficitur, quæ fidei ſuæ committitur, & eo defuncto Baſtonum juvenem egregium, & de quo magnam ſpem Pontifex conceperat, in ejus locum delegit. Eodem anno frater illuſtriſſimi Cardinalis Alexandrini Præfectus Prætorio Pontificali, Romæque Gubernator renuntiatur. Michael Bonellus vir de ſede Apoſtolica meritus, claſſiſque Pontificiæ, quam Pius V. in Turcas de anno 1571. deſtinavit, Præfectus declaratus, cum plura de ſe egregia facinora edidiſſet, tamen non deſtitit, donec victoriam, Deo auctore, de inimicis nactus fuerit, ſumma cum omnium, qui Chriſtum colunt, animorum congratulatione, Eodem anno Cæſar Guaſcus patritius Alexandriæ, Anconæ Præfectus, arcem, præſidiumque ipſum inexpugnabile munivit.

MDLXVII. De menſe maii Ferdinandus Toletanus Albæ Dux, dum in Belgas proficiſceretur, Philippi Regis vices gerens aliquot dies Alexandriæ commoratur; inibi de militibus inſignibus .... conſtituit, ſalaria militiæ deputavit, ac Chiappinum Vitellum Tribunum militum effecit menſtruo ſtipendio honorificentiſſimo, alioſque (1) pro meritis, titulis, & ſtipendiis decoravit; ac mox dimiſſis militibus, qui in Lombardia commorabantur, paullo poſt eoſdem recolligit, quem nonnulli Principum Italorum Legati nomine ſuorum Principum inviſunt (2), Mediolanique nobilitas, Beneficiarii fere omnes, illud idem faciunt, qui honorifice ab Alexandrinis excipiuntur. Eodem anno die undecimo aprilis in Johannis Guevaræ præmortui locum D. Aloyſius de Acugna Hiſpanus, Alexandriæ Gubernator deputatur, vir omnibus bellicis, ac rei militaris peritia ornatus, qui mira continentia, ac integritate ſe geſſit, vir ſui retinens, alieni non appetens, quem ni fata nobis invidiſſent, diutius frui licuiſſet; tum ob ætatem, tum etiam ob ejus proſperam valetudinem, quam præſeferebat. Sed in Belgium idem Aloyſius de Acugna de anno 1568. juſſu Philippi Hiſpaniarum Regis cum delectu militum Hiſpanorum proficiſcitur, qui a Duce Albæ locumtenens generalis equitatus levis armaturæ conſtituitur; atque ejus conſilio, ac opera inibi uſus fuit. Tandem eo tempore, dum idem Acugna Præfecturam Civitatis exerceret, de menſe maii os brachii majus cujuſdam gigantis reperitur in loco Portarbellæ territorii Papienſis, Præfecturæ tamen Gubernatoris Alexandriæ in citeriore ripa fluminis Padi a Lancellotto piſcatore ejuſdem loci indigena, ab armo, ſive a ſpatula uſque ad cubitum caſſitudine capitis hominis proceri, longitudinis vero pedum trium, quod diligenter ponderatum fuit, & repertum eſſe ponderum ſeptem, & librarum quatuordecim (pondus autem pendit libras 25., libra porro uncias 12.) diligentiaque Gregorii a Caſtro tunc Commiſſarii Alexandriam tranſportatum eſt, quod nunc D. Johannes Sedegna Hiſpanus domi ſuæ habet. Ita ut amplius ambigendum non ſit, quin quod ſacræ literæ, & quid Thomas Fazelus in hiſtoria Rerum Siciliæ literarum monumentis tradunt, Gigantes olim fuerint.

(1) Aliiſque MS. (2) Incurrunt MS.

MDLXVIII. Sexto idus martii Auximates in Piceno ob multa egregia in ipſos opera navata, Republicaque eorum bene adminiſtrata, Cæſarem Guaſcum ſupra memoratum, & eorum Præfectum in civium numero adſcripſerunt.

MDLXX. Michael Bonellus Pii V. ſummi Pontificis nepos Breve, ſeu Indultum ad Coſmum Mediceum magnum Ducem Hetruriæ in civitate Florentiæ, juſſu ejuſdem Pontificis detulit, ab eoque maximo cum ſumptu, & pompa excipitur.

MDLXXI. Guarnerius Trottus civis Alexandrinus patriæ noſtræ Epiſcopus a Pio V. Pontifice datur. Eodem anno Pius V., Philippus Hiſpaniarum Rex, Reſpublica Veneta una cum Genuenſi, & aliis Principibus Chriſtianis in unum conveniunt ad bellum adverſus Turcas gerendum, qui omnes Johannem Auſtriacum Regis Philippi fratrem totius claſſis Præfectum deligunt. Multi eum in tali expeditione ſequuntur, inter quos Marcus Antonius Columna militum, & triremium Pontificis una cum Michaele Bonello Nepote Pii V., Præfectus nec non & Princeps Parmæ, Princepſque Urbini, Marchio ſanctæ Crucis, & Jo. Andreas Auria pro Republica Genuenſi, & multi alii. Tandem die ſeptimo menſis octobris claſſis ipſa Turcarum apud Echinadas inſulas, Euplarias dictas, a Chriſtianis profligatur, conquaſſaturque, & multum emicuit fortitudo, & prudentia Ducum Chriſtianorum in illo navali prælio, inter quos Michael Bonellus, qui fortiſſime adverſus ipſos Turcas pugnavit, ſummam induſtriam, & prudentiam præſetulit, quo factum eſt, ut laudatus a Marco Antonio Columna ſummi Pontificis Præfecto nec non a D. Joanne Auſtriaco totius claſſis generali Præfecto, & a Venetæ claſſis Præfecto, publice ſummam gloriam reportaverit. Publicæ ubique fiunt lætitiæ ob tantam victoriam cum omnium Chriſtianorum congratulatione, & alacritate. Eodem anno inaudita quantitas nivium e cælo cecidit, qua de re plura domuum tecta collapſa ſunt, multæ etiam domus ruinam minabantur; propterea dubitatum fuit in Excellentiſſimo Mediolani Senatu, an hi, qui aquas pluvias e vicinorum tectis in domos ſuas jure ſervitutis ſtillicidii recipiunt; nives etiam ab eiſdem exonerandas, fundendas, & dejiciendas recipere tenerentur. Qua re mature conſiderata ad Senatum re perlata (1), illi ordini viſum fuit, ut cum ſit alia aquæ pluviæ, alia nivis ratio, quoniam aqua ſtatim atque e tectis delabitur (2), atque ob id nullam fere vicino moleſtiam exhibet, *abit*; nix vero perſæpe perlongum tempus durat, & maximo inſuper damno, atque incommodo vicinum afficit, ut liceret ei, qui habet ſtillicidii *jus* nivem in vicini domum projicere; ita tamen ut intra biduum poſtquam dejecta fuiſſet, impenſa ſua reportare teneretur per pœnas, & mulctas, de quibus in dicto decreto.

(1) Prælata MS. (2) Prælabitur MS.

MDLXXII. Calendis maii Pius V. Pontifex maximus ob Rempublicam Chriſtianam bene adminiſtratam, poſt religioſe vitam exactam, moribus, & omni ſanctimonia, probitateque præditus, extremum vitæ actum abſolvit, ſummo cum totius Catholici orbis detrimento, & mœrore. Hic compe-

cuit aulæ Romanæ vitia justitia, & severitate sua; gratissimus in illos, qui aliquod servitium ei impenderant. In primis hanc animi gratitudinem senserunt Hieronimus Rusticuccius, qui ejusdem a secretis fuerat, quem post ad Cardinalatus apicem evexit; dein Franciscus ejus frater major ætate, quem ad Episcopatum Venusiæ, mox Fani patriæ ejus nominavit, addita insuper perpetua administratione Episcopatus Senogalliæ, præter multas abbatias, & pensiones, ut hoc modo dignitatem, & Cardinalatus auctoritatem honorifice tueretur. Deinde Diamantem ipsorum fratrum sororem Hieronimo Bonello, tunc Burgi Præfecto, matrimonio copulavit, & qui postea Marchio Cassani a Sereniſſimo Rege Philippo creatus fuit, dum hic Marchionatus ob Castaldorum obitum ad Regiam Cameram devolutus esset; obtinuit (1) nuptias Diamantis, licet urbis Romanæ proceres amicitiam ejus, & affinitatem appeterent. Ex morte Pontificis vere Pii, bellum in Turcas susceptum restitit multum, ac pene elanguit, non parumque res Christianorum consternatæ fuerunt. Is ubi diutius calculo laborasset, morbo absumitur, morbum tulit, & dolorem passus est tanta constantia (2), ut nunquam noluerit pudendas partes Medicis attrectandas in curatione sanandas præbere. (1) Optarit MS.

(2) Morbum & morbum tulit, & pudorem passus est tanta constantia MS.

MDLXXIV. Die secundo mensis augusti D. Emanuel a Luna nobis Præfectus renuntiatur. Hic vir fuit, qui per omnes militiæ gradus ad hanc Præfecturam ascendit. Dicerem Reipublicæ nostræ miles ni quædam, quæ ejus obscurarunt (1) virtutes, habuisset; sed inter vitia, & virtutes, potius ad bonum dicerem inclinatum, quam ad malum. Hic dum Mediolanum proficiscitur, in febrem gravissimam decidens occubuit de anno MDLXXVI.

(1) In quædam qua ejus observarunt.

MDLXXVII. Die duodecimo mensis novembris Cometa, seu stella crinita per multos perpetuos dies visitur: primum nigro colore, dein albo, in fine rubro, quæ maximo splendore barbam suam explicabat, & ad Orientem progrediebatur, inclinans se ad septentrionem, quo tempore Sebastianus Lusitanorum Rex, una cum aliis duobus Regibus dolo intercepti occiduntur, ob quorum mortem postmodum regnum Lusitanum cum omnibus regnis (1), ad Philippum Hispaniarum Regem devolvitur.

(1) *Addebatur* & ad Mauros tendit.

MDLXXVIII. Die nona mensis martii, dum Georgius Lusitanus Hispalensis civitatis Alexandriæ Præfectus, litteris Guarnerii Trotti suffultus Quadringentum accessit, petiitque ab illius oppidi consilio, ut sibi liceret nonnulla fragmenta sanctorum corporum Dalmatii, Primi, & Feliciani martyrum, quæ inibi summa cum veneratione, & diligentia observantur, exportare; quod cum summa omnium constantia eidem negatum fuisset, ira perculsus ad minas, mox cum nihil proficeret, ad facta pervenit, statimque transmittit in hiberna Theutonicorum militum cohortem ...., a quibus per vim id, quod voluntarie non potuit, , extorsit, nonnullamque particulam ex ossibus capitum dictorum trium Sanctorum exportavit, quæ in suam patriam, post quam ab Alexandriæ civitate discessit, secum transtulit. Eodem anno calendis junii D. Rodericus a Toleto propinquus illustrissimi Ferdinandi Toletani Ducis Albæ Præfecturam Civitatis gerit Hic dum rudimenta suæ militiæ apud Belgas deponit, armis illustrem, & strenuum se reddidit. Præsertim in conflictu facto de anno MDLXVIII. penes Castellum Bdelii, seu apud Casale Regipedis Monsterlensis Diœcesis in Belgis apud flumen Verram, in quo prælio Dux Albensis vices gerens Philippi Hispaniarum Regis victoriam obtinuit; atque idem Toletanus maximám sibi laudem inibi comparavit, & valde clarus redditur. Eodem anno die XXII. decembris oppidum Cassinarum cum Cittadella, & pertinentiis, & cum titulo Marchionatus alienatum, & in feudum concessum fuit Cæsari Cuticæ pro se, & filiis suis masculis legitimis, ac descendentibus per lineam masculinam ab illustrissimo D. Antonio de Gusman, Ayamontis Marchione, in statu Mediolani Gubernatore, ac Capitaneo generali, mandatarioque, & procuratore ad id specialiter delegato per sereniſſimum Philippum Hispaniarum Regem, pretio scutorum undecim mille exbursatorum per memoratum Cuticam Petro Lopez Thesaurario generali Status Mediolani, dictoque die ab illustrissimo Marchione Ayamontis mandatario, ut supra, investituram accepit, & eidem collatum fuit in feudum honorificum, nobile, & gentile cum titulo veri, & antiqui Marchionatus cum castro, cittadella, juribus, & pertinentiis cum mero, & mixto imperio, gladii potestate, & omnimoda jurisdictione coram memorato illustrissimo Mandatario flexis genibus constituto, etiam per ensis evaginati traditionem, & verum, publicum, & honorabilem Marchionem dicti oppidi Cassinarum, & ejus territorii, & pertinentiarum creavit, & fecit, & decoravit. Anno vero insequenti MDLXXIX. die VIII novembris ad instantiam illustrissimi Marchionis Ayamontii Mandatarii, & memorati Marchionis Cæsaris Cuticæ, Philippus Hispaniarum Rex prædictam alienationem, & investituram confirmat; prout in Diplomate dato in domo Pardi die octavo dicti mensis novembris, signato YO el Rey, & Antonius Cardinalis Granvellanus.

MDLXXX. Die XVII. septembris in civitate Alexandriæ lætitia publica ob regnum Lusithaniæ ad sereniſſimum, & Catholicum Philippum Hispaniarum Regem devolutum, quod nulli post eum contingit.

MDLXXXI. Die nona octobris Maria Austriaca uxor invictissimi Maximiani Imperatoris, mater Rodulphi moderni Imperatoris, sororque sereniſſimi Philippi Hispaniarum Regis . . . . . fratris Hispaniam petens, hodie honorificentissime, & miro cum splendore Alexandriæ una cum filia, & Principe Parmæ, & aliis nobilibus recipitur; maximis arcubus triumphalibus ad hoc per Civitatem constructis ad portam Alexii, & ad plateam magnam; deinde die XII. ejusdem mensis recessit, in cujus laudem Johannes Maria Matius vir multiplici litteratura clarus, elegantiora carmina edidit, quæ in

fornicibus picta fuerunt sub matrona tria sceptra manu gestante.

MDLXXXIII. Die vigesimo mensis martii Abraham Manasse Hebræus una cum tribus ejus filiabus, & uno filio per Guarnerium Trottum Episcopum Alexandrinum baptizare se fecit, cujus patrinus fuit Cæsar Cutica Cassinarum Marchio, impositumque illi fuit nomen Johannes Cutica, & cum hæc fierent visus est sol veluti iride coronatus.

MDLXXXIV. Die decimoquarto mensis januarii Reverendissimus Guarnerius Trottus Alexandrinus Episcopus vitam cum morte commutavit. Die vero decimoquinto dicti mensis in Choro majoris Ecclesiæ humatur, qui tredecim annis Episcopatum tenuerat. Vir fuit sanctitate vitæ per hæc tempora nulli sanctissimo secundus, ut fileam nullum doctrinarum genus esse, in quibus non fuerit excellentissime versatus. Eodem anno in festivitate S. Laurentii martyris Octavius Paravicinus Episcopus patriæ nostræ a Gregorio XIII. Pontifice maximo datur, Civitatem hanc summo omnium civium applausu, ac maxima, solemnique pompa ingreditur. Hic patriæ meæ libet vere gratulari. Si qua Civitas forte inter multos habuit unum aliquem eximium Episcopum, gloriari solet, & merito; quantam vero tandem nos dicemus esse felicitatem nostram, qui quotquot memoria nostra nobis contigerunt, Pontifices universi tales fuere, ut nullam ullius generis virtutem in illis quispiam desideraverit. Incedit æmulus superioribus pleno gradu, & felici spiritu Octavius, nosque non jam spem, sed uberem frugem ex virtutibus optimi Pastoris carpimus. Delibat aliquid de voluptate nostra tanti viri absentia, dum mandatis Sixti V. summi Pontificis obtemperans honestissimo Apostolicæ legationis munere apud Helvetias procul a nobis in maximo desiderio totius Civitatis, ac Provinciæ nostræ fungitur. Eodem anno die vigesimoquinto mensis augusti in Civitatem adductum fuit sacrum caput unius ex undecim mille Virginibus, Sanctisque Dei martyribus, quæ pro Christi fide, & Virginitate tuenda ab Hunnis interfectæ fuerunt, quarum princeps Ursula fuit, quod in Colonia Helvetiorum observabatur; sed grassante hæresi, ac militum furore, cum in nullo ferme honore esset, frater Bernardinus Lanzavecchia Alexandrinus Ordinis Minorum, qui forte itidem sacris literis incumbebat, illud habere procuravit a sacris Monialibus Fontis Beatæ Mariæ Virginis (ita enim appellabantur), quod summa cum veneratione per fratres Conventuales Minoritas sancti Francisci suscipitur præeunte solemni processione, Guardiano existente Reverendo fratre Thoma Cermello. Eodem anno die III. mensis novembris illustrissimus Carolus Borromeus titulo sanctæ Praxedis Cardinalis, & Mediolani Archiepiscopus summo omnium cum dolore moritur. Hic terrena despiciens totum se Deo in orationibus, jejuniis, elemosinis, peregrinationibus, & piis operibus dedit; quæ omnia si perscribere vellem, nunquam rei incœptæ finem imponerem. Nam de anno MDLXXVI. cum pestis Mediolanum infestaret, ipse tali morbo infectos visitabat assidue Sacramenta administrando, ac suis manibus sublevabat; quotidie vigilanter inviseba, & victum subministrabat ipsis. Eodem anno bini arcus pontis Tanari per Rempublicam Alexandrinam, illiusque Comitatum, cum Clerus nil opis adferre voluerit in hac re, refecti fuerunt.

MDLXXXV. Die undecimo mensis martii Carolus Emanuel Sabaudiæ Dux Catherinam Philippi Regis Hispaniarum filiam in uxorem duxit, cum prius in Civitate Cæsarea Augusta Archiepiscopus ejusdem omnes sponsaliorum cærimonias rite peregisset. Eodem anno die decimo aprilis Gregorius XIII. Bononiensis, & ex Boncompagnorum familia Pontifex maximus moritur, in cujus locum Sixtus V. a Montalto oppido in Anconitana regione die XXIV. ejusdem mensis sufficitur. Eodem quoque anno Constantinus Zucca Alexandrinus de Monte-Castello, medicinæ Professor egregius, atque excellens, hoc potissimum tempore floruit in Gymnasio Ticinensi multa cum omnium commendatione, & laude. Hoc anno demandatur ei munus explanandi, ac declarandi primariam medicinæ lectionem matutinis horis, quod quidem & libenter suscepit, & diligenter obit, cum omnium scholasticorum, & Alexandrinorum præsertim utilitate, qui ad eum audiendum illuc convolant. Mihi quidem ægritudine quadam laboranti summo adjumento fuit, & usui; nam hoc eodem anno Papiæ accesseram, & humaniter ab eo complexus sum, & curatus egregia cum prudentia, & fide, quod testimonium libenter tribuo meritis viri mihi veteris amicitiæ jure conjunctissimi, quam a pueritia inchoatam mutuis officiis diligenter, & sancte semper coluimus, quamque obsequiis hinc inde assidue columus.

MDLXXXVI. Dira pestis maxime invasit Civitatem Eporrediæ Allobrogum Duci subjectam, in qua omnes perierunt, quæ multos menses duravit.

Non ultra annum MDLXXXVI. progreditur cum patriæ jactura opus istius veridici, præstantissimique scriptoris Alexandrini, qui in ea obiit die XII. mensis octobris anno MDCVIII.

NOTÆ POSTERIORES

DCCCXCI. n. 1. *col.* 1. *lin.* 15. Urbe. *Hæc diversa ab Orba, sive Urba vico scilicet pagi Transjurensis a Lacu Lemano XVIII. passuum millia distans, a Gallis Orbe, incolis Orbac nominatus, a quo ea vallis Urbæ nomen accepit; ibi erat castrum illud, in quo Umbertum fratrem Teutbergæ Reginæ ob crimen rebellionis adversus Lotharium Regem capite fuisse multatum tradit annalium Metensium scriptor apud Bouquet Rer. Gallic. Script. Tom. VII. pag.* 94. *Hoc documentum habui a Cl. V. Meiranesio, qui ex tabulario Aquæsextiensi exscripserat, mihique dono dederat. Edidit autem paullo pridem C. V. Malacarnes* Ozj letter. *ann.* 1787. *T.* 2 *pag.* 224, *prout acceperat a I. C. Mathæo Boccaccio, cui ego hujus præstantissimæ chartæ exemplar tradideram. Cur autem nonnulla omissa, ac mutata sint secus atque in exemplare a me ipsi tradito, prorsus ignoro: omissa autem ibi est linea* 29. *cum dimidia sequentis col* 1. *mutatum fuit nomen* Bodo *in* Bado; *neque enim semper Bodo est Bado, sicuti Thebaldus non est Theobaldus, ut sibi facile persuadet auctor, sed quandoque ita differunt, uti differt inter se Rambaudus, & Theobaldus. Nam haud levia suppetunt argumenta, quæ persuadent circa hæc tempora vixisse duos Episcopos Bodonem unum, alterum Badonem, inter quos medius sedit Tedoaldus, ut latius in inscriptionibus Aquens. differam. Corrige nunc errata typogr. lin.* 14. dompmus *l.* dompnus *lin.* 23. domini *l.* dompni *lin* 26. hunc *lege* tunc.

DCCCXCI n. 2. *col.* 2. *Haud ita pridem in manus meas incidit codex scriptus manu q. Francisci Turrii J. C., & Aquensis Civitatis patricii summo omnium dolore paucis abhinc annis fatis functi: ibi & hoc documentum cum aliis bene multis ex membranis, ac MSS. codicibus Tabularii Episcopalis descripserat. In eo autem nota temporis sic legebatur.* Data pridie id. maii anno Dominicæ Incarn. DCCCXCI. indict. VIIII. anno I. imperii D. Widonis &c.; *quæ annotationem nostram satis superque confirmant. Lectiones autem, quas meis anteferendas puto, hasce accipito lin.* 4. comparente *lege* comperiat. *col.* 3. *lin.* 7. solita *lege* solite *l.* 8. rectam *lege* ratam *lin.* 17. *dele* quælibet *lin.* 18. deque *lege* de. *Quoniam autographum evanuit, præstat saltem membranæ, ex qua multa hinc inde exemplaria manarunt, antiquitatem noscere. In ea siquidem præmittitur Guidonem Ep Aq. ad postulationem Ven. D. Alberti Baudeten. Archipresbiteri Plebis de Bistagno Pellerino Pellero Notario de Incisa præcepisse, ut ex archetypo exemplar sumeret, cujus collatione cum ipso facta adamussim inter se respondere Franciscus Novellus de Tertio, & Johannes Pignorius de Incisa Notarii scientes probarunt.*

In ea post Augusti *nomen hoc apponebatur VVidonis monogramma.*



DCCCCXXXVI. n. 4. *col.* 6. *Et hæc charta ex illis est, quas ego J. C. Mathæo Boccaccio libens, volensque jam aliquibus abhinc annis communicaveram, qui sua laude haud defraudari debuerat a Vinc. Malacarne, cum ab eo exemplar sumserit quod edidit pag.* 228. *Optandum autem esset, ut iste sicuti editionis palmam aliis præripere gestiebat, ita diligentiam in exscribendo probasset suam, nec lineam* 24. *omisisset, uti & aliam omiserat in præcedenti diplomate.*

DCCCCLXVIII. n. 5. *ccl.* 7. *Hanc quoque a J. C. Mathæo Boccaccio, cui ego exemplum dedi, habuit Vinc. Malacarnes. Quid autem sit* dies ille Domini, *quo facta fuit a Valfredo pia illa donatio, viderit ipse. Cæterum noverit Lector legendum ibi non* in die Domini, *ut perperam ille, sed* in Dei nomine, *ut recte habebat Meiranesii exemplar ex tabul. Aquisextiensi exscriptum, ac meum.*


DCCCCLXXVIIII. n. 6. *col.* 7. *Exhibeo codicis Turriani melioris notæ lectiones col.* 8. *lin.* 1. Episcopo *lege* Episcopio. *lin.* 14. proprio *l.* proprietario *lin.* 21. Seritello *l.* Saritello. *Monuit C. V. Marchio a Bosia in agro Veximarum regionem adesse in veteribus chartis* Saricellum *nuncupatam, & vulgari idiomate Sarsei, ubi citra Burmiam Ecclesia Parrocchialis nonnulla prædia possidet. Sita est illa regio inter meridiem, & occasum oppidi. lin.* 34. Episcopo *l.* Episcopio *lin.* 55. Astesech. *l.* Altesech. *lin.* 59. Archicapellani *l.* Archicancellarii. *In notis hæc irrepserunt errata Typographi incuria col.* 9. *lin.* 20. conditio. Quibus *l.* conditio, quibus. *lin.* 25. perturbartio *l.* perturbatio.

Carta autem, quam in nota 9. *col.* 9. *nominavi, cum alia forte historiæ utilia contineat, sic se habet.*

Anno Domini MCCLXXXIV., indictione XII., die lune VI. februarii. In caminata D. Uberti Aquensis Archidiaconi presente D. Frederico Aquensis Ecclesie Archipresbitero, Henrico filio domini Loterii Baudezoni de Bestagno, & Bertolino filio Jac. Goslini de Bestagno testibus rogatis D. Ubertus Aquensis Archidiaconus, & Opizinus de Acuto de Sexamo faciunt ecc. providum virum D. Arnaudum de Platea Prepositum Astensis Ecclesie licet absentem eorum procuratorem ecc. in causa ecc., quam habent ecc. cum Odone de Cauro q. Clerico de Sexamo coram D. Gullielmo Archipresbitero Pontine plebis, qui dicit se delegatum Rev. Patr. D. B. miseratione divina Portuensis Episcopi Apostolice Sedis Legati ecc.

Ego Bertolinus Baudezonus Not. Pal.

In apographo post Augusti *nomen hoc erat rescriptum a Notario monogramma.*



DCCCCXCI. n. 7. col. 9. Meminit hujus chartæ Aug. ab Ecclesia in Chronologia Episcop. pag. 316., ac post Augustinum Jo. Brichierius Columbus. Edidit autem primus Vinc. Malacarne Ozj letter. vol. II. pag. 230. referens se eam accepisse a V. C. J. B. Vasco a Bastia, atque hunc Saonæ illam obtinuisse die 28. aprilis anno 1786. Cæterum, quæ hujus chartæ origo, quæ fata secuta juvabit paucis edisserere. Cum anno 1785. D. Belloro ex illustri, ac nobili Saonæ familia, ac Vicarius Generalis Aquas venisset, ac cum excell. D. Jos. M. Corte Episcopo Aquensi frequens adesset, intellexit me historiæ patriæ, atque Ecclesiasticæ præsertim studio admodum delectari, eoque tempore in conquirendis documentis ad Aquensium Episcoporum, atque Abbatum Chronotaxim spectantibus adlaborare: is discedens, si quid e re mea fore domi reperisset, missurum promisit. Paucos post menses epistolam dedit ad Episcopum memoratum, in qua ei significabat Johannem Thomam fratrem suum (cujus egregium extat poema Italicum super restauratione Abbatiæ S. Quintini inter carmina Accademiæ Sabbatiæ nuper in honorem illius Civitatis Episcopi typis editæ) inter veteres familiæ scripturas membranam sæculi XIV. reperisse, quæ fundationem Monasterii S. Quintini de Spigno continebat; atque hujus summa fidè exscriptum exemplar ad ipsum mittere. Accepto ab Episcopo exemplari maxima cum voluptate perlegi, & cum historiæ patriæ maximam lucem afferre posse viderem, illud amicis communicavi, scilicet R. P. M. Cavallerio, atque Cl. V. Johanni Bapt. Vasco a Bastia, qui pro summa, qua præditus est urbanitate, mihi quoddam Stibii Stibiotti Astensis Notarii Chartularium, cujus edendi desiderio teneri me noverat, ejus vice dono dedit. Tanti autem hoc fundationis documentum faciebat Cl. hic Vir, ut præcipuum, atque omnium maxime idoneum putaret ad Monteferratenses, aliarumque Marchionalium Pedemontanæ Liguriæ familiarum origines detegendas. Optasset autem vehementer meum, quod ei dederam exemplum cum autographo, aut veteri aliqua membrana conferre, at nuspiam hoc sibi concessum fuisse, uti paucis abhinc diebus mihi narrabat. Hæc fuit chartæ origo, atque fortuna. Quæ erant adnotanda, nequis novitatis specie fucum aliis facere posset. Nunc autem quædam sphalmata, quæ Typographi incuria irrepserunt, hic emendanda propono. col. 10. lin. 1. Marchii *lege* Madii *l. 16. pro* viro *l.* pro ipso viro *l. 34.* Episcopi *l.* Christi, *quod ortum ex nota scripturæ compendiaria perperam intellecta. l. 57.* pulcherado *l.* pulcherada *l. 58.* uti *l.* ubi *col. 11. l. 50.* Sambalaxo *l.* Sambalaxio *col. 13. l. 5.* nostram *l.* nostre *l. 27.* testes *F. l.* testes. *Reliquas autem triginta & amplius variantes, quibus Malacarnis exemplar scatet inter apocryphas habeto. Unum addo, de quo me certiorem reddit Marchio a Bosia, scilicet locum* Sine *l. 51. col. 11. memoratum forte illum eumdem esse, qui* Sinni *hactenus vocatur inter Rhodium, Lequium, Cerretum, Arguellum, cujus mentio etiam in charta MCXLII. col 55. lin. 47.*

DCCCCXCVI. col. 14. n. 8. Cum haud ita pridem hujus diplomatis aliud chartaceum exemplar sæc. XIV. in Archivo Capituli inventum C. V. Scoffonus Canonicus cum aliis chartis ad me misisset: illud quanta fieri potuit diligentia contemplatus sum, studioseque cum hoc contuli. Vidi autem nonnullis in locis præ vetustate litteras ita evanuisse, ut nisi subsidio aliquo juvarentur, fieri haud posse, ut multa legerem. Excitari itaque obsoletum linearum colorem aqua medicata oportere, cui operi adfuit humanissime C. Franchius R. Archivi Propræfectus, quo opitulante hæc emendanda esse in meo exemplari deprehendi. col. 15. lin. 17. quam communi de Tercio *lege* quam etiam de Tercio, *atque propterea delenda tota nota sub n. 4., qui numerus inserendus erat a Typographo ante vocem* Communi, *ut oscitanter præteriit. lin. 23.* suam *lege* suamque. *lin. 34. post* confirmationem *Typographi negligentia omissus n. 5., ad quem refertur annotatio. lin. 39.* Caxinis *lege* Caxine. *lin. 46.* Camiliaria *lege* Camilaria. *col. 16. lin. 19.* Regis XIIII. *lege* XIII. *lin. 20.* indic. VIII. *lege* indictione VIIII. *Notæ enim hujus apographi chartacei apprime historiæ consentaneæ sunt; nam anno 996. currebat indictio 9., & annus regni 13., cum inauguratio ejus celebrata fuerit an. 983.*

MXIII. col. 20. n. 11. cum hoc ego documentum jam typis impressum ad Cl. V. Sclavum misissem, ille rursus ad Archetypum exegit diligentius, ac per epistolam me monuit hæc emendanda, quæ tum in suo primitus ad me transmisso exemplari, tum etiam in hoc typis edito, quod ex illo deductum est, irrepserant. Ac primo certiorem fecit Archetypum præferre an. MXXIIII., cui anno congruit indict. VII. Hinc evanescit difficultas, quam innuebam in notis. Obstare tamen videretur huic epochæ hoc anno Henricum obiisse mense julii die 14; at cum obierit Gronæ in Saxonia, nil mirum Notarios italicos adhuc cum ejus imperii nota chartas signasse, cum brevi hoc intervallo mortis notitia haud potuerit ad nos pervenire; quare puto notas, quas col. 25. lin. 4. & 5. præfert documentum, sic emendari oportere: anno imperii ejus Deo propitio XI, XVII. Kal. aug. indict VII.

MXIII. col. 21. n. 12. Cum hoc diploma typis committerem, mancum adeo, ac imperfectum esse vehementer dolebam, eo magis quia nulla spes erat aliud integrius, ac perfectius nanciscendi. Subiit animum cogitatio tentandi, utrum in chartaceo apographo, a quo hæc fragmenta olim exscripseram, plura nunc detegere mihi contingeret, vel ob legendi peritiam, qua post illud tempus profeceram, vel aquæ medicatæ subsidio. Quapropter cum sæpius expertus fuissem humanitatem, atque in hæc mea studia propensionem Canonici Scoffoni tabularii Canonicorum Præfecti illum rogavi ut ad me quamcitius illud transmitteret. Hoc præ manibus diu, noctuque versavi, ac adhibitis viris antiquæ scripturæ peritis, ope etiam cujusdam chymici

liquoris, hæc demum visa mihi sunt posse vel suppleri, vel distinctius annotari. col. 21. *lin.* 61. altitudinem supplicans nos post *legitur* celsitudinem suppliciter postulans, quatenus &c. *col.* 22. *l.* 3. *post verbum* legaliter *ponenda puncta; nam hic deest tertia pars lineæ hujus characteris, ac formæ. l.* 5. *post* imperatorem, *adde puncta; nam deest dimidium lineæ. A linea* 8. *usque ad lineam* 21. *ita legas velim.* Omnia prædia, castella, vicos, districtiones, & ordinationes, famulos, vel famulas, & universa, quæ eidem Ecclesiæ antiquioribus institutis pertinere videntur, eo videlicet stabilitatis ordine, ut hac nostra auctoritate, & defensione (*deest dimidium lineæ*) . . . , omnes adversarios (*deest dimidium lineæ*) . . . . . securos esse volumus. Insuper & ordinamus, atque concedimus, ut ubicumque aliqua controversia, aut contentio (*deest linea*) . . . . atque concambiis everit, vel emerserit (*desunt duæ lineæ*) . . . . , & definiendi per pugnam, sive campionem, ne diu (*desunt duæ lineæ*) . . . . . sed domini manifesto judicio declaretur omnium (*deest una linea, & paullo plus*) . . . . . ut nullus Dux, Marchio, Episcopus, Comes, Vicecomes, *Sculdascio Gastaldus, nullaque regni nostri præpotens, vel parva persona jam dictum primum Episcopum, vel suos successores de jam dicta confirmatione, & corroboratione, seu concessione de universis rebus &c.*

Col. 22. *lin* 31. *l.* contradictione, & diminoratione penitus remota. *lin.* 34. *post copulam, deest unum verbum, puta* confirmatione. *lin.* 40. diligenterque *l.* diligentiusque. *lin.* 44. *post* anno Henrici Regis *adde* XII.

Post nomen Henrici *in spatio vacuo addebatur hoc monogramma paulo ab aliis diversum.*



In notis vero sub n. 1. *hæc irrepserunt ob scripturæ exilitatem menda col.* 23. *lin.* 3. *lege* reservata *lin.* 22. *l.* fureret. *lin.* 44. *l.* multi illum editis libris, ac in conciliis damnarunt. *lin.* 58. *adpone signum interrogantis. Quoniam vero in hac nota Episcoporum defensionem circa jus duella instituendi ab ipsis impetratum suscepi; juvabit in medium afferre historiam cujusdam duelli Terdonæ initi, in qua elucebit hujus Civitatis, & Episcopi egregium moderationis exemplum, quod excerpsi ex quodam Chartulario, cujus mihi copiam fecerat Cl. Vir Com. Ferrerius Puncilionus.*

Anno MCXCIX. Incolæ Montis Caprarii inimici civitatis Terdonæ, cujus imperio parebant, castrum prodere tentarunt veneno inficientes puteos, cibos, aliisque illicitis, ac malis artibus usi. Re comperta Terdonenses eos proditionis accusarunt. Negabant illi, captum est consilium veritatem per duellum cognoscendi. Adhibitis campionibus pugnatum est coram D. Episcopo Terdonensi Ottone. Abbate Lucedii, Abbate de Ripa, & Abbate S. Marciani, & Bonifacio Marchione Montisferrati. Montis Caprarii oppidani victi fuerunt, & crimen confessi se ultro Terdonensibus dediderunt. Ipsi autem cum eos omnes vellent internecione delere, ex mediatione Episcopi, aliorumque præsulum Ecclesiasticorum, eorum vitæ pepercerunt sub quibusdam conditionibus, quarum præcipua hæc erat, ut se suaque omnia Terdonensibus darent, & habitationem in Civitatem transferrent, uti effectum est.

MXXVII. col. 24. *n.* 13. *Hoc documentum exscripsi ex quadam monumentorum collectione ad familiam Clarissimorum Comitum Valpergæ de Masino, quam in Biblioteca Patrum Cistercienssium Refor. Taurinensi reperi. Si tamen libere fatear, quod sentio, puto interpolatum esse non solum in iis verbis, quæ cursivo, ut vulgo dicitur, caractere exscribenda curavi, verum etiam in linea* 40., *ubi Aicam filiam facit Domini Henrici Regis, uti re diligentius expensa mihi videtur. Rationes, quibus in hanc adducor opinionem in historia Marchionum singillatim exponam. Hic solum animadvertam hæc additamenta Benvenutum prorsus ignorasse. Hic enim Aledrami originem altius repetere cupiens ex hoc documento, quod ad initium sæculi IX. retulit, deprehendisse sibi visus est Avum Aledrami Guidonem fuisse, & Aicam Comitissam, quod cæteris ante ipsum scriptoribus noverat ignotum, nil ultra addens de Anscario, vel de Rege Henrico, quæ sane cum decora admodum, ac gloriosa Aledramo forent, haud prætermisisset. Præterea ex comparatione facta inter hoc documentum, & compendium illius, quod italice in sua Chronica protulit Benvenutus, apertissime colligitur interpolatorem istum nil aliud egisse, præterquamquod latine solum vertere, quæ italice ex ipsa membrana, ac contracte Benvenutus retulerat, ut duas illas additiones data opera inserere posset.*

Collocavi non ad ann. DCCCCVIII., uti perperam Benvenutus, sed ad ann. MXXVII. ob rationes a C. V. Vernazza in præfat. edit. Taur. Benv pag. 42. *prolatas.*

Duo autem mihi sunt diluenda, quæ in Benvenuti sententiæ patrocinium Vir C. S. mihi per epist. significavit.

Primum est Conradum initio sæculi X. imperitasse, ut ex Riccobaldo, aliisque recentioribus scriptoribus constat; alterum est difficultas conciliandi, quomodo uno eodemque tempore inter se duo agerent Gullielmus pater Aledrami, & Tete ejus pronepos, ut ex charta numero sequenti a me edita consequeretur. Quoad primum haud inficior Conradum in Alamania annis 7. imperasse, *ut ait Riccobaldus, sed & nullibi* imperator *dictus, uti legimus in hoc documento, & ab Italis nuspiam agnitus fuit, neque ullæ indicari possunt chartæ ejus regni annis signatæ, ut editores Maurini in celebri opere* art. de verifier les dates *pag.* 9. *affirmarunt.* L'Italie ne connut point le Roi Conrad; auffi dans ſe diplômes il ne ſe dit ni Empereur, ni Roi d'Italie. *Quoad secundum vero fateor ignorare, quis iste Gullielmus fuerit, qui Grassanensi Monasterio hanc fecit donationem. Ex Comitali titulo, quo erat insignitus, colligi videtur ad Marchionalem Aledrami familiam haud pertinuisse.*

MXXVII. col. 24. *n.* 14. *Cum hoc documentum diverso caractere imprimi curaverim, ne lector hæreat in causæ investigatione, paucis consilium meum aperiam Inveneram in quadam chartarum farragine, quam cuidam litteratorum virorum societati V. C. Ma-*

lacarnes tradiderat, hanc Thetis fundationem, cum oculis attente luſtranti viſa mihi potius chartæ compendium, quam integrum apographum. Huic ſuſpicioni maximum pondus adjecit ipſe Malacarnes, qui aſſeruit ſe reperiſſe in tabulario Comitum Salutienſium de Verzolio membranam ſatis amplam, in qua tota hæc fundatio deſcribebatur, quam cum præ anguſtia temporis haud ſibi exſcribere liceret, ideo illam in hoc compendium contraxiſſe. Hoc habito indicio egi apud viros & dignitate, & ſcientia præſtantes, ut membranam illam exquirerent, ac integram exſcribere curarent: voti expers, ne hujus compendii, vel chartæ memoria periret, illud typis edere curavi; tum quia unicum eſt, quod ſæculorum edacitatem ſuperaverit de Tetone documentum, tum quia ejus ab Anſelmo generationem narrat, quæ nonniſi conjecturis antea nitebatur, finemque ponit omnium exagitatiſſimæ quæſtioni de poſteriorum Bonifacii MM. cum Aledramo nexu. At ne hujus documenti verba pro autographi textu acciperentur, diverſo caractere imprimenda cenſui. Accidit autem, ut beneficio Clariſ. Comitiſſæ de Paeſana inſignis hujus familiæ tabularium viſendi mihi conceſſa fuerit facultas, & præſertim elegantiſſimi codicis a Carolo Salutio Comite de Paeſana conſcripti continentis hiſtoriam MM. Salutienſium. In ejus prioribus foliis hoc documentum occurrit, quod plane iiſdem prorſus verbis conſtat, quibus hoc, quod Malacarnes illi ſocietati communicaverat, exceptis nonnullis variantibus pauci momenti, quæ hic addam. col. 24. lin. 59. quid l. quidquid. col. 25. in fine lin. 4. adde &c. ſic adde &c. poſt item lin. 8. & poſt frui, l. 15. & poſt feſtucam, & ibi poſt decima l. 23. & poſt viventium l. 26. l. 25. Ennerici lege Eimerici. Verſans autem hoc Caroli a Salutio volumen deprehendi multa hunc alia documenta in medium afferre ita decurtata per &c., quorum ego nonnulla inſigniora in II. parte producam. Quæ omnia apparet illum exſcripſiſſe ex ipſis membranis, reſecatis tamen pro arbitrio, quæ ipſe minoris momenti eſſe putabat. Quare ſi adhuc licuiſſet non curſivo caractere, ſed uti alia documenta rotundo, ac Romano imprimi feciſſem, utpote formulas ex ipſis membranis deſumtas continens. Ne autem quiſpiam putet me incertis, ac vagis hiſce exemplaribus nimiam fidem adhibere, nec fortaſſe uſpiam hoc documentum extare, juvabit quoque teſtimonium antiqui, ac probatiſſimi ſcriptoris Jofredi ab Eccleſia afferre, qui de illo in ſua MM. Salutienſium Genealogia mentionem fecit hiſce verbis: Vi ſono, che dicono, e fanno fede per vecchiſſime ſcritture queſto Tete aver fondato uno notabile Monaſterio di ſanto Pietro in quel predetto luogo del Vaſto, il qual monaſtero per eſſere più, e più volte andato in Comenda è caſcato in rovina; ci ſono però li redditi ampli, e grandi. Il detto Monaſterio del Vaſto ſi ritrova eſſere in quelle montagne Ligure, che dipartono la pianura del Piemonte dalla riviera di Genova fino a Savona. *Gioff. della Chieſa Cronica di Saluzzo MS.*

MXXX. col. 25. n. 15. Hoc quantivis pretii documentum acceptum refero a præclariſſimo viro P. M. Cattaneo OO. FF. PP. in Regio Athenæo Taurini Theologiæ Profeſſore, qui hujus utut imperfecti diplomatis (neque enim totum, atque integrum exſcribere paſſi ſunt Sacerdotes Oblati, quibus ad preces S. Caroli Borromei a S. Pontifice perpetuo commendatum hoc Monaſterium fuit) exemplar Mediolani impetravit.

MXXXIX. col. 26. n. 16. Extat hujus diplomatis unica membrana, apographum ſcilicet, quod ex archetypo in caſtro Epiſcopali Beſtagni exſcribi juſſit Guido II. Aq. Epiſc. anno Domini MCCCXLVII. coram D. Dominico Maſcaro de Beſtagno J. C., & Gullielmo de Oddono de Inciſa Caſtellano Beſtagni, uſus Notario Franciſco Novello, probantibus Jacobo Fontana, Dominico Culardo de Beſtagno, Georgio Baldezono de Beſtagno Notariis publicis. Illam, quam paucos ante dies habere mihi contigit, cum hoc edito diligenter contuli, atque hæc emendanda reperi.

Col. 27. lin. 5. Kadehohi *legitur* Kadelohi. *lin. 7.* poſtulantes *l.* poſtulans *lin. 10.* quæſita *l.* conceſſa. *lin. 7.* Epiſcopo *l.* Epiſchopio. *lin. 20.* ſic *l.* ſcilicet *lin. 24.* Gamelarium *l.* Gamelaria. *lin. 31.* pulſionem *l.* pulſonem. *lin. 38.* Melagio *l.* Melazo. *lin. 39.* tum in *l.* turrim *col. 28. lin. 9.* Kadolonus *l.* Kadelonus.

Poſt nomen invictiſſimi *hoc monogramma apparebat diplomati inſertum.*



MXLI. col. 28. n. 17. Præterito autumno Aquas profectus, ibique a Jo. M. Perrono nuper maximo civium omnium, & amicorum dolore ſatis erepto domi ſuæ humaniſſime exceptus ab Excellentiſſimo Præſule facultatem impetravi hoc quod edideram cum membrana in ſuo tabulario exiſtente conferre. Diligentius itaque exegi, atque haſce variantes in textum inſerendas excerpſi. lin. 36. illi homines *l.* ii omnes. *lin. 41.* exemplum *l.* exempla. *lin. 44.* ſed *l.* &. *lin. 47.* deſ demus & quotidie *dele* particulam &. *lin. 59.* indigne *l.* indigni.

Col. 29. lin. 15. Fauſtiola *l.* Fauxiolo. *lin. 33.* provideat *l.* poſſideat. *col. 30. lin. 11.* indictione ſecunda; Enrico *l.* indictione . . . . . ſecundo Enrico regnante. *Nam in memorata membrana Guidonis II. vox* ſecundo *integra legitur, non per numericas Romanorum notas; & genere maſculino non fœmineo, ut jungatur more apud Italos uſitato, Enrico, qui ſecundus hujus nominis in Italia regnavit. Ommiſſus autem fuit in illo apographo annus indictionis, quia forte eo tempore jam evanuerat in primigenio exemplari, quod ubi deliteſcat, ignoratur. Conjici tamen poteſt ſcriptum ante diem 4. menſis junii: nam poſt illam diem incipiebat jam numerari annus III. ejus regni in Italia. Ipſe enim die IV. anni MXXXIX. Conrado Imperatori ſucceſſit in regno; at annus indictionis ſecundæ, qui in meo exemplari, & in altero Turrii legitur, eſt prorſus repudiandus. Currebat enim indictio IX. minime II. Cæterum ne quidquam huic operi deſit, & illud addam, me nuper in MSS. Franc. Turrii viri emunctæ naris,*

ac in hiſce rebus apprime verſati, qui plura ex Aquenſibus Tabulariis privatis, & publicis exſcripſerat, hujus B. Widonis decreti exemplar reperiſſe, ex quo præter plures ex jam antea recenſitis, has quoque optimæ notæ variantes ſelegi. Col. 28. *lin.* 39. exorandi *l.* exorantes. 48. quarundam *l.* quorumdam. *Col.* 29. *lin.* 5. calumniare *l.* calumniari; *ita corr. col.* 30. *lin.* 2.

Lin. 10. detrimentum Eccleſiæ *legitur* detrimentum rerum Eccleſiæ, *lin.* 12. dedimus continenter *l.* dedimus. continentur *&c.*

Lin. 14. Cæſaronia *l.* Caſſaronia. *lin.* 17. concedimus *l.* contulimus. *lin.* 41. Demeciano *l.* De Meirano. *Numquid Moirano?* *lin.* 43. Septebrio *l.* Settebri, *lin.* 45. S. Stephani *l.* nomine S. Stephani. *lin.* 44. Triſobio *l.* Trexobio. *lin.* 49. medrius *l.* melricus. *lin.* 59. inconvulſum ſtatuimus *l.* inconvulſum. Statuimus. *Col.* 30. *lin.* 14. ſcripſi *l.* ſubſcripſi. *Dolendum autem ſummopere deeſſe ſubſcriptiones Laicorum, quas B. VVido autographo adjungi curaverat.*

Superfluum nunc eſſet meminiſſe hoc documentum jam a Malacarne editum l. c. pag. 237. *Sufficit nonnullas ex eo excerpere lectiones, ut quiſque cognoſcat nil ex eo ad primigenium textum perfecte reſtituendum lucis expectari poſſe: ſpecimen dabo. lin.* 42. *legit* Chriſti. *l.* 49. booum opus noſtrum *l.* 54. noſtris, *l.* 58. in quo. *l.* 59. ſitum eſt ſcilicet. *col.* 29. *l.* 14. Caperonia. *l.* 36. ſequentes conceſſiones. *l.* 41. Oviliabo ecc. *quam egregie!*

MXLII. col. 30. *n.* 18. *Contuli cum exemplari Turriano, a quo haſce accipe variantes: lin.* 44. pradello *legitur* predello. pagario *l.* paganio. *col.* 31. *lin.* 19. *poſt* offerſionis *addit* quomodocumque. *lin.* 20. vel *l.* tunc. *lin.* 21. aut aliquam *l.* contra quam. *lin.* 26. hac *l.* &. *lin.* 31. qui *l.* quod *præter iſtas, nonnulla menda annotabo, quæ utrobique irrepſerunt.*

Col. 30. *lin.* 26. in die 20. *l.* indictione X. *lin.* 32. pp. *l.* præſens præſentibus, *lin.* 49. poſt areis ſuarum *adde ex Chartulario Alberti* terris arabilibus, pratis, gerbis, ſilvis, fraſcariis, & areis ſuarum (*ſcilicet* areis earum). *lin.* 55. iſtis *l.* infraſcriptis, *ſed hic error frequens irrepſit.*


MXLII. col. 31. *n.* 19. *Hoc eſt primum, quod novi documentum, in quo diei menſis addatur & dies hebdomadæ eo anno concurrentis*

MLII. col. 32. *n.* 20. *Cum quatuor præ manibus haberem hujus diplomatis exemplaria, in textum recepi, quod in adverſariis Turrii viri diligentis inveni additis aliorum variantibus ad ejuſdem calcem. At cum ejus autographum in Archivum Epiſcopale illatum hoc autumno videre mihi datum fuerit, cum hoc edito contuli, ac haſce lectiones cæteris ommiſſis in textum inſerendas eſſe deprehendi.*

Col. 32. *lin.* 33. ſi rectis *legitur* ſi ratis. *lin.* 46. noxa *l.* nexu. *lin.* 56. Melaxo *l.* Melajo. *lin.* 58. Setebri *l.* Setebris. *lin.* 59. Groniardo *l.* Goniardo.

Col. 33. *lin.* 18. *VII.* Id *l. VIII.* id. *lin.* 19. *TLII. l. TLII lin.* 21. ordin. *XXIIII.* imperi *l.* ordinationis *XXIIII. Regni XIIII.* imperii *VI.*

Illud notandum in principio diplomati hoc ſignum appoſitum, quod Chriſti monogramma dicitur.



Idem repetitum videtur ante nomen Henricus. *In fine vero ſub linea* Imperatoris auguſti *hoc aliud ſignum videbatur.*



Secus vero Auguſti & Opizonis ſubſcriptionem hoc aliud addebatur monogramma.



MLV. col. 33. *n.* 21. *Hoc documentum acceptum refero ab Archiep. Taurin. Vict. Caj. Coſta de Arignano nunc ſumma omnium lætitia a R. P. creato Cardinali Presbitero S. R. E., qui illud paucos ante annos, cum eum de hac re rogaſſem, ex autographo, quod in Tabulario Monaſterii Savilianenſis aſſervatur, exſcribendum curavit. Fauſte autem contigit, ut inter Terranei collectanea ejus quoque alterum exemplar nanciſcerer, quod uti ipſe gloriabatur a Comite Coſta a S. Trinitate acceperat, qui ut ei rem gratam faceret, ab Abbate ejus Monaſterii precibus impetraverat. Quod eo fine a me dictum volo, ut omnibus tantorum virorum in literas amorem, atque benevolentiam innoteſcat. Cum autem hæc duo a diverſis ſcriptoribus prodierint, nil mirum ſi iſti plura diverſimode ſint interpretati; ea inter ſe contuli, ac varias omnes licet minoris momenti adnotavi, adjunctis correctionibus, ac explicationibus quibuſdam, quas Terraneus inter textum lineolis incluſerat ad rudis notarii errores emendandos, mentemque ejus clarius intelligendam. Variantes autem a correctionibus diſtinxi per earum literas initiales. col.* 30. *lin.* 44. auguſtus *var.* auguſto. *ibi* nono die *var.* propicio nono, nono die. *lin.* 49. predicto *var.* predicti. *lin.* 53. etiam *var.* ex. *lin.* 54 ſubter *var.* ſubtus. *lin.* 55. quaſi *var.* &. *lin.* 57. nulli unquam intereſſe *corr.* nullo unquam tempore.

lin. 58. eſt tamen pars *corrige* contra partem.

Col. 34. *lin.* 2. *poſt* Benedicti *pone punctum. lin.* 3. *lege ſine commate* aliis prædictis *lin.* 5. & 6. Ottani, & quemdam Odilo *corr.* Otte, vel Ottane quondam Odili. *ibi* matre, & filii *var.* mater, & filio. *lin.* 8. debent ſe ex omni terra *cor.* debeat. Sed ex omni tempore. *lin.* 9. Ambo aliquando terræ *corr.* Amodo aliquo tempore. *lin.* 16. quod libere *corr.* quodlibet. *lin.* 18. quaſi *cor.* atque. *lin.* 22. latius *var.* legitur: *delendum etiam comma poſt* quidem *lin.* 27. latius *var.* legitur *lin.* 29. permaneatur quaſi *var.* permaneat, atque perſiſtat.

MLVI. Col. 34. *n.* 22. *Extat Autographum in archivio Epiſcopali, cui hoc autumno hoc, quod typis jam editum erat, contuli! unde correctiones iſtæ in textum reponendas deprehendi.*

Lin 41. in ..... Caſtelletto *l.* quæ eſt ſita intra Caſtelleto *lin.* 43. corum ſubter *l.* eorum nomina ſubter *lin.* 50. Epiſcopi *l.* Epiſcopio *lin.* 51. quæ eſt *l.* & eſt *lin.* 55. ut infra *l.* in integrum *lin.* 58. hominibus *l.* omnibus *lin.* 64. iſta inveſtita *l.* infraſcripta inveſtitura. *Cum autem ſæpe* iſtæ iſta *occurrant, interpretanda ferè ſemper ſunt pro infraſcriptus infraſcripta; quod ſemel annotaſſe ſufficiat.*

Col. 35. *lin.* 8. per ſe quoque *l.* per ſe quamque *ibi* ſuoſque *l.* ſuos *lin.* 10. qui juris *l.* quæ juris. *lin.* 17. ſimilique *l.* ſimiliter *lin.* 18. Caſaronia *l.* Caſſeronia *lin.* 22. alito *l.* alico *lin.* 30. & clarueri t .... promiſi *l.* & tunc compromiſi *lin.* 32. bonorum *l.* bonos *lin.* 33 ſupra .... *l.* ſupra dictum eſt *lin.* 39. & 40. duo breves uno tinore ſcripti ſunt *l.* due breve uno tinore reſcripti ſunt *lin.* 43. Henrici decimo *l.* Henrici Deo propitio decimo. *Per tranſennam hic annotabo Monetæ nomen regioni in planitie verſus Tertium poſitæ atributum, a Livio, aliiſque Junoni adſcribi. Refert enim Romanos præliantes quandoque ædem Junoni Monetæ pro victoria voviſſe.*

MLVII. Col. 35. *n.* 23. *Poſtquam hoc typis edidi decretum ex membrana Tabularii capituli, quam Guido II. Epiſcopus an.* 13. .... 28. *aprilis in caſtro Beſtagni probantibus Goslino de Goslinis de Beſtagno, Franciſchino Noello de Tertio, & Franciſco de Olcana de Papia Notariis rite ex autographo exſcribi fecerat, ſicuti ex additamento in fine decreti appoſito, atque hic edito colligitur, in congerie chartarum præteritis majoribus feriis a me in hoc monaſterio detecta tria alia exemplaria reperta ſunt: unum ſ. XII., cui perperam a tergo inſcriptum* originale; *alterum anni* 1243., *tertium a.* MDX. *Cum maxime cuperem autographum invenire, Abbatiſſam urgebam, ut attente ſingula monaſterii cellaria, ſcrinia, angulos ſcrutaretur, num adhuc charta aliqua deliteſceret, quæ cum blattis, tineiſque conflictaretur. Juvit votis fortuna. Nam poſt aliquot dies amplam hædinam chartam detulit ſitu, ac ſquallore obſitam, in vacuo, ac antiquo armario inconcinne olim repoſitam. Quam vix conſpexi, cum ſtatim deprehendi illud eſſe, quod maximopere optabam, s. Guidonis autograhum. Hujus autem quanti ſtet pretium vix dicere fas eſt. Neque enim alicujus Notarii fœtus eſt, uti ſunt omnia pene hujus generis diplomata, ſed ab ipſomet Sanctiſſimo Epiſcopo fuit & compoſitum, & integre conſcriptum, uti & ſuperius ab eodem Antiſtite monaſterio s. Petri conceſſum.*

Sed quod rem plane demonſtrat, eſt ipſamet ſcriptura, quæ eadem plane, ac ſimillima eſt cum nomine ipſo Vidonis, quod manu propria Epiſcopi ſcriptum nemo inficiabitur, ac diverſiſſima a cæteris ſubſcriptorum nominibus eſt.

Quid plura? ipſemet in ſubſcriptione teſtatur decretum hoc a ſe ipſo factum eſſe, quod vix aliam obtinet interpretationem, quam ſi dixiſſet & a ſe compoſitum, & ſcriptum manu propria fuiſſe. Reliquis aliis itaque exemplaribus dimiſſis hoc ſummo ſtudio perlegi, ac ſingulas cum jam edito differentias religioſe notavi. Sunt autem ſequentes.

Col. 35. *lin.* 55. Dei Salvatoris *legitur* Dei, & Salvatoris *lin.* 56. Guido *l.* Wido *lin.* 57. Sanctorum *l.* priſcorum *lin.* 58. ſubſequentes *l.* ſequentes *lin.* 59. divine memoriam aſſidue *l.* divine, aſſidue.

Col. 36. *lin.* 5. quam futuris, ſeu abſentibus *l.* quam abſentibus *lin.* 8. immerito *l* immeritus *lin.* 17. Henrici *l.* Heinrici *lin.* 20. fideliſſime *l.* fidiſſime *lin.* 21. illi *l.* illic *lin.* 25. opus ſit *l.* opus nobis ſit *lin.* 27. ſummum patris *l.* ſummi patris *lin.* 28. Dominum non *l.* Dominum noſtrum, non *lin.* 34. ſecundum *l.* ſanctum *lin.* 37. devaſtationibus *l.* devaſtantibus *lin.* 42. *ordo verborum turbatus. lege* præſentium, ac futurorum cetui venerabiliſſimo *lin.* 45. ſextari *l.* ſextaria *lin.* 46. tria *l.* trex *lin.* 49. luſignolus *l.* luſſiniolus, *item* de moliis *l.* ad moliam *lin.* 55. melagio *l.* mellagio; *item ibi* quod *l. in maſculino genere*, qui eſt laboratus, & *ita in duobus aliis ſequioribus locis lin.* 56. calegonia *l.* caligonnia *lin.* 63. *poſt* ultra *adde* Burmiam

Col. 37. *lin.* 3. atque *l.* & que *lin.* 17. propterea *l.* & preterea *lin.* 35. ſcripſi *l.* ſubſcripſi *lin.* 37. Azzo *l.* Atto; *item adde* ſubſcripſi *ad ſingula teſtium nomina, quod in membrana per ſiglam indicatur. A tergo legitur hæc inſcriptio caractere ſynchrono:* fecit Domnus Wido Aquenſis Epiſcopus Monaſterio s. Mariæ. *Antequam ad ſequens documentum gradum faciam, operæ pretium puto animadvertere in hoc, ſicuti in præcedenti ejuſdem s. Widonis anno MXLI. deeſſe menſem, & diem; differre tamen utrumque, quod in primo Henrici epocha inſeritur, quæ in hoc prætermittitur. Qua autem hoc factum ſit ex cauſa, ex ejus temporis hiſtoria conijci poſſe videor, ſcilicet hoc indicio eſſe religioſiſſimum Antiſtitem factioſi Regis, ac Eccleſiæ hoſtis conſilia averſatum noluiſſe in pia, ac religioſa donatione damnati Regis invidioſum nomen apponere.*

MLXXI. Col. 38. *n.* 25. *A multis jamdiu exagitatum documentum iterum profero. Agitur de Autberto Marchione Saonæ Domino. Muratorius p. I. p.* 261. *ex ſola nominis ſimilitudine cum Otberto M. Eſtenſium Principi in familiam Eſtenſium inſerendum illum putabat. Sed perperam. Quid Johannes Brichierius Columbus! Cenſuit Guichenonem, qui primus illud edidit, in nomine Marchionis erraſſe, & non Autpertum, ſed Anſelmum in Autographo legi oportere. En ejus verba in manuductione ad Tabulas Carrectenſes pag.* 24. *editas Vindobonæ* 1741. *in fol. parvo.* Sed quis ergo fuit Autbertus ille Marchio, cui quorumdam regalium cauſa convenit cum Saonen-

bus . . . Novi Raphaelem a Turri . . . in Finarienſes Marchiones . . . . iniquiorem vetuſtiori cuipiam genti ſubdidiſſe eumdem Marchionatum . . . Guichenonem . . . deceptum ne dicam pro Anſelmo Thetis filio . . . . legiſſe Autbertum facili errore in confuſione, nexibuſque litterarum, quibus ſcatent vetera monumenta, & in quibus non ſemel erravit Guichenonius, doluitque nuper tantam ejuſdem in deſcribendis vel ipſis marmoribus ſocordiam in inſigni ſuo Theſauro veterum inſcriptionum Muratorius? *Hactenus Brichierius. At oportebat in medium afferre ubi, & quibus in locis Guichenonius erraverit, non aliorum teſtimonio niti præcipue in re ab hac, de qua agimus admodum diſſimili. Quantum ego video, novi illum potius in aſſignatione temporis lapſum, quam in nominum ſcriptione. Sic donatio Adelais monaſterio de Novalicio, quam in probationibus genealogiæ Ducum Sabaudiæ pag. 8. refert hoc modo:* MXXXIX. indictione I. epacta IV. XVII. Kal. aug. *pertinet ad annum MLXXVIII. Item Diploma poſitum ſub anno DCCCCXXXVIII. in bibliotheca Sebus. Cent. I. n. 83. anno DCCCCXXXV. aſſignari debuerat. Sed cur alio vagamur ad hujus rei petenda probationis argumenta; cum hoc quod manibus verſamus documentum haud leve in Chronologicis notis erratum offerat legentibus? Quis enim eſt, qui indictionem cum anno Incarnationis componere poſſit? Indictio XV. incidit in annum* 1047. 1062. 1077. *neutiquam in annum* 1071., *ut ipſe affirmat. At ubi error latebit? in anno, an indictione? puto in anno. Facile enim fuit unitatem in numerum X. convertere. Quare cenſeo ibi legendum MLXII., quæ emendatio eo probabilior mihi videtur, quo plus numeris, ac notis parcitur. Epoca utcumque ad veram lectionem redacta, ſupereſt, ut nonnullas alias correctiones, quæ meditanti occurrerunt, iis, quas ad calcem documenti rejeceram, adjungam; ſic lin.* 36. conſuetudo quidem *legerem* conſuetudo. Quidem *lin.* 39. tentaverimus, tunc imponamus auri *l.* tentaverimus, hinc inferamus auri *lin.* 44. ei relicta *l.* eique relecta eſt Teſtes *&c. lin.* 45. Daniel, Judex *l.* Daniel Judex. *Quis vero fuerit iſte Autbertus in originibus hiſtoricis Marchionum Aledramicæ familiæ, quas jam prælo paratas habeo explicare conabor. Siquis vero in anteceſſum illud ſcire percupiat, facile hoc ipſi erit detegere, modo documenta ſuperius expoſita evolvat. Sic in charta n.* 15. *col.* 25. *inveniet quendam Otbertum filium Otberti Aledrami nepotis, & ex matre Eſtenſi progenitum. Equidem fateor nullos amplius inter Aledrami nepotes hujus nominis Principes inveniri; at cauſa in promtu eſt, ſcilicet extinctio, quæ poſt breve tempus accidit hujus præclariſſimæ ſtirpis. Hunc enim ſine liberis deceſſiſſe, non unum ſuadet argumentum, ac illud in primis, quod in hac cum Saonenſibus conventione (falſo enim inſcriptum fuit a Guichenone privilegium, cum fœdus, conventio, pacta poſt diuturna bella ut veriſimile eſt cum ipſis inita, fuiſſet appellandum) ſolus ſine ulla liberorum facta mentione contraxerit. Cætera prætereo, illud ſolum criticorum examini ſubjiciens, quod apud Lunig. cod. Ital. dipl. T. II. col.* 1639. *animadverti; ibi enim ad ann. MCXLVII. refertur documemtum, quo Conſtat ingentes Oberti Sagonenſis facultates a Simone Comite Hoſpitali s. Johannis Hieroſol. donatas: en illius particulam. J. N. P. & F., & S. S* ann. ab Inc. D. N. J. C. 1147. menſe febr Ind. I Ego Simon . . . Comes . . . ut Noſtro Regi Rogerio proſpera tribuat . . . & pro anima piiſſimæ Reginæ Adalaſiæ . . . & pro anima Patris mei Ill. & Sereniſſimi C. Henrici . . . dono . . . hoſpitali S. Civit. Hieruſ. . . . omnes res, quas Obertus de Savona poſſidet (poſſedit *legendum videtur*) cuncta penitus, quæ quocumque modo juſte tenuit . . . ut . . . . poſſideat in pace . . . . omnem ſubſtantiam Oberti Sagonenſis &c.

MLXXXIX Col. 38. *n.* 26. *Tempus adſcriptum huic documento haud congruit. Nam idus junii hoc anno conveniebant cum die mercurii. Quare hic vel erravit Notarius, vel reponendum* poſtridie idus junii. *Memoratur in hac charta* Predariolum *duobus a civitate Albæ miliariis. Secus viam, quæ Cerretum ducit, vicus adhuc extat nomine* Prairolo, *in quo adeſt capella, & beneficium ſub titulo s. Mariæ.*

MXCIV. Col. 39. *n.* 28. *Autographum hujus, ut in indiculo DD. huic volumini præpoſito aperui, a C. V. Ab. Carlevario Can. Later. s Mariæ Novæ Aſtenſis inter plura alia pretioſiſſima antiqui ævi documenta poſſidebatur. Putavit autem ipſe ad annum* 1160 *pertinere, ut per literas olim mihi ſignificaverat Cl. Ab. Amedeus Piſonus a Montealto, ac Prior Commendatarius hujus Eccleſiæ S. Joannis. At hæc nulla ratione conſtare poſſunt.*

Concedo equidem alterum hujus nominis Epiſcopum ſub finem ſæculi XII. Cathedræ Aquenſi ſediſſe, ut ex charta col. 45. *n.* 32., *quæ ad ann.* 1180. *ſpectat. At eo tempore Præpoſitus Capituli Aquenſis erat Wilelmus, ut conſtat ex chartis Archiv. Capituli. Præterea anno* 1160. *erat Epiſcopus Aquenſis Hugo, minime Ubertus, ut ex diplomate Friderici Henrico Guercio impertito an.* 1162. (*quod adferam par.* 2. *S. C. D. col.* 330. *n.* 70.) *colligitur. Addo etiam Canonicorum ſubſcriptiones huic donationi appoſitas videri ſimiles plane illis, quæ in hujuſce ſæculi chartis leguntur, ac proinde redolere ætatem remotiorem ab Uberto II. Quid plura? rem in aperto collocat Pedrocha, qui in ſuo MS. inſcripto* Solatia Aquen. Eccleſiæ *in Tabulario Epiſcopali aſſervato oſtendit ſe præ manibus habuiſſe documentum, cui anni nota adſcribebatur. Sic autem ſcribit.* Ubertus Epiſcopus Aquenſis ſedebat de anno MXCIV., quo anno certum eſt tribuiſſe bona quædam Eccleſiæ s. Johanni, & s. Michaelis, quæ ſita eſt in fundo Lanerii. Fundus autem Lanerii eſt juxta oppidum Niciæ Palearum hujus diœceſis, ut de chartula donationis factæ per eum conſtat, ex qua ſumta eſt hujus Epiſcopi memoria Camillo Beccio ignota. *Hiſce itaque pro certo habitis illud conſequitur hanc ad prima congregationis Mortarienſis primordia pertinere, quæ cum diu ſeorſim ſtetiſſet, poſtmodum teſte Pennoto Novarienſi fuit anno MCCCCXLIX. adjecta, atque unita Congregationi Lateranenſi, cui hæc Nicienſis Eccleſia ſubjecta aliquo tempore fuit, antequam in commendam concederetur. De hac autem Eccleſia, ac Canonica vix aliquod præterea extat ſequioris*

ætatis memoria. Memini olim vidisse penes memoratum hujus Ecclesiæ Priorem elegans MS, in quo series præcedentium Priorum ex antiquis chartis ab ipso confecta, aliaque nonnulla ad eam pertinentia continebantur; at cum ejus Nepotem nunc Alexandriæ Episcopum rogassem, ut apud avunculum ageret, ut eorum, quæ maxima diligentia congesserat in illo volumine, exemplar mihi vellet commodare, eoque uti sineret ad majorem Ecclesiæ Aquensis illustrationem; atque avunculi commendationem, nil profeci. Quapropter iis paucis contentus ero, quæ alii liberaliores mihi communicarunt. Ex hisce unum hic addam documentum, quod in Tabulario Capituli inventum est, de quadam controversia inter Episcopum Aquens. Guid. II., & Priorem hujus Ecclesiæ. Aliud etiam memini olim reperisse de quadam lite a quoddam Titione Priore illuis Ecclesiæ sæc. XV. Niciæ excitata. Primi ergo exemplum habeto.

In nomine Domini amen. Universis, & singulis pateat, quod anno, indictione, die, & mense infrascripto Paulinus de Mombaxilio Procurator ec. R. in X. P. & D. D. Guidonis Dei, & Apostolicæ Sedis gratia Aquen. Episc., & Com. coram D. Parmerio de Zuuo Præposito sanctæ Mariæ de Canali Terdon. sedicente sedis Apostolicæ Delegatum interposuit appellationem tenoris infrascripti. Coram vobis D. Parmerio &c. *Ex hac illud solum colligitur causam vertisse inter Guidonem Episcopum Aquensem, Jacobum* de Cerreto Procuratorem D. Guidonis Præpositi, Fratrum, & Capituli Ecclesiæ s. Crucis Mortariensis, *ob aliquas controversias excitatas inter Episcopum, & Priorem s. Johannis de Lanerio de Nicia, & Canonicum conventus s. Crucis Mortariensis, quarum status, & natura haud explicatur. Appellatum autem fuit ad Innocentium Papam Sextum* Præsentibus testibus D. Philippo de Gambarana Jurisperito, Johanne de la Turre Capellano Ecclesiæ s. Mariæ de Canalis &c. Anno MCCCLIV. indict. VII. die XXIII. mensis julii.

Ego Franciscus Dach de Incisa Not. &c.

MC. col. 40. *n.* 29. *Addo duarum vocum emendatio, seu lectio diversa, quam Turrius in suo exemplari inseruit,* vautam *legitur* vuatiam *col.* 41. *lin.* 16. Alinensi *l.* Alinenti.

MCI. col. 42. *n.* 30. *Exciderat ad notam* 37. *verbi de* Monteglaro *subdere D. Azimonti Can. Vercellensem, qui hoc quod edidi exemplar J.B. Vasco misit, eum præcipue monuisse in veteri membrana nulla prorsus ratione legi posse de* Monteglo, *ut nonnulli suspicabantur.*

MCVI. col. 44. *n.* 31. *Februarius habet solum calendas XVI., quid ergo erunt calendæ istæ XVIII. dele* octavo *repone* sabbato *& omnia cohærebunt. lin.* 19. idem *lege* idest.

MCVIII. col. 45. *n.* 32. *Hoc documentum extra locum suum incuria Typographi collocatum fuit. Cum enim singula documenta singulis constarent separatis foliis, atque hujus inscriptio non numerice, sed per extensum ita compendio esset indicata* octmo, *pro* octuagesimo *legit ipse* octavo; *quo anno Mediolani Grossulanus Præpositus Ferrainæ diœcesis Albensis de Archiepiscopatu cum Jordano de Clivio contendebat. Edito autem utcumque hoc documento illud felicius contigit, ut membranam, in quam Anselmus Episcopus omnia, quæ in hanc causam prodierunt decreta, contulerat, præ manibus haberem. Ex hac sequentes excerpsi optimas lectiones in textum inserendas. lin.* 20. in altera parte *legitur* ex altera *lin.* 27. gratia Mediolanensem *l.* Sanctæ Mediolanensis Ecclesiæ venerabilem *lin.* 29. præscripsit *l.* præscriptus *lin.* 30. convocări *l.* convocavit *lin.* 31. obligationes *l.* allegationes, *item ibi* hujusmodi *l.* hinc inde sollicite *lin.* 45. octavo *l.* octuagesimo *lin.* 48. *post* Joseph *adde* Johannes. *In alio exemplari inserto in chartularium Alberti Episcopi legitur notariorum quorumdam approbatio hoc modo*: Ego Jacobus Imperialis Notarius autenticum hujus exempli sigillo cereo cum seta sigillatum, in quo continebatur S. Ambrosius &c. Ego Ubertus de Galea de Aquis Notarius Palat. mandato D. Alberti Aq. Ep. sententiam prædictam D. Algisii exemplatam a prædicto Jacobo, ita similiter & in isto scripsi.

MCXVI. col. 45. *n.* 33. *Henricus IV. obiit die septima augusti, quare filius hoc mense junii agebat annum decimum, & mense augusti incipiebat ann. XI.*


MCXIX. Col. 46. *n.* 34. *Hujus meminit Ughellius T. IV. col.* 360. *in Episc. Asten. n. XXVIII.* Obertus Marchio Monrisferrati (*cur hunc Obertum Monferratensium Marchionum familiæ adjunxerit Ughellius nescio*) eidem Landulfo fidelitatis juramentum præstitit pro S. Salvatore oppido Astensi Ecclesiæ fiduciario. *lin.* 39. & 40. *quis iste* Marchio Viarizii? *Puto errorem latere & forte hic legendum* Manfredus Viarizii, *ut infra ad ann.* 1168. *doc.* 52., *vel dicendum hic vox* Marchio *non dignitatis, sed personæ nomen esse.*

MCXXVII. Col. 46. *n.* 35. *Personæ in hac synchrona membrana nominatæ erant incolæ Roboreti insignis olim oppidi, in cujus solo post aliquot annos Alexandria fuit ædificata. Ora agri* ferramenta *nuncupata hoc adhuc nomine a civibus vocatur, atque parum distat a porta Januensi Alexandriæ. Cæterum hoc anno numerabatur indictio V. non XI., ut hic perperam irrepsit. lin. etiam* 17. *col.* 47. Otta *non* Orta *legendum.*

MCXXXIV. Col. 51. *n.* 39. *Cum hoc documentum ex Chartulario Astensi excerpsissem, in ea versabar opinione hic agi de Marchionibus ex Bonifacio, & Alasia Magnæ Adelaidis Segusinæ Marchionissæ nepte progenitis: non de Marchionibus Cevæ, prout Ughellius in Ottone Episc. Astensi absurde prorsus crediderat. Serius enim isti prodierunt, quam ut hoc anno aliqua de ipsis mentio uspiam legatur. Obstabat equidem silentium tituli Marchionalis, qui fuit in hac charta a Notario prætermissus, quod minime factum fuisset, si de tot, tantisque viris acta res esset. At nonnulla licet rara suppetunt exempla Notariorum, qui de Marchionibus agentes titulum omiserant, cujus unum ego exemplum proferam par.* 2. *S. C. Diplom. Col.* 401., *eoque magis in hac specie facile erat, quo ipsa Adelasia, ac filii in propria eorum persona de se ipsis loquebantur. At V. C. Gaspar Sclavus me per epistolam VIII. Kal. septembris præteriti anni monuit, viros hosce ex aliis, quas ipse habebat, chartis, ad nobilem Carassoni antiqui olim oppidi Domi-*

norum familiam pertinere; Ecclesiæ Astensi beneficiario jure devinctos; ac Marchionis Bonifacii, cujus ætate floruerunt Castellanos fuisse: Alasiam vero in hoc documento nominatam videri uxorem fuisse Ottonis de Monte-Basilio, cujus meminit Duran. Piemonte Cisspadano *pag.* 165.: *horum frequentem mentionem haberi in membranis hujus ætatis Tabularii Carthusiæ de Casotulis. Hæc omnia confirmavit ex charta permutationis inter Marchiones Cevæ, & Episcopum Astensem ann. MCCXXII., quam ejus beneficio typis edidi p. 2. S C. D. col.* 400. *n.* 176. *In hac fit mentio DD. Jacobi, & Arditionis de Monte-Basilio. At istos pro certo habet ad familiam DD. de Caraxono spectasse: clarum igitur fit antiquiores istos Montis-Basilii Dominos ejusdem quoque familiæ fuisse. Præterea inter fratres in hoc documento memoratos recenseri quemdam Obertum, cujus in familia Marchionis Bonifacii altum ubique silentium. Quæ cum & vera, ac solida mihi visa fuerint ipsi gratulatus sum non solum, quod me a falsa, in quam inclinabam, sententia dimoverit, verum etiam alterius nobilissimæ familiæ originem detexerit, quod historiæ illorum temporum illustrandæ maxime inservit. Cæterum, ut libenter fatear, quod sentio, in ea me opinione admodum anxium, sollicitumque tenebat illa observatio, qua ex hac charta consequebatur, neptem magnæ Adelaidis Bonifacio jam seni ultimo nupsisse, quod graves patiebatur difficultates, quarum præcipua hæc mihi videbatur. In libro inscripto:* Chronologia, & aliorum virorum Illustr., & Abbatum Insulæ Lirinensis Lugd. in 4. 1613. par. 2. pag. 162. *l. Bonifacium Marchionem cum Agnete sua uxore versus ann. MCXXXI. approbasse quandam donationem Ottonis Episcopi Albinganensis Monasterio Lirinensi factam (textum protuli in parte II. col.* 321. *n.* 50.). *Haud enim intelligebam, quo modo fieri posset, ut hoc anno filii solum cum matre ad exclusionem M. Bonifacii, qui in vivis erat, de tanti momenti feudo disponerent. Videbatur etiam conciliari haud posse hæc duo tam brevi intervallo, & tam provecta Bonifacii ætate Adalasiæ, ac Agnetis a Bonifacio inita matrimonia. Ad rem extra omnem dubitationis aleam collocandam illud unice deerat invenire hujus M. Bonifacii decretum. Et hoc sibi sumsit numquam satis laudandus Sclavus, quod ei quoque feliciter successit. Adeo enim impigre, ac sollicite egit apud amicos, aliosque, ut ex ejus Monasterii Tabulario inventa demum fuerit charta memorata, quam cum ad me misisset, deprehendi scriptam a M. Bonifacio Agnetis consensu anno MCXXVIII. Si itaque hoc anno cum Agnete junctus erat Bonifacius, haud potuit post sex annos Adalasiam habere uxorem, quæ jam tot tantosque ei genuisset filios, quot in hac charta MCXXXIV. Adalasiæ tribuuntur? Quid si addatur jam fere omnes ex istis in testamento Bonifacii anni MCXXV. jam nominatos reperiri? constat ergo, quod initio dicebam, optime sensisse V. C. Sclavum, cum hanc chartam ad Marchiones Aledramicæ familiæ nullomodo pertinere posse putavit.*

MCXXXVII. Col. 52. *n.* 40. *Hoc documentum licet ad Amedeum Comitem pertineat, origines tamen Monferratensium Marchionum maximopere illustrat ex ea parte, qua* Monasterium de Loces in terra Marchionis Wilelmi fratris sui situm *affirmat. Conveniunt hæc cum Ottonis Frisingensis historia, qui præterea addidit l.* 1. *cap.* 44. *Amedeum Comitem, & Vilelmum Marchiones Ludovici Francorum Regis avunculos fuisse. En ejus verba:* Tempore veris..... Conradus Rex in transmarinam expeditionem profectus est ..... tantam autem post se multitudinem traxit ..... quem Francorum Rex Ludovicus non multo post cum suis subsecutus est ducens secum ex nostris Lotharingos, quorum principes, seu primores erant Stephanus Metensis, Henricus Tullensis Episcopi, Reginaldus Munzunensis, Hugo Vaidementensis Comes, & de Italia Amedeum Taurinensem, fratremque ejus Gullielmum Marchionem de Monteferrato avunculos suos, aliosque quamplures. *Quo autem modo hæc cum Francorum Rege necessitudo intercesserit, præstat pauxis explicare adhibitis ad hoc opus Gallicis Scriptoribus. Adsteram Albericum, qui primus mihi occurrit. Is in suo Chronico (Rer. Gall., & Franc. Script. Tom. XIII. edit.* 1786. *pag.* 705.) *ad annum* 1162. *hæc habet.* Uxor autem Ludovici Grossi mater omnium prædictorum Regina Alaidis fuit, soror Amedi Comitis Sabaudiæ, de cujus altera sorore (uterina) Marchiones Montisferrati procedunt: de tertia Reges Portugalliæ, & istarum mater Comitissa Sabaudiæ fuit filia ejus, qui tunc erat Dux Venetiæ. *Licet enim erraverit, & cum Marchiones Montisferrati ex sorore uterina Amedei derivatos putavit; (si tamen lectio sincera est); neque enim ex sorore, sed ex matre Amedei, quæ Rainerio secundo nupserat, orti illi sunt: & cum hanc filiam Ducis Venetiæ arbitratus est; cum filia fuerit Comitis Burgundiæ, minime vero Duis Venetiæ, (nisi malis dicere cum Guichenone errore Scribarum hoc factum; cum enim scripsisset Albericus Vesensienſi, illi Venetiensi, & Venetiæ demum oscitanter scripserunt): attamen satis clare detexit horum cum Ludovico nobilissimam conjunctionem, sicuti in hoc schemate manifestius cognoscitur.*




Demum addam indictionem corrigendam esse: neque enim anno 1137. *currebat indictio XI. sed XV., quam in autographo, a quo hoc exemplar decem ab hinc annis desumsi, reperiri certus puto.*

MCXL. Col. 52. *n.* 41. *Hæc emendanda. Primo annus : pertinet enim ad annum MCXLI. lin.* 61. oriuntur perturbatus *lege* oriuntur, perturbatus *&c.*

Col 53. *lin.* 2. ideoque *l.* ideo. *lin.* 7. donavit. Post *l.* donavit post. *lin.* 12. *post* adipisci *pone comma.*

Monogramma prorsus simile, ac illud, quod infra habetur n. 48.

In medio subscriptiones



MCXLII. Col. 53. *n.* 42. *Circa hoc documentum duo mihi præstanda sunt, ejus originem, atque sinceritatem aperire, & aliquas correctiones apponere. Ac primo hoc mihi donatum fuit ann.* 1787. 24. *martii a Cl. V. Marchione Carolo Ceva de Bosia, qui illud acceptum referebat a V. C. J. B. Vasco, & hic a sæpius laudato G. Sclavo, qui ei narraverat se habuisse a quodam Notario Ferrerio de Ceva, cui Marchio Franc. Ceva a Roascio Autographum ad rescribendum concesserat, addens se membranam vidisse, ac palpasse, eamque olim a veteri quondam Antiphonario FF. MM. Conventus Curtismiliæ, cui tegendo inserviebat, detractam, ac in Tabulario ejusdem Marchionis repositam fuisse. Accepto itaque præclarissimo documento nil antiquius habui, quam illud edere. Vix autem edideram, ut in mentem venerit ejus exemplar mittere ad memoratum Sclavum, qui diligenter perpenderet, num rite singula se haberent. Is amantissime, ut solet singula verba scrutatus, nonnulla sphalmata irrepsisse cognovit in exemplari Marchionis a Bosia, quæ ex suo corrigenda præscripsit hoc modo:* *lin.* 43. quondam Bonifacii *legitur* quondam D. Bonifacii. *lin.* 49. ansibus *l.* censibus. *lin.* 56. odinari *l.* ordinata.

Col. 54. *lin.* 5. *post* Salutia *pone* ; *lin.* 30. in tertia *l.* item in tertia. *lin.* 37. avius *l.* axius. *lin.* 38. Salxedum *l.* Salaxedum. *lin.* 50. vocata fuit *dele* fuit. *lin.* 57. Docii *l.* Deus.

Col. 55. *lin.* 4. *post* possessionum *adde* habere. *lin.* 21. Murialdum *l.* Miroaldum. *lin.* 26. nunc possidet *l.* nunc tenet. *lin.* 28. Podolio *l.* Podiolo. *lin.* 40. in quarta *l.* quinta. *lin.* 45. Montisfortis *l.* Monsforti. *lin.* 49. Boxo *l.* Bosea. *lin.* 56. Monte Urcino *l.* Circino, *item* Seisolii *l.* Feixolii. *lin.* 59 redditibus villarum *l.* dictarum villarum. *lin.* 61. expressorum *l.* expressum.


Col. 56. *l.* 9. Vasto *l.* Wasto. *lin.* 11. finem *l.* Finer. *lin.* 19. Ferrania *l.* Ferraria *lin.* 23. Quintini, Martini *l.* Quintini Martyris. *lin.* 52. majori *l.* Majoli. *lin.* 54. vendo *l.* verdo. *lin.* 55. sparvagium *l.* sparvarium. *lin.* 56. Tairolum *l.* Faixolum.

Col. 57. *lin.* 5. Tanagri *l.* Tanar. *l.* 43. & Malocellus *l.* A. Malocellus. *lin.* 47. donationis *l.* divisionis. *Nil difficultatis occurrit in indictione, quæ communiter Januæ, Placentiæ, Pisis, Florentiæ, & Venetiis* 8. *Kal. sept. mutabatur. Quod spectat ad Marchionatum Buschæ, haud supervacaneum existimo adnotare hujus mentionem fieri quatuordecim post annos ab Ottone Frisingensi in sua Historia Friderici, in qua cap. XVI. sic habet.* Ab Asta castra movens (*Fridericus*) in Marchia quadam, quæ Busca dicitur, tentoria fixit. *In notis corrige* Torrens *ubi lin.* 4. *col.* 58. Torrem *habes. Item lin.* 6. *post* Benevelli *appone punctum.*

MCXLIX. col. 58 *n.* 43. *Cum olim hoc documentum exscriberem, excidit erratum in Epacta, quæ non XX. sed IX. esse debet. Illa enim ad annum sequentem pertinuit.*

MCLV. col. 59. *n.* 45. *Cum post editum documentum membrana sub oculis mihi obvenisset, contuli, ac corrigenda hæc esse deprehendi. lin.* 50. Septebrio *legitur* Setebrio. *lin.* 53. Cassinellis *l.* Caxinellis. *lin.* 57. Veredino *puto esse* Beredunum, *sive* Bruno Cassinis *l.* Caxinis.

Col. 60. *lin.* 8. Si qua igitur *adde clausulam, quæ integre occurrit col.* 62. *proxime sequenti lin.* 43. *Lin.* 11. *post singula Cardinalium nomina adde* subscripsi, *quod sigla peculiari indicabatur. Item ibi* titulatus *l.* tituli. *Post* S. Ceciliæ *adde* Ego Enricus Presbyter *&c., qui hic extra ordinem legitur lin.* 15. *Lin.* 12. *post* S. Georgii *adde* ad velum aureum *lin.* 19. Pontif. nostri V. *l.* Pontificatus vero. *lin.* 20. an. 11. *l.* anno secundo; *at indictio falsa est. Anno enim* 1155. *erat indictio III. non V.: at ne mireris; neque enim illa membrana autographum est, sed exemplar anno MCCLXXVIIII. ex autographo desumtum. Ex eo Notarius hoc deduxit Adriani monogramma quod, in fine membranæ adhiberi consueverat.*




In medio utriusque spatio continebantur Pontificis, & Cardinalium subscriptiones.

MCLXI. col. 61. *n.* 48. *Ad manus venit alterum licet recens exemplar, cujus hæc unica lectio arridet.*

Col. 62. *lin.* 18. amici Buacii *legitur* Anrici Boccacii. *Interea hæc errata typographi corrigas velim lin.* 42. Si que *l.* Si qua. *lin.* 44. tentaverit. Secundo *l.* tentaverit, secundo.

Col. 63. *lin.* 4. Imper. *l.* Papa. *Annus Pontificatus convenit cum Aera Christiana, minime vero cum indictione, quæ nona erat non decima. Adponam*

hic monogramma, quod in fine Apographi a Not. Barberio Curiæ Alex. Cancellario, qui ex membrana illud exſcripſerat, depictum vidi.



In intermedio ſpatio aderant S. P. Alex. & Cardinalium ſubſcriptiones.

MCLXIV. col. 65. *n.* 49. *indictio hic appoſita reſpondet privatæ Januenſium conſuetudini. Indictio communis hoc anno erat XII. Ante ſubſcriptionem Guilielmi hoc erat ſignum ei præpoſitum.*



Reliquis autem nominibus ſola crux ✠ affabre efformata præibat.

MCLXIV. col. 66. *n.* 50. *Hujus meminit Benvenutus a S. Giorgio in ſuo Chronico Monferratenſi qui contracte ſummam diplomatis dumtaxat exhibuit; conferens autem ea, quæ exhibet Benvenutus cum hoc diplomate, ac cum aliis in ſimili cauſa jam editis nonnullas varietates notavi, ſcilicet lin.* 40. & 58 U3. *eſt ſigla a Notariis frequenter uſurpata pro* videlicet *lin.* 41. Turigia *deeſt apud Benv. lin.* 43. Regum, *Benv. verius* Rincum, *ibi* Curcavagni *Benv.* Colcavagno. *lin.* 44. Mercolengo *Benv.* Marcorengo *lin.* 45. *Intermedia loca, & oppida inter Aramengum, & Scheiranum in lin.* 47. *hic memorata deſunt apud Benv. lin.* 50. Schairanum *deeſt apud Benvenutum; & merito. Eſt enim mera præcedentis* Scheirani *nominis repetitio. lin.* 51. Sebeſtianus *l.* Sebaſtianus *col.* 67. *lin.* 15. Geneardus *melius* Gebeardus: *item ibi l.* Marquerdus d' Orobach *melius* Marquardus Crombach. *lin.* 17. Arnaldus, Barbavaria *dele comma intermedium: item ibi* Lorveardus *melius* Corradus. *lin.* 18. Bogderus, Caſmarius, *legerem* Rodgerus Camerarius. *lin.* 23. Indic. II. *corrige* Indic. XII. *vel* 12. *In exemplari relato in collect. DD. pro cauſa Monferratenſi hoc Friderici ſubdebatur monogramma.*



MCLXXII. col. 69. *n.* 55. *Temporis adſcriptio ob lapſum Typographi corrigenda, & l.* 56. *lege non* ſeptingenteſimo, *ſed* ſeptuageſimo, *ut evidens eſt. Præterea initio ſequentis lineæ duplicanda eſt vox* quinta, *tum quia ita ſe habet meum exemplar, tum ut dies XV. auguſti concurrat cum feſto Aſſumptionis B. M. V., quo die acta hæc fuerunt, ut col.* 70. *lin.* 35. *dicitur.*

MCLXXVI. col. 70. *n.* 56. *Hoc præclarum documentum fuit a Guidone II. Epiſcopo ex autographo coram pluribus notariis ſolemniter exſcriptum anno* 1345. *die* 22. *julii, ex quo hoc meum deduxeram exemplar; at autographum ipſum videre mihi hoc anno datum fuit. Licet vero difficillimæ eſſet lectionis, intellexi tamen nonnulla in hujus chartæ edito textu mutanda eſſe, ſcilicet lin.* 51. *D.* Galdinum *autographum legit D. G. lin.* 53. Aquenſis Eccleſiæ Epiſcopum *l.* Aquenſem Epiſcopum: *ibi* Remperge *l.* Reperge. *lin.* 58. ſed *l.* ſe. *lin.* 61. Emfiteuſim *l.* Emphyteoſim. *lin.* 62. modios *l.* modia; *item in linea ſequenti. lin.* 63. *in fine adde* Caneve. *col.* 71. *lin.* 2. Super quod *l.* Et ſuper hoc quoddam *lin.* 10. diſſipavit *l.* diſſipaverat. *lin.* 25. Epiſcopatus *l.* Epiſcopus. *lin.* 27. Epiſcopus *l.* Epiſcopatus *lin.* 30. poſſet auferre *l.* poſſet ei auferre. *lin.* 42. conceſſionem *l.* confeſſionem. *lin.* 43. Quam vi *l.* Quoniam vi. *lin.* 44. Quoque D. Gullielmum *l.* & D. Guilelmum. *lin.* 48. habebat *l.* offerebat *lin* 49. iſtam *l.* infraſcriptam. *lin.* 51. *nil deeſt, ac delenda puncta, uti & in linea* 55.: *ibi* debuit *l.* debebat. *lin.* 54. obſervaturum jure jurando *l.* jurando obſervaturum. *lin.* 59. inducebat *l.* introducebat. *Diu olim me torſit verbum illud* de pontone *initio documenti ad priſtinum deſignandum appoſito, regionis ne nomen eſſet, an quidpiam aliud? At molitores ipſi edocuerunt eo nomine ſolitos ſe deſignare piſtrinum ſuper naves pontis inſtar junctas impoſitum; ita ſæpe accidit, ut res omnium facillimæ ignoratione technici ſermonis difficultatem haud mediocrem pariant.*

MCLXXVI. col. 72. *n.* 58. *Contuli cum exemplari, quod extat in membranaceo Alberti Epiſcopi volumine, item cum alia membrana oblonga, ac magna cura exſcripta, in qua omnia antiqua decreta circa hanc cauſam Anſelmo Epiſcopo jubente fuerunt congeſta, Quæ ſic incipit.* In nomine Sanctæ, & Individuæ Trinitatis. Anno Domini MCCXX. indictione X. die Sabbati IV. Junii in Caſtelleto Aquis præſentibus presbytero Enrico Bergognino de tertio teſtibus rogatis. Dominus Anſelmus Dei gratia Aquenſis Epiſcopus præcepit mihi Jacobo Notario, ut ſcripta quædam majoris Aquenſis Eccleſiæ autenticarem, & in publicam formam redigerem, videlicet ſententiam Domini Alghiſii Dei gratia Sanctæ Mediolanenſis Eccleſiæ Archiepiſcopi ſuper jure Parrocchiali. Item litteras ejuſdem venerabilis Domini Alghiſii. Item litteras Domini Urbani PP, III. Item alias litteras Domini Urbani PP. III. Item ſtatutum Domini Ugonis Aquenſis. Item litteras Domini Milonis ſe Mediolanenſis Eccleſiæ Archiepiſcopi. *lin.* 6. *dele* Epiſcopus. *lin. ſequens ita ſe habet.*

Fratri. *In fine addebatur.*

Ego Jacobus Imperialis aulæ not. autenticum hujus exempli ſigillo cereo cum mula ſigillatum, in quo continebatur *S. AMBROSIUS* videns legi &c.

MCLXXVIII. col. 72. n. 58. Hæc emendanda: lin. 31. indict. XII dele unitatem, & remanebit indictio XI. col. 73. lin. 3. Uberto de Fredona *corrige* Uberto de foro. *lin. 5.* Quæ non clara; *tollenda vox* non *lin. 17.* Caſino *l.* Caſſine, *o* Caxinis. *col. 74. lin. 45.* Cabmagna *l.* Calamagna.

MCLXXX. col. 77. n. 60. Editum fuit a Ghilinio in annal. Alexan. pag. 9. apud quem rectius ita incipit, Alexander Epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilectis &c. *reliquas differentias omitto, quia varientes Ghilinii ſpurias evidenter cognovi.*

MCLXXX. col. 78. n. 61. Hic unum moneo col. 79. lin. 17. videndum num ſit Ponzoni *legendum, an* Ponzani. *Agitur de Marchionibus Boſchi, qui forte Ponzoni adhuc jura aliqua conſervabant; ita num corrigenda ſit lectio, quæ col. 58. lin. 62. doc. 44. habet* Pecentum, & Ponzanum. *Facile enim fuiſſet librario unam vocalem in alteram finitimam mutare.*

MCLXXX. col. 79. n. 62. Duæ, circa hanc cauſam prolatæ ab hoc Epiſcopo ſententiæ membranæ Aquis exiſtunt; altera in Epiſcopali, altera in Eccleſiæ majoris tabulario. Prior exhibet textum ſub hoc numero a me relatum, cui antiquiſſimo caractere erat inſcriptus titulus huic chartæ a me præfixus: altera lectiones lineis incluſas. Hujus cum nuper videndi facta fuiſſet facultas, puriores lectiones excerpſi, quas hic dabo: lin. 56. S. Mariæ *&c. l.* S. Mariæ Aquis *&c. lin. 57.* Johannis ex altera *l.* Johannis pro Eccleſia S. Caloceri ex altera parte *lin. 63.* hoſpitalariorum *l.* Hoſpitalis.

Col. 80. lin. 4. receperit. de quibus *l.* receperit, de quibus. *lin. 8 deeſt in hoc autographo linea, quæ incipit* eandem *uſque ad verbum* duas partes *lineæ ſequentis. lin 12-3 in fine dele punctum, & lege,* ſicut dictum eſt de Hoſpitalariis, & converſis. Si vero nuncius. *Ut cauſa hujus controverſiæ penitius intelligatur, prænoſcenda origo ordinis Hoſpitaliorum. Fuit hic a Paſchali II. approbatus an. MCXVIII., deinde ab Innocentio II. per epiſtolam, ſeu Bullam ad omnes Archiep., & Epiſcop., quæ incipit.* Inter Religioſos, *in qua eis inhibet, ne audeant vel baptiſma parvulis, vel pœnitentias morientibus dare, quæ etiam officia ſacra ab hoc Epiſcopo Aq. Canonicis reſervantur. Præter ſuperiorem aliam edidit hic Pontifex quæ incipit*: Quam amabilis &c. *an. MCXXX. quæ potuit occaſionem huic controverſiæ ſuppeditare. In hac vero, quam ſummus Paſtor juſſit ab omnibus Epiſcopis per Parochos promulgari, tria ſtatuit I. ut eis elemoſinam, & beneficia annuatim conferentibus* ſeptimanam injunctæ pœnitentiæ indulgerent. *II. Ut qui habitum fraternitatis aſſumerent*, ſi forte Eccleſiæ ad quas pertinent a divinis officiis fuerint interdictæ, eoſque mori contigerit, ſepultura Eccleſiaſtica eis non denegetur. *III. Permittit, ut ſuos confratres ſepelire poſſint in ſuis Eccleſiis, niſi ſint excommunicati, & ſine alieni juris præjudicio.*

MCLXXXI. col. 80 n. 63. Deductum eſt hoc documentum ex membrana Capituli, quam acceptam referimus Guidoni II., qui ut Eccleſiæ ſuæ jura ſervaret, pæne omnia antiqua documenta renovavit. Sic autem incipit. In nomine Domini. Amen. Hoc eſt exemplum .... Scriptum .... per me Bartolomeum Notarium ... ad originalia inſtrumenta coram venerabili viro D. Presbytero Alberto Baudezono Archipresbytero plebis de Beſtagno ad inſtantiam R. in Chriſto P., & D. Guidonis D G. Aq. Epiſc., & Comitis. *Poſt Uberti decretum adeſt charta venditionis Margaritæ Malocellæ Abbatiſſæ de anno 1314. die 6. aprilis, & decretum Archiepiſcopi Januenſis eodem die, & anno, quod infra col. 277. n. 275. ſuo loco proferam; poſtea ſubſcriptiones Notariorum, quæ ſic ſe habent.* Ego Dominicus de Culardis de Beſtagno &c. Ego Franciſcus Novellus de Tercio &c. Ego Bartholomæus de Grignaſco de Novaria Canonicus Tridentinenſis imperiali auctoritate Notarius, ſcribaque dicti D. Epiſcopi hæc autentica ad prædicta tria &c. Originalia fideliter ſcripſi anno 1351. ind. IV. die VII. menſis novembris. *Ex hujus membranæ attenta lectione hæc in meo codice emendanda ſtatuo. L in 41. poſt* Aquenſium *adde* Canonicorum. *lin.* 45 proprietatem *lege* poteſtatem *lin. 46.* quibus & *l.* in omnibus & *lin. 49. poſt* pietatis *adde* noſtræ. *lin* 62. & ejuſdem *l.* & conventus ejuſdem. *lin. 63* ſuarum *l.* tuarum. *col. 81. lin. l. 3.* perſpeximus *l.* perſpicimus. *lin. 14. poſt* exactione *l.* voluntaria. *lin* 21. *poſt* Martini *adde verbum, quod ſi bene in veteri compendiaria ſcriptione intelligo, eſt* conſueverunt. *lin. 27.* conſentientibus *l.* conſententium. *lin. 28. poſt* factum *lege* decernitur. *lin. 34. poſt* Aquenſis *adde* ſubſcripſi *lin. 36.* Ardicio *l.* Ardizio. *lin. 42.* Henrici *l.* Anrici. *lin* 44. *poſt* Eccleſiæ B *adde* Martini de Gamundio *lin. 47. poſt* de Burgo *adde*, Fornarii. *lin. 51.* Dei, *error Typographi loco D. I. ſcilicet* Dominicæ Incarnationis. *lin. 54.* hinc rogatus *l.* hinc inde rogatus. *lin. 55.* Canonici *l.* Canonicorum. *Hiſce duo ſubjungenda, quorum primum eſt ex hoc anno uſque ad initium ſæculi XIV notarios conſueviſſe conjungere diem hebdomadis currentis cum die menſis, ut ex hac charta, ac ſequentibus intelligimus. Excipiendi ſunt Notarii Germani vel qui Germanis Imperatoribus, ac Legatis inſerviebant, ut ex documentis n. 88. 89. col. 103. 104. Alterum eſt Januenſe hoc monaſterium S. Thomæ jam pridem deſiiſſe, atque monachabus dimiſſis Eccleſiam in parochiam erectam ſequiori aevo fuiſſe. Hoc nos edocet Antonius Georgius Franchelli, qui in libro, cui titulo*, Saggi Cronologici di Genova *edit. Januæ MDCLXXIII. pag. 148. hæc habet*: S. Tom. Rettoria Parochiale era prima Monaſtero di Monache, quali avevano autorità di conferire a modo loro poſſibile beneficio, come appare da iſtromento di Pietro Ceriana del 1453. Conferiano pure la Rettoria di S. Nazario della Dioceſi d' Acqui con tenue penſione in riconoſcimento. *Licet autem hic nulla mentio de harum duarum Eccleſiarum B. Martini, & B. Egidii dependentia ab hoc Monaſterio, utpote res a tempore, quo hic ſcriptor florebat, nimium remota, inde tamen ediſcimus Eccleſiam Parocchialem S. Nazarii (de Predaſco) fuiſſe huic Monaſterio antiquis temporibus ſubjectam, in quam ſan-*

limoniales S. Thomæ de Janua jurisdictionem exercerent. Quæ notitia majorem forte lucem potest afferre ad intelligendam causam, cur Episcopus Guido II. multas hujus Parochialis Ecclesiæ collationes a decessoribus suis libere factas in prolixa membrana solemniter exscribi, ac in publicam formam redigi voluerit; vide notam ad doc. n. 217. *col.* 232.

MCLXXXIV. col. 81. *n.* 64. *Edidit Ghilinius pag.* 12. *qui ita in sequentibus locis a meo exemplari discrepat col.* 82. *lin.* 13. Curariam *legit* Curajam *lin.* 21. quoslibet annos *l.* quoslibet quinque annos. *lin.* 38. imperatoris *l.* imperii. *lin.* 50. dominium *l.* dominum.

Col. 83. *lin.* 3. Vascus *l.* Vasonus *lin.* 20. Malevassi *l.* Malevisca. *selectiores, ac meliores sejunxi. Adverto lin.* 22. de Vella *forte meliorem esse lectionem* de Vercellis. *Ad hæc tempora spectare puto conventionem Alexandrinorum cum civitate Terdonæ, quæ in Terdonensi Chartulario jam memorato sine anni nota refertur, in quo inter cætera hæc leguntur*: Si vero illi de Palea usque ad mediam quadragesimam per voluntatem Imperatoris de Palea egressi fuerint, tenebimus, quod nullum eis malum inferemus.

MCLXXXIV. col. 83. *n.* 65 *lin,* 42. præceptis eorum missi, *lege* præceptis, & eorum.

MCLXXXVI. col. 84. *n.* 66. *Contuli cum synchrona membrana Capituli, & detegi hæc mutanda. lin.* 44., *&* 45. *loco* nobis *legendum* vobis. *lin.* 49. sententiam *D. l.* sententiam *A., ideſt* Algisii. *In fine habebatur subscriptio Notarii.* Et ego Ja. Imperialis Aulæ Not. autenticum hujus exempli cum Bulla, & corda in ea posita bullatum in quo continebatur Urbanus PP. III. videns legi.

MCLXXXVI. col. 84 *n.* 67.

Col. 85. *lin.* 31. Dondamine *legendum* Rondanine. *lin.* 53. ordini . . . *l.* ordinis. *lin.* 61. promulgaverit *l.* promulgaverint.

Col. 86. *lin.* 16. Tiberim S. Calisti *hic deest nomen alterius Cardinalis, qui habebat titulum* S. Calixti. *lin. seq.* tit. XII. Apostolorum *in aliis Brevibus* (*Verci Mar. Trivig. n.* 29. *T.* 1.) *legitur* tit. Basilice Apostolorum.

MCLXXXVI. col. 86. *n.* 68. *Contuli cum capituli membrana, ex qua hæc didici emendanda. lin.* 40. & bone memorie Algisius *legitur* bone memorie A., *scilicet Algisii. lin.* 45 eandem Parochiam *l.* eadem Parochia. *lin* 49, fraternitatis *l.* fraternitati. *lin.* 51. *dele* S. Petri.

MCLXXXVI. col. 86. *n.* 69 *Illud in primis notandum hoc documentum in serie relatum a C. V. Malacarne Lib Cit. p.* 240. *qui nonnisi octo, vel novem lineas ex ipso protulit. At omnia perturbavit, confudit, ut vix una linea sit, quæ non gravi aliquo errore scateat. Prima linea non reperitur in textu.* 2. *ineptum est, quod ait terras, & gerbas M. Boccacii cohærentes fuisse Calamagnæ, Boccaccio, & VV. Blanco.* Gerba Hugonis *non hasce, sed alias habebat cohærentias, scilicet Calamagnam, Ecclesiam de Vidisiono, & via a duabus partibus.* 3. *Campus de Ulmo erat* in Montexel, *non* Montexemo, *& M. Boccaccius non respondit hunc campum se tenere ab* Episcopo, *sed* a massariis Canonicorum. *Demum agitur de decima a Manfredo Boccaccio solvenda non a Consulibus Aquensibus, uti lin.* 13. *affirmat. Sed de hisce jam plura, quam oporteret. Noverit Lector editum hoc exemplar contulisse cum autographo Capituli, unde hæc corrigenda col.* 87. *lin.* 5. decimam *legitur* decimas *lin.* 6. aut *l. &. lin* 10. Hugone *l.* Hugonis. *lin.* 16. habebat *l.* habuerat. *lin.* 17. Gerbis *l.* Gerba. *lin.* 36. Villelmus Blancus *l.* Vilelmi Blanc. *lin.* 44. *MCLXXXVI. l. MCLXXXV., item lin.* 46. *dele* amen *lin.* 47. Bellesii, Ugo Amaldus *l.* Bellesi, Ugo, & Arnaldus. *post* Palatii *adde* jussu infrascriptorum Consulum hanc sententiam scripsi.

MCLXXXVII. col. 88. *n.* 70. *Revocavi ad primigeniam Capituli membranam, ex qua emendanda hæc duo*: *lin.* 30. presente *l.* in prædicto. *lin.* 32. Coturbia *l.* Conturbia. *Puncta autem lineæ vigesimæ indicant ibi eorum, quæ a Canonicis petebantur, summam expositam fuisse, &, ut innui in notis, eisdem verbis ac in antecedenti Consulum sententia a l.* 1. *ad* 4. *item a lin.* 8. *ad* 21.

MCLXXXVII. col. 88. *n.* 71. *Extraxi hoc diploma ex quodam volumine chartaceo ejusdem Monasterii admodum deformato, ac sæculo XIV. conscripto: proinde nil mirum si notæ falsæ sint. Videamus autem num suo anno restitui possint. Henricus VI. electus fuit Romanorum Rex anno* 1169. *primis junii diebus; obiit in Sicilia sub finem anni* 1197. *Regni XXVIII, imperii vero VIII. Philippus ejus Archicancellarius mortuus est anno* 1191. *Milo versus annum* 1187. *Urbano Pontifici in Archiepiscopatum Mediolanensem successit. Propterea hoc diploma conscriptum esse debuit sub finem anni* 1186., *cum circa ætatem Fridericus Italia cessisset, ac in Lombardia Henricum VI. filium suum reliquisset. Quare ita essent emendandæ notæ*: anno Domini *MCLXXXVI.* Regnante D. Henrico VI. Romanorum Rege gloriosissimo anno regni ejus *XVIII. Nil obstaret autem, quominus etiam ad annum* 1187. *collocari posset, cum Henricus a Romana expeditione regressus per has regiones moraretur. At cum videamus in fine hujus diplomatis appositum n. XVIII., qui convenit cum an.* 1186., *idcirco mutata sententia nunc revocarem ad præcedentem potius annum, quam ad istum nimirum* 1187. *Sed quomodo irrepsit illa nota VI. in apographo illo chartaceo? Re diutius perpensa, videor invenisse causam, scilicet librarius in autographo vidit siglam verbi* ideſt, *vel* scilicet, *quam haud intelligens ipse putavit numerum esse VI. Hæc ut clariora fiant, adferam diplomata hujus Regis ad duos hosce annos spectantia, quorum mentio, vel exemplaria typis edita ad meam notitiam pervenerunt.* 1886. *III. nonas junii versabatur* in campo urbe veteri (*Dumont. Corp. dipl. T.* 1. *p.* 1. *pag* 109. *Lunig. Cod. Germ. Dipl. T.* 1. *pag.* 359.) *Item* 16. *julii erat* in obsidione Urbis veteris (*Lun. Cod. Ital. dipl. Tom.* 1. *p.* 393.) 1. *septembris* in Castro S. Miniatis (*Lami Delic. erudit. T.* 1. *p.* 196.) 7. *octobris* Bononiæ (*Ann. Camald. T. IV. pag.* 153.) *V. C. Oldericus in suo de variis antiquitatibus opere Romæ edito pag.* 131. *meminit cujusdam diplomatis die* 25. *octobris* apud Cesenam *hoc anno a Rege Henrico*

cuſum, & teſtem citat Muratorium. in Ant. Ital. Medii Ævi T. IV. pag. 409. *At apud Muratorium non ſolum in hac pagina, ac diſſertatione, verum etiam in indice documentorum altum de hoc diplomate ſilentium. Hic autem videtur commode collocari poſſe documentum hoc, quod præ manibus verſo, Monaſterio de Tilietto conceſſum.* 28 *novembris* apud Eſſimens. (*Ughell. Ital. ſacr. ed. colet. Tom.* 1. *pag.* 332.) 1187. 17. ſeptembris *an. XVIIII.* Regni Bononiæ (*Lami loco cit. pag.* 195) *Hæc ego deſumſi partim ex opere Olderici, quod de antiquitatibus edidit Romæ, ubi pag.* 131. *catalogum texuit diplomatum ab Henrico ab anno* 1186. *ad an.* 1197. *editorum, partim a Georgisch, qui herculeo plane labore in plura volumina chronologice digeſſit omnia, quæ apud quoslibet auctores reperit Imperatorum &c. diplomata ſub hoc titulo* regeſta Chronologica diplom., in quibus recenſentur omnis generis monumenta & documenta publica. Petrus Georgisch. Francofurti & Lipſiæ an. 1740. in fol. Tom. V. *Quod opus ſi Olderico innotuiſſet, multo nobis ampliorem ſeriem tradidiſſet. Cum enim apud Germanum ſcriptorem LXX. & amplius memorentur ab Henrico edita, ipſe ſolum XXXII. circiter indicavit. Hiſce autem catalogis nunc addenda ſunt quatuor hujus Regis diplomata* 1. *illud, de quo agimus ann.* 1186. 2. *anni* 1191. *col.* 94. *n.* 78. 3. 1193. *Geiſenhuſen col.* 101. *n.* 86. 4 1196., *& extat in Hiſt. MS. Comitum de Blandrate, & editum fuit apud Forum Nonum XI. kal. octobris. Nunc definita diplomatis epocha, pauca mutanda ex conjectura proponam. col.* 89. *lin.* 1314. Caſtro veſtri *legitur* Caſtro veteri *ut ſupra lin.* 7. *lin.* 28. *lege* ſive. *lin.* 43. M. Oppizo de Oſa, *legere mallem* M. Oppizzo de Eſte, *ut infra. col.* 95. *lin.* 23. *ibi* Marchio puncifius: *forte* Punaſius, *ſcilicet* Manfredus Marchio *de Salutiis ita cognominatus. At ego potius arbitror hic agi de Puncio Marchione Ponzoni, qui circa hæc tempora florebat.*

MCLXXXVIII. col. 89. *n.* 72. *Poſt editionem hujus documenti prolixam contigit habere membranam, eamque ſynchronam, in qua nonnulla decreta circa item de juribus parochialibus inter Capitulum Aquenſe, ac monaſterium agitatam continebantur. Licet autem in ea poſt Milonis decretum contineretur iſtud Ugonis; attamen id factum ratione dignitatis, & auctoritatis. Ut enim elucet ex Milonis epiſtola col.* 90. *n.* 74. *jam Ugo ſententiam ſuam in hac cauſa dixerat, quæ non alia eſſe poterat, quam illud de quo agimus decretum; deinde ratio ipſa Canonum ſuadet prius ad proprium Epiſcopum pertinere jus dicere in rebus Eccleſiæ ſuæ, antequam ad Archiepiſcopum provocatio fiat. En ergo, quæ ex ea correctione indigere cognovi.*

Col. 90. *lin.* 1. Mariæ ex *legitur* Mariæ A quis ex. *lin.* 5. noluerit *l.* voluerit. *lin.* 10. nuncii *l.* nuncius. *lin.* 13. *dele* per. *lin.* 17. fecerit in monaſterio, & infra *l.* fecerit monaſterio, ſi infra *lin.* 32. Aquenſis Epiſcopus *l.* Epiſcopus Aquenſis videns legi.

MCLXXXIX. col. 90. *n.* 73. *corrige ſequentia. lin.* 43. *dele puncta intermedia, & inſere* veſtri. *lin.* 51. correctione *l.* correctioni. *In fine habebat membrana.* Et ego Jacobus imperialis aulæ Notarius autenticum hujus exempli ſigillo uno cum mula ſigillatum, in quo continebatur *S. AMBROSIUS* videns legi *&c.*

MCXCI. col. 93. *n.* 77. *In temporis computatione levis error irrepſit, cum feſtivitas SS. Simonis, & Judæ non IV.* Kalendas novembris, *ſed* V. Kal. *hoc anno inciderit. Præterea monendus lector col.* 94. *lin.* 21. *poſt* Cæſareæ *aliquid deeſſe.*

MCXCI. col. 91. *n.* 75 *Hoc diploma editum prius a Benvenuto Chron. Monferr. p.* 40. *ed. Taur. poſtea ab auctore collectionis documentorum in cauſa Monferratenſi, ex quo illud deſumſi; deinde a Ghilinio in ann. Alex. ad h. a.; item a Guichenone Bibliot. Sebus. Cent. n.* 96. *poſtremo a Lunig. Cod. Ital. diplom. T. III. pag.* 1763. *Ex horum inter ſe collatione collegi hoc, quod edidi, excepta attributione temporis omnino convenire cum edito a Benvenuto, quod cæteris præſtat, lectionis ſinceritate, minime vero integritate: nam in eo plurium teſtium nomina ommiſſa ſunt, quæ & in Guichenonio, & aliis, qui ab eo fonte ſua exemplaria derivarunt, quoque deſunt. Habentur autem in meo col.* 92 *lin* 21 22. 23., *& in illo a Ghilinio prolato; quod tamen ſcatet nonnullis erroribus, quos libenter prætermitto. Hoc ſolum afferam, ubi omnes in lin.* 24. *de Lutre legunt ipſe de Turre ſcripſit, quod an aliqua nitatur ratione, viderint alii. Cæterum ut innuebam notæ Chronologicæ hujus meæ editionis falſæ ſunt. Anno enim MCXC. erat indictionis annus VIII. & imperii I. minime vero Ind. X. Imp. III. ut in meo exemplari. Neque alia omni prorſus errore carent. Licet enim annus Incarnationis cum indictione & Regni epocha conveniat, at diſcrepant anni imperii. Henricus coronam accepit an. MCXC. die XV aprilis a Cœleſtino Papa, proinde octavo decemb. MCXCI. currebat ann. Imperii II. ideſt ſecundus. Quapropter ita reſtituendæ notæ* ann. MCXCI. ind. X. anno Regni ejus XXIII. Imperii vero II. *Idcirco autem appoſita eſt indictio X., quia hæc incipiebat computari a menſe ſeptembri, ut alias obſervatum a nobis eſt, & oſtendunt documenta relata in ſuppl. n.* 3. 10. 11. 12. 17. 19. 24. *accipe hic monogrammatis ab Imperatore in ſuo diplomate adhibiti ſchema.*



MCXCI. col. 94. *n.* 78. *Hoc diploma deſumſi ex collectione MS. doc. in cauſſa D. Marchionis de Rochetta Inciſæ nuper definita a R. Rationalium Curia, in qua poſt hoc documentum referebantur obſervationes criticæ V. C. I. B. Vaſchi, quibus demonſtrabat ex teſtium ſubſcriptorum nominibus, ac geſtis anno MCXCI. a Rege Henrico ipſum editum fuiſſe.*

MCXCII. col. 95. *n.* 79. *lin.* 38. martii exeuntis *corrige* martis *XIII.* exeuntis *&c.*

Item col. 95. *lin.* 9. *VI.* exeunte *corrige VII., adeo ut die XX Consules Urbæ tractatum inchoaverint, & die XXVII. Dominica Alexandrini acceptando, ac paciscendo perfecerint*

MCXCII. col. 96. *n.* 80. *Contuli nuper cum autographo tabularii Capituli, ex quo corrige lin.* 46. *IV.* non *leg. II.* nonas *lin.* 47. Aquensi Johannis *legitur* Aquis Johannes *lin.* 54. Schau *l.* Schan . . . *lin.* 56. Jurtus *l.* Turtus. *lin.* 57. Ubertus Henricus *l.* Ubertus Henricus &c. *ibi* Salitina *l.* Salitinus. *lin.* 58. Maurro *l.* Marro. *in fine adde*: hanc chartam scripsi *&c. Aliquis fortasse mirabitur me privatas hasce contractuum chartas edere: at admirari desinet, si hujus mei consilii causam consideare velit. Perspiciet enim illas me selegisse, quæ & antiquissinæ ætatis sunt, qua raræ admodum apparent in Tabulariis, & brevissimæ, ut lectorem non fatigent, & insperſæ antiquorum nominum regionum, ac rituum notionibus. Ad harum classem pertinet hæc a me in serie prætermissa, quam hic produco ex membrana Capituli erutam, quæ de* Palatii, *non* palladii *a templo Palladi olim dicato, regione, ut nonnulli ex eruditis Aquensibus contendunt, mentionem facit.*

Anno Domini Incar. MCXCII. indict. X. die sabbati nonis martii in Claustro Canonicæ de Aquis Dominus Wilielmus Præpositus, Arditio Archipresbyter, & Agras massarius infrascriptæ canonicæ confitentes hoc interesse canonicæ, nec ad ejus læsionem pertinere, & se hoc facere communi consensu suorum confratrum, & ideo accepisse a vobis Wlielmo, & Henrico fratribus filiis quondam Albaldi denar. bonorum Pap. X. investiunt . . . vobis VVilielmo, & Enrico, & omnibus vestris legitimis hæredibus una vinea, quæ jacet in territorio Aquis, ubi dicitur Palacium; cohæret ei Episcopus, via &c. Interfuerunt testes Aquedeus Benzonis, Otto Caraca, VVilielmus Fariner, Petrus Bozi, & Obertus Premori. Ego Petrus Notarius &c.

MCXCII. col. 97. *n.* 82. *Exscripseram hoc Cœlestini Papæ privilegium ex duobus vetustis exemplaribus, quæ D. Rolandus ex oblatorum congregatione mihi tradiderat. At nuper humanitate E. V. ac J.C. Pauli Belosii ex R. Ærarii præfectis aliud Mediolano accersitum accepi priore illo multo perfectius, a quo hæc mutanda ac corrigenda excerpsi.*

Col. 97. *lin.* 8. Religionem suam professi . . . . *lege* regularem vitam professis in perpetuum. *lin.* 12. veritatem consentaneum. *l.* voluntatem consentaneam. *lin.* 19. constituimus *l.* communimus *lin.* 27. principum oblatione *l.* principum, oblatione. *lin.* 29. libera *l.* illibata. *lin.* 32. juribus *l.* ceteris *lin* 39. Bovio *l.* Bolico. *ibi* Cannova *l.* de Cantova. *lin.* 42. Coloniga *l.* Colloniga. *lin* 45. seziadi *l.* Seciadi. *lin.* 49. Bovio *l.* Mobio: *ibi* in Castro novo, *l.* in Castro novo & in Cassine. *lin.* 58. *dele* ex *lin.* 59. meliore religione obtenta *l.* nisi arctioris religionis obtentu. *Col.* 98. *lin.* 5. & gratis *l.* & ea gratis *lin.* 7. malueritis adire Episcopum . . . *l.* volueritis adire antistitem gratiam *&c. lin.* 16. seu novis *l.* seu vos novis *lin.* 17. præterea *l.* Libertatem præterea *lin.* 20. & perpetuis temporibus illæsas *l.* & eas perpetuis temporibus illibatas. *lin.* 21. *deest* monasterii *lin.* 23. voluntati sepelire *l.* voluntati, qui se ibi sepelliri. *lin.* 26. mittuntur *l.* assumuntur. *lin.* 28. subreptione *l.* subreptionis. *lin.* 29. proponatur *l.* præponatur *lin.* 30. majori parte *l.* major pars *lin.* 35. eximere *l.* minuere. *lin.* 40. consueta *l.* justitia consueta. *lin.* 46. secundo . . . . *l.* secundo tertiove. *lin.* 50. cognoscat a sanctissimo *l.* cognoscat, ac a sacratissimo *lin.* 51. Domini nostri *l.* Domini Redemptoris nostri *lin.* 53. eidem sua *l.* eidem loco. *lin.* 55 meritum *l.* fructum. *lin.* 57 *dele verba* subscriptum & signatum. *lin.* 58 *post Papæ & cujuslibet Cardinalis nomen adde* subscripsi. *lin.* 62. H. S. *l.* Jo. tit. *lin.* 63. Tuscanen. *l.* Tusculanens.

Col. 99. *lin.* 1. ego C. *l.* Ego Gratianus *lin.* 2. Gerardus *adde* S. Adriani *lin.* 5. L. *lege* Loterius *ibi B. l.* Bacchi. *lin.* 6. R. S. marte *l.* Nicolaus S. Mariæ in Cosmiden. *lin.* 7. Subdiaconus *l.* Subdiaconi. *ibi* Canonicus *l.* Canonici. *lin.* 9. p. III. *l.* PP. III. anno primo.

MCXCII. col 99. *n.* 83. *lin.* 20. *erratum: nam non X.* exeuntis, *sed vel IX. ut puto, vel XV. esse oportet.*

MCXCII. col. 99. *n.* 84. *Publicæ luci tradidit hoc documentum. V. C. Malacarnes lib. cit. pag.* 241. *Quale exemplar nactus fuerit dicere prætermisit, quam arcani disciplinam constanter tenuit in reliquis quas protulit chartis n. circiter XVII. una vel altera excepta. Utinam vero saltem incorruptum nobis dedisset! & quis ferat ejus initium anno æræ Christianæ, quod omnibus apponebatur, destitutum, & V. octobris pro V. Kalendas octobris, & deinde omnia susdeque habita, & quod ipse proprio marte in octo lineolis concluserit, venditare pro veteri documento?*

Sed hisce dimissis en observatio quæ mihi illud relegenti occurrit. In hac conventione mentio fit Ottonis sac. *re perpensa puto fuisse scriptum in autographo* Ottonis Car. *scilicet Carreti, vel de Carreto, idque suspicatus sum nonnullis de causis, ac præcipue collatione facta cum documento relato col.* 130. *n.* 114.

MCXCIII. col. 100. *n.* 85. *lin.* 55. indictione II. *corrige* indict. *XI. typographus enim numerum arabicum II. pro Romano sumsit, ac textum impudenter vitiavit, quod alias hic sæpe contigit.*

MCXCVII. col. 107. *n.* 92. *Reperitur hoc documentum inter annotationes V. C. Malacarnis in libro sæpius citato pag.* 249. *at ita deformatum, ut nihil supra. Diem hebdomadæ in mensem commutavit, nomina interveritit, deinde omisit omnia, quæ continentur a linea* 32. *ad lin.* 53.

MCXCVIII. col. 112 *n.* 96. *lin.* 14. IV. aprilis *lege* IV. exeuntis aprilis. *lin.* 15. *haud intelligo quomodo Episcopus Vercellensis haberet palatium Veronæ, ni mendum hic lateat.*

MCXCVIII. col. 113. *n.* 98. *lin.* 32. Baxano *cor.* Plaxano.

MCXCVIII. col. 113. *n.* 99. *Exegi ad duo recentia licet exemplaria Turrii, & Gatti, quibus magna ex parte consentit, quod in suis annotationibus edidit V. C. Malacarnes nonnullis locis exceptis, quæ puto a*

pocrypha scil. col. 114. lin. 1. recretam *legit* ipse regratam. *lin.* 17 terra sua, *legit* terra, qua. *lin.* 26. Luponis *habet* suponis. *alia omitto. Ex illis itaque hæc in meo sunt corrigenda. lin.* 42. tutator *legit Tur. Gatt.* habitator. *lin.* 49. *dele comma in fine lineæ. lin.* 57. cùm toto *Gat.* cum omni toto. *lin.* 63. nec treguam, nec guerram recreutam, nec cum aliis. *Gat.* nec pacem, nec trèguam cum Alexandrinis, nec cum omnibus aliis inimicis *&c. Turrius post* treguam *addit* recregutam. *lin.* 7. jurare, & consulibus, & communibus *Tur.* jurare, ut supra, & in communibus Civitatis. *lin.* 12. quin *l.* qui. *Addam demum hujus chartæ meminisse V. C. V. Chennam in* 1. *part.* Del Vescovato ecc. *pag.* 55. *sub die X. junii: at XII. dicere debuisset, cui dies hebdomadæ convenit, non vero decimæ junii.*

MCXCVIII. col. 114. *n.* 100. *lin.* 44. *V.* julii *lege* IV. julii. *lin.* 50. potestate *l.* potestatem.

MCXCIX. col. 116. *n.* 101. *Meminit hujus chartæ Benvenutus pag. al.* 47. *nunc* 46., *quam* compromissum *vocavit, & notas hasce ei affinxit.* ann. MCXCVII. die Dom. IV. Kal. april. indic. II. *At eas correxit Terraneus in suis collectaneis asserens spectare ad ann. MCXCIX. at ajo ego hoc in casu corrigenda dies, & non IV. sed V. Kal. aprilis signanda. Si vero quispiam contendat spectare ad annum MCXCVIII. dies quidem Dominica cadet in IV. aprilis, sed annus indictionis erit corrigendus: anno enim octavo currebat indictio I. non II. Iricus hist. Trid. lib.* 1. *pag.* 54. *edidit quoddam pactum, in quo eadem Legatorum Placentinorum, & Mediolanensium, quæ hic leguntur nomina, etiam exhibuit, ubi non* Guifredum Fragrosellum, *sed* Guifredotum Grossellum, *neque* Johannem de bona Crana, *sed* de Bonamena *eos compellavit, quæ sane lectio sincerior mihi videtur. Con venit enim cum altera, quam exhibet documentum sub n.* 104. *col.* 123. *lin.* 60. *MCXCIX. col.* 122. *n.* 104. *Dsumsi hoc documentum ex MSS. miscellaneis CL. Burgontii, in quibus testabatur illud descripsisse ex MSS. Commentariis Alexandri Schiavinæ, cujus autographum a præclarissimo, mihique multis beneficentiæ nominibus prædicando Comite Durando a Villa paucis ante annis emtum fuit, ac inter reliqua pretiosissima Bibliothecæ suæ cimelia repositum. Edidi autem perlibenter, quod in quibusdam locis multo emendatius sit, quam illud quod a Durando in suo Pedem. Cisspad. emissum fuit. Quæ de re si quis certior fieri velit, a limine statim deprehendet; nam apud Durandum deest lin.* 24. *&* 25. *dimidium* 23. *& nomina etiam nonnulla ibi corrupta videlicet* Corconara, Cauterio, Bercarii, Gotum de Sannelio, Busco, Frixinarii, Bassaregatii, specialem, Trorsellus *pro* Cocconato, Lanerio, Bosco, Bersarii, Frixonarii, Basseragutii, specialiter, Trossello. *Prætermitto alia levioris momenti. Nolim autem, ut quis hæc eo fine a me dicta putet, quasi Durandi exemplar parvi faciendum sit. Nam & multas habet optimæ notæ lectiones meis anteferendas; nonnullas vero alias haud spernendas. Juvat autem nunc illas producere, quoniam, dum typis edebatur ob operarum festinationem haud facere licuit. Delenda itaque prima linea, quæ in documento occurrit, quod Schiavinæ ut puto merum sit additamentum. lin.* 44. accipere tenentur *lege* recipere teneantur. *lin.* 52. 53. tenuerunt *l.* tenentur.

Col. 123. *lin.* 5. marchionem *ibi* marchiones. *omitto ea, quæ ad* (1) *annotavi, ne dicta repetam. lin.* 21. *quam omisit Schiavina ex oculi lapsu, ita suppleas velim,* pactum quod fecerunt cum Astensibus, & Vercellensibus, nec contra Sacramentum, seu pactum, quod fecerunt cum hominibus de Caxinis. *lin.* 24. marchionem *ibi* marchiones. *lin.* 25. marchionem *ibi* marchiones. *lin.* 26. fecerunt cum marchione de Gavio; *supple quod* fecerunt cum Januensibus, nec contra Sacramentum, seu pactum, quod fecerunt cum marchionibus de Gavio. *lin.* 30. nec contra homines de Busco, *supple* nec contra homines Maxii, nec contra homines de Bosco. *lin.* 55. jurant, ut supra continetur. Prædictus marchio *supple* juravit, ut supra continetur prædictus D. Bonifacius marchio. *lin.* 58. juraverunt in Mediolano Johannes *l.* juraverunt pro Mediolano Johannes.

Col. 124. *lin.* 5. 12. die Martis junii *corrige* 15. *ex Durando, cui concinit Iricus, qui de hoc documento aliquam notitiam acceperat, cum asseruit fœdus percussum non* pridie idus, *ut Schiavina, sed* idibus junii. *Adde etiam finem conventionis, quem hic adjungam, ne hujus chartæ studiosus cogatur ad alium librum, ut integrum legat, confugere.* Interfuerunt Lantelmus de Landriano, Traversus Vallianus, Algerius de Vicomercato, Jacobus Pelluchus, Guilelmus Bremus, Arnaldus de Mombellis Consul Mediolani, & Martinus de la Turre, & Beltramus Scacha-Barozius, & Guifredotus Grasellus, & Gotecinus Mainerius, & Rogerius de Lampugnano, & Balditionus Stampa, & multi alii, qui simul utramque prædictam societatem juraverunt, ut supra. Ego qui dicor Castanea nigra, judex, ac missus Domini Henrici Imperatoris interfui, & hanc chartam scribere rogatus fui, & subscripsi. Ego Otho qui dicor de Simidi judex, ac missus Domini Henrici Imperatoris scripsi.

MCCI. col. 125. *n.* 107. *ex collatione cum autographo hæc corrigenda. lin.* 32. *ubi puncta lege* ultima die novembris. *lin.* 33. *post* Henrico *comma. post* Vilelmo *adde* Serdodo, Arnaldo, *&c. lin.* 39. *&* 43. *dele* rationem, ratione, *& pone utrobique* nomine *lin.* 46. Bruzafave *l.* Bruzafarie.

MCCII. col. 126. *n.* 109. *Duo hic annotanda. Primum est promissio adjuvandi Alexandrinos ab Ottone, aliisque marchionibus facta ad habendum Episcopum Alexandrinum. Aliquem habuisse constat ex epistola Innoc. III. Papæ n.* 137. *lib. XIV. edit. Baluzii* dat. Laterani IV. non. januarii Pontificatus nostri an. XVI. *in qua agitat quæstionem circa subjectionem præpositi Pacilianensis Præposito Casalis S. Evasii. In ea memorat quasdam litteras,* quas venerabiles fratres nostri Terdonensis, & Alexandrinus Episcopi miserunt Episcopo Papiensi *delegato a Summo Pontifice. Quo autem tempore habuerint, & quo jure, alterius loci erit disquisitio. Alterum est ubi col.* 127. *lin.* 44. *legitur* amicum patrem, *eo loco legendum esse, ut mihi videtur,* Anricum fratrem

Nam pater Ottonis jam erat mortuus anno 1188. *quod indicatur a clauſula contractus initi inter ejus filium Henricum, & Nauli conſules rogante Girardo notario apud Raph. a Turri litt. U. pag.* 37. *his verbis*: D. Henricus marchio filius Q. marchionis Henrici Quercii.

MCCII. col. 129. *n.* 112. *lin.* 23. *XIII.* julii *corrige XII.* julii.

MCCIII. col. 130. *n.* 119. *addam hic nonnulla typographi ſphalmata. lin.* 61. Alberti *lege* Albertus. *Col.* 131. *lin.* 16. caſtrorum. Et ſi *l.* caſtrorum, ſi; *lin.* 41. Alexandria *l.* Alexandriæ. *lin.* 54. Lavaxan *l.* Cavaxana.

MCCIII. col. 136. *n.* 116. *lin.* 53. *verba minuſculo caractere cum lineola ſuperpoſita mihi videntur pro* vicino *interpretari poſſe.*

MCCV. col. 139 *n.* 122. *Agitur hic de magni pretii documento, quod proinde magna cura cum autographo capituli fuit nuper a me collatum. Membrana eſt admodum deformata, ac ſitu fere conſumta, ac proinde haud mirandum, ſi nunc cum diutius præ manibus habere datum fuerit, plura occurrerint antea impervia. lin.* 5. die XVI. februarii *debebant inter hæc verba puncta interponi: cæterum ita ſupplendum eſt ac legendum.* Die Dominico XIII. februarii. *lin.* 8. D. Thebaudo *legitur ibi* Domno Thebaudo. *lin.* 19. Alexandria, Alexandrina *l.* Alexandria ſive cum *lin.* 20. ſupraſcriptus *l.* infraſcriptus, *ita deinceps. lin.* 25. *dele puncta. lin.* 29. *adde poſt Rocchetta ...* nuanus de Grognardo, Uberzonus de Burgo, Raimundus de Jarriono. *A tergo hæc notabantur ſynchrono caractere:* appellatio prima ab Epiſcopo Hugone.

MCCV. col. 139. *n.* 123. *Sub hoc numero duæ chartæ ad hanc cauſam ſpectantes continentur ejuſdem anni ambæ, at diverſo menſe. Harum unam ſolum protulit Malacarnes lib. cit. p.* 247., *ex quo excerpſi inter alia ſphalmata ab ipſo admiſſa varietates in notis a me productas, ac repudiatas. Quibus addere poſſem ipſum nomina Aquenſium conſiliariorum lin.* 53. 54. 55. *corrupta exhibere, modo unius perſonæ nomina disjungendo, modo vero quæ ſeparanda erant uniendo, quod quantam confuſionem parere ſoleat, norunt harum rerum periti: cæterum illud animadverto lin.* 2. *col.* 140. non Conſules Aquenſes, *ſed* Conſulibus Aquenſibus *legendum.*

MCCV. col. 141. *n.* 124. *Hoc documentum in aliis exemplaribus præfert annum* 1202., *quo in caſu omnia cohærent ſine ullo additamento, at mutanda indictio VIII. in V.*

MCCVII. col. 144. *n.* 127. *Contuli cum exemplari Turri, ex quo hæc emendanda ſuſcepi. lin.* 17. Morambonus *legitur* Montabonus. *lin.* 20. Gatalano Gulla *legitur* Catalano Gullelmo. *lin.* 22. cantono *l.* Grono. *lin.* 23. Triunto *l.* Trivuto. *lin.* 52. Papiæ, & ſic *&c. Poſt* Papiæ *pone punctum; & iſtud dele linea ſequenti ante* infraſcripti. *l.* 57. ſe communi *l.* ſeu commuuia. *col.* 145. *lin.* 3. quam haberent *lege* quam habent. *lin.* 4. conſulis *l.* conſulum. *lin.* 20. confirmari cuncta infraſcripta *l.* confirmari. Unde infraſcriptus. *lin.* 24. Palatio Papiæ *d. l.* Palatio communis Papiæ dominis. *lin.* 30. concordias *l.* concordiam. *lin.* 32-3. facere, confirmare *l.* facere confirmari. *Ex hac collatione deprehendi V. C. Malacarnem ſuum exemplar ex Turriano derivaſſe paucis exceptis, at pro ingenio ac more illud contraxiſſe, atque pro libito quæ e re ſua videbantur mutando, methodo ſuæ accomodaſſe.*

MCCVII. col. 145. *n.* 128. *lin.* 37. Caſſini *V. C. P. M. Cavallerius putat hic legendum* Caſſani, *ut habet Schiavina.*

MCCIX. col. 148. *n.* 132. *Præterito autumno contuli cum apographo, quod in tabulario civitatis Aquis conſervatur, atque cum alio exemplari Fr. Turrii, ex quo haſce deprehendi haud ſpernendas varietates, quibus nonnullas meas correctiones inſerui. lin.* 38. Dominicæ Incarnationis *Apog.* Domini ab Incarn. *lin.* 45. *ubi puncta apog.* Hugonis, *Hic P. Cavallerius legebat* nominatus.

Col. 148. *lin.* 56. continentur Civitas *l.* continentur. Civitas *&c.*

Col. 149. *lin.* 3. & 5. *deeſt* conſulem. *apog. lin.* 13. con-lii, vel interfuerit *l.* conſilii, vel inde fuerit *error Typogr. lin.* 22. novam *l.* vivam *apog. lin.* 25. Alexandrinis *l.* Alexandrin. *apog. lin.* 38. fraude *l.* fraudem. *Tur. lin.* 40. ſi *l.* quod ſi *apog. lin.* 42. ſive *l.* fuæ. *apog. lin.* 43. *dele duo puncta, & pone comma apog. lin.* 45. Aquenſibus, facere *l.* Aquenſibus ſi poſſent facere. *apog. lin.* 50. & 51. *ſic legit apogr. & Turrius*: definiri tunc poſtea infra *XX. intermedia deſunt, quæ ſenſum habebunt congruum ſi hic, & antea ſubintelligas* teneantur.

Col. 150. *lin.* 1. Aquenſis reciperent *apog.* Aquis inciperent *lin.* 14. una teneantur *l.* non ten. *ap. lin.* 15. pretio uſque *Turrius addit* niſi uſque. *lin.* 17. Caſſinio *l.* Caſſinis *Tur. lin.* 43. obtenta *l.* ſteterit. *ap. lin.* 44. reverti fecerint *l.* reverſi fuerint. *ap. lin.* 53. *ante* Cavatorio *pone* & *ex Tur. lin.* 54. moleſtiis *l.* moleſtia *Tur. lin.* 55. tenentur *l.* teneantur *Tur. lin.* 58. qui aveniant *l.* quia veniant *error typogr.* 59. Guiderdonem *l.* Ghierdonum *ap. lin.* 61. Murbelli *l.* Mirbelli. *apog.*

Col. 151. *lin.* 23. uſum *l.* unum *Tur. lin.* 40. denuo *l.* de novo *Tur. lin.* 57. judicaturam *l.* vindicaturam; *item in linea* 60. *apog.*

Col 152. *lin.* 6. attenderint *l.* attendent *Tur. lin.* 7. obſervarent attendere *l.* obſervare, & attendere, *ut infra lin.* 19. *lin.* 10. juvare *l.* jurare *error typogr. lin.* 12. Item facient *dele punctum, & ſcribe* poni facient; *quod facile intelligitur ex ea conſuetudine, qua Poteſtas, & Conſules in ſui regiminis primordiis plura capitula jurare cogebantur. lin.* 26. Alexandrie facient *l.* Alexandrie poni facient *apog. lin.* 35. Cullia *l.* Gullia. *lin.* 36. vineis *l.* vencis *apog. item lin.* 37. Conrado *l.* Currado *apog. Poſt* Bonifacii *Not. ſubſcriptionem in apographo altera ſubjungitur cujuſdam Notarii* Bernardi, *quæ hic eſt prætermiſſa.*

MCCIX. col. 153. *n.* 134. *Prolatum quidem ab aliquibus ſcriptoribus fuit hoc documentum ſcilicet ab Auguſtino ab Eccleſia in ſua MS.* deſcript. Pedem. *C. XIII. a V. C. Durando* Piem. Ciſp. *pag.* 231. *item in collect. docum. in cauſa Montisbaldoni anni* 1782. *at integrum, perfectumque uti effectum a nobis eſt (aut fallor) nemo produxit: gratiæ tamen illis agendæ ſunt, quia eorum exempla nonnullas haud parvi*

momenti lectiones ſuppeditarunt, quæ ita ſe habent. *lin.* 22. Turre ut *adde* Turre de Uſſone (*al.* Auxono) in Cagna, in Urſairolia (*al.* Urſariola) in Caſtelleto, in Perleto, in Ulmo, in Roccaverano (*al.* Rocca Veirana) in Daneſe (*al.* denex, *ſive* denice) in Montebaudono, in Ponte, in Maſſingio, (*al.* Maſſan.) in Pezzolio, in Saleggio, in Gorrino, in Veſimo, & in Loeſio, & in omni eo quod habet ex hac parte montis Circini, & a monte Circino infra præter Loneſe (*al.* Loveſe), & Prunetum. *lin.* 60. Palius *Dur.* Pacius.

Col. 154. *lin.* 45. *poſt* ponte *adde* Maſſingio *uti ſupra*.

Col. 155. *lin.* 36. ut *l.* &. *lin.* 39. remanſerint *l.* remanſerit.

Col. 156. *lin.* 5. Dampvi *l.* Dampni. *error. typ. MCCIX. col.* 157 *n.* 135. *Collata cum autographo capituli. Lin.* 50. præſente *legitur* præſtante. *lin.* 52. Lanfredo Jordano *l.* Lanfredo, Jordano. *lin.* 54. Tercio, ex *l.* Tercio ex.

Col. 158. *lin.* 1. corſi *l.* corvi. *lin.* 2. de quacumque maſa devenire *l.* ad quemcunque maſa devenirent. *lin.* 4. Batelli *l.* Barelli. *lin.* 6. filii *l.* Filippus. *lin.* 7. paſtarini *l.* Paſcaricci. *lin.* 15. Tercio, Matteus *l.* Tercio. Ego Matteus *in fine adde* &c. *Quoniam hic agitur de juribus Capituli Eccleſiæ Aq. in quibuſdam Tertii poſſeſſionibus, opportunum erit quoque alterum addere documentum ex Tabulario ejuſdem, quo jura Epiſcopi in hoc oppidum magis magiſque declarantur.*

MCCLVI. Die Lunæ XVIII. jan. in Tercio præſentibus teſtibus Rufino Balbo, VVilelmo Bucha, Rufino Andreæ, Arnaudo de Curiis, Uberto Porrata, Bono Johanne, Henricus Sichus de mandato Domini Henrici Epiſcopi Aquenſis juravit manifeſtare feudum rationes & jura, quæ olim Domini de Nivilia tenebant in Tercio & in territorio dicti loci ab Epiſcopo Aquenſi. Interrog. ſic manifeſtaverunt & dixerunt quod illi Domini ſcilicet Balzanus, & Arnaudus Farulphus tenebant de dicto feudo ad cipenicum de ultra Burmida peciam I. terræ quæ eſt pro ſemine ſtar. IV. cui coheret flumen Burmidæ &c. Item dixerunt quod omnes terræ, quas habent Gallinarii in pallareta de Cartixio, & terræ quas habent illi de Auſandi &c. *Quoniam vero ampliſſima eſt membrana & innumeras continet mira brevitate teſtium depoſitiones, quas omnes hic adferre & operoſum nimis, & inutilis labor evaderet, idcirco hic ſolum dabo regionum, ſive orarum nomina, quæ alicujus eſſe uſus poſſunt.*

Planum de Albara, in noxetis, in valle Potazani ubi dicitur ſaltus Vaſalli, in Boſcaſali, in valle Brignoni, in Carpaneta, in Podio, in Vivellis, ubi dicitur nux brute, in clauſis, ad Plocheram, in valle de Bruchedei, in Cariſio, juxta foſſatum ſtantariolum, in buzeriis, in granellis, in hora crucis, in hora fantis de muro, in pratis, ubi dicitur Careſom, ubi dicitur nux razii, in pratis de Rocha in Cartexio, in Pozovero, nemus in monte de Garino, in plano de Erro, in plano moladini de Erro, in plano de dotibus in Gorreta de ſubper Levatam, prata ubi dicitur in Balegiis, in valle Viveld, in pintis, in plano de pratis, ubi dicitur Pirus de Razio.

Huic addi poteſt ſequens charta, quæ ita ſe ſpectat.

In nomine Domini amen. Anno Nativitatis ejuſdem MCCCLIV. indict. VII. die IV. marcii. In Tercio S. apud Eccleſiam s. Mauricii dicti loci præſentibus Johanne Pignario, & Johannino Partelle de Inciſa, & Sturiono Bellexio de Aquis teſtibus voc. & rog. infraſcripte perſone de Tercio, & habentes poſſeſſiones ſuper poſſe Tercii conſtitute perſonaliter in preſentia R. in Chriſto P. D. D. Guidonis Dei gratia Aquenſis Epiſcopi, & Comitis Domini Generalis tam in ſpiritualibus, quam in temporalibus dicti loci fuerunt confeſſe, & contente ad inſtanciam dicti D. Epiſcopi ad eternam rei memoriam ſe reddere, & reddidiſſe, & reddere debere annuatim ad feſtum Nativitatis Domini eidem D. Epiſcopo. *Numerantur deinde pluſquam* 160. *minuti cenſus in pecunia, cujus qualitas ſic indicatur ſolid.* 1., *& den.* 11., *& pod*$^{\text{ti}}$. 1. *aliquando vero ſolum obolos* 111., *& pod*$^{\text{ti}}$. 1. *Nomina vero regionum agri de Tercio in hoc catalogo recenſitæ hæc ſunt.* Campus Cavalli; Cerbo, & Boſchus de Alborneta; Terra de Nucebochi, de Pixarota, de ultra levatam, de Rotolis, de Valle Brignoni, de Moleto, de Meazana, de Roreto, de Uvado, de Paradiſo, de la Fox.

Poſt recenſitas conditiones incolarum Tertii in membrana capituli hæc ſubjunguntur.

Cum D. Anſaudus dederit R. in XX. P. & D.D. Guidoni Dei gratia Aquenſi Epiſcopo, & Comiti omnia jura, que habebat in Tercio, & poſſe Tercii &c. prout de donatione patet publicum inſtrumentum ſcriptum manu Ugheti de Rolando Not. de Beſtagno ſub anno Domini MCCCLVII. indic. X. die XXVIII. aug., quod inſtrumentum eſt imbreviatum in fine libri magni inveſtituratum. Ecce quod Arranchinus Arrancamilius Not. de Tercio dedit ipſi D. Epiſcopo ſcriptum fictuum infraſcriptorum, quos dictus D. Anſaudus ſolebat colligere in Tercio pro medietate, & Vincentius Traverſagnus pro quarta, & heredes Magiſtri Conradi Dagne pro alia quarta parte, cujus ſcripture tenor talis eſt: infraſcripti ſunt, qui conſueverunt reddere dominis de Cartexio, & heredibus quondam D. Alberti Sivoleti, Muſſus &c. *Cenſus ſunt in ſolidis, denariis &c.* grano, blava, ſpelta, ſiligine, capponibus, & gallinis. *Regionum Tertii nomina præter ſuperius memorata ſunt ſequentia:* Sclapacoza cohr. Burmia, ad caſellas, ad coſtam Alperti, in Taxarolis, ad Bozarias in viveglis: *deinde enumeratis cenſuariis ſubdit cujuſdam Franciſci presbyteri de Tercio propoſitionem, qui* conſiderans, quod ad colligendum reditus, quos antiquitus Domini de Cartexio, & Domini de Sivolatoribus ſolebant habere in Tercio uſque nunc, colliguntur, & ſolvuntur in pluribus particulis, & diviſionibus, quod eſt, & erit per ventura tempora magna fatigatio. *Idcirco ipſe propoſuit, ut quarundam rerum, atque animalium cenſus pecunia ſolverentur, ſic ex. gr. gallina computaretur valoris ſolid.* 111. *jan., ut ita facilius diverſis, quibus debetur Dominis, cenſus ſolutio, ac partitio fieret.*

Adeſt in eodem Tabulario capituli alia membrana præferens recentiori manu annum MC., cui ætati videtur adcedere figura, & forma litterarum. Sic autem incipit. Ad perpetuam rei memoriam. Infraſcripti ſunt de Tercio, qui ſolvunt, & ſolvere debent fictus, & conditiones in Tercio D. Aquenſi Epiſcopo annuatim ad Nativitatem Domini.

Conditiones vero aliæ ſunt in pecunia, aliæ in grano. In pecunia aliæ de januinis, ſolidis, & denariis, & mezanis, grani vero in ſtariis, & quarteriis. Memoratur etiam quædam brajda D. Epiſcopi de Cartexeno.

MCCX. col. 160. *n.* 139. *collata cum apographo Franc. Turrii. Lin.* 12. lite inter *l.* lite, ſeu controverſia, quæ vertebatur. *lin.* 14. per *l.* pro; *ibi* Gavex *l.* Garex. *lin.* 17. Curbeller *l.* Curteller. *lin.* 37. hoc non *l.* hoc enim. *Poſt lin.* 41. *adde continuato ſermone*: Nihil exinde diminuentes præter quod ut ſupra, unde hanc chartam fieri rogaverunt, ut ſupra presbyter Henricus, Magiſter Obertus de Montebarutio, Arnaldus de Biſtagno, Anſelmus Rus de Niveis, Obertus Carena, Gandulfus de Funtana, Guglielmus Meylanius. Ego Marro Not. &c. Ego Ubertus Galea de Aquis Not. *&c.* Ego Bonfilius de Aquis Not. *&c.*

MCCXII. col. 163. *n.* 145. *lin.* 39. V. intrante *lege IV. tunc conſonæ erunt omnes notæ. lin.* 42. afflantus *Turrius legit* Harlandus. *lin.* 46. comitali *Turrius legit* contali. *item lin.* 49. voluerint. *Turrius legit* voluerit.

MCCXII. col. 164. *n.* 146. *Huic inſtrumento, quod a Leone Gratarola jubente Oddono Aquenſi Epiſcopo an.* 1309. 4. *menſis maii ad poſtulationem Antonii de Roccheta Biſtagni fuit exſcriptum, & alterum, quod etiam ad jura capituli in Meladio cognoſcenda conducit, eſt adjungendum, quod col.* 232. *n.* 219. *ad an.* 1258. *edidi. Hiſce autem chartis, quæ agunt de juribus Capituli, haud abs re erit adjungere ſequens documentum de juribus Epiſcoporum in hoc oppido Eccleſiæ Aquenſi clientelari, puto quod autem ad hæc circiter tempora, immo etiam vetuſtiora pertinere. Exſcripſi autem ex membrana, quam Guido II. ut ſolebat juſſit ex autographo exſcribi, & in publicam iterum formam emitti in hæc verba.*

In nomine Domini amen. Anno Domini MCCCLV indictione octava die decimaſeptima julii in caſtro Epiſcopali Beſtagni Reverendus in Chriſto Pater, & D. D. Guido Dei gratia Aquenſis Epiſcopus, & Comes præcepit mihi Johanni de Quiregio Notario infraſcripto, ut ad æternam rei memoriam autenticarem ſcripturam ſequentis tenoris.

Conditiones, quas dictus Epiſcopus habere debet ab hominibus de Meladio.

Carmanus de Ponzono reddet ſol. 3., & fodrum, & facit guaitam turris.

Hugonus de Coſta, & fratres, & Graſſetus reddunt pro manſo Nabalii ſol. 4. pullos 4. ſpal. 1. ſtarium 1. vini pro amaſſere, tenſa fœni ſtar. 3. annone, & ſtar. 4. caſtanearum, & ſtar. 9. vineæ tot .... bubulcas .....

Melaz Sardus ſol. 4., pullos 4., ſpala 1. ſtar. 3. vini pro ameſſor fœni 1. vini pro arimania caſtanearum ſtar. 2. annone 2., 3. gerbas,

Manſus de Mancaſolis ſol. 8. pullos 4. tenſa 1. fœni, congium unum vini pro arimania, & ſtar. 1. vini pro ameſero ſtar. 2. ſpeltæ, ſpalla 1. den. 3. pro ſeccariciis meſſaricias 3. gerbas 4. opera 9. vineæ, & bubulcas vini.

Nigrimanti ſol. 4. pullos 4. ſpalla 1. congium unum vini pro arimania ſtar. 1. vini pro ameſero opera 8. ad vineam, & unum bubulias.

Manſus Belengii ſol. 3. ſtar. 2. annone ſtar. 1. ordei, pullos 4. ſpalla 1. ſtar. 1. vini ſtar. 2. caſtanearum, opera 9. vineæ.

Manſus de Garolis ſol. 8. pullos 4. congium unum vini arimaniæ ſtar. 1. vini pro ameſſore tenſam . . . . . ſtar. 3. annone ſtar. 1. ordei ſpalla ſtar. 4. caſtanearum gerbas pro meſſariciis.

Guilielmus Montabonus ſol. 4. pullos 4. ſtar. 2. ſpeltæ ſtar. . . vini pro ameſero ſtar. . . . . fœni den. 3. pro ſeccariciis gerbas 4., & opera 9. ad vineam.

Lupadi ſol. 4. pullos 4. ſpata 1. gerbas 4. panes duos, opera 9. vinearum, & bubulcas.

Ubertus Rofredus, & nepotes reddunt curie gallinas duas pro manſo ſuo, & faciunt guaitas in caſtro, & alias da. . . . reddunt Marcheſanis, & feudatariis D. Epiſcopi.

Manſus Narverii ſol. 5. pullos 4. annone ſtar. 4. caſtanearum ſpalla 1. tenſam, & fœnum congium vini pro amaſero meſſaricias 3. den. 3. pro ſeccariciis faſces 4. lignorum, opera 9. vineæ, & totidem bubulcas.

Illi de Uvada ſol. 2. & den. 4. ſtar. 2. ordei, & congios 2. vini.

Saccarelli ſol. 4. pullos 4. ſpalla, faſcium 1. fœni.

Otto Vegius pro poderio Boncolle ſol. 4. pullos 4. minam unam vini arimanie, & mina 1. pro ameſſere ſtar. 11. ſpelte ſtar. 1111. caſtan. ſpallam 1., faſcium fœni, opera 6. vineæ, panes duos, & guaitam caſtro.

Mazacaneva, Henricus Scalonus, & Pulpius Catena pullos 4. ſpalla 1. ſtar. 2. annone, & ſtringere ſegetes curiæ.

Manſus Yſane de Prato ſol. 8. pullos 4. ſpallas 1., tenſam unam fœni, ſtar. 4. ſpeltæ. ſtar. 3. caſtanearum ſtar. 1. pro amaſero, meſſaricias 3. guaitam turris, opera 9. vineæ, & bubulcas 9.

Bernardinus nepos Moze capones 2.

Gamond ſtar. 1. vini, & quartam tantum.

Manſus de Buſteſano ſol. 8. pullos 4. ſpalla 1., tenſam unam fœni, ſtar. 1. vini pro amaſſer., & congios 2. vini, bubulcas 9., & ducere carracias 9. vineæ.

Oglerius Camalerius craterem 1. vini, & caponos duos, q̃n campus Teſte eſt in blavatis.

Manſus terræ de caſtello ſol. 4., pullos 4. ſtar. 4. caſtanearum, tenſam unam fœni ſtar. 1. vini pro amaſero, ſtar. 4. annonæ den. 3. pro ſeccariciis, opera 7. vineæ, bubulcas 7.

Maſtagi ſol. 8. pullos 4. ſpalta 1. ſtar. 4. caſtanearum, & ſtar. 4., & mina 1. vini pro arimania.

Gafurnus, & Butarius reddunt dictum vineæ de capite vici.

Muſſus de Lanagio ſol. 3., den. 3. pro ſeccariciis den. 3. tenſam 1. fœni ſtar. 1. fœni pro amaſero ſtar. 4. caſtanearum, & villico turtam 1.

Otto Marchiſius, & mater ejus den. 18., & panes duos.

Maynerdus Columbus ſol. 8. pullos 4. ſpalla 1., & ſtar. 1. vini pro ameſſore, tenſam unam fœni, ſtar. 4. caſtanearum, & ſtar. 4. ſpeltæ, meſſaricias 3. opera 9. vineæ, & bubulcas 9.

Manſus Ciſani, & Caſutanæ ſol. 4., ſtar. 4. annonæ ſtar. 4. caſtanearum, & pullos 4., ſpalla 1. tenſam 1. fœni den. 3. pro ſeccariciis gerbas 4., opera 9. vineæ, & bubulcas 9.

Manſus Mancani ſtar. 4., pullos 4. tenſam 1. fœni, ſpalla 1. ſtar. 1. vini pro ameſore.

Manſus Aquietis Rolandi den. 18. mediam ſpallam, gallinam 1. ſpicarolium, minas III. annonæ ſtar. 2. caſtanearum, & gorrinos vineæ.

Petrus de Paradaſco ſol. 2. den. 3. pullos 4. ſpallam 1., tenſam unam fœni, ſtar. 1. vini pro ameſſore ſtar. 4. caſtanearum paſſarum, ſpinas vineæ, & quartas turris.

Henricus Gizanus pro poderio uxoris ſpalla 1. ſtar. 1. ordei, & ſtar. 2. caſtanearum.

Rubeſca ſol. 2. & den. 3. ſtar. 1. caſtanearum, ſtar. 1. vini pro ameſſore, faſcium unum fœni, & minas tres annonæ.

Manſus Portunarii ſol. 4. pullos ſtar. 4. caſtanearum ſtar. 3. ſpeltæ, & 1. ordei, ſpalla 1., & operæ 9. vineæ.

Manſus Bavæ ſol. 8. pullos 4. ſpalla 1. tenſam unam fœni, faces 3. lignorum ad feſta Natalis Domini, operæ 9. vineæ, & bubulcas totidem.

Manſus Cellotti ſol. 4. degano, pullos 4. ſtar. 2. ſpeltæ, & 1. ordei, ſpalla 1., tenſam unam, ſtar. ... caſtanearum gerbas 4. faſces tres lignorum ad Natale Domini, & deganus debet ei dare panes tres.

Manſus Muſſi de Caſtro novo ſol. 2. den. 6. degano, pullos 4. ſpalla 1. ſtar. 1. caſtanearum, minas 3. ordei, vel palmolo ſtar. 1. vini pro meſſero meſſaricias 3. gerbas 4., & opera 4. vineæ.

Univerſi, qui tenent manſos curiæ debent vindemiare vineas Domini Epiſcopi, & uvas ad torcular portare, & dare dictum viarum.

Omnes illi de Roccha, & omnes Gamundenſes, atque Gulfus, & Cara debent Eccleſiæ Aquenſi, & Domino Epiſcopo ....

Denex cum conſortibus ſuis debet facere ambaxarias Regales uſque ad Imperatorem ad expenſas Domini Epiſcopi.

Raconix ſive filii debent facere ambaxarias per Epiſcopatum Aquenſem ad expenſas Domini Epiſcopi. Filii Gambari Sagnatoris faciunt illud idem.

Omnes infraſcripti debent facere guaitam caſtro Domini Epiſcopi, videlicet Otto Manarus cum conſortibus, Arnaudus de Coſtaſina, & frater Scatanarii, Calegogna cum conſortibus ſuis, Petrus Balbus, Bertolottus per poderium . . . . guardiam . . . . . lib. 6. ſol. decem, den. 9. & ego Johannes Quiregio Clericus Novarienſis Notarius ſcripſi.

Aliam autem cartham attuli col. 255. *n.* 245. *continentem illorum indicem, qui ad decimas Eccleſiæ Aquenſi tenebantur.*

MCCXV. col. 166. *n.* 149. *lin.* 29. VI. decembris *corrige* V. dec.

MCCXVII. col. 167. *n.* 150. *lin.* 14. *nil deeſt, ac puncta delenda. lin.* 16. metane *lege* mezzane. *lin.* 22. advocatis *l.* advocatiis.

MCCXVIII. col. 168. *n.* 152. *Has olim Epiſtolas Honorii III., quas hic n.* 151. 154. 155. 156. *profero, repereram in antiquo chartaceo apographo ad C. V. Burgontium ſpectante. In eo quæ incipit* devotionem, *& alia, quæ* vobis dediſſe *n.* 51. *&* 54. *annum tertium Pontificatum Honorii præferebant, reliquæ, quæ inc.* ſacroſancta, *it.* devotioni *n.* 155. 156. *annum quartum, hoc habito diſcrimine, quod poſita ſub n.* 155. *præ vetuſtate ita in fine detrita erat, ut menſis legi haud poſſet, in ultima vero m. ſeptembris aperte legebatur. Quid agerem propterea? omnium harum primam ſub anno* 1218 *collocavi, ad quem vere ſpectat. Secundam ſub anno* 1219. *ob alias executorum literas, quibus inſerta fuit ſecutus Lumelli ſententiam, qui* (*col* 567.) *ad h. a. eas recitat. Reliquas vero anno* 1219., *cui ſeptember cohaeret, aſſignavi. At cum Ghilinum, & Schiavinam poſtea conſuluiſſem, aliam apud iſtos temporis deſcriptionem, atque horum diſtributionem deprehendi: ſic enim uterque habet:*

1218. Honorius ec. vobis dediſſe XV. K. dec. P. N. an. III.

1219. Honorius ec. ſacroſancta XII. Xal. maii P. N. ann. IIII.

Hon. ec. devotionem XII. K. maii P. N. ann. IIII.

1220. Hon. ec. devotionis veſtræ XI. Kal. ſept. P. N. ann. IIII.

Hic utriuſque in temporis notatione conſenſus indicat, hiſce præ manibus antiqua, & incorrupta exemplaria fuiſſe, ſcilicet librum crucis in Tabul. civit. aſſervatum, ut innuit Chenna p. 75. *Quæ cum ita ſint, mutanda mihi erat ſententia, ac ordo corrigendus. Quis vero præferendus? numquid a Schiavina, & Ghilinio præſcriptus? haud ſane. Manifeſto enim pugnat, cum Honorii Pontificatus epocha. Siquidem Honorius conſecratus fuit S. Pontifex die XXIV. julii anni* 1216., *quo fit ut Kalendis ſeptembris anni quarti Pontificatus eſſet annus MCCXIX. Kalendis vero maii eſſet annus MCCXX. Novus itaque iſte aſſumendus mihi fuit, uti in catalogo Documentorum videre eſt. Illud ſubdo Ghil. in epiſtola ult. Hon. col.* 171. *n.* 156. Recanate *datam aſſerere non* Reate, *ut ego habeo, ac verius puto; it. non II. uti falſo Typographus., ſed XI. kal. in hac legendum eſſe.*

MCCXVIII. col. 168. *n.* 152. *lin.* 55. *lege* rogavit, & juſſit præſentibus.

MCCXVIII. ibi n. 153. *Collatum cum exemplari q. Franciſci Turrii lin.* 63. Curia *l.* Eccleſia.

Col. 169. *lin.* 4. *poſt* Bottaz *adde*, qui. *lin.* 5. redeuntes *l.* reducentes. *lin.* 7. videlicet conſules jam Alexandrie *l.* vel conſulis jam Alexandriam venerant. *lin.* 13. ejuſdem Aquenſis *l.* ejuſdem

communis Aq. *lin.* 15. reducendum fidem *l.* reducendam. Iidem.

MCCXIX. col. 170. *n.* 155., *& col.* 171. *n.* 156. *vide ſupra in not. ad doc. an. MCCXVIII.*

MCCXX. col. 171. *n.* 157. *Nonnulla irrepſerunt ſphalmata in exſcriptione hujus documenti, quæ præſtabit hic notare, quoniam præ manibus habere membranam contigit, quo ſimul & nonnulla typografi corrigemus. lin.* 39. mei *legitur* noſtri. *lin.* 42. ullo *l.* nullo. *lin.* 45. iſtis *l.* & iſtis. *lin.* 47. incurſiſſe *l.* incurriſſe. *lin.* 55. poſt Meladio *adde* & Merli de Cunchis Archipresbiterorum, Presbiteri Lanfredi Cantoris, Agradi, Pauli, & Arnaldi. *lin.* 57. ejuſdem Eccleſiæ *l.* Plebis ejuſdem. *lin.* 60. jura *l.* cura. *lin.* 62. *poſt* conſtituti *hæc adde*: ſexaginta ſolidos Papienſes tantum Archipresbitero pro beneficio ſæpe dictæ Plebis annuatim percipiendos aſſignans. Ut autem præmiſſa unio ſine mea, ac ſucceſſorum meorum, & cujuslibet perſone contraditione firma, & rata perpetuo maneat, & inviolabiliter obſervetur præſentis ſcripti patrocinio communio, & confirmo eandem, ſtatuens, ut nulli hominum omnino Clerico, vel Laico meæ juriſdictioni ſubjecto liceat hanc paginam unionis, & confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire; Si quis autem hoc attemptare præſumſerit indignationem Dei Omnipotentis, & B. Mariæ ſemper Virginis ſe noverit incurſurum. Datum &c.

Col. 172. *lin.* 2. VV. *l* VVilelmus. *lin.* 3. Pardus . . . Muſius . . . *l.* Barillus . . . Mujus. *adde in fine* Quæ privilegia ſupradicta (*Adriani PP. IV. anni MCLV., & iſtud Anſelmi*) Ubertus Archidiaconus Aquenſis præcepit mihi F. Notario, ut autenticarem, & in publicam formam redigerem. Actum in Sacriſtia Aquenſis Eccleſiæ anno Domini MCCLXXVIIII. indictione VII. die lunæ XIII. novembris. Interfuerunt Dominus Presbiter Petrus Præpoſitus, Dominus Ogerius, & Dominus Bonus filius Aquenſes Canonici. Ego Fredericus Robellinus Notarius. Ego Bonus filius Canonicus, & Notarius. Ego Belengius, &c. *In Tabulario Capituli alia quoque reperta eſt membrana, in qua hoc idem unionis decretum extabat, quod Villelmus Electus Ep. Aq. petentibus Canonicis edi a Notario juſſerat. Sic autem incipit.* A. D. J. MCCXLII. indic. XV. die jovis ſecundo exeunte octobri in Caſtelleto Aquis. in præſentia Dominorum Simonis Canonici Aquen. Arnaldi Judicis, & Simonis Gaſtaldi D. Epiſcopi Teſtium rogat. D. VVilelmus Aquenſis Electus præcepit mihi infraſcripto Jordano de Cu[illegible]s Notario, ut infraſcriptum inſtrumentum exemplarem, & in publicam formam redigerem, cujus tenor talis eſt. In nomine Domini Amen. Noverint &c. *Cauſam autem, ob quam anno* 1279. *novum exemplar ex autographo ſolemniter extrahi curaverint Canonici, puto perſpicue cognoſci ex alia membrana ejuſdem tabularii, quæ continet provocationem ad Archiepiſcopum Mediolanenſem a quadam poſſeſſione Plebis de Calamagna, quam Paganus. Guaſcus Can. Alex. dederat cuidam Luixio de Murbello. En chartam ipſam.*

Anno Nat. Dom. MCCLXXVIIII. Ind. III. die Martis XXV. menſis aprilis in Alexandria ſcilicet in Bergolio in platea Guaſchorum preſente DD. Oberto Cane, Pruino de Guaſchis, & Anrico Oliva teſtibus vocatis & rogatis . . . . Belengius Stephanus Muri de Stephanis de Aquis Sindicus &c. & gaſtaudus majoris Eccleſiæ de Aquis, ſicut patet per inſtrumentum &c. MCCLXXV. &c. repreſentavit D. Pegano Guaſco Canonico majoris Eccleſiæ de Alexandria infraſcriptum libellum appellationis, tenor cujus talis eſt: cum vos Domine pagane Guaſche Canonice majoris Eccleſiæ de Alexandria, qui dicitis delegatum eſſe a D. Archiepiſcopo Mediolanenſi in hac parte, & prout intelleximus ex relatione eorundam dederitis vel tradideritis poſſeſſionem plebis S Mariæ de Calamagna, quæ in Aquenſis deocexe & poſſe plaxani conſtituta cuidam puero nomine Loixio nato q. Frederici de Miribello proprio marte potius quam judicio rationis non vocato neque citato Aquenſi Capitulo, cui dicta plebs ſeu Eccleſia per privilegium bonæ memoriæ Domini Anſelmi q. Aquenſis Epiſcopi eſt conjuncta in ſpiritualibus, & temporalibus, ita quod ille qui eſt archipresbyter majoris Eccleſiæ de Aquis eſt archipresbyter dictæ plebis, & Canonici Aquenſes ſunt ſimiliter Canonici dictæ plebis de Calamagna, quam Eccleſiam ſeu plebem per unionem prædictam dictum Capitulum Aquenſe tenuit, & poſſedit & tenet & poſſidet per L annos & ultra, & a L annis citra continuæ & dicta unio eſt & fuit dictæ Aquenſis Eccleſiæ ſive capitulo & eidem per Dominum Papam ex certa ſententia, & ſpeciali privilegio confirmata. Unde cum vos prædictam poſſeſſionem de facto potius quam de jure contra abſentes & non citatos neque vocatos præſtiteritis &c. Idcirco ego Belengerius ſindicus & procurator dictæ Eccleſiæ, ac Capituli Aquenſis benignitatem & ſapientiam veſtram nomine dicti Capituli deprecor omnimodo quatenus id, quod in prædicta plebe per vos contra capitulum Aquenſe de facto proceſſum eſt revocare dignemini & velitis, alioquin ſentiens me ex nomine dicti Capituli, & dictum Capitulum per vos indebite & enormiter adgravatum: ad Dominum Mediolanenſem Archiepiſcopum in his ſcriptis appello &c.

Ego Rufinus de Garino N. S. P. interfui &c.

Illud addendum me neſcire, unde V. C. Chenna p. 19. del Veſcovato ec. d'Aleſſandria *acceperit, hoc documentum pertinere ad diem XIII. febr. cum huic diei nec dies mercurii conveniat, nec exemplaria ſuffragentur. At cum in ejus opere nonnulla detexerim errata, quæ vel exemplarium varietati, vel eorum vitio adſcribi merito debeant, idcirco gratam tam ipſi, quam lectoribus facturam rem puto illa hic adnotare. Cum enim exacta temporum ratio hiſtoriæ ſit fundamentum, ſi illa nutet, & hiſtoriæ fidem nutare neceſſe eſt. En itaque errata, quæ indicavimus per paginas præfati operis.*

DCCCCXCV. *dpl. Ottonis III. Eccl. Aq. pag.* 152. *corrige* DCCCCXCVI. *v. col.* 14. *n.* 8.

MX. *dipl. Henrici II. &c. pag.* 152. *corrige* MXXXIX. *v. col.* 26. *n.* 16.

MCLXXX. (die X. nov. *pag.* 52. / die XI. nov. *pag.* 219.) *legebam ego* die XIII. v. *col.* 78. *n.* 61.

MCCII. die XV. aprilis *pag.* 55. *corrige* die XIV. v. *col.* 128. *n.* 110.

MCCIII. XXX. martii *pag.* 55. *legebam in collect. Burg.* die XXVIII. *sive* IV. exeunte martio v. *col.* 33. *n.* 118.

MCCVI. XXVI. aprilis *pag.* 70. *corrige* XXV. april. *vid. col.* 142. *n.* 126.

MCCXXII. XX. aprilis *Breve* Hon. III. *pag.* 197. *corrige* MCCXX. *uti in pag.* 178.

MCCXXII. IV. junii *pag.* 143. *Quæ erit hæc charta? puto indicatam forte quam posui n.* 175. IV. januar. vel *n.* 176.

MCCXXVII. mense maii *Breve* Hon. III. Epis. Pap. ex Ughell. *pag.* 23. *Hon. obiit die* 18. *martii anni* MCCXXVII.

MCCCXLVI. *Breve* Clement. PP. V. *pag.* 187. *corrige* Clem. PP. VI.

MCCCIV. XXIX. nov. *pag.* 184. Brev. Bened. XI. *corrige* MCCCIII. *nam Bened. XI. obiit die* VI. julii MCCCIV.

MCCVIII. *pag.* 185. *corr.* MCCCVIII.

MCCCCXIII. *concessio bonorum a Johanne XXII. facta corr. Johanne XXIII. alia leviora prætermitto.*

MCCXX. n. 159 col. 173. lin. 3. post *scripsi* adde sequentia, quæ prætermisit Typographus. *Ego Uberius Notarius Palatinus videns, & legens autenticum huius exempli factum &c.*

MCCXX. col. 173. *n.* 160. *Hoc & præcedens documentum edidit V. C. Malacarnes pag.* 250. & 251. *Ubi minoris momenti lectionibus prætermissis l.* 16. *emendandum est nomen* Uriliole *in* Uviliole, *ut legebat Turrius, vel* VViliol., *ut meum habet exemplar. notandum autem hoc præceptum sancitum die* 23. *octobris, minime vero die* 20, *uti sentire videtur V. C. Chenna pag* 143.

MCCXXI. col. 173. *n.* 161. *Refert hoc documentum Chenna sub anno* 1220, *cui reliquæ notæ haud conveniunt, ut innui in ejusdem animadversione. Illud mirum proferri ab eo sub auplici ac diversa diei numeratione scil. pag.* 179. *sub die* 10 *aprilis, pagina vero* 114. *sub die* 10. *augusti.*

MCCXXIII. col. 174. *n.* 162. *lin.* 18. indict. II. *corrige* XI. *Typographus numerum arabicum pro Romano accepit.*

MCCXXIII. col. 174. *n.* 163. *dies mensis in autographo recens obtento est trigesima, ut in nota legendum esse statueram.*

MCCXXIII. col. 175. *n.* 164. *Ex collatione cum Autographo capituli recens a me facta hæc mutanda: lin.* 30. ista *l.* tota *lin.* 40. monasterii *l.* pro monasterio. *Monendus autem lector, ne hujus, ac superioris documenti duplex titulus ei fucum faciat, hæc duo imprudenter disjuncta, quæ ad unam pertinent sententiam eo modo, ut prius sub n.* 163. *sententiæ præambulum fit, ac quasi forma quædam legali sententiæ prævia.*

MCCXXIV Col. 176. *n.* 165. *En lectiones Autographi Tabularii capituli: quod tamen fallit in die mensis. Non enim IV. sed III. januarii scribere debebat Notarius. lin.* 35. Henrico Canavaxio *ibi legitur* hēn. hēn. Canavario. *lin.* 41. *ubi puncta adde:* & habituri sunt. *lin.* 44. & 45. *sic emenda:* D. Al. Dei Gratia electo, & G. præposito Saon̄ a Venerabili patre &c.

MCCXXIV. col. 176. *n.* 166. *collatum fuit cum autographo, ex quo hæc habeto: lin.* 59. VII. *legitur* XII., *ut in notis emendaveram. lin.* 61. Archiepiscopo.

Col. 177. *lin.* 9. concedit *l.* ubique credit. *lin.* 1049. respondet, quod bene credit. *lin.* 51. D. Petri in prædictis *l.* Sancti Petri in fontibus.

Col. 178. *lin.* 9. *autogr. habet* penententialium. *lin.* 15. monasterii, privilegium Dudonis fuit *l.* monasterii esse privilegium Dudonis, fuit &c. *Positiones a linea* 14 *ad lineam* 20. *lineolis in autographo erant transfixæ. lin* 21. illa verba *l.* illa duo verba. *lin.* 21. fuit *l.* nam fuit. *lin.* 27. ab octo *l.* a septem. In. *lin.* 30. per *l.* per illos *a tergo membranæ inscriptus erat titulus:* POSITIONES ABBATIS S. PETRI.

MCCXXIV. col. 178. *n.* 167. *Nuper in manus incidit aliud hujus conventionis exemplar a V. C. Gatti Aquensi olim exscripto, in quo hasce licet parvi momenti differentias notavi.*

Col. 179. *lin.* 7. guerriaverint *legitur* guerrizzaverit *lin.* 10. possit *l.* poterit. *lin.* 19. Alexandriæ guerriaverint *l.* Alexandrinis guerrizzaverint.

Indicat autem Gatti ex modo, quo eas profert se antiquum, atque indubium præ manibus exemplar habuisse, quemadmodum ex aliis correctionibus, quas in folio separato conscripserat, circa docum. n. 99. *col* 113. *idem quoque colligitur.*

Unde autem Gatti illud exscripserit, eo tacente vix argui potest.

Inveni equidem recenter epistolam a Burgontio q. Can. Alex., & V. G. ipsi datam, qua scribebat apud se extare tabulas fœderis inter Alexandrinos, & Aquenses percussi VII. Kalendas Augusti. Anno *MCCXXIV. At ni erraverit in diei, ac mensis computatione, quæ istæ tabulæ sint, fateor ignorare.*

In annalibus MS. Schiavinæ ad annum MCCXXIII. refertur mandatum Consulum Aquensium ad transigendum cum Alexandrinis, quod sic habet: Anno Domini MCCXXIII. VII. junii in Ecclesia s Maria Majoris de Aquis Consules Aquenses D. Belengerius, Jacobus Boccaccius, & Arnaldus Bruna . . . donant Consuli de Porta, & Henrico Botaccio Ambaxiatoribus communis de Aquis licentiam . . . perficiendi, & ad concordiam deducendi lites, & controversias vertentes inter commune Alexandriæ, & commune Aquis occasione unionis castrorum, & quacumque alia ratione, & de his ponendi se in D. Guifredum de Pirovano, promittentes. Quidquid per eos factum fuerit, vel gestum ratum habere ec. *At nec mensis nec dies concurrit. Cæterum, & illud memoria dignum ambo ista fœdera, quæ sub n.* 167--168. *col.* 178. 179. 180. 181. *integre descripsi, quæque insigniora sunt Historiæ Aquensis monumenta, utpote duarum æmularum civitatum jam per plura lustra inter se invicem acerrimo bello conflictantium concordiam, ac pacem continentia, Malacarnem, ac si de re parvi, aut nullius momenti ageretur, XIIII. circiter lineis,*

latinis tamen, omnia pactorum capita proprio marte concluſiſſe in hæc duo, quod civitas Aquis defendet Alexandriam, non conjurabit, nec hæc pugnabit adverſus illam, ejuſque inimicos, & ita viceverſa civitas Alexandriæ hæc promiſit; *atque ita hujus fœderis conventiones, ac placita brevibus abſolviſſe. Licet autem compendiorum ſectatores, & viri trium literarum ipſi gratias habituri ſint; haud tamen probabunt, ni fallor, hoc ipſum, quod ſuo ingenio finxit, compendium, & continuato ſermone, ac eodem ductu, & eadem forma literarum, qua alia vetera documenta conſcripſit edidiſſe; vel nemine de hoc ſuo conſilio monuiſſe, ne nubem pro Junone acciperet, uti evenire neceſſe eſt.*

MCCXXV. col. 182. *n.* 170. *Cum hujus nuper documenti autographum recuperaſſem, uti & ſequentium quatuor ſub n.* 171. 172. 173. 174. *facta comparatione haſce variantes reperi. lin.* 37. II. februarii *l.* I. februar. *lin.* 45 ut *l.* inter. *lin.* 46. Veximo *l.* Vexemo *lin.* 47. 48. præſentem, & conſentientem *l.* præſentibus, & conſentientibus. *lin.* 51. Calimeri *l.* Kalimeri. *lin.* 53. Turbono *l.* Tutbeno *ita deinceps.*

Col. 183. *lin.* 4. Guillono *l.* Guilizo. *lin.* 5. poſſunt *l.* poſſint. *lin.* 13 gvaritate *l.* quantitate.

MCCXXVI. col. 183. *n.* 171. *lin.* 26. *poſt* Morando *comma. lin.* 38. illam . . . *adde* illam meſſem. *lin.* 40. ſuppetatur *l.* ſufficeret. *lin.* 45. *dele* Archiepiſcopo.

MCCXXVI. n. 172. *col.* 184. *lin.* 8. Dertonæ *l.* Terdonæ.

MCCXXVII. col. 184. *n.* 173. *lin.* 25. iidem *l.* idem. *lin.* 34. termini *l.* termino *lin.* 37. eo *l.* eo ſe. *item ibi* eum *l.* cum. *lin.* 38. proponeret *l.* proponerent. *lin.* 39. *poſt* ſuperius *adde* eſt. *lin.* 52. eadem *l.* paulo minutiori. *lin.* 58. unum *l.* unde. *A tergo legitur antiquo caractere.*

Reſcriptum Apoſtolicum pro Domino Abbate Sancti Petri contra Canonicos Aquenſes.

MCCXXVII. col. 185. *n.* 174, *lin.* 24. omnibus *l.* omnes.

MCCXXVII. col. 185. *n.* 175. *Cum hoc prolixum documentum, quod inter MSS. Codd. Burgontii reperi, multa folia impleret, nec ſatis otium ſupereſſet ad illud integre exſcribendum, neque ob difficultatem ſcripturæ, reique gravitatem aliis fiderem ſcriptoribus, coactus ſum clauſulas quaſdam, quas notarii horum temporum replicare, ac in multas phraſes ejuſdem pæne ſignificationis extendere incipiebant, reſecare, ac textum religioſiſſime retinens contrahere, quin aliquid licet minimum de meo addere mihi ſumſerim. Humanitati autem P. M. Cavallerii acceptum refero, quod ipſe hoc conferens cum exemplari, quod in ſuos annales Schiavina ex intero tranſtulerat, nonnullas mihi ſuppeditaverit emendationes, quas hic adjungam lin.* 37. chisleriis *l.* Ghisleriis *lin.* 45. remeſimentum *l.* remetimentum. *lin.* 51. Carali *l.* Re li.

Col. 187. *lin.* 24. civis *l.* cives. *lin.* 28. Janue non eligeret *l.* Janue eligeret. *lin.* 47. quilibet *l.* quolibet.

MCCXXVII. col. 193. *n.* 176. *contuli cum autographo capituli. lin.* 45. MCCXXV. *l.* MCCXXVII. *ut fert titulus præfixus. lin.* 51. *poſt* Fr. *adde pauca puncta, quæ in autographo ponuntur hic, & in omnibus aliis locis, in quibus Abbas, vel Aquen. Epiſcopus nominatur.*

Col. 194. *lin.* 2. factam *l.* ipſam *lin.* 16. fluxiſſent *l.* fluxerant. *lin.* 37. officio *adde* ſue. *lin.* 42. *poſt* Balduinus *adde* Archipresbyter; *ibi* Baxio *l.* Bux.

MCCXXVIII. col. 194. *n.* 177. *lin.* 62. VIII. *l.* VII.

MCCXXVIIII. col. 195. *n.* 178. *lin.* 54. *poſt* pœnitentialem *adde* ejus.

MCCXXXI. col 196. *num.* 180. *collationis factæ cum autographo capituli hoc eſto ſpecimen. lin.* 26. Problino *l.* Pomblino, *ita alias in decurſu. lin.* 30. *poſt* Henricus *pone comma. lin.* 31. Terdona *obſcura, ac difficilis lectio in membrana: videtur etiam* Fredona *legi poſſe. l n.* 52 *dele* ſolv.

Col. 197. *lin.* 2. *poſt* terminari *adde* terminus. *lin.* 9 Terrino Gavar Belengio *l.* Cerrino, Gavar, Belengerio. *lin.* 19. *dele* eo.

MCCXXXI. col. 196. *n.* 179. *Malacarnes hanc in annotationibus edidit, quam utut breviſſimam attamen novit ipſe adhuc decurtare.*

MCCXXXII. col. 199 *n.* 182. *proferam emendationes, quas P. M. Cavallerius perhumaniter ex ſuo codice excerpſit, mihique communicavit. lin.* 20. Bovi *l.* Boſca. *lin.* 21. Aſtign *l.* Albenga; *ibi* Ruſantus *l.* Ruſenetus *lin.* 25. eſt *l.* ſit; nec *l.* ne. *lin.* 30. *ubi puncta adde* interrogant. *lin.* 31. Banno *l.* Bano *lin.* 37. Boſchi *l.* Boſcha *lin.* 38. *in fine adde* infraſcriptis. *lin* 46. monaſterio *l.* monaſterii. *lin.* 57. Henricus *l.* Franciſcus. *lin.* 62. *dele* Sacri.

Col. 200. *lin.* 5. autentice *l.* autentica. *lin.* 7. XVI. *adde* I. *ut ſit* XVII. *lin.* 8. *in fine adde* teſtibus præſentibus magiſtro Bartholomæo Vicario Palatii Januenſis, Presbytero Jacobo, & Balduino de Lavania Canonicis Januenſibus, Presbytero Conrado Miniſtro Eccleſiæ s. Nazarii Januenſis, Presbytero Johanne de Nairono, & Ubertino de la Cruce Clerico. Ego Petrus de Muſſo Not. vidi, & legi. *Illud quoque corrigas velim, quod in notis ex falſa cujuſpiam relatione inſerui; nimirum a Canonicis Regularibus Canonicæ Januenſis nunc redditus Eccleſiæ s. Stephani percipi, minime vero a Monacis Olivetanis, ut ſcripſeram.*

MCCXXXIV. col 201. *n.* 185. *Ante hoc tempus jam bis coacti fuerant Ponzoni Marchiones oppidorum ſuorum dominium ſupremum Aquenſi Reipublicæ donare, at nulla ibi mentio de obligatione comitandi poteſtatem Aquenſem, quam hæc charta ſupponit. Quando autem hæc iis impoſita ſit, incertum eſt. Illud conſtat illos hanc invitos ſuſtinuiſſe, ut ex documentis n.* 190. 191. 192. *allatis evincitur. At quo magis illi reluctabantur, eo efficacius ejus executioni ſtudebant Aquenſes. Ideo ne illius memoria interiret, eam inter eorum leges municipales inſeruerunt.*

In membranaceo volumine a me præterito anno Aquis detecto, capitulum hac de re continebatur, quod poſtea mutatis rebus data opera abraſum maxima ex parte fuit: attamen hæc adhuc in eo poſt diu-

turnam ſpeculationem, qua oculis, qua perſpicillis uſus, legi poſſe detexi.

C.CLXXXXVII. De Marchionibus de Punzono

Marchiones de Punzono ſcilicet Dōns Manuel D. Jacobinus D. Henricus . . . . . debeant venire . . . . . facere . . . . . venient . . . . . conventionibus continetur . . . . . conſueverunt facere . . . . . ſunt eis impoſiti . . . . per Dnm Rodoardum Pipinum Pōt Aquis occaſione . . . ſequimenti . . . ſolverunt ſint caſſa . . . & nullius valoris . . . . . fuerint . . . ab ipſis penitus abſolvant . . . . . ōs bene . . . . . permanere . . . . . de re uſque ad Kal. martii . . . atur poteſtas, & judex . . . .

Marchiones hic nominati floruerunt ab anno 1190. *uſque ad* 1224. *circiter, ut alibi demonſtrabo, & ex chartis hic prolatis colligitur; at cum incertum ſit quo anno Pipinus hic Aquis præturam geſſerit, ignorare nos etiam oportet annum, quo hæc lex fuerit ipſis indicta, quam utpote ipſis ignominioſam ab aliquo eorum fautore e publico hoc monumento deleri curarunt, ut veriſimile admodum ſit. Quod eis haud ita feliciter ſucceſſit, ut omnem abolere memoriam potuerint. Nam in aliis ſtatutorum collectionibus, quas pro varia Aquenſium fortuna variare quoque neceſſe fuit, hoc idem præceptum hujus oppidi Marchionibus renovatum legitur, ut ex ſtatutorum compilatione Aquis edita ex officina typografica Petri Joannis Calenzani anno Domini MDCXVIII., in qua ſic legitur*: Capitulum LXXVIII. omnes Marchiones de Ponzono teneantur, & debeant venire Aquis ad faciendum ſequelam Poteſtati Aquenſi ſecundum quod ipſi, & anteceſſores eorum facere conſueverunt infra unum menſem ab introitu regiminis poteſtatis ſub pœna, & banno eis impoſita arbitrio poteſtatis, quæ pœna non poſſit eſſe minor librarum decem pro quolibet a ſolidis viginti pro quolibet die, quo ſtarent ad faciendum dictam ſequelam, & poteſtas ad hoc faciendum eos compellere teneatur ſub pœna librarum 25. de ſuo ſalario, de quibus poſſit, & debeat ſyndicari.

MCCXXXIV. col. 201. *n.* 184. *C. V. Chenna pag.* 91. *ſcribit martii menſe hoc fœdus percuſſum, at aliter dicendum ſcilicet celebratum die martis X. exeuntis nov.*

MCCXXXV. col. 202. *n.* 187. *lin.* 42. die mercurii VII. menſ. aug. *hæc conſtare non poſſunt inter ſe; bene vero ſi ſeptenario numero unitatem detrahas, ut ſit* VI. m. aug. *lin.* 45. ceſſit *lege* cœpit *error Typographicus.*

MCCXXXV. col. 205. *n.* 190. *Monueram in notis ad doc. n.* 185. *eodem illo die, quo Alberto indicta lex fuit Aquas veniendi; præceptum quoque latum in Manuelem Marchionem Ponzoni; quod ſane nil impedit, quominus & hoc alio menſe repetitum fuerit Manueli, & Jacobo, ut hæc ſuo loco poſita documenta, quæ ex apographis Tabularii Epiſcopalis, ac collectione Turrii deſumſi, oſtendunt.*

MCCXXXVII. col. 208 *n.* 194. *Cl. I. C. Boccaccius contulit cum membrana in R. Archivio exiſtente, monuitque. lin.* 42. exeunte januario *in eo inveniri, ut in notis innuebam. lin.* 43. Brema *l.* Senori. *item ibi* Montanaud *l.* Montanario. *lin.* 59. ſcuctus *l.* ſtrictus. *lin.* 60. fata *l.* fara. *Ex illius autem præmio diſcimus apographum eſſe paucos poſt annos exſcriptum; ſic enim habet exemplar a laudato viro deſumtum.* Anno Dominicæ Incarnat. MCCXLII. indict. XV. die ſabbati VIII. (*falſo. VII. hic legi oportet; alioquin nutabunt notæ*) exeuntis octobris in Alexandria D. Anſelmo de Valle, & D. Manifredo de Foxo teſtibus rogatis, D. Thebaudus Fantinus Judex, & Conſul juſtitiæ communis Alexandriæ præcepit mihi Anſelmo de Fara Notario, ut exemplarem, & in publicam formam redigerem inſtrumentum D. Manifredi Boccaccii, tenor cujus talis eſt &c. *Aliud quoque documentum ibi inventum fuit circa hanc eandem litem, ac cauſam, quod hic edere operæ pretium puto.*

Anno Dominico MCCXXXVIII. indic. XI. die ſabbathi ſecundo intrantis januarii in Alexandria in majori Eccleſia Alexandriæ præſentibus Guidone Cupa, & Ruffino Cremoneſi Notario, & pluribus aliis teſtibus. D. Albertus de Mandello Poteſtas Alexandriæ ex licentia, & voluntate conſilii Alexandriæ in infraſcripta s. Eccleſia more ſolito convocati conſtituit, ordinavit, & fecit Ruffinum judicem Saltarium communis Alexandriæ ſuum nuncium infraſcripti communis Alexandriæ, & Sindicum, & actorem, & procuratorem ad denunciandam, & præcipiendum conſulibus, & conſilio, & communi Aquis, vel ipſis ut hinc ad diem primum poſt Epiphaniam Domini proximam reſtituerint D Manifredum Boccaccium in domos, & poſſeſſiones ſuas, & res ſuas, & bona ſua reducendo ipſum in eo ſtatu, in quo erat tempore ſui receſſus de Aquis, & ut veniant peremtorie uſque ad diem infraſcriptum coram infraſcripto Poteſtate arbitro inter ipſum Manifredum, & infraſcriptum commune Aquis parati audire, obſervare, & adimplere, quæ infraſcriptus arbiter inter prædictos voluerit pronunciare, dicere, ſtatuere, & ordinare, vel ut mittant ſuos ſindicos ſufficientes paratos ad omnia infraſcripta attendenda, audienda, complenda, & obſervanda, & inde infraſcriptus Poteſtas, & arbiter hanc cartam fieri juſſit.

Ego Jacobus Notarius Palatinus &c.

Ego Anſelmus de Fara Not. Sac. Pal. &c.

MCCXXXV. col. 206. *n.* 193. *Jampridem mature edidit Malacarnes pag.* 254. *Sed dolendum adeo mancum, ac mutilum dediſſe, ut vix aliqua ineo antiqui documenti lineamenta conſpiciantur. Illud ſolum monebo ex centum trigina lineis, quibus meum conſtat minuto caractere expreſſum exemplar, hoc eum in decem & novem decurtaſſe.*

MCCXXXVIII. col. 210. *n.* 198. *Hoc documentum nuper exegi ad membranam capituli: has autem reperi probatas lectiones col.* 211. *lin.* 3. campana *l.* campanam. *lin.* 7. & 8. Eccleſiaſticis *l.* Eccleſiis. *lin.* 12 ut *l.* ne. *lin.* 14 nullo &c. & *l.* ullo &c. nec. *lin.* 25. Ven. *l.* V. *lin.* 26. Clavarius *l.* Gavarus. *poſt* affolle *lin.* 27. *adde* magiſter ſcriba, Ubertus de Montagnola, Ogerius, Petrus Magiſtri, Henr. Rodulfus (*deſunt duo nomina*) . . . . Rabia, Jo. Guaſtarava, Wilelm. de Bellex, Arnaldus . . . Ubertus Agradi, Bouet, Benz, Carlevarius, Beſſu-

rius, Pel de Graja, Muſſus Stephani, Sac, Acunus Bonfilii, Bonatia Carlevarius, Jo. Navorius, Muſſus Cazuli, Boz Cutis, Henrioza, Manſredus Hoſpitalis, Henr. Murruel, Guido Sartur, Rufinus de Maxono, Pellacia, Henr. Ferrarius, Octavial, VV. Mus, Bonifacius Molineri, VVilelmi de Caſali, Ja, Gualfredi, Obertus Badalo, Thom. Chalcer, Cărus Bava, Gandulfus Rus, Thebaudus Jan., Joannes Franciſcus Botterius, Muſſus Maxoni, Henricus Marinus, Ja. de Maris, VVilelmus Leger, Guliel- 01
mus Moliner, Anſaldus Boz, Henr. D. VVilielmi, Barexanus, Arnaldus Ingilinus, VVilielmus . . . . . Henricus Piper, Dardanel, Bonifacius Mois, Ogerius D. Belengerii, Henr. Cazul, Petrus Scriba, Henr. Marchis, Ubertus Galea, Henr. Rachamus. Interfuerunt teſtes D. Lotherius, D. Bovonus, D. Henricus, & D. Rufinus Aquideus Canonici &c.


MCCXL. col. 213. *n.* 201. *Quoniam in hac nota litteras Gregorii IX. protuli, quibus jam liberas Canonicorum electiones mutare incipiebant Pontifices; haud abs re erit & duo alia documenta ad hanc rem ſpectantia ex Tabulario Capituli in medium efferre, ut hujus variæ diſciplinæ ſtatus intelligatur.*

In Chriſti nomine amen. Nos presbiter Ogerius, & Symon Canonici majoris Eccleſiæ Aquenſis cum ad præſens vacet in ipſa Eccleſia beneficium, ſive præbenda Canonici per mortem Dodonis olim Archidiaconi, et Canonici ipſius Eccleſiæ, ad quod beneficium recipiendus, & eligendus eſt aliquis Canonicus idoneus per Capitulum ipſius, & nos præpediti ſimus pluribus, et variis negotiis, & maxime in perſonis noſtris, ita quod ad dictam Eccleſiam Aquenſem perſonaliter accedere non poſſumus, committimus hac vice voces noſtras, et vices ſuper recipiendo ad dictum beneficium, ſive præbendam aliquem idoneum Canonicum D. Uberto Archidiacono prædictæ Aquenſis Eccleſiæ etc. Actum in palatio Archiepiſcopatus Januenſis præſentibus teſtibus D. Jacobo de Cacunno, & Giuzulino Clericis d. palatii. Anno Dominicæ Nativitatis MCCLXXV., indictione III., die XXVIII. octobris. Ego Brignonus Mazullus Not. ecc.

Anno Domini MCCLXXVI., indictione quarta, die Veneris VII. auguſti. In caſtro Biſtagni inter nonam, & veſperam præſentibus Domino Petro presbitero Biſtagni, Joanne filio Petri Enbori de Aquis, Wilermo Moture teſtibus rogatis, & vocatis. Nos Baudicio Aquenſis electus electionem Oberti Mareſcarchi de Alexandria, qui dicit ſe Canonicum Eccleſiæ Mariæ de Aquis per litteras Domini pp. . . . . nos viſis litteris . . . . . cancellatis, & intellectas ipſas falſas pronunciamus, & penitus irritamus, quatenus de facto poſſidet, & non de jure; & ideo timentes, ne nobis tempus curreret, cum electio ſit nobis devoluta ipſo jure, volentes prædictæ Eccleſiæ Aquenſis providere de Canonicho, ne in temporalibus, vel ſpiritualibus detrimentum prædicta Eccleſia paciatur, Franceſchinum filium Guliermi de Miribello Clericum Eccleſiæ ſancti Martini de Orſaria Aquenſis Dioeceſis eligimus, ſive poſtulamus in Canonichum, & in fratrem Eccleſiæ memoratae. Ibidem & coram teſtibus ſupraſcriptis Dominus Ubertus de Mutura Archidiaconus prædictæ Aquenſis Eccleſiæ prædictum Franceſchinum recepit in obſculo pacis in Canonichum, & in fratrem Eccleſiæ memoratæ; & inde prædictus Dominus Electus, & prædictus Archidiaconus hanc cartam fieri præceperunt. Et ego Ogerius Barete Not. Pal. in hanc rogatus ſcripſi, & juſſu prædictorum Domini Electi, & Archidiaconi complevi, ac me ſubſcripſi.

MCCXLIX. col. 220. *n.* 208. *In exemplari hujus documenti, quod in Epiſcopali Tabulario aſſervatur, legitur extractum fuiſſe ex quodam volumine* jurium, & inſtrumentorum Capituli *nunc deperdito. lin.* 39. *col.* 221. *in alio exemplari legitur* Uberto, *loco* Alberti.

MCCLI. col. 221. *n.* 209. *Moniales, quibus directum hoc Innocentii privilegium fuit, nunc habent Eccleſiam ſub titulo S. Sebaſtiani, vocanturque paſſim* le Monache di Pozzolo, *penes quas autographum hujus documenti exiſtit, ex quo R. P. M. Cavallerius ſuum ac meum duxit exemplar.*

MCCLI. col. 224. *n.* 210. *In archetypo hujus documenti in Tabulario Capituli ſervato hæc erui hic inſerenda. lin.* 11. Capituli Aquenſi *legitur* Capitulo Aquenſi. *lin.* 12. Inciſa *l.* Enciſa. *lin.* 20. Peruſie quarto *l.* Peruſii.  Kal.dec., *quod ſignum IV., aut V., vel nihil prorſus indicat, ut ſentio.*

MCCLIII. col. 228. *n.* 213. *Quoties inſigniores hujus collectionis chartas attente perpendo, doleo vehementer pleraque illorum auctographa, vel antiquas membranas ita evanuiſſe, ut nonniſi recentiora, ac plerumque informia remanſerint exemplaria, qui caſus huic quoque præclariſſimo contigit. Ubi enim extet autographum, vel quo abierit incertum prorſus. Ope tamen clariſſimi Senatoris Jo. Franciſci Arcaſii Juris Civilis in R. Atheneo Profeſſoris, qui Biſtagnum, quod ei patriam habere contigit, ſcriptis, ac eruditione tantopere illuſtrat, aliud ex Tabulario ejuſdem Communitatis licet recens commodatum accepi, ex quo hæc emendare, vel ſupplere datum fuit.*

Col. 228. *lin.* 4. Marenco *l.* Maſcaro. *lin.* 7. *poſt verbum* Ferrario *ſupple* Jacobo de Acolto, Ottone Maſcaro, Gulielmo Pago (*Paſo*) Robba (*Raba*) . . . . . Henrico Columbo, Gulielmo Taſſo, Uberto Culardo, Anſelmo Culardo, Marco de Graſſo, Octavio Botterio (*Lotherio*), & Bonifacio de Baudizono, Goslino Galuberio, Gotifio Laciberti, Romano Ceſario, Alberto de Placentia, Uberto Lazaro, Henrico Conſtantio, Ugono Turniello (*Farniello*) *lin.* 9. Rodulfo Maeano *l.* Roduto de Morano. *lin.* 10. *poſt* Malarotta *adde* Bergogno, Amelio Carreatio, Gullielmo Rubeo, Ruffino Andrea, Ughelino de Matelda, Gemino Capello, Aſinario Dametta, Ruffino Carotio, Arnaldo Fatto, Oberto Faſſo, Johanne Maſtagio, Petricino Laterio, de Conſtitue Uberto Naſo, Uberto de Prato . . . . . de Vineis, Meriſſate Bonvicino Laterio de Contiva, Odonozola, Menapace, Racherio Mercello (*Verzello*), Jacobo Baptiſta Caſtro (*Carmo*) Ruberto (*Rubeo*) de Guidono, Rolante, Enrico de Lezaris (*Baſini*) Uberto

de Guavatio Guanctio, Joanne de Battinellis, Manfredo Teſtanova (*Teſtania*) Gulielmo Caſuletto, Cavoletto, Conrado de Aſimeno (*alciminis*), Laurenrentio Gulielmo Lanei (*Lanti*), Uttone Faſſo, Dalmatio Patropiano (*Fetroſiano*), Ruffino de Rocha, Gulielmo Rubeo, Albertaccio Barberio, Opizone Columbo, Anſelmo Maſcaro, Guidatio, Laterio de Sivoletis, Raimondello, Gulielmo Guazzo, Henrico Lanza, Gandulfo Recco (*Bechi*), Ruffino de Monte, Oglerio Prazo (*Ponzo*), Conrado de Coletto, Belengerio de Pratis, Vincentio Cagnatio, Revoleto Becco, Paganotto, & Aicardo Carutio. *lin.* 16. ubi *l.* ubi jam. *lin.* 24. cauſis *l.* pactis. *lin.* 26. equis *l.* aquis. *lin.* 27. Gavitiis *l.* Guaytis. *lin.* 32. jam *l.* prout jam. *lin.* 34. juvando *l.* vehendo. *lin.* 35. facturo *l.* faciendo. *lin.* 40. Contilis *l.* Cortilis. *lin.* 43. per Eccleſiam Aquenſem *l.* pro Eccleſia Aquenſi. *lin.* 56. foricaneus *l.* forenſis. *lin.* 59. competenter *l.* competentem. *lin.* 60. ſupradictum *l.* ſupradicti. *col.* 229. *lin.* 13. Dalfus Caiffa *l.* Delfus Criſa.

MCCLV. col. 230. *n.* 215. *Spectat hoc documentum ad annum MCCLIIII., minime vero ut ſcribarum incuria hic irrepſit ad annum MCCLV. Nam & ſub anno præcedenti bis refertur a C. V. Chenna p.* 117. & 181. Del Veſcovato d'Aleſſandria. *Alexandria* 1785. *T.* 1., qui ultimo exeuntis auguſti *interpretatus eſt pro die* 31. *auguſti. Incidit quidem caſus, ut hoc anno dies lunæ cum die* 31. *auguſti concurrat, at ratio temporum computandorum hoc aevo a notariis adhibita repugnat.* (*vide Aleſſium* Richerche Stor-Crit. delle antichità d'Eſte *pag.* 344. *it.* 654. Padova 1776. *fol. alioſque*) *ut proinde ultima dies exeun. aug. interpretanda ſit pro die* 17. *aug., quæ in diem lunæ pariter incidebat. lin.* 14. Magino *Chenna l. c. legit* Mazino.

MCCLVIII. col. 232. *n.* 219. *lin.* 60. *error irrepſit. addenda unitas numero* XVIII., *ut notæ concurrant. col.* 233. *lin.* 38. filiorum *l.* prædiorum.

MCCLVIII. col. 234. *n.* 220. *nonnulla addam ex collatione facta cum membrana Capituli. Ac primo monendus lector in titulo tranſpoſitionem typographum feciſſe, qui ita edendus erat*: particula teſtamenti *&c. lin.* 21. Guidono *l.* Guidone. *lin.* 37. cohærentes *l.* cohærent. *ubi puncta hæc adde*: modo tamen quod pro. *lin.* 40. quo *l.* ita quod. *lin.* 43. fuerunt *l.* fuerint. *in fine* ubi &c. *adde* juſſu dicti Epiſcopi hanc cartam ſcripſi. *Dolendum eſt integrum teſtamentum ad nos haud perveniſſe, tum quia ex ipſo forte & hujus Epiſcopi geſta, & adjuncta ſive perſonæ, ſive familiæ, ad quam pertinebat, cognoſceremus; tum quia cum pro more illorum temporum multa in Eccleſias, ac monaſteria, & capellas, aliaque pia inſtituta legare teſtatores ſolerent, de Eccleſiarum hujus Civitatis ſtatu uberiorem forte notitiam haberemus. Multum enim conferunt ad mores, ac diſciplinam antiquam cognoſcendam hujus generis monumenta. In hunc finem edidi teſtamentum Henrici Canefri, & M. Bonifacii Carreti. At cum iſti extra civitatem Aquis morarentur, ſicut edocent nos plura de iis regionibus, ac perſonis, quibus ipſi familiariter utebantur; at hujus Civitatis vix meminerunt. Proferam itaque duo alia teſtamenta ex membranis Capituli nuper eruta, quæ ſic ſe habent.*

Anno Domini MCCLXXVIII., indictione VI., die Martis XXV. januarii in domo hoſpitalis de Buliente, præſente Domino presbitero Wilelmo Capellano Aquenſis Canonice, Frederico Robellino, Matheo Rodino, Gropello, Henrico Ogerii, Johanne Emburro, Manfredo Milane, & Tebaudo filio Arnaudi Tebaudi teſtibus rogatis, & ad hoc ſpecialiter vocatis. Dominus presbiter Albertus Scota valida infirmitate aggravatus, ſed mente ſanus eſſe conſitebatur, timens, ne ab inteſtatu decederet, volens bona ſua diſponere per nuncupationem ſuum condidit teſtamentum. Imprimis legavit pro mercede animæ ſuæ, & remiſſione peccatorum ſuorum majori Eccleſiæ Beatæ Mariæ de Aquis ad hoc, ut ponatur in martellogio, & ut habeat partem in orationibus Sacerdotum, & Canonicorum dictæ Eccleſiæ, domum unam jacentem in civitate Aquis, cui cohærent Canonici, & via, & ad dictam Eccleſiam, ſive in zimitero ejuſdem ſuam eligit ſepulturam. Item legavit Florinæ converſæ in hoſpitali de balneo duos ex ſuis buliis. Hæc ſunt debita, quæ Dominus presbiter Albertus Scota dare tenetur pro hoſpitali de balneo, & occaſione dicti hoſpitalis; in primis dare debet Jachete lib. 5. ſol. 7. aſten., pro quibus emit in dicto hoſpitali bovem 1., & inde habet cartam. Item ſine carta precio lib. 11. ceræ, & ejuſdem precio cauſei ſol. 11. den. 9. Item precio olei ſol. 1. den. 6., & pro uno congio den. 7. Item uxori ſtange nomine petri nigri de Cavatorio mod. 4. & ſt. 4. grani. It. filio Salvini ſt. 12. grani. It. debet nigro de Paernis ad iſtas menſiones proximas meſſes ſt. 4. grani. Item beniſtanti de caſtro Richerio ſt. 4. gr. It. Elene de Punzono ſt. 4. gr. It. confrarie pro quadam Domina Sibilia Lanzagalla ſt. 4. gr., & pro companaticis, & kalendis ſol. 10. vel circa. Item Wilelmo contis ſcote ſt. 7. grani, pro quo aſſignat ei uſque modo in ſolutum ſimul moliam unam jacent in pozovero, cui coh Dominus Epiſcopus, Templarii, & Anſelmus Marengus; aliter habeat ſuum granum. Item legavit, & dimiſit Berreloxio unum plazium in pozovero, cui cohæret via, hæredes q. Jacobi de Rocha. Item legavit Raimundo Groſſi unum plazium in pozovero, quod laborat, cui cohæret via, & Templarii. In omnibus vero aliis bonis ſuis mobilibus, & immobilibus, ubicumque ſint, & ad eum perveniant, & in vinea una, quæ jacet in pozovero, cui cohærent Anſelmus Morengus, & Berreloxius. Item in una alia vinea, quæ jacet in Valloria, cui cohærent hæredes Oberti Leoni, niger de paernis, & foſſatum. Item in una alia petia vineæ, quæ jacet in monte, cui cohæret Philippus Cutis, & Wilelmus Tellura inſtituit D. Ubertum Aquenſem Archidiaconum pro Capitulo Aquenſis Canonice nomine dicti hoſpitalis de balneo ſibi hæredem ſolvendo debita ſupradicta, quod teſtamentum voluit valere omni jure, quo melius valere poſſit: unde hanc cartam fieri rogaverunt plures.

Ego Henricus Manſionis Notarius Palatini hanc cartam tradidi, & ſcripſi.

Fragmentum teſtamenti Elenæ Moiziæ.

Anno Domini MCCLXXV., indictione VII., die Jovis XXV. .... in domo Botaz præſentibus ... . Elena uxor quondam Bonifacii Moiz. ſana mente per gratiam Jeſu Chriſti licet languentem . . . . . Inprimis mandavit quod janua ecc. Item de aliis libris XL. ppm, quæ reſtant de dote ſua voluit, & mandavit, quod detur pro Deo, & anima ſua, & remiſſione omnium peccatorum ſuorum, ubi ſuam eligit ſepulturam, fratribus Minoribus pro tunica una, & ex eo quod ponatur in martellogio ſol. XXV. aſten. Item ſorori Beatrici de Montagnola de ordine humiliatorum ſol. VIII. Item & omnibus aliis ſororibus dicti ordinis de Aquis ſol. X. aſten. Item & confrariæ S. Spiritus ſol. VIII. Aſtenſes ecc. in eo & quod ſupereſt de dictis lib. XL. ecc. VVilelmum Moicium, Dominam Blancam, & Andream filios ſuos ſibi hæredes in æquali portione inſtituit ecc. Ego Henricus Manſio, Not. ecc. prout ſcriptum reperi . . . . Belengii Muſſi Stephani quondam nil addens ecc.

MCCLVIII. col. 234. *n.* 221. *en variantes hujus documenti ex altero antiquo exemplari excerptæ. lin.* 60. *poſt* Aquenſis *adde* & eos, qui ſolvere conſueverunt. *lin.* 62. Johanninum *lege* Boninum. *lin.* 63. qui dixerunt omnes homines debere ſolvere præter *l.* qui medio juramento dixerunt omnes homines de Biſtagno conſueverunt ſolvere in fodris, & collectis D. Epiſcopi Aquenſis præter domum &c. *col.* 235. *lin.* 2. & heredum *l.* domum. *lin.* 4. Ferra *l.* ſerra.

MCCLIX. col. 235. *n.* 222. *Temporis notas ſic exhibet membrana Capituli* indict. II. die Dominico IX. exeuntis martii; *at notandum diem IX. exeuntis martii non Dominicam, ſed lunæ fuiſſe. In alia Capituli membrana, qua delegatio fit ad abſolutionem impertiendam, dies menſis hoc alio modo deſcripta fuit* 23. intrantis martii, *quæ ſane computandi ratio haud ſcio, an alibi inveniatur; licet enim in numerandi methodo diverſa ſit a priore, convenit tamen perfecte cum illa. Utraque enim indicat diem XXIII., quæ erat dies lunæ, non Dominicæ; quæ omnia ſatis ſuperque demonſtrant Notarios quandoque dormitaſſe, neque ab erroris periculo ſatis ſibi caviſſe. Nunc vero ad alias correctiones progrediar lin.* 17. poteſtas Septebrii *erat hoc anno Andreas Calcamugius, ut ex aliis chartis hujus cauſæ conſtat. lin.* 27. *dele* Epiſcopi *verbum. lin.* 28. Vener D. *lege* unde dictus. *Poſt duos annos Septebrienſes iterum ob hanc cauſam excommunicationi ſubjecti fuerunt, ut patet ex ſequenti charta ex membrana Capituli nuper a me exſcripta.*

Anno Domini MCCLXI., indictione IIII., die lunæ X. januarii. In clauſtro majoris Aquenſis Eccleſiæ . . . . . infraſcripti ſunt homines de conſilio Septebrii, qui juraverunt ſtare mandatis Eccleſiæ uno vel pluribus in manibus D. Boyoni Aquenſis Archipresbiteri, & delegati D. Aquenſis Epiſcopi ad recipiendum Sacramenta, & ad abſolvendum homines de Septebrio de excommunicatione, in qua erant pro damno, ſeu guaſto dato in nemore Canonicorum Aquenſium de monte rubeo, & juraverunt ſimiliter ſtare mandatis D. Bovoni prædicti nomine Aquenſis Capituli pro dicto damno, videlicet Petrus de Nigro, Ubertus Not., Bencius Nicolai Not., Jozolus, Reſonatus, Arnaudus Blancus, Gavilius, Ector, Paganus D. Peroni, Albertus Ganili, Bernardus Bellotus, VVilelmus de Podio alpino, VVilelmus Artufi, Ugo montis videi, Marencus Burgi novi, Durantus, Rodulfus Cavaler, Ubertus Braidus, Rubeus Belloti, Henricus de Podio alpino, Marufus, Rainerius Cornarius, Aquideus de Monte video, Philippus Petrazani, Vuiliolis, Petrus Carraza, Ubertus Petarellus, Gambera, Mignotus, Carrantus, quibus dictis hominibus dictus D. Archipresbiter præcepit ſub Sacramento, quod ei fecerant in cetero in tali, vel conſimili caſu contra dictam Aquenſem Eccleſiam ullatenus non incurrant, & inde hanc cartam ecc. Ego Bonusfilius Not. Pal. interfui.

Poſt dies quatuor ab hac abſolutione Dominus Bavonus Archipresbiter Septebrium adiit, ac in domo S. Michaelis omnes populares convocavit numero circiter 150., *atque eis præcepit ſub Sacramento, quod ei præſtiterant, ne quidpiam damni unquam in poſterum Eccleſiæ Aquenſi inferrent, ac demum eos ab excommunicatione abſolvit.*

MCCLXI. col. 238. *n* 226. *Hæc ex membrana Capituli attente expenſa emendanda mihi videntur. lin.* 39. andona *lege* Andrea. *lin.* 40. Oddonis *l.* Dodo. *lin.* 42. Bovivonis *l.* Bovonis. *lin.* 54. convenire *l.* contravenire.

MCCLXIV. col. 341. *n* 229. *lin.* 8. Martis prima Jan. *corrige* Mercurii. *lin.* 21. convenire *l.* contravenire. *lin.* 25. *ubi punctа adde* de monte Morixino.

MCCLXVII. col. 243. *n.* 233. *Agitur in hoc documento de abſolutione excommunicationis in Canonicos, & Clericos Aquenſes inflictæ ob non ſolutam Archiepiſcopo Mediolanenſi procurationem iis impoſitam, uti clarius elucet tum ex reliqua hujus membranæ parte, quam infra edam, tum ex litteris delegationis, quibus Otto Archiepiſcopus Mediolanenſis Johanni Quaglato committit, ut omnium beneficiorum in Dioceſi Aſtenſi, quæ vacabunt primo anno fructus colligat, atque a Clero Aquenſi procurationem exigat, ut ex charta n.* 231. *Quia vero in Eccleſiarum viſitatione procuratio ſolvebatur, idcirco dicendum ad hæc tempora Archiepiſcopum Mediolanenſem Eccleſiam Aquenſem viſitaſſe, ac Synodum celebraſſe, cujus compendium in illis capitibus contineri puto, quæ in quodam chartaceo volumine ſub initio ſæc. XIV. conſcripto, ac in Epiſcopali Tabulario recondito conſervantur, ac nunc primum poſt hanc animadverſionem e tenebris, ubi huc uſque delituerunt in publicam a me lucem educuntur. Quam autem ob cauſam Mediolanenſi Archiepiſcopo hæc a Romano Pontifice facultas fuerit facta haud plane intelligo. Illud inficiari nemo poterit, iſtam quæ hoc & ſequiori ævo inducta fuit tributorum, ac decimarum ab Eccleſiis exigendarum conſuetudo, haud modicam iis intuliſſe turbationem, & maxime in tenui hac, & paupere Dioceſi, uti palam fit ex aliis duobus documentis, quæ ex Tabulario Capituli edenda deprompſi, quorum primum ſpectat præceptum de decimis a Concilio Lugdunenſi pro Terræ ſanctæ ſubſi-*

dio impositis, secundum de aliis pro subventione Regni Siciliæ a Romano Pontifice imperatis; sed antea supplenda primum est hæc juramenti, ac absolutionis charta, quæ sic habet.

Col. 243. *lin.* 32. *excommunicati fuerunt* semel & pluries, quia non solverant procurationes prædicto domino Archiepiscopo, vel ejus nuncio idem dominus Petrus promisit, & juravit in anima sua, & animas illorum de Capitulo, qui notati sunt in instrumento prædicto solvere, & reddere dicto domino Johanni libras ducentas Astensis monetæ in Ast, vel nuncio domini Archiepiscopi usque ad Dominicam de media Quadragesima, quæ cantatur: *lætare Jerusalem*, & imponere collectas per eas personas, quæ possint, & debeant persolvere usque ad prædictum terminum, propter quod dictus dominus Johannes auctoritate prædicta ipsum dominum Petrum pro se, & Ecclesia sua de Cessolis, & Capitulum prædictum e vinculo excommunicationis absolvit, si summam earundem librarum ipsis domino Johanni, vel nuncio suo in dicto termino fuerit persoluta in Ast. Si vero aliqui fuerint contumaces dictus Syndicus per se, & Capitulo promisit sub juramento prædicto compellere eos per pœnam suspensionis officii, & beneficii usque ad solutionem debitam, & perfectam. Actum Ast in solario Canonicorum Astensium. Testes interfuerunt domini. Nicolaus de Brovia, Jacobinus de Ultramontem, & Franceschinus Cuchus Not. Et ego Henricus Fornarius Not. palat. interfui, & scripsi.

Illud corrigendum in lin. 27. *editi hujus documenti, nimirum ubi legitur* nuncii P. Archiep. *ibi fuisse scribendum* nuncii *Rev. Patris domini Archiep, vtl initialibus litteris* nuncii R. P. D. Archiep.

MCCLXV.

Hæc sunt Capitula facta, & ordinata per Dominum Archiepiscopum Mediolanensem, & per Dominum alium Episcopum Aquensem.

Primo namque statuerunt, quod nullus Presbiter, vel Clericus teneat, vel habeat fornicariam in domo, vel in domibus Ecclesiæ, nec alibi teneat publice concubinam.

II. Item quod nullus Sacerdos, vel Clericus vendat, vel alienet, aut obliget libros, crucem, calicem, vestes sacerdotales, nec terras, seu possessiones Ecclesiæ.

III. Item quod nullus Archipresbiter, vel Præpositus ultra . . . . . Papienses, vel Presbiter ultra ss. 100. Papienses debitum faciat super bonis Ecclesiæ sine licentia Domini . . . . . .

IV. Item quod nullus Sacerdos, vel Clericus vadat sine veste Clericali, & corona competenti, & qui contrafecerit careat Beneficio Ecclesiastico.

V. Item quod nullus Clericus recipiat ordinem extra suam Dioecesim sine licentia sui Episcopi.

VI. Item quod nullus Presbiter, vel Clericus eligat, vel assumat aliquem in Clericum socium, vel Ministrum in Ecclesia sua sine licentia Episcopi, & qui contrafecerit, Dominus Episcopus ipsum excommunicat in his scriptis.

VII. Item quod nullus Sacerdos ludet ad aliquem ludum alearum, nec illud exerceat.

VIII. Item quod nullus Clericus habeat Beneficium, neque Ecclesiam, quam pater ejus administrat.

IX. Item quod quilibet Rector Ecclesiæ quemlibet ex Parochia sua, quem sciat stare publice in adulterio monere debeat, ut infra dies quindecim debeat dimittere adulteram, & redire ad gremium sanctæ Matris Ecclesiæ, alioquin ipse . . . . . denunciet excommunicatos.

X. Item quod quilibet Minister possit subtrahere . . . . . cuilibet de Parochia sua Divinum officium, & Ecclesiastica Sacramenta, si jam dicto Ministro noluerit respondere de decimis, & primitiis.

MCCLXXIIII.

Ardicio de Tridino Decanus Nicosiensis Capellanus R. in Christo Patris D. Uberti S. Eustachii Diaconi Cardinalis, & ad colligendas decimas terræ sanctæ subsidio deputatus nuper in generali concilio Lugdunensi in omnibus partibus Lombardiæ, Marchiæ Tarvisinæ, Aquilegien., & Gradensis Patriarcatuum, & archiepiscopatus Januensis a SS. Patre D. Gregorio Papa X. specialiter deputato ad certitudinem præsentium, & memoriam futurorum. Cum SS. P. D. Gregorius Papa X. nos Ardicionem de Tridino Decanum Nicosiensem Capellanum R. in Christo Patris D. Uberti S. Eustachii Diaconi Cardinalis ad omnes partes Lombardiæ, Marchiæ Tarvisinæ Aquilegiensis, & Gradensis Patriarchatuum, & Archiepiscopatus Januensis pro colligendis decimis terræ sanctæ subsidio nuper in generali Lugdunensi Concilio deputatis duxerit transmittendos; Nos commissum nobis in hac parte ministerium volentes, & cupientes humiliter, ac fideliter pro viribus exercere, & ut quod ab eodem D. summo Pontifice de præstatione decimarum ipsarum deputatarum subsidio ipsius terræ sanctæ fuit provide, & salubriter in prædicto generali Concilio ordinatum, effectum debitum sortiatur, ut etiam malitiis perversorum hominum .... quamque personam Ecclesiasticam partium prædictarum cujuscumque ordinis, & conditionis, vel dignitatis existat, quæ decimam ipsam nullo modo, vel non integre secundum æstimationem deputatarum, aut deputandarum ab eodem summo Pontifice, vel de mandato suo ad hoc personarum, sive non in terminis debitis exhibuerit, in ejus exhibitione malitiam adhibuerit, sive fraudem ex his scriptis excommunicationis sententiam promulgamus, & Ecclesias ipsorum Ecclesiastico supponimus interdicto, quam siquidem sententiam, & illam, quam ipse D. Papa in prædicto Concilio generali publice tulit in omnes, & singulos, qui scienter impedimentum præstiterint directe, vel indirecte, publice, vel occulte, quominus decimæ prædictæ solverentur, subsidium publicabimus, & faciemus ubi, & sicut expedire viderimus per alios solemniter publicari aggravando . . . . . manus nostras contra ipsos, & ipsorum singulos prout eorum proterviam, & duritiam viderimus promereri, prorogantes de gratia speciali terminum primæ solutionis, quæ fieri debuit in Nativitate Domini proxime præterita omnibus, & singulis de Civitate, & Dioceſi Aquensi usque ad instans festum B. Marchi Evangelistæ. Datum in castro

Beſtagni nonis martii Pontificatus D. Gregorii Papæ decimi anno tertio.

MCCLXXXVII.

Anno Domini MCCLXXXVII., indictione quartadecima X. novembris, die Dominica Aquis. In majori Aquenſi Eccleſia præſentibus fratre Alberto Gelino, Ruffino Barete, & domino Oberto Mareſcalcho teſtibus rogatis. Cum D. Chriſtoforus de Tholomeis Prior Eccleſiæ S. Mariæ de Salteano Senenſis Dioceſis Domini PP. Capellanus, & ſecutor, & generalis colector decimæ Domini PP. nuper ſuvventioni regni Ciciliæ conceſſæ in Aquilegienſi, & Gradenſi patriarchatibus, ac Mediolanenſi, & Januenſi provinciis, nec non Cumanenſi, Ferrarienſi, Papienſi, Reginenſi, & Mutinenſi Civitate, & Dioceſi per ſedem Apoſtolicam deputatus tuliſſet ſententiam excommunicationis in omnes illos, & ſingulos, qui non ſolverunt decimam per Romanam Curiam conſtitutam ſtatutis terminis videlicet in feſto Nativitatis Domini medietatem, & aliam medietatem in feſto Beati Johannis Baptiſtæ, & Bonazivem, qui gerebat ſe pro Canonico Aquenſi non ſolviſſet decimam prædictam per plures terminos presbiter Agnellus Capellanus Canonicorum ex præcepto dominorum Ogerii electi Aquenſis, & Aranchi Aquenſis Canonici, & decimæ Domini PP. collectori in Civitate, & Dioceſi Aquenſi denunciavit, & publicavit aſtante populo candelis accenſis, & campanis pulſatis prædictum Bonazivem fore excommunicatum, & inde hanc cartam fieri præcepit.

Ego Guiſcardus Notarius prædictorum decimariorum eorum præcepto hanc cartam ſcripſi etc.

MCCLXXII. col. 243. *n.* 234. *Præſto fuit autographum Capituli ad nonnulla depravata hujus chartæ loca reſtituenda. In primis eſt notandum ſpectare illud ad ann. MCCLII., indict. X., die Sabbathi XVIIII. octobris, quare evaneſcit difficultas in notis ad hoc documentum excitata; non uti ex errore poſitum eſt ad* MCCLXXII. *lin.* 4. Eccleſia *adde* Aquenſi, & *lege* præſentibus Oberto Rabia, Dinito Rame, & D. Morando *lin.* 48. filiorum Guidonis Sartoris *l.* filiarum quondam Guidonis Sartoris, quarum tutor eſt. Enricus de Porta Sindicus majoris Eccleſiæ Aquenſis contra Vilelmum Tabitam intendit &c. *lin.* 54. Eccleſiæ *l.* Eccleſiæ majoris. *lin.* 60. rem *l.* rem ſuam. *col.* 244. *lin.* 8. ſui *l.* ſive. *lin.* 22. dandum quoddam *l.* dacitam quandam. *lin.* 29. *adde*, & quod vidit dare ſol. IX. pro ficto presbitero Guibaro &c., & dicit quod hoc fuit quando mezani refutabantur. Interrogatus quot anni ſunt, Reſp. de XVIIII. de menſe die. de jan. *lin.* 30. Præpoſitus *adde* Canonicæ Aquenſis. *lin.* 48. domnum *l.* domum. *lin.* 49. penitentiam *l.* penitentias. *lin.* 53. pro ſe ipſis *adde* ſed pro ſe ipſis imponebant, & non pro Epiſcopo. *lin.* 54. & *l.* & mortuo dicto presbitero. *lin.* 56. non condicione *l.* ſine contradictione. *lin.* 59. & adfuiſſe D. Morandum, & F. Guilfredum. *lege* ſunt VII. anni, vel circa . . . . . præſentibus fratribus ſuis D. Morando, D. fratre Guilfredo, & aliis fratribus minoribus, de quibus non recordatur.

Col. 245. *lin.* 8. *dele* &. *lin.* 9. *ubi puncta, ſic adde*, cum eſſet presbiter. *lin.* 11. *adde* & nuncius communis Aquis &c.

MCCLXXVI. col. 245. *n.* 236. *In hoc documento memoratur Clericatus S Martini de Orſaria, cujus mentionem in altera Capituli membrana factam vidi. Referam præcipua ejus capita.*

MCCCIIII.

Anno Domini MCCCIIII., indictione ſecunda, die mercurii XXVI. februarii in poderio Urſariæ ſcilicet in Eccleſia S. Martini presbiteri Petro Fico, Alberto Sapa, Tebaldo, & Oglerio fratribus, & Petro filio quondam Domini Gulielmi de Murbello teſtibus vocatis, & rogatis D. Presbiter Ruffinus Miniſter Eccleſiæ S. Petri de Vidrxono ex licentia ei data a Capitulo Canonicorum Aquenſium, ut dicit ipſe D. presbiter Ruffinus, poſuit in poſſeſſionem, & inveſtivit tenendo in manu pannum altaris dictæ Eccleſiæ S Martini D. presbiterum Jacobum de Rocha vallis Urbæ de omnibus terris, & poſſeſſionibus etc. Eccleſiæ S. Martini de Urſaria ubicumque loco fuerint etc. Ego Gulielmus Fichus Notarius etc.

MCCLXXVII. col. 246. *n.* 237. *Contuli cum autographo Capituli. lin* 21. Othone *legitur* O. *lin* 25. *inſcripſit.* Omnipotentis *l.* incipit O. *lin.* 28. *poſt* charitatem *adde* ex parte &c. *lin.* 33. per d. *l.* per dominos. *lin* 35. delegatis *l.* delegatos *lin.* 36. quod *l.* occaſione quod. *lin.* 39. abſolvit *adde* reſtituendo eundem Eccleſiæ Sacramentis. Ego Oddonus Dardanellus &c.

MCCLXXXII. col. 249. *n* 240. *De Blengino in hac charta presbitero nuncupato, puto agi in altera membrana, quam in Tabulario Capituli recens inveni, in qua non amplius* Blenginus Presbiter, *ſed* Presbiter Blengius *vocatur, ut ejus officium ſacerdotale, ad quod fuit poſtea ordinatus, indicetur. Neque cuipiam negotium faceſſat, quod hic Presbiter Clericatum in Eccleſia S. Mariæ conſecutus fuerit: jam etenim in hoc ſæculo officiorum Eccleſiaſticorum confuſio ſenſim inducebatur, ut clericalia beneficia, quæ amplis redditibus conſtabant, vel ab ipſis primariis Capitulorum dignitatibus ambirentur, uti videre eſt ex hac collectione doc. n.* 260. *col.* 269 *Sed hiſce dimiſſis memoratam chartam producam, cui & alteram adjungam, quæ ad idem clericale beneficium ſpectat.*

Necapoleo miſeratione divina Diaconus Cardinalis Apoſtolicæ ſedis legatus. Dilecto in Chriſto . . . . . Præpoſito Eccleſiæ S. Mariæ Magdalenæ Januenſis ſalutem in Domino. Conqueſtus eſt nobis presbiter Belengius Clericus Eccleſiæ S. Mariæ de Uvada Aquenſis Dioceſis, quod presbiter Leo rector ejuſdem Eccleſiæ ſuper præbenda ſua prædictæ Eccleſiæ, ejuſque fructibus, & redditibus, & rebus aliis injuriatur eidem. Cum autem dictus presbiter Belenghius potentiam dicti injuriantis merito perorreſcens ipſum infra Civitatem, & Dioceſim Aquenſem nequeat convenire ſecure; diſcretioni tuæ, qua fungimur auctoritate, mandamus, quatenus partibus convocatis audias cauſam, & debito fine decidas faciens quod decreveris per cenſuram Eccleſiaſticam firmiter obſervari. Teſtes autem qui fuerint nominati ſi ſe gratia, odio, vel

timore ſubtraxerint cenſura ſimili compellas veritati teſtimonium perhibere. Dat. Cortonæ IIII. Kal. martii Pontificatus D. Clementis PP. V. anno III.

MCCLXXXIII.

Anno Domini MCCLXXXIII., indictione XI. menſis februarii, die tertio. In ſedimine Ugheti Farinarii de Aquis . . . . . de Fibinis, & Jacobo Maxono ejuſdem loci, Perroto de Vigli teſtibus vocatis, & rogatis D. frater Henricus de Locedio Vicarius Aquenſis Eccleſiæ, & Epiſcopatus ſuo nomine, & dictæ Eccleſiæ fecit etc. Capitaneum Robellinum de Aquis, Manuelem Rectorem S. Mariæ de Ouvada etc. ſuos certos nuncios procuratores etc. ſpecialiter ad comparendum coram D. Archipresbitero de Boſco Terdonenſis Dioceſis, qui ſe dicit delegatum R. P. D. O. Archiepiſcopi Mediolanenſis in cauſa appellationis, ſeu quæſtionis, quam ei movet etc. Aguſtinus natus Petri Ferrarii de Ouvada occaſione confirmationis, ſeu poſtulationis, quam dicit dictus Aguſtinus ſibi denegatam fuiſſe per ipſum Vicarium contra juſtitiam ſuper Clericatu Eccleſiæ S. Mariæ de Ouvada etc. Ego Ruffinus Bareta de Aquis publicus etc.

MCCLXXII. col. 249. *n.* 241. *En lectiones autographi in Capituli Tabulario exiſtentis. lin.* 37. die IV. *legitur* die martis IV. menſis. *lin.* 38. Facinei *l.* Farinerii. *lin.* 41 Vicarii *adde* & Anſelmo Rabino de Biſtagno *lin.* 48. Vicarii *l.* Vicarius. *lin.* 51. pro etc. *l.* per aliquorum inſolentiam. *lin.* 59 Can &c. *l.* Canonici, & ſpecialiter beneficium quod obtinebat q. . . . . quæ dicebatur Reolia.

MCCLXXXIII. col. 250. *n* 242. *lin.* 9. XVIII. *ex autographo adde* I. *ut ſit* XVIIII. *lin.* 20. Crottus &c. *adde* Civitatis Mediolan. Not., ac ſcriba prædicti Archiep.

MCCLXXXVIII. col. 257. *n.* 247. *Collata fuit cum autographo Capituli. lin.* 50. *poſt* præſentibus: *adde* Manfredo filio q. D. VVilelmi Johannis, Conrado filio q. dicti D. Vermi Johannis, Thoma Roba, Ogerio Roba, Vercio q. D. Vercii, Johanne Rapa, & Nicolino filio D. Jac. Carracie teſtibus vocatis, & rogatis. *l. n.* 51 *ubi puncta ſcribe* &. Cantor *lin.* 52. ſacre *l.* ſancte. *lin.* 55. Otho *l* O. *lin.* 58. Deo *l.* D$\overline{\text{no}}$ *lin.* 61. *poſt* electionis *adde* ſeu poſtulationis.

Col. 258. *lin.* 13. *poſt* comparere *adde* contemſeritis, vel neglexeritis. *Ante hujus Dardanelli Monachi S. Petri electionem in Epiſcopum, jampridem quoque præceſſerat alia Ruzziæ ejuſdem Monaſterii Abbatis ſollemnis nominatio, ut ex hac Capituli membrana colligimus.*

Anno Domini MCCLXXXVI, indictione XIIII., die lunæ X I. octobris in Aquis ſuper lobia D. Uberti Aquenſis Archidiaconi præſentibus D. Bartolino Baudezono Aquenſi præpoſito, fratre Wermino Dardanello Priore S. Petri de Capitevici de Alexandria, Albertino Baudexono Canonico plebis de Rocha vallis Urbarum, Rubeo Canonico plebis de Molariis, & Percivallo Beſſuico teſtibus rogatis. D. Ruzia abbas Monaſterii S. Petri de Aquenſis electus, D. Ubertus Aquenſis Archidiaconus, & D. Oddonus Aquenſis Canonicus faciunt &c. Cunradum de Monteacuto etc. ſuum certum nuncium, & procuratorem ad dandum, & repræſentandum nomine prædictorum D. Bonifacio Vaeto de Vercellis procuratori eorum in Romana Curia exiſtenti appellationem delatam coram D. Archiepiſcopo Mediolanenſi, quæ ſic incipit. *In nomine Domini Aquenſis Eccleſia patris ſolatio deſtituta &c.* & ſic finit *bene laudabiliter canonice, & legitime proceſſiſſe*, & inſtrumentum dicti D. Bonifacii, quod ſic incipit: *A. D. MCCLXXXVI., indictione XIV., die Veneris XVIII. octobris majoris Eccleſiæ de Aquis* præſente D. Bartolino Baudezono Præpoſito S. Mariæ de Aquis, D. Presbitero Agnello Capellano ipſius Eccleſiæ, & F. VVermino Priore etc. Qui dictus Cunradus procurator prædictorum recepto mandato, & procuratione ut ſuperius continetur in continenti, & in præſentia ſupraſcriptorum teſtium dicit, & reſpondit, quod ex nunc arripiebat iter ad prædicta, quæ ſupra facienda, & exequenda. In cujus rei teſtimonium etc.

Ego VVilelmus Beſſuricus Not. Pal. etc.

MCCLXXXIX. col. 258. *n.* 248. *Quoniam hic incipit docum. ſeries, quibus in quæſtione de Eccleſiæ Alex. ad Eccleſiam Aq. ſubjectione uſi ſunt VV. CC. Chenna, & F. Turrius Aq. in nonnullis, qua MS., qua editis libellis, idcirco operæ pretium me facturum, puto ſi ex ordine, quæ vel ab ipſis reperta, vel a me poſterioribus curis collecta ſunt, hic deſcribam, ac primo hoc anno X. Kal ſept. Litteræ Nicol. PP. IV. indulgentiam concedentis pro Eccleſia* FF. MM. de Alexandria Aquenſis Dioceſis. *Epiſt. II. ad amicum p.* 11. *Aſtæ.*

Item eodem die aliæ ejuſdem Pontificis Abbatiſſæ, & Conventui S. Mariæ Magdalenæ de Alexandria ordinis S. Claræ Aquenſis Dioceſis. *ibi pag.* 11.

Item hoc anno idibus decembris alias dedit hoc anno litteras hic Pontifex, quibus fratrum Minorum Eccleſiam pro diebus feſtis, & octavis S. Antonii, S. Agnetis, & dedicationis Eccleſiæ viſitantibus indulgentias concedit. In iis autem Alexandriam *Aquenſi Dioceſi adſcribit. En earum exemplar, quod ex ſui Conventus Tabulario eruit P. M. Cavallerius, ac mihi communicavit.* Nicolaus Epiſcopus Servus Servorum Dei univerſis fidelibus præſentes litteras inſpecturis ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Licet is de cujus munere venit etc. Rogamus itaque univerſitatem veſtram, & hortamur, quatenus ad Eccleſiam FF. MM. de Alexandria Aquenſis Dioceſis imploratum a Domino veniam etc. Datum Romæ apud S. Mariam majorem id. decemb. Pontificatus noſtri anno II.

MCCXC. XII. Kal. aprilis. Aliæ ejuſdem Pontificis indulgentiam concedentis pro Eccleſia FF. Minorum de Alexandria Aquenſis Dioceſis. *ibi pag* 11.

Item aliæ V. Kal. octobris ejuſdem Pontificis pro Eccleſia S. Nicolai de Alexandria Ordinis B. M. V. de Monte Carmelo Aquenſis Dioceſis *ibi pag.* 11.

MCCC. XVII. Kal. decembris. Litteræ, quibus nonnulli Archiepiſcopi, & Epiſcopi Romæ indulgentias conceſſerunt pro Eccleſia B. Stephani de Bergolio in Alexandria Aquenſis Dioceſis. *Chenna del Veſcovato d'Aleſſ. p.* 184.

MCCCIII. Litteræ Bened. XI. concedentis licentiam docendi, legendi, diſputandi &c. Pariſiis, & ubique locorum Fr. Alexandrino Bonino de Alexan-

dria. Benedictus Episcopus Servus Servorum Dei dilecto filio Alexandro Bonino de Alexandria Ord. Fr. Min. Aquensis Diocesis salutem, & Apostolicam benedictionem. Fœcunditatem scientiæ litteralis &c. Dat. Laterani III. Kal. decembris Pontificatus nostri anno I. *Alias Clem. PP. V. hisce consonam afferam in notis ad doc. sub an.* 1308. *n.* 269.

MCCCXI. XVI. Kal. martii. Breve Clementis V. Papæ Inc. dilectis filiis . . . . . S. Petri de Alexandria . . . . . de Quargnento, & Monbarutio Ecclesiarum Archipresbiteris Aquensis Diocesis. *In eo sæpius nominatur* Guardianus, & fratres Ordinis Minorum de Alexandria Aquensis Diocesis. *Lettera seconda ecc. Asti pag.* 12.

Aliæ ejusdem Pontificis, quibus deest mensis, ac dies, ac incip. Dilectis filiis Abbati Monasterii sanctæ Justinæ de Sexadio, & Priori S. Siri de Alexandria & Præposito Ecclesiæ prædicti loci de Sexadio Aquensis Diocesis . . . . . Priorem, & Conventum Ordinis fratrum Prædicatornm dicti loci de Alexandria Aquensis Diocesis. *ibi pag.* 12.

MCCCXXXVIII. id. julii Breve Benedicti Papæ XI., in quo verba faciens de quodam Humiliatorum Capitulo generali ait hoc celebratum in Alexandria Aquensis Diocesis, *quam loquendi formulam quidam ejusdem ordinis Chronista, qui scribebat an.* 1419. *cap.* 40. *hac de re loquens adhibuit. Chenna ex Tiraboschi Stor. degli Humil. op. cit. pag.* 187.

MCCCXLI. nonis maii. Aliud ejusdem Pontificis Breve tractans sententiam adversus Vicecomites prolatam, in qua legitur in loco de Bergolio Aquensis Diocesis. *ibi pag.* 187.

MCCCXLIII. Induciæ imperatæ a Gulielmo Cardinali per litteras Alexandriæ Diocesis Aquensis *scriptas inter Episcopum Vercellensem, & Masini dominos, de quibus his verbis mentionem fecit Ferrerius in libro inscripto*: S. Eusebii Vercell. Episc., & Mart. vita Vercellis & Romæ anno 1702. *pag.* 204. *Cum dissensiones graves inter hunc Episcopum, & Bugellenses adversus Petrum dominum Burgi Masini, aliosque Masini dominos essent exortæ, ipsique ad arma sæpius sollicitarentur, compromissum denique mutuo partium consensu factum fuit anno MCCCXXXXIII., arbitrique ab utrisque delecti Otho ex dominis Azelii, & Johannes de Advocatis ex dominis Cerridonii. Interim vero induciæ in quinquennium jussu Gulielmi Card. SS. Quatuor Coronatorum Episcopi legati a latere publicatæ fuerunt ut in illius litteris Alexandriæ tum* Diocesis Aquensis *datis, & subscriptis per Bertrandum Vacherium ejusdem legati secretarium Pontificatus Clementis VI. anno primo legere est.*

MCCCXLVI. VII. id. aug. Breve Clem. VI. non V. uti excidit C. V. Chennæ p. 187. *concedentis facultatem alio transferendi Conventum Ordinis B. M. V. de Carmelo, qui extabat prope* villam de Alexandria Aquensis Diocesis.

MC CXLVI. XVI. Kal. decemb. Breve Gregorii XI. Cantori Ecclesiæ S. Petri de Alexandria Aquensis Diocesis. *ibi pag.* 188.

MCCCXCII. V. Kal. aprilis. Privilegium exemtionis a Bonifacio IX. Papa impertitum Ecclesiæ S. Jacobi in loco Alexandriæ Aquensis Diocesis. *ibi pag.* 189.

Aliud pridie id. sept., quo indulgentiam concedit pro Ecclesia S. Jacobi de Victoria de Alexandria Aquensis Diocesis. *Ibi.*

MCCCC. non. febr. Litteræ Bonifacii PP. IX. ad Episcopum Papiensem, in quibus Villa Fori *denominatur* Diocesis Aquensis. *ibi pag.* 190.

Cæterum licet summi Pontifices Alexandriam hisce temporibus Diocesis Aquensis esse perpetuo dixerint usque ad novam illius Diocesis erectionem; attamen Archiepiscopi Mediolanenses, ad cujus Metropoliticum jus Alexandrina Ecclesia spectabat, non eandem secuti sunt scribendi formam. Immo videntur in Alexandrina Ecclesia Episcopalem qnamdam jurisdictionem affectare voluisse; quod etiam haud obscure colligitur ex hoc altero documento, quo Wilielmus Archiepiscopus Mediolanensis de Capituli sui accedente consensu, ut habet Innocentius IV. in sua bulla 6. *octobris* 1245. *apud Vading. T. III. eximit a jure Episcopali Monasterium B. Mariæ Magdalenæ de Alexandria. Hujus autem diversæ locutionis rationem nemo adhuc illorum, qui in hac controversia stylum exacuerunt, tetigisse cognovi, quod erat præstandum. Nunc interim in antecessum Vilelmi Archiepiscopi decretum exhibebo, quod ita se habet.*

Wilelmus Divina miseratione sanctæ Mediolanensis Ecclesiæ Archiepiscopus dilectis in Christo filiabus Abbatissæ, & sororibus Monasterii B. Mariæ Magdalenæ de Alexandria ordinis S. Damiani Assisinaten. salutem, & benedictionem. Cum Monasterium in honorem B. Mariæ Magdalenæ in loco memorato construi fecerimus, ut ibidem devote Domino famulantes pro nobis, & aliis . . . . vestræ piæ, ac humili petitioni pio concurrentes assensu prædictum Monasterium, & personas illic nunc, vel in futurum commorantes cum omnibus bonis suis consensu, & voluntate Capituli ab omni jure Episcopali, & cujuslibet conditionis obligatione tam in spiritualibus, quam in temporalibus pleno jure liberamus, & eximimus; nihil aliud nobis, & Ecclesiæ Mediolanensi in eisdem reservantes nisi consecrationem Ecclesiæ, & Altarium cum fuerimus requisiti; si tamen nos, & successores nostri gratis, & sine pravitate aliqua voluerimus consecrare. Reservamus etiam nobis libram unam ceræ in festo B. Mariæ Magdalenæ 8. diebus ante, vel 8. diebus post fest. &c. Ego VVilelmus de Rissolio Mediolanensis Ecclesiæ Archiepiscopus. Ego Albertus Amiconus Mediolanensis Ecclesiæ Archipresbiter etc. etc. Dat. etc. MCCXXXVII. die Mercurii prima die mensis aprilis ind. X.

MCCXCIII. col. 260 *n.* 252 *Ex membrana Capituli recuperata, ac diligenter inspecta hæc supplenda. lin.* 14. Ricardi *legitur* Aicardi. *lin.* 28. *post* curare *hæc adjunge* prædictum pedagium, curadiam, & bechariam, & de medietate ipsius beccheriæ, & redditus, ac utilitates, qui, & quæ procedunt ex ea, eidem D. electo facere integram rationem, & dictam medietatem consignare, & reddere totaliter, & perfecte. *lin.* 33. *adde* remisit prædictis, seu ab aliquo prædictorum eosdem, & quemlibet eorum de prædictis damnis, & injuriis liberaliter eos absolvit, & eidem remisit, & non conveniet, vel faciet de jure, vel de facto sub pœna dupli

valoris pedagii, & curadiæ, & bechariæ ſtipulatione præmiſſa, pro quibus omnibus, & ſingulis firmandis, & obſervandis dictus D. O. obligavit prædicto Jac. omnia bona Aquenſis Epiſcopatus, & dictus Jac. obligavit dicto D. Electo omnia bona ſua, & inde chartam. *Hæc tamen donatio fuit ab eodem Epiſcopo ob illius ingrati animi vitium revocata, ut ex ſequenti ſcriptura conſtat ex eodem Tabulario eruta.* Anno Domini MCCLXXXXIII., indictione VI., die Veneris XXXI. julii in civitate Aquis in clauſtro majoris Eccleſiæ Aquenſis præſ. Rufino Badalo, Ogerio Gosberto, Leone Morando, Rufino Barreta, & D. Bertolino Aquenſi præpoſito teſtibus vocatis D. Olgerius Aquenſis Electus revocavit, caſſavit, & irritavit propter ingratitudinem quamdam donationem factam Jac. Domini Aycardi de pedagio, curadia, & beccaria a prædicto D. Electo, ut apparet per cartam inde factam manu mei Jacobi Botacii Notarii infraſcripti, tenor cujus ſic incipit etc. Ego Franciſcus Novellus de Tercio etc.

MCCXCV. col. 261. *n.* 255. *Cl. V. Chenna pag.* 153. *refert ſub die XVI. junii, qua non Lunæ, ſed Jovis dies currebat.*

MCCXCVI. col. 267. *n.* 257. *Ex collatione cum ſuo archetypo hæc ſuo loco reponenda. lin.* 38. munda de Camorino *lege* munda, Bechamorino. *lin* 40. Præpoſitus Fridericus *l.* Bertolinus Præpoſitus, Fridericus. *dele comma poſt* Fridericum.

MCCXCVII col. 268. *n.* 259. *Variantes ex collatione cum archetypo Capituli Lin.* 62. XXVIII. &c. *lege* indictione X., die Veneris XXVII. novembris in Capitulo majoris Aquenſis Eccleſiæ. *lin.* 63. teſtibus *l.* & VVilelmo Multure teſtibus.

Col. 269. *lin.* 4. Eccleſiæ S. Magdalenæ &c. *l.* Eccleſiarum S. Mariæ, & S. Hippoliti *lin.* 6. *in fine poſt* eſſe *adde* annexas, & *lin.* 7. præbendas *l.* præbendæ ſuæ Aquenſis. *lin.* 11. Belengio &c. *l.* Bergoncio de Uvada Not. *lin* 14. auguſto &c. *adde* ex fructibus dictarum Eccleſiarum, præbenda, & occaſione præbendæ dicti Præpoſiti. Dictus presbiter Wilelmus promixit eidem Præpoſito ſolemniter ſtipulanti, & recipienti eidem Præpoſito daturum de cætero ſingulis annis in feſto S. Mariæ de Aug. ſeſtaria viginti frumenti pulchri mundi, & bene ſicci ſub pœna librarum XXV. Aſt pro ſingulis vicibus, quibus ceſſaverit in præſtacione dicti frumenti, & pœna ſoluta, & exacta, vel non ad prædicta omnia, & ſingula teneatur renuncians exceptione doli mali &c. obligans omnia ſua bona &c., pro quibus ſe conſtituit poſſeſſorem pro eo, & ejus nomine *lin.* 15. Belengio *l.* Belengeriis. *Bertolinus iſte Præpoſitus Eccleſiæ Aquenſis tam dignitatis cauſa, quam rerum gerendarum cognitione magnam eorum partem habuit, quæ in hoc quaſi acephalo Eccleſiæ Aquenſis ſtatu ob trium Epiſcoporum inter ſe de primatu litigantium contentiones contigerunt, ut oſtendunt duæ aliæ chartæ in Tabulario Capituli repertæ, quas hic ordinatim profero.*

Anno Domini milleſimo ducenteſimo octuageſimo quinto, indictione XIII., die VII. menſis decembris præſentia teſtium infraſcriptorum D. Arnaldus de Platea Præpoſitus Aſtenſis fecit, conſtituit, & ordinavit ſuum certum nuncium, & procuratorem D. Bertholinum Baudizonum Præpoſitum, & Canonicum Aquenſem abſentem tamquam præſentem in cauſa, quam habet, ſeu habiturus eſt cum Capitulo, & Canonicis Eccleſiæ S. Secundi de de mercato Aſtens. etc. Et Ego Henricus Ripprandus de S. Albano Not. etc.

Anno Nativitatis Domini MCCLXXXXI., indictione IV., die Sabbati VI. menſis januarii. In Sezadio . . . . D. Gandulfus Præpoſitus Eccleſiæ S. Mariæ de Sezadio fecit etc. D. Bertholinum Præpoſitum majoris Eccleſiæ abſentem, & Bonellum præſentem ſuos certos nuncios ſindicos, & procuratores etc. ad omnia, & ſingula ſua negotia gerenda etc. coram D. O. Electo Aquenſi etc. Ego Olgerius etc.

MCCXCVIII. col. 269. *n.* 260. *Tabularium Capituli ad hujus chartæ emendationem non ſolum autographum, ſed præterea tres alias membranas, quæ ad hanc cauſam pertinent, & aliquam lucem huic negotio licet privato diffundunt, ſuppeditavit. Præſtabit hic earum ſeriem, ac ſubſtantiam deſcribere.*

Anno MCCXCVIII. die XXII aprilis in Capitulo majori Aquenſis Eccleſiæ. Cum Arnaudus Rector Eccleſiarum S. Georgii, & Laurentii de VViliolis de Caxinis electus fuerit in Archipresbiterum Plebis de Caxinis D. Ubertus Archidiaconus conſentiente D. Frederico Archipresbitero, Bertolino Præpoſito, Aranco, Odono Bonello Canonicis Aquenſibus, conſiderans perſonam Baudecini dictarum Eccleſiarum Clerici, qui Baudecinus vocem ſuam contulit dicto D. Uberto Aquenſi Archidiacono, & toti Capitulo fore utilem, ac neceſſariam. . . . *Spiritus ſancti gratia invocata, ipſum in Rectorem illarum Eccleſiarum elegit, qui & Eccleſiæ Aquenſi præſtitit conſuetum fidelitatis juramentum Notario Johanne de Belengeriis. Facta nominatione die XXV. aprilis D. Fredericus Archipresbiter Caſſinas petiit, ubi cum Not. Bauduino Zanto Baudecinum in ſuarum Eccleſiarum poſſeſſionem miſit. Accidit circa hæc tempora, ut Henricus, & Jacobus Caſſinenſes adierint Ogerium electum Aquenſem, qui falſo ſibi perſuadens harum Eccleſiarum electionem ſui juris eſſe, illos in Miniſtros illarum elegit; ſed monitus a Capitulo nullam fore ejus electionem ob patronatum eis a Romano Pontifice Adriano conceſſum, illam retractavit, ut ex hac charta n.* 260. *conſtat, in qua hæc emendanda. Poſt annum lin.* 22. *ſic legendum*: indict. XI., die XIII. octobris in civitate Aquis in domo Percivalli Beſurii. *lin.* 24. Petro teſti *adde* D. Arancho Aquenſi Canonico, & Jacobo Botazio Not. teſtibus vocatis, & rogatis. *lin.* 26. ante Eccleſiæ *pone* & rectoriam. *lin.* 35. detentam *l.* obtentam. *lin.* 36. ultra *l.* citra. *lin.* 40. presbiterum *adde* miniſtrum ipſius Eccleſiæ. *lin.* 41. *in fine adde*, & quod in dicta Eccleſia præbenda alicujus miniſtri, vel clerici non vacabat. *lin.* 43. Eccleſia etc. *perge* Eccleſia, proteſtans ſe ſolum recognoſcere, & eſſe Rectorem dictum Baudezonum, & Clericum D. Fredericum Aquenſem . . . . Archipresbiterum. *Anno ſequenti novæ excitatæ ſunt Caxinis controverſiæ. Vacarunt enim*

Clericatus Ecclesiarum S. Laurentii, & S. Georgii. Presbiter Enricus, & Jacobus Costa Clericus, ambo jam antea ab Oglerio electi, contendebant Baudezonem earum Rectorem teneri ipsos eligere in illarum ministros, quod hic inficiabatur. Die itaque III. junii quæstionis examen delatum fuit Arnaudo Carrariæ Archipresbitero de Cassinis, ut arbitror, qui edixit Baudezonum teneri Enricum, & Jacobum Costam eligere in Clericos illarum Ecclesiarum, modo a majori Aquensi Ecclesia confirmationem peterent, eique fidelitatis juramentum præstarent, ut in membrana Capituli a Verzello Predazio Notario MCCXCIX. scripta continetur. Cæterum non unum hoc erat Capituli Aquensis privilegium in Cassinarum Ecclesiis, alia quoque ipsi jura in quædam prædia competebant, quemadmodum ex sequenti charta evincitur ex Tabulario eodem eruta, quam in publicam lucem profero.

Anno Domini MCCXLVII., indictione V., die Mercurii XXIIII. julii in Aquis in claustro Aquensis Canonice præsentibus Odezone filio Gosberto de Aquis, Petro Emborre, Anselmo de Miribello, & Bozio de Porta testibus rogatis Capitulum Canonice Aquensis scilicet D. Archidiaconus, Lotherius Præpositus, Presbiter Rufinus, Presbiter Bovonus, Ogerius, & Henricus Canonici dictæ Canonicæ Aquensis nomine, & vice Capituli dictæ Canonicæ dant, cedunt &c. ad fictum reddendum XIIII. sestariorum grani ad mensuram de Cassinis Arnaudo Presbitero, Presbitero Petro, & Presbitero Gandulfo Canonicis sanctæ Mariæ plebis de Cassinis recipientibus nomine dictæ plebis quartum & decimam, quod & quam dictum Capitulum Aquense habet, & consuevit habere in quadam petia terræ positæ in territorio Cassinarum in loco, ubi dicitur Brayda plebis, cui cohæret dicta plebs a duabus partibus, Rufinus &c. quod quartum & quam decimam dicti Canonici dictæ plebis confitentur dictam plebem consuetam reddere, & debere reddere Aquensi Canonicæ prædictæ. Item prædictum Capitulum Aquense eodem modo ut supra dat &c. omnes rationes, & jura reales, & personales, utiles, & directas, quæ & quas habent, vel habere possent in quarto, & decima unius petiæ terræ &c. quam possidet Rufinus filius q. Johannis Grassi, & est posita in territorio Cassinarum in eadem ora, cui cohæret plebs a duabus partibus, & hæredes q. Boniplaciti &c., pro quibus omnibus, & supradictis prædicti Archipresbiter, & Canonici dictæ plebis promittunt dare &c. Capitulo Aquensi nomine ficti XIIII. sestarios grani puri, & sicci ad mens. Cassinarum omni anno, quo in dictis terris fuerit messis, vel debuerit esse perpetuo salvo eo quod si messes prædictarum terrarum forent devastatæ propter guerram generalem &c.

Ego Albertus Cutis Not. &c.

MCCXCIX. col. 269. *n.* 261. *lin.* 54. indict. II. *corr. ex autographo* XII. *lin.* 55. *lege* Archipresbiteratus.

Col. 270. *lin.* 18. *post* interfuerunt *adde* Paganus Sulchus, Manfredinus Rodinus de Aquis, & Rufinus Squarzaficus de Septebrio &c.

MCCCVI. col. 273. *n.* 267. *Hæc investitura fuit renovata a Guidone II. Bartholomeo hujus Francesschini filio: qui postea ob crimen contra fidelitatis leges commissum feudo Rochettæ privatus fuit. Hæc omnia constant sequenti membrana, quæ ex Tabulario Capituli eruta nunc in publicum prodit.*

In nomine Domini amen. Anno a Nativitate ejusdem MCCCXLIX., indictione II., die XX. decembris in castro Episcopali Bistagni præsentibus Jacobo de Landulphis jurisperito de Papia Francisco Dach Præposito Ecclesiæ S. Johannis de Incisa Gulielmo de Odono, & Francisco cui dicitur Jorinus de Incisa testibus vocatis, & rogatis. Cum sit evidens ex quampluribus privilegiis Imperatorum, & Regum castrum & villam Rochettæ Pelafeæ cum omnibus possessionibus, honoribus, & omnimoda jurisdictione, mero ac mixto imperio, ac omnibus pertinentiis eorumdem ad Aquensem Ecclesiam, & Episcopum pertinere a tanto tempore, citra quod contrarium memoria hominum non habetur, nec haberi posset, ac etiam appareret Ecclesiam prædictam, & Episcopos ejusdem dictum castrum cum prædictis omnibus pacifice tenuisse, & possedisse, & in possessione ipsius, & omnium prædictorum fuisse, & stetisse dictum castrum cum prædictis investiendi, & fidelitates factas dictis Episcopis Aquensibus eandem Ecclesiam recipiendi, & prædictum castrum, & feudum dictæ Aquensis Ecclesiæ, & Episcoporum ejusdem ut de prædictis omnibus patet quampluribus investituris, & publicis instrumentis per infrascriptos Notarios annis & diebus infrascriptis, & primo instrumento uno recepto per Petrum Notarium 1211. die 4. martii. Alio per..... de Tertio Not. an. 1260. 20. maii. Alio per dictum ....Not. an. 1265. 25. julii. Alio per dictum .....Not. an. 1267. 21. octobris. Alio per Georgium Mascarum Not. de Bestagno anno 1288. 8. aprilis Alio per Morandum Gelinum Not. d. anno 26. junii. Alio per Leonem Gratarolam Not. 1289. 14. maii. Alio per Rufinum Barettam Not. de Aquis 1294. 2. oct. Alio per Johannem Bestagnum 1306. 6. aprilis. Alio per dictum Johannem 1309. 7. aprilis. Alio per Ughetum de Rolando Not. an. 1343. 27. aug. Alio per Franc. Novellum de Tertio 1347. 21. sept.

Item quodam alio instrumento investituræ factæ per R. in Ch. P. D. Guidonem Aquensem Episcopum, & Comitem Bartolomeo de Calamandrana recepto per Franciscum Novellum Notarium sub anno Domini 1348, die 22 decembris certis modis, & pactis contentis in dicto instrumento, cumque etiam appareret præfatum Dominum Episcopum protestatum fuisse, ac denunciasse dicto Bartholomeo, quod si contingeret dictum Bartholomeum molestari de jure, vel de facto per aliquem Baronem Comitem Ducem Principem Marchionem Dominum, seu aliquam aliam personam de mundo circa dictum castrum, quod ipse deberet se defendere per se ipsum sicuti debet quilibet fidelis, & legalis Vas-

ſallus, & in caſu quo per ſe ipſum defendere ipſum caſtrum non poſſet, quod eundem poneret in m - nibus dicti D. Epiſcopi, cum idem D. Epiſcopus paratus eſſet eundem caſtrum defendere a quolibet ex prædictis, & quolibet alio ſicut Dominus dicti caſtri, & omnium prædictorum, & etiam omnia alia facere verſus dictum Bartholomeum, quæ de jure appareret eundem facere debere, & quod ad aliquam compoſitionem, tranſactionem, conventionem ſeu ad aliquod colloquium tractatum compromiſſum, vel alium contractum, ſive pactum occaſione dicti caſtri cum aliquo ex præmiſſis, ſive cum aliquo qui eſſet inimicus dicti D Epiſcopi, ſive aliquid de bonis Eccleſiæ Aquenſis violenter detineret occupatum pervenire non deberet, nec auſus eſſet ſine expreſſa licentia, & voluntate, & conſenſu dicti D. Epiſcopi, quod ſi contra prædicta, vel aliquo prædictorum in aliquo faceret, vel veniret, quod ipſe Bartholomeus eſſet privatus a feudo dicti caſtri, & omnium prædictorum, ac etiam ex nunc prout ex tunc, & contra, & quoties in aliquo ex caſibus antedictis fieret per eundem Bartholomeum idem D. Epiſcopus privabit eundem Bartholomeum a feudo dicti caſtri, & omnium prædictorum, ac etiam totius ejus quod idem Bartholomeus teneret in feudum, ſeu alio modo ab Aquenſi Eccleſia quocumque modo, jure, & forma quibus de jure melius poteſt dictam privationem facere poterit, & pro privato de omnibus ex prædictis eundem Bartholomeum declarabat tamquam Dominus dicti Bartholomei caſtri, & omnium prædictorum, ut de prædictis proteſtatione, denunciatione, & omnibus ſupradictis patet publico inſtrumento recepto per me Franciſcum Notarium infraſcriptum prædictis milleſimo, indictione, die VIIII. decembris. Cumque appareret dictum Bartholomeum capi, ac detineri feciſſe quendam de Bruno cum ſuis bobus hominem D Gulielmi Scarampi cognati dicti D. Epiſcopi venientem de Alexandria, & redeuntem ad locum Bruni feudum D. Marchionis Montisferrati pro mercatandando, & negotiando, & ipſum ducendo ſuper poſſe Biſtagni loci dicti D. Epiſcopi, & ipſum hominem ſic captum duxiſſe in caſtrum Rochettæ Pellafeæ, & eundem detinere in dicto caſtro, & in ipſius fortiam ut conſtat per confeſſionem dicti Bartholomei in præſentia Jacobi Loi de Ponte Notarii procuratoris dicti D. Epiſcopi, ut patet publico inſtrumento dicto anno die XXIX. novembris: ac etiam appareret D. Petrum de Gamora de Palma Vicarium Marchionis Montisferrati eidem D. Epiſcopo comminatorias quam plures literas deſtinaſſe, in quibus continebatur, quod idem D. Epiſcopus dictum hominem dicti D. Marchionis cum dictis bobus relexari faceret per dictum Bartholomeum, aliter concederet contracambium dictis de Bruno contra homines de Biſtagno; pro eo quod dictus homo cum bobus tranſitum fecerunt ſuper poſſe Beſtagnum, ac etiam contra ceteros homines, & bona totius Epiſcopatus, ac etiam ad ulteriora procederet, qua in honorem dicti D. Epiſcopi non cederent aliqualiter, imo cederent in maximum detrimentum D. Epiſcopi, & totius terræ ipſius, & hominum ſuorum; atque hoc patet ex ipſius Vicarii litteris proprio ſigillo munitis, ac etiam appareret ſicut dictus Dominus Epiſcopus eidem Bartholomeo denuntiari, & requiri fecerat dictum hominem cum dictis bobus per dictum Jacobum Loi Notarium, & procuratorem ſuum, & quia ipſum hominem cum bobus prædictis eidem procuratori daret ut ipſum poſſet ducere in fortia, & baylia prædicti D. Epiſcopi, aliter ſi prædicta non faceret quod propter detentionem dicti hominis, & bobum maximum periculum, & detrimentum eidem D. Epiſcopo, & omnibus hominibus ſuis, ac rebus eorumdem, & totius terræ ipſius poſſet evenire, & quia hoc idem procurator requirebat ab ipſo Bartholomeo ſub pœna privationis feudi dicti caſtri, & omnium prædictorum, & totius ejus quod teneret ab Aquenſi Eccleſia. Et quia ipſum Bartholomeum tamquam infidelem, & inlegalem tamquam mandatorum præfati D. Epiſcopi totaliter inobbedientem a feudo dicti caſtri, & omnium prædictorum privabat, & pro privato haberi perpetualiter declarabat; ex tunc prout ex nunc omni modo, jure, & forma, quibus melius idem procurator dicto procuratorio nomine poterat ſi, & quoties contra prædicta, vel aliqua præmiſſorum per dictum Bartholomeum fieret, ut de prædicta proteſtatione, requiſitione, & pronunciatione apparet publico inſtrumento recepto per me Notarium infraſcriptum prædictis M., & indictione die 29. novembris; cumque & appareret eumdem Bartholomeum poſt dictam requiſitionem reſpondiſſe dicto procuratori, quod dictum hominem ei dari non poterat, & quod in caſu quo idem D. Epiſcopus eum vellet tantum habere, quod ipſe poneret hominem in fortiam, & bayliam eorum, qui ipſum cœperunt, ut de ipſo facerent quidquid vellent contemnendo, & dicendo contra præcepta dicti D. Epiſcopi, & contra ipſius honorem, & pacificum ſtatum, ut de prædicta reſponſione patet inſtrumento requiſitionis prædictæ; cumque & appareret prædictum Bartholomeum ad colloquium perveniſſe cum dicto D. Vicario dicti D. Marchionis, ignorante dicto D. Epiſcopo, tractando cum eodem Vicario ſuper facto dicti caſtri Rocchettæ, eo modo quod cum dicto D. Marchione aliqua, & talia fecit, quæ redundabant, & poterant redundare in grande præjudicium dicti D. Epiſcopi, & Aquenſis Eccleſiæ antedictæ, & quod moleſtat continue, & hinc retro quam pluries moleſtavit dictum D. Epiſcopum de dicto ſuo feudo Rochettæ Pellafeæ, & poſſet ad concordiam pervenire abſque voluntate dicti D. Epiſcopi, & ſcientia ipſius, ut prædicta conſtant per publicam vocem, & famam, quam plurium circumſtantium eidem caſtro Rochettæ, & habitatoribus in eiſdem. Cumque & appareret eumdem Bartholomeum de dicto Domino Epiſcopo Domino ſuo dixiſſe Domino Vicario, & quam pluribus aliis perſonis multa verba infamatoria, ut dicit dictus D. Epiſcopus, & quæ cedere poſſent in grande detrimentum, & præjudicium dicti D. Epiſcopi, & hominum totius terræ ſuæ, ac & eumdem Bartholomeum in ultimis conſtitutum teſtamentum feciſſet

extraneos in ipso instituendo hæredes de dicto feudo, & in dicto feudo, & nullam mentionem habendo de dicto D. Episcopo Domino suo, ac & invito dicto D. Episcopo muniendo tunc dictum castrum de gentibus extraneis, propter quod maximum periculum eidem D. Episcopo imminebat, & Aquensi Ecclesiæ, ne ipsa Ecclesia privaretur, & spoliaretur perpetuo prædicti castri Rochettæ; cumque & appareret D. Franceschinum de Calamandrana patrem dicti Bartholomei tunc Vassallum Ecclesiæ prædictæ dictum castrum Rochettæ feudum dictæ Aquensis Ecclesiæ cum omnibus prædictis alienasse, & vendisse certis personis inscio Domino Ottobono de Caretto, qui tunc se gerebat pro Aquensi electo, a qua idem D. Franciscus dictum castrum in feudo habebat in diminutionem, & gravissimum detrimentum dictæ Aquensis Ecclesiæ, & D. Episcopi, & successorum ejusdem; cumque & appareret D. Jacobum de Landulphis de Papia Vicarium dicti D. Episcopi de mandato ipsius D. Episcopi nolentis adhibere rescriptum aliquale prædictis omnibus commissis per dictum Bartholomeum si adhuc nollet se habere versus eumdem D. Episcopum ut rectus, & fidelis Vassallus erga Dominum suum se habere deberet; volens eumdem ipsum in Vassallum detinere prout hinc retro retinuit, si de cetero esset obbediens dicto Domino suo accessit ad dictum castrum Rochettæ, & eidem Bartholomeo requisivit, & denunciavit in omnibus, & per omnia prout supra denunciavit Jacobus Loy Procurator dicti D. Episcopi, & ultra contenta in dicta denuncia, quod ad aliquam compositionem non perveniret cum aliqua persona occasione conveniendi in aliquo super facto dicti castri sub pœna privationis dicti feudi, & totius ejus quod ab Aquensi Ecclesia detinebat. Et prædictum Bartholomeum respondisse perseverando in malitia sua, & in infidelitate, & inlegalitate ipsius contra dictum Dominum Episcopum Dominum suum, quod dictum hominem nolebat eidem D. Episcopo dare, nec ipsius manibus ponere, sed volebat attendere quæ promiserat certis de Alexandria, & quod ipse dimitteret se ante trabucari, quam dictum hominem de Bruno daretur dicto D. Episcopo, & quia ista non erat bona via, quam tenebat idem D. Episcopus, quia quum vellet, ostenderet bene, sicut dictus D. Episcopus, nec Aquensis Ecclesia nullum jus habent in dicto castro Rochettæ, ut de prædicta detentione requisitus, & responsione patet, publico instrumento recepto per me Notarium infrascriptum prædictis millesimo, & indictione die nona decembris. Et etiam appareret eumdem D. Episcopum prædictam denuntiam, acta, & requisita per dictum Vicarium suum ratificasse, & approbasse in quantum faciunt pro ipso, & pro Aquensi Ecclesia, & non aliter, nec alio modo, ut patet publico instrumento recepto per me Notarium infrascriptum prædictis millesimo, & indictione die 10. decembris, & similis requisitio foret facta de mandato dicti D. Episcopi dicto Bartholomeo, per quam plures homines de Bistagno ...., quæ omnia, & singula penitus redundant in obbrobrium, & maximum detrimentum dicti D. Episcopi, & Ecclesiæ antedictæ. Et de cetero fortius, & gravius de facili possent redundare, propter quæ commissa per dictum Bartholomeum, idem Bartholomeus contra formam dictarum denunciæ, & fidelitatis factæ per eum dicto D. Episcopo, & in tantum quod ipso jure privatus est a dicto feudo dicti castri, & omnium prædictorum, & pro privato perpetualiter teneri, & haberi debet, ac etiam totius juris quod haberet in aliquibus aliis bonis Ecclesiæ antedictæ, ac etiam privatus fuit, & pro privato declaratus per dictum D. Episcopum, ut de prædicta privatione, & declaratione constat publico instrumento recepto per me Notarium infrascriptum prædicti M., & indictione, die XVIII. decembris: ecce quod præfatus D. Episcopus prædictis omnibus diligentissime examinatis, & consideratis, & matura deliberatione sæpe, & sæpius prehabita in prædictis habito etiam colloquio eum quam pluribus jurisperitis dubitans prædictis omnibus rationibus, & quadibet earum ne Ecclesia antedicta majoribus damnis afficiatur, & in posterum prægravetur, ac etiam ne feudo dicti castri, & prædictorum omnium totaliter deludetur, & specialiter propter infidelitatem, & inlegalitatem dicti Bartholomei attendens dictum Bartholomeum fore de jure privatum a feudo dicti castri Rochettæ, & omnium prædictorum, & pro privato perpetuo fore censendum, ac etiam dictum castrum cum omnibus possessionibus, & ceteris pertinentiis eorumdem cum mero, & mixto imperio ad Aquensem Ecclesiam prædictam, & præfatum D. Episcopum juridice devolutum, & apertum, & pro devoluto, & aperto haberi volens, suorum prædecessorum Episcoporum Aquensium vestigia in bonis imitari, & aquisitum, atque relictum prædicto D. Episcopo per dictos suos prædecessores thesaurum incomparabile amicos, & fideles videlicet, & dictum castrum, & feudum antedictum cum prædictis hominibus, possessionibus, rebus, & omnimoda jurisdictione nobiles viros Dominum Oddonem ejus fratrem, & filium quondam D. Jacobi Marchionis Inciſiæ, nec non D. Joannardum filium quondam D. Raimondini ex Marchionibus prædictis recipientes ejus proprio nomine, ac nomine, & vice D. Alberti fratris ipsius D. Joannardi, & ut fratris ipsius Joannardi, & ut fratris, & tamquam conjuncta persona ipsius, pro quo de rato habendo promisit sub obligatione bonorum dicti Joannardi omnes ex Marchionibus Inciſiæ; perfesse, & hæredes eorum masculis tantum legitime ex eis descendentibus ibidem personaliter præsentes genibus appositis in terram præsentem investituram a præfato D. Episcopo pro se, & pro Ecclesia Aquensi faciente, & devote suscipientes, ac mero, & mixto imperio cum omnibus singulis suprascriptis cum eorum pertinentiis in integrum in nobile, & gentile feudum, & antiquum cum uno annulo aureo, quam in manibus tenebat dictus D. Episcopus pro se, & vice Aquensis Ecclesiæ, & successorum suorum in dicta Aquensi Ecclesia Canonice intrantium solemniter investivit; videlicet dictum Dominum Oddonem pro medietate pro indiviso, & dictos Dominos Albertum, & Joannardum pro alia medietate, ita quod undique habeat, & sapiat vim, & natu-

ram nobilis, & antiqui, ac gentilis feudi. Quæ quidem Rochetta, & quod caſtrum, & villa Rochettæ cum poderio ipſius ſunt ſituata in Dioceſi Aquenſi inter vallem Burmidæ, & vallem Berbi, quibus coerent poderia Montisboni, Ronchezenarii, Caxinaſchi, & Calamandranæ: Hoc modo, & forma facta eſt prædicta inveſtitura per dictum Dominum Oddone pro ſe, & hæredes quibus ſupra videlicet quod prædicti D. Oddonus, Albertus, & Joannardus, & hæredes eorum, maſculis tantum ex eis deſcendentibus teneantur ipſi D. Epiſcopo, & ſucceſſoribus ipſius, & Aquenſi Eccleſiæ caſtrum prædictum cum omnibus prædictis in manibus eorum ponere guarnitum, & diſguarnitum, & quum dictus D. Epiſcopus eum requirat, vel requiri faceret, & pacem, & guerram facere de ſuis perſonis, & hominibus dicti loci, ac exercitum, & cavalcatam, & omni alia, quæ homines de Beſtagno, de Tertio, de Ronchezenario, de Cavatorio, & de Caſtelletto faciunt, & facere tenentur pro dicto D. Epiſcopo, & quæ facient, & facere tenebuntur pro ſucceſſoribus dicti D. Epiſcopi, & etiam quum dicti D. Oddonus, Albertus, & Joannardus, ſive hæredes eorum eumdem caſtrum defendere non poſſent ab aliquo eos moleſtante, & quia eiſdem Dominis Oddono, Alberto, & Joannardo, vel hæredes eorum non ſit licitum abſque expreſſa licentia dicti D. Epiſcopi, vel ſucceſſorum ipſius dictum caſtrum, villam, ſeu aliqua ex prædictis alicui perſonæ communi Collegio, & Univerſitati D. Domino Duci, Marchioni, Baroni, Comiti, vel alteri perſonæ, cujuſcumque ſtatus, vel dignitatis, ſeu preminentiæ exiſtat alienare, donare, ſeu in teſtamento relinquere, vel alio modo paciſci, compromittere, obligare, ſive dominium dicti caſtri, & omnium prædictorum, quovis modo in toto, vel in parte in alium transferre faciendo fidelitatem alteri, vel non faciendo ſub privatione feudi, & omnium jurium competentium, vel quæ competere poſſent dictis Dominis Oddono, Alberto, & Joannardo in dicto caſtro, & jure, ac juriſdictione ipſius ita quod homines dicti caſtri, & villæ Rochettæ Pellafeæ teneantur in manibus dicti D. Epiſcopi ſingulariter, & expreſſe fidelitatem facere de omnibus, quæ tenent ſuper poſſe dicti caſtri, & villæ cum debito juramento, & hanc inveſtituram dictus D. Epiſcopus fecit, & facit in dictos Dominos Oddonem, Albertum, & Joannardum, ſalvo ſemper in principio, medio, & fine præſentis inveſtituræ omni jure Aquenſis Eccleſiæ, & ipſius D. Epiſcopi, & cujuſcumque alterius perſonæ habentis, meliora, & potiora jura dictis Dominis Oddono, Alberto, & Joannardo ad prædictam inveſtituram dicto caſtro, & omnibus ſupradictis recipiendam a præfato D. Epiſcopo, vel ſucceſſoribus ipſius, & ab Aquenſi Eccleſia; proteſtatione tamen præmiſſa in principio, medio, & fine per eumdem D. Epiſcopum; quod dictam inveſtituram in dictos Dominos Oddonem, Albertum, & Joannardum facit ſi, & in quantum de jure melius fieri poteſt, & non aliter, nec alio modo. Et in caſu quo reperiretur de jure fieri non potuiſſe dictam inveſtituram in prædictos Dominos Oddonem, Albertum, & Joannardum per dictum Epiſcopum, & ab ipſo non potuiſſe fidelitatem recipere, quod pro infecta, ac nulla ex tum prout ex nunc habeatur, ac nullius ſit valoris penitus, & momenti; qua inveſtitura facta cum proteſtatione prædictis modis, & formis antedictis per eumdem D. Epiſcopum in dictos Dominos Oddonem, Albertum, & Joannardum, prædicti D. Oddonis, & Joannardi ſuo, & prædicti D. Alberti fratris ſui nomine, pro quo de rato promiſit pro ſe, & heredibus eorum maſculis tantum legitimis ex ſe deſcendentibus eidem D. Epiſcopo ſuo nomine, & Aquenſis Eccleſiæ, & ſucceſſorum ipſius ſtipulanti, & recipienti fidelitatem fecerunt; ac etiam corporaliter tactis ſacris ſcripturis præſtiterunt in manibus D. Epiſcopi prædicti fidelitatis debitum Sacramentum. In omnibus & per omnia prout, & ſicut in Capitulis novæ, & veteris fidelitatis forma noſcitur contineri. Et de ſuis perſonis, equis, & armis pro dicto feudo, ac etiam de hominibus dicti loci facere pro dicto D. Epiſcopo, & ſucceſſoribus ſuis, & pro Aquenſi Eccleſia pacem, & guerram, exercitus, & cavalcatas, & mandatis ipſius D. Epiſcopi, & ſucceſſorum ſuorum fideliter obedire contra quaſcumque perſonas, Communitates, Collegia, & Univerſitates, ut veri, ac legitimi Vaſſali pro Domino ſuo facere tenentur, & debent, ac etiam dictum caſtrum guarnitum, & diſguarnitum in manibus dicti D. Epiſcopi ponere, quoties dictus D. Epiſcopus, ſuique officiales, & ſucceſſores voluerint, ita quod ſuper turrim dicti caſtri poſſet idem D. Epiſcopus ponere banderam ſuam, & de ipſo caſtro, villæ, & hominibus, & omnibus ſupradictis facere ad ſuum libitum prout, & ſicut facere poteſt de ceteris terris ſuis, & hominibus Beſtagni, Tertii, Cavatorii, Caſtelletti, Ronchezenarii, & aliis ſuis locis, & licet hic, non exprimantur caſus ſpecificati in Capitulis novis, & veteris formæ fidelitatis, propter prolixitatem verborum, tamen dictus D. Epiſcopus, & dicti Domini Oddonus, & Joannardus ſuo nomine, & dicti D. Alberti eos voluerunt haberi pro ſpecificatis, & declaratis, ſicut ſi expreſſe omnes hic eſſent deſcripti, & inde prædictus D. Epiſcopus, & dicti Domini Oddonus, & Joannardus ſuo nomine, & quo ſupra præceperunt dictis fieri publica inſtrumenta per me Notarium infraſcriptum, recipienda, & melioranda etc. arbitrio D. Jacobi de Landulphis de Papia Vicarii ipſius D. Epiſcopi, & D. Franciſci Præpoſiti de Inciſa.

Et Ego Franciſcus Novello de Tertio etc.

MCCCVII. col. 273. *n.* 268. *Ex hoc documento demonſtratum horum oppidorum dominium Aquenſibus Epiſcopis olim conceſſum, atque ab Imperatoribus eis confirmatum, neque ſterile fuiſſe, neque cito extinctum, ſed ſerius adhuc perveraſſe, ut clarius ex hac alia membrana Capituli legitur.*

Anno Domini MCCLVIII., die Dominica III. februarii. In Caſtelletto Aquis præſentibus teſtibus Nicolino Clerico de Alice, Arnaudo de Monteacuto, & Sighibaudo de Seremaja, D. Henricus Epiſcopus Aquenſis dedit in emphiteuſim, ſive ad fictum Henrico de Albereto uſque ad annos quatuor omnes proventus, reditus, & godias, ques, &

habet, & habere debebit in Cartosio Episcopus Aquensis usque ad terminum supradictum, & in territorio dicti loci præter nemus, & fictum de Sgaranis, & nemus, ac pratum de Placiis, & poderium quod fuit Cepollæ. Eo modo ut dictus Henricus usque ad dictum terminum habeat omnes terras, vineas, conditiones, pensiones, furnum, & molendinum, & alios introitus de Cartosio pertinentes dicto D. Episcopo præter superius exceptuata, & præter banna, sodra, & successiones, dante dicto Henrico annuatim nomine ficti D. Episcopo Aquensi modia viginti pulchri frumenti, & mundi, & modia sexdecim barbariati, sive seliginis scilicet tale granum quale habuerit de dictis terris, & de proventibus, & modia viginti spelte videlicet in festo Nativitatis Beatæ Mariæ, & libras quindecim in festo Purificationis Beatæ Mariæ, ac vinum, & pullos quando Dominus fuerit Cartosii tam pro se, quam familia sua. Quæ ficta prout superius continetur dictus Henricus de Albereto promisit dicto D. Episcopo dare annuatim in terminis supradictis cum omnibus damnis, & dispendiis, quæ idem D. Episcopus, vel ejus nuncius inde faceret, vel haberet. Et pro prædictis omnibus observandis omnia bona sua ipsi D. Episcopo pignori obligavit. Et idem D. Episcopus promisit dicto Henrico prædicta omnia ei concessa non auferre, nec impedire, sed ea potius defendere, & disbrigare ab omni persona cum ratione usque ad terminum supradictum. Obligando inde ipsi Henrico bona dicti Episcopi, & Episcopatus. Hoc acto & convento inter eos, quod si infra dictum terminum excitetur guerra communalis, & tempestas generalis quod Deus avertat, quod tunc non teneatur dictus Henricus solvere dictum fictum, sed dare eidem D. Episcopo medietatem fructuum, terrarum & omnes alios proventus pertinentes dicto D. Episcopo. Et quod dictus Henricus debeat restituere omnia nemora in tali bono statu sicut modo sunt, & quod dictus Henricus debeat bene custodire nemus, & pratum de Placiis.

Eodem die & loco præsentibus testibus prædictis D. Henricus Episcopus Aquensis per baculum, quem in manu tenebat, investivit Henricum de Albereto de villicatione Cartosii usque ad annos quatuor proximos constituendo dictum Henricum suum nuncium villicum procuratorem, & gastaldum ad petendum, exigendum, & recipiendum, & recuperandos omnes fructus, proventus, & godias, quos & quas habere debet, & debuerit usque ad terminum supradictum in Cartosio, & in ejus territorio, ita quod dictus Henricus possit imponere bannum omnibus de Cartosio usque in solidos quinque, qui jura, & rationes curiæ non solverint in terminis constitutis, & qui jura ejus defraudaverint, & qui in nemoribus publicis inciderint, & quod dicta banna exigere, & recuperare debeat dando D. Episcopo medietatem bannorum prædictorum. Et quidquid in prædictis, & circa prædicta per dictum Gastaldum inde factum fuerit dictus D. Episcopus ratum, & firmum habere promisit.

Ego Franciscus Novellus de Tertio imperiali auctoritate Notarius hæc duo instrumenta sicut ea scripta, & imbreviata inveni in quodam protocollo, cujus superscriptio sic dicit. Cartularium Opicii de monte Moyzeno Notarii, in quo quidem protocollo erant scripti in secundo folio præcedenti anno Domini MCCLVIII., indictione I. de ipso protocollo extraxi, & fideliter exemplavi de mandato, & licentia R. in Christo Patris, & D.D. Guidonis Dei gratia Aquensis Episcopi, & Comitis nihil in ipsis, vel aliquo eorum mutans &c.

MCCCVIII. col. 273. *n.* 269. *Ad pleniorem hujus chartæ intelligentiam aliæ adjungendæ sunt, quarum mihi notitiam P. M. Cavallerius ex archivio sui Conventus suppeditavit. FF. Minores e fundamentis excitarunt oratorium prope suam Ecclesiam. FF. Prædicatores litem eis moverunt, quia deerat spatium* 140. *pedum, quod ex decreto Alex. IV., & Clementis IV. inter utrasque Ecclesias intercedere debebat. Ad Romanum Pontificem quæstio delata fuit, unde an. MCCCIX. Clem. V. varias de hac re delegationis misit epistolas, in quibus Alexandria semper Aquensis Dioceseos nominatur: excerpta dabo.*

Clemens Episcopus Servus Servorum Dei dilectis filiis Abbati Monasterii S. Justinæ de Sezadio, & Præposito S. Mariæ de Castello de Alexandria, ac Archipresbitero S. Agathæ de Uviliis Aquensis Diocesis salutem, & apostolicam benedictionem. Cum nobis Guardianus, & fratres Ord. Min. de Alexandria Aquensis Diocesis petitione monstrarunt &c. Datum Avenione nonis maii Pontif. nostri anno IV.

II. Clem. Episcopus Servi Servorum Dei dilectis filiis Abbati S. Justinæ de Sexadio, & Priori S. Syri de Alexandria, ac Præposito Ecclesiæ prædicti loci de Sexadio Aquensis Diocesis salutem, & apostolicam benedictionem. In causa appellationis, quæ inter Guardianum, & FF. Ord. Min. de Alexandria ex una parte, & Priorem, & Conventum Ord. FF. Prædicat. dicti loci de Alexandria Aquensis Diocesis ex altera vertitur super eo &c. Datum . . . . . .

III. Clemens Episcopus etc. Dilectis filiis . . . . . sancti Petri de Alexandria, & . . . . . de Quargnento, & de Montebarutio Ecclesiarum Archipresbiteris Aquensis Diocesis. In causa seu causis appellationis etc. Datum Viennæ II. idus februarii Pontificatus nostri anno VII.

MCCCVIII. col. 274. *n.* 270. *Huic documento adde in fine subscriptionem Notarii, quæ sic se habet.* Ego Luchellus Bandezzonus de Bestagno publicus imperiali auctoritate Notarius &c. prout inveni in protocollis q. Johannis de Rolando &c. *In hac eadem membrana Capituli continentur investituræ multarum possessionum agri Meladiensis ab hoc eodem Episcopo die* 25., *&* 26. *aprilis* apud Aquensem Ecclesiam *concessæ.*

MCCCVIII. col. 274. *n.* 271. *Collatum nuper cum membrana Capituli lin.* 43. ejus *l.* ejusdem. *lin.* 46. Finacio *l.* Finario. *lin.* 48. Juderto *l.* Guercio. *lin.* 50. Odo *l.* O. *ita infra lin.* 52. ac *l.* ac sibi acquisitum. *lin.* 61. juris *l.* jure.

Col. 275. *lin.* 1. Galzana *l.* Calvazana. *lin.* 5. *l.* monte Morixino. *lin.* 7. prædecessores *l.* j prædecessores. *lin.* 21. recipientes *l.* recipientibus. *lin.* 22. legitime *l.* legitimis. *lin.* 29. heredes *l.* homines. *lin.* 39. scilicet *l.* sibi. *lin.* 43. hæc *l.* hoc. *lin.* 48. universali *l.* Vassalli *item* Ecclesiæ *l.* eidem. *Titulum*

huic chartæ hic præfixum emendandum juxta lectionem in serie documentorum usurpatam.

MCCCXI. col. 277. *n.* 274. *Hujus diplomatis exemplum, quod edidi, desumsi ex apographo membranaceo Guidonis II. Reperi tamen in Tabulario Capituli archetypum in ampla ac optime descripta membrana, quod usquequaque lacerum, ac mucositate corruptum vix aliquam partem legendam offerebat. Hæc tamen ex eo emendatione digna cognovi. lin.* 20. considerantes *legitur* consideramus. *lin.* 22. junguntur *l.* conjunguntur. *lin.* 26. cognoscantur *l.* cognoscant. *lin.* 34. nostri *l.* nostris. *lin.* 44. Henricus *l.* Heinricus.

Adde hoc in fine diplomatis appositum monogramma.



MCCCXIV. col. 277. *n.* 275. *Contuli nuper hoc documentum cum membrana Capituli vetustissima, ex qua, præter paucas correctiones, multa suppleri possent, quæ hic contracte, servatis tamen autographi verbis exhibentur: at cum inanes, ac prolixas contineant clausulas, quæ nullius usui forent, atque res, de qua agitur haud magni momenti sit, ideirco eas prætermittere satius duxi paucis correctionibus contentus, quæ sic se habent. col.* 277. *lin.* 60. Franceschina, Stancona. *Deleto commate lege* Franceschina Stancona.

Col. 278. *lin.* 23. inprimis . . . . vel *leg.* supra terra heredis vel. *lin.* 30. Jacobus *l.* Jacobi. *lin.* 41. S. Martini *l.* S. Martini de Peceto.

MCCCXX. n. 277. *col.* 280. *lin.* 10. Lutosa, equi *corrige* lutosa, idcirco equi. *lin.* 19. Ex. *l.* Excellentiæ.

MCCCXXV. col. 283. *n.* 281. *In Tabulario Capituli reperta est membrana, ex qua hæc particula extracta fuerat: sic autem ejus initium habet.*

Anno Domini MCCCLXXI., indictione IX., die II. septembris in civitate Aquis S. in palatio communis etc. Nobilis vir D. Johannes Cavazonus de Ast Potestas Civitatis prædictæ Aquis sedens in palacio communis etc. præcepit mihi Gulielmo de Belleratis de Aquis Notario publico &c. ut in publicam formam redigerem ad perpetuam rei memoriam, & vim, & robur obtinerent publici instrumenti principia registrorum, & certas particulas ipsorum, videlicet registrorum Jacobi Rubutelli, Ogerii Cauderarii, & Anthonii Cauderarii filii q. Cunradini Cauderari, filii q. dicti Ogerii, & hoc ad instantiam, & requisitionem Bonifacini Bellexii de Aquis Canonici Ecclesiæ Aquensis, & in eadem pro capitulo rexidentis, nullis aliis Canonicis in Ecclesia prædicta ad præsens residentiam facientibus etc. *Sequitur deinde subscriptio Gullielmi Belleratis, prout legere est docum. n.* 281. Ego Gulielmus &c.

Linea tamen 44. *post anni notas adde:* die XXIII. mensis madii.

MCCCXL. col. 290. *n.* 286. *lin.* 62. *adde ex alio exemplari:* Fidejusserunt pro ipso domino Episcopo D.D. Luchinus Bonifacius, & Percivallius Marchiones de Carreto.

MCCCXL. col. 291. *n.* 287. *lin.* 19. predicte, poderiorum, cujus castri & *lege* predicte, & poderiorum ejus castri, cujus castro est. *lin.* 63. *post* inferre *adde* molestiam.

Ad hoc documentum illustrandum apprime conducit, quod in notula scripturarum Episcopatus Aquensis legitur.

MCCCXL. Plurima instrumenta fidelitatis præstitæ a MM. Montisf. R. D. Guidoni (forte Ottoboni alias annus corrigendus) in diversis membranis. *Credibile autem est hunc Ottobonum de omnibus pene Ecclesiæ suæ feudis Montisferrati Marchiones investivisse; qui sensim sine sensu Ecclesiam postea omni jure, ac privilegio spoliarunt, quæ haud minima fuit paupertatis, atque inopiæ in sequioribus Episcopis caussa.*

MCCCXLIII. col. 293. *n.* 288. *Exegi ad synchronam Capituli membranam, ex qua hæc pauca mutanda esse cognovi. lin.* 17. Jachello *l.* Sachello. 18. juriſperitorum *habet membrana satis perspicue, licet legendum sit* juriſperitis. *lin.* 38. si quod *l.* scilicet quod. *lin.* 39. electo antecessores *l.* electo . . . . . antecessores. *lin.* 59. *dele puncta intermedia.*

Hoc documentum memoratur in posteriori charta MCCCLI. n. 301.

MCCCXLIII. col. 294. *n.* 290. *Hæc decimarum Ulmi investitura haud intelligenda pro primigenia concessione. In Tabulario Episcopali invenire est aliam ab Alberto Episcopo Aquensi impertitam antecessoribus Petrini Rotundi de Roccaverano de decimis Ulmi anno MCCLI. die XXVII. augusti scriptam ab Opicio Ferrario de monte Morixino Notario.*

MCCCXLIII. col. 298. *n.* 292. *In hoc documento, sicuti & in præcedenti asserit Guido Episcopus se florenos MD. Astæ deposuisse. Huic assertioni fidem facit notula scripturarum, quæ olim in Tabulario Episcopi servabantur, in qua legitur:* instrumentum depositi facti per R. D. Guidonem Episcopum Aquensem in Ast de florenis MD. pro castro, & loco Castelleti Episcopi. *Hoc vero depositum factum fuit die XXIV. oct. hujus anni, ut ex eadem notula, quæ sic habet:* un'altra scrittura in carta pecora del MCCCXLIII. a' 24. ottobre fatta in Ast.

MCCCXLV. col. 307. *n.* 295 *l.* 59. de Cart *corrige* Scar. *scilicet* de Scarampis *uti & sensus totius documenti, & exemplar Tabularii Episcopalis suadet; neque solum hoc loco, sed & in columna sequenti lin.* 17. *lin.* 28. *lin.* 54. *Præter hanc correctionem adde lin.* 7. offerente *l.* offerentem. *lin.* 50. *post* ibidem *adde* promisit.

MCCCLV. col. 317. *n.* 307. *Hic Ecclesiarum census fuit postea anno MCCCCXXXVII. a Vicario Abbatis S. Petri de Bergolio recognitus, uti ex ejus charta a nobis illata in suppl. col.* 518. *n.* 85. *C. V. Chenna pag.* 188. *hunc refert sub die I. januarii, cum fuerit factus die VII.*

MCCCLIX. col. 320. *n.* 308. *lin.* 44. indict. XI. *l.* VI. *linea superiori* 42. *non* dominos *sed* dominis *legendum videtur.*

MCCCLXI. col. 323. *n.* 311. *Ex hoc documento, quod mihi suppeditavit J. Nasius, qui membranam invenit in quodam Tabulario hujus civitatis, cujus domini nomen aperire ipsi religio fuit, intelligitur quæstionem agitatam fuisse inter Monasterii, ac Bubbii communitates: at de qua re prorsus mihi ignotum. In duobus antiquis notulis Episcopalis archivi quandam reperi indicatam sententiam, quæ hac de causa ut puto ab arbitris fuit pronunciata. Sic enim in prima legitur.* 1361. Coram R. D. Patre Guidone Episcopo sententia arbitramentalis prolata in loco Bistagni pro aliquibus spectantibus ad communitatem Bubii. *In altera vero sine anno*: un altra (scrittura) che legge: sententia arbitramentalis pro communitate Monasterii contra communitatem Bubii. *Illud nunc optandum, ut qui locum, ubi delitescunt, norunt, aperiant, vel ipsi exemplar prodant in publicum. Cæterum in hoc documento emendas velim duo errata Typographi lin.* 23. nobis viri D. Joanni *l.* nobilis viri D. Joannis.

MCCCLXIV. col. 324. *n.* 312. *Exscripseram hoc documentum ex schedis Francisci Turrii, qui ex antiquo apographo illud desumsisse mihi narravit. At cum sors mihi beata contigerit Tabularium Canonicorum visendi, duo hujus Imperatoris Episcopo Guidoni ejusque Ecclesiæ concessa reperi exemplaria. Unum illud est, de quo agimus autographum integrum suisque omnibus numeris absolutum: alterum imperfectum, cui tantummodo deest sigillum, & Caroli Regis subscriptio; quae duo multam lucem historiæ meæ allatura confido. Primum itaque excutiam, ac quas reperiam variantes hic diligenter adnotabo. Lin.* 26. & in *lege* eterni. *lin.* 27. summa semper *l.* summa semper devotione ac. *lin.* 29. cunctæ Ecclesiæ *l.* cunctarum Ecclesiarum. *lin.* 30. & ministros *l.* & earum ministros. *lin.* 31. petitionis *l.* protectionis. *lin.* 36. ante *l.* in. *lin.* 48. Ecclesia *l.* Ecclesiæ. *lin.* 54. Romani *l.* Romanorum.

Col. 325. *lin.* 7. XIX. *l.* XVIII. *lin.* 9. altesee *l.* altesec. *lin.* 18. Gamaleriis Veximi *l.* Gamalerio Veximo. *lin.* 23. VIII. *l.* VIIII. *lin.* 25. & *l.* est. *lin.* 28. *post* Cavatoris *adde* Tertii. *lin.* 32. Caurti *l.* Caurri. *it. lin.* 2. *lin.* 35. Grognardum *l.* Groniardum. *lin.* 42. turribus *l.* turrim. *lin.* 60. Frumentiana Bistagno *l.* Formentiana Bestagno. *lin.* 61. Septebrio *l.* Setebrio. *& ita deinceps semper.*

Col. 326. *lin.* 3. advocatos *l.* advocatores. *lin.* 9. V. *l.* X. *lin.* 12. IV. *l.* V. *lin.* 16. Palafeæ *l.* Pelafeæ. *lin.* 38 benigne *l.* benigno. *lin.* 40. earum *l.* eorum. *l.* 41. Dominos *l.* Divos.

Col. 327. *lin.* 13. dictos *l.* divos. *lin.* 33. arbitiones *l.* arbitrales. *lin.* 37. detentationes *l.* detentiones. *lin.* 48. se *l.* seu. *lin.* 57. par *l.* per. *lin.* 62. unus *l.* unus esse. *lin.* 63. utriusque, quumque *l.* utriusque Cumque.

Col. 328. *lin.* 6. universalia. *l.* universa. *lin.* 43. concitu *l.* contili. *lin.* 51. decesserint *l.* decesserunt.

Col. 329. *lin.* 27. consisterit *l.* constiterit. *lin.* 58. existent *l.* existunt. *lin.* 63. blandimentis *l.* bandimentis.

Col. 330. *lin.* 60. aliqua *l.* aliquem. *lin.* 61. facientibus ec. *l.* facientem, exeuntem, intrantem, deferentem.

Col. 331. *lin.* 33. sanctionem pragmaticam *interpone* &. *lin.* 50. Bolleo *l.* Bolco. *it. in fine. lin.* 51. Orzimislaus *l.* Przimislaus. *lin.* 61. Prasnitz *lege* Prusnitz.

En autem ejus monogramma, quod in fine erat appositum.



Nunc ad veram lectionem redacto documento, optimum factum puto annotare, in quibus discrepet aliud, quod in eodem tabulario asservatur, & ante novem annos jam prope absolutum Pisis in curia Regis fuerat. Quæ enim inde observationes colligi possint, alibi aperiam. Ac primo ubi hic Imperatorem *se nominat, ibi* Regem, *vel* Regium *nomen solum usurpat. Item ibi Guido solum nominatur hoc titulo* Princeps Capellanus noster dilectus, *hic vero* Princeps familiaris Aulicus noster dilectus: *in toto illo diplomate ommissæ sunt notæ loci, & temporis, quo edita documenta in eo inserta.*

Col. 325. *l.* 2. Saritelli *l. ibi* Seritelli *lin.* 60. Frumentiana *l.* Formeciana.

Col 326. *lin.* 5. recisa *l.* rescissa. *lin.* 16. *deest* Pelafee, Soirani, Ronchzenarii. *lin.* 25. saralaio *legit multo rectius* solarorio. *a lin.* 46. *usque* 59. *hæc solum leguntur*: seu quamvis fraudem, vel violentiam perdiderint ratificamus. *intermedia desunt. lin.* 62. concedimus, & donamus *l.* conferimus, & prout digne possumus, donamus (*sic autem pergit usque ad lineam* 5. *columnæ sequentis*) dictumque Episcopum in nostræ majestatis præsentia comparentem, & de præmissis omnibus nobis, & *S. R. I.* homagii, & fidelitatis debitæ juramentum præstantem suo, & præfatæ Ecclesiæ suæ nomine de ipsis investimus, & ipsum, & Ecclesiam suam Aquensem ad uberioris gratiæ incrementum cum prædictis ec.

Col. 327. *lin.* 11. *deest* juribus. *lin.* 15. *deest* confirmata. *item sequenti lin. desunt* ignobiles. Concessa. *item deest linea* 20. & 21.: *deest in lin.* 25. infeudata. *lin.* 27. & 28. vel qualitercumque rapta. *lin.* 29. *verbo* quocumque *additur* injusto. *item deest lin.* 30. & quascumque alias. *item desunt lineæ* 33. 34. 35. 36. *quæ vero hic a linea* 40. *leguntur, ibi hoc modo posita reperies*: quemlibet, quatenus de facto processerunt, in integrum restituimus de nostra Romanæ Regiæ plenitudine potestatis nulla tem-

poris præſcriptione contra præſentem noſtram diſpoſitionem invaſoribus &c. *deeſt lin.* 52. *& dimidium* 53. *lin.* 57. per quaſdam litteras *l.* per quoddam ſcriptum.

Col. 328. *deeſt linea* 5. *& dimidium ſextæ. it. in lin.* 8. jura, & juriſdictiones. *it.* regalia, dominia, & alia univerſa, & ſingula. *a linea vero* 13. *ad lineam* 18. *ſic ibi habetur*: prædictæ, ſicut juſte poſſumus, conferimus, & auctoritate Romana Regia confirmamus, ut ſicut eidem Eccleſiæ, & ejus plebi ſeminat ſpiritualia, ita etiam metere temporalia gratuletur, noſtris ac ſacri Imperii, & aliorum quorumlibet juribus circa ſupra ſcripta omnia, & ſingula ſemper ſalvis: *atque hic finis imponitur diplomati, prætermiſſis omnibus, quæ columna* 328. 329. 330. 331. *uſque ad illam finalem diplomatum clauſulam, quæ incipit lin.* 27. nulli ergo omnino ec. *Sic autem abſolvebatur diploma*: præſentibus venerabilibus Nicolao Patriarcha Aquilegienſi fratre noſtro, Arneſto Archiepiſcopo Pragenſi, Marquardo Auguſten. Joanne Spoletan., & Egidio Vicentino Epiſcopis, & Illuſtribus Nicolao Opparie, & Wladislao Teſſinen. Ducibus Principibus noſtris dilectis, ac ſpectabilibus Johanne de Nurimberg, & Burchardo de Magdeburg Burggraviis, & Ludovico Comite de Ottingen fidelibus noſtris dilectis, & multis aliis comitibus, & proceribus teſtibus ad præmiſſa, præſentium etiam ſub noſtræ majeſtatis ſigillo teſtimonio litterarum. Datum Piſis anno Domini milleſimo trecenteſimo quinquageſimo quinto indictione VIII. VIII. idus februarii Regnorum noſtrorum anno nono. *infra* per Dominum Jo. Epiſcopum Lucomuhlen. Cancellar. Nicolaus de Cremſic. *a tergo ſynchrono caractere.* Diploma Caroli IV. Imperatoris pro Epiſcopo Guidone extenſum Piſis, ſed non expeditum; & Imperator de locis hic expreſſis inveſtivit Johannem Paleologum Marchionem Montisferrati.

NCCCXV. Col. 338. *n.* 321. *Quoniam hic mentio fit de Hoſpitali S. Spiritus civitatis Aquis, juvat, & alterius notitiam tradere cujus frequens mentio reperitur in documentis hujus civitatis, & Eccleſiæ ſcilicet noſocomii de Balneo. Primum illud S. Spiritus inſtitutum erat ad pauperum ſuſtentationem; Hoc vero de Balneo nuncupato pro infirmis, atque aegrotis Balneorum medicina, uſuque indigentibus. Utriuſque conſtitutiones antiquiſſimas protuli in ſecunda parte col.* 114. *ad col.* 123. *Illud addendum circa Noſocomium s. Antonii de Balneo Eccleſiæ Aquenſi, ac capitulo nullo mediante ſubjectum fuiſſe, atque ad Canonicos ſpectaſſe jus eligendi Rectorem illius ac miniſtrum, ut patet ex charta tabularii capituli anno MCCCLXXIII.*

MCCCLXXIII.

Jacobus Aquenſis Eccleſiæ electus dilectis nobis in Chriſto univerſis, & ſingulis, quos tangit negotium infraſcriptum ec. Salutem in Domino. Ecce quod Ioanninus natus Antonii Aragoni Carlevarii de Aquis Clericus, & Presbyter Bartolomeus de Porta ſuo nomine, & tamquam procuratores, & procuratorio nomine Presbyteri Rajmondi Fabri, ac etiam Ioanninus de Quiregio Canonici Aquenſis Eccleſiæ coram nobis comparuerunt fidem facientes, ſicuti ipſi Canonici ipſum Ioanninum Rectorem Hoſpitalis s. Antonii de ſuper Balneo de Aquis vacante Rectore per obitum Andreæ Bellerato olim Rectoris ipſius elegerunt, requirentes a nobis humiliter, & inſtanter ſibi dicto Iohannino inveſtituram, & confirmationem de Hoſpitali prædicto, & de omnibus juribus ſpiritualibus, & temporalibus ſpectantibus ad eumdem in corporalem poſſeſſionem omnium prædictorum, & ideo præſentium tenore vos omnes, & ſingulos monemus ec. quatenus, ſi veſtra intereſt, vel intenditis aliquid dicere, vel opponere contra perſonam dicti electi, vel contra illos, qui eum elegerunt, debeatis coram nobis legitime comparere intra IX. dies proxime venturos poſt harum affixionem ad valvas Eccleſiæ Aquenſis ec. Datum in Caſtro Tertii die VI. ſeptembr. anno milleſimo CCCLXXIII. Indic. X. &c. Ego Oddonus Turrius de Caſtro novo Inciſæ ec. Not. & D. Electi ſcriba ec.

In Tabulario capituli de hujuſmodi hoſpitali nonnullæ aliæ reperiuntur chartæ, quas ſummatim referam. MCCCCXXXV. Bonifacius Epiſcopus confirmat quandam venditionem emphiteuſeos domus s. Antonii de balneo: eodem anno idem Epiſcopus inveſtituram concedit domus hoſpitalis s. Antonii de Balneo. Anno MCCCCXLV. die IV. januarii coram Aquenſibus Canonicis idem Epiſcopus confirmat quandam conventionem inter Jacobum de Ligeriis Can. Aquen., & Rectorem hoſpitalis de Balneo, & Mattheum de Arancamiliiis.

MCCCXLXV. col. 339. *n.* 322. *In fine hujus apographi habebatur ſatis diligenter expreſſum hujus Epiſcopi ſigillum, cujus hoc eſto exemplum.*



MCCCLXVII. col. 345. *n.* 329. *Si conferatur hæc charta cum aliis pluribus, quas hic edidi, pro certo habeo neminem niſi præjudicatæ opinionis virum inficiari inpoſterum auſurum Guidonem III., ac Epiſcopos Aquenſes nullam in civitatem Alexandriæ ejuſque ſuburbicarias regiones juriſdictionem exercuiſſe, ac proinde haud falſum illum fuiſſe, cum in ſolemni Imperatoris curia in diplomate Caroli IV. deſcribi curavit ſuam in Alexandriæ ſpirituali procuratione ſollicitudinem (Quod mirum eſt ſpectatiſſimi illius civitatis viri in mentem venire potuiſſe) at præſtat adhuc nonnullis aliis documentis rem confirmare.*

In eodem chartaceo volumine Quiregii Notarii, ex quo quam plura de Guidone in mea hac collectione derivata ſunt, ad annum MCCCLXV. XIV. aug. (non. XVII. aug. ſub qua die a V. C. Chenna pag. 164. *refertur)*

describitur, quemadmodum eum Frater Ruffinus Bonellus ordinis Carmelitanorum de Alexandria *animum convertens ad animarum Alexandrinæ civitatis, ac finitimorum locorum miseram conditionem, litteras misit ad Episcopum Aquensem, in quibus exponit, quod* cum propter longitudinem viarum multæ personæ dictorum locorum commode non possint ad ejus præsentiam accedere; *idcirco dignetur, & velit sibi pro universa Alexandrina ditione fidelium confessiones audiendi, a casibus reservatis absolvendi, prædicandique licentiam impertiri. Quibus permotus Episcopus sic rescribit*; recognoscentes quod nos licet immeriti sumus Diœcesani locorum ipsorum, ideo quia saluti animarum summis desideriis invigilamus *petitam facultatem concedimus, sub hac tamen conditione quantum ad incertorum restitutionem*, ut nomine nostro idoneam cautionem ad ipsum referat, & certum nuncium de eisdem.

Die X. septembris. Quidam Frater Bertramus Prior Conventus s. Marci O. PP. Alexandriæ Episcopo Guidoni viginti quatuor ex religiosis sibi subditis, ut eorum Diœcesano præsentes obtulit.

MCCCLXVI. IV. martii ordinationem fecit Episcopus, qua cuidam Clerico de Alexandria ordines minores contulit; atque in omnibus ordinationibus plures fere semper ex civitate Alexandriæ, ac finitima regione clericos ordinavit sine aliqua Archidiaconi, vel alterius cujusque obtenta facultate, vel litteris quibuscumque. Item ex hoc chartulario die XX. martii Archipresbyter Cuccari nomine Dominorum hujus loci quemdam Jacobum Arescam Episcopo sistit, ut in Rectorem Ecclesiæ cujusdam confirmet.

MCCCLXVII (non MCCCLXVI uti v. c. Chenna pag. 161.) die XX. februarii Episcopus Guido Fratri Johanni Stracaræ de Alexandria Priori Conventus Heremitarum dicti loci confert Ecclesiam s. Andreæ de Corregio, & s. Martini de Gamundio de Castellatio, eique spirituale earum accolarum regimen committit.

Die XXVI. februarii id. Episc ex Bergamasco D. Manfredo Carentini Rectori in mandatis dedit, ut quendam Clericum in suæ præbendæ possessionem immitteret.

Die II. aprilis idem Episcopus peculiari diplomate confirmat quandam electionem ad præposituram Ecclesiæ s. Perpetui factam a Presbytero Gulielmo Scalorgna Archipresbytero, Presbytero Laurentio Giglino, Presbitero Antonio Pata, Canefro præposito, Presbitero Antonio de Ripalta Canonicis Ecclesiæ Collegiatæ s. Petri de Alexandria Aquensis Diœcesis, *Johannini Paxerii de Solerio.*

Die X. Guido II. dedit facultatem absolvendi a reservatis Paulo Archipresbitero Fubinarum.

Die XXI. octobris litteræ collationis Ecclesiæ s. Ambroxii de posse Felizzani vacantis per uxorationem Capuzzoni Guttuarii, *Henrico Dac.*

MCCCLXVIII. die XVIII. octobris Jacobus de Moxia Minister Ecclesiæ s. Petri de Fubinis ejus administrationem renunciat Episcopo.

MCCCLXX. die XXVIII. novemb. Guido Episcopus Fubinarum Archipresbitero facultatem concedit, qua diebus festis cujuslibet hebdomadæ pro commodo D. Violantis uxoris Ottini Guttuarii, quæ propter viarum diserimina dubitat in Ecclesia Missas frequentare, *duas possit in Castello Missas celebrare.*

MCCCLXVIII. col. 353. n. 337. In sæpius memorato Quiregii Chartulario reperitur præceptum hoc eodem anno & die ab Episcopo factum Aragono de .... Canonico s. Laurentii Gamalerii, ut Gulielmum Donoxium de s. Maria de Sonna Diœcesis Viennensis in possessionem Ecclesiæ s. Laurentii immittat.

MCCCLXIX. col. 354. n. 338. In sæpe laudato Chartulario Quiregii alia reperitur delegatio huic Archipresbitero Gamalerii ab Episcopo Guidone facta die XX. augusti hujus anni, ut in possessionem Ecclesiæ s. Stephani Castri novi Incisæ Henricum Rossredum immittat.

MCCCLXIX. col. 356. n. 341. Si quis scisciteur, cujus familiæ ac gentis esset Melchior iste a Guidone II. Aquensi in Episcopum Osnabrugensem consecratus respondebo ex Marchionum Estensium progenie descendere, ac ea stirpe, quæ a sæculo XI. fuit in Germaniam translata, ex qua Brunsvicenses aliique originis Guelficæ Principes Germani orti sunt, ad quorum primos hunc pertinere nos edocet Chronica Episcoporum Osnabrugensium Erduvini Erdmanni edita ab Henrico Meimbomio Tom. II. Rerum German., in qua pag. 232. hæc habet de Melchiore: sublato de de lacu hujus miseriæ D. Johanne Hoet Episcopo Osnabrugensi successit in Episcopio Illustrissimus D. Melchior ex Ducibus de Brunsvich genitus, introductus per D. Florentium de Wevelinchoven, & hunc Episcopum Monastariensem . . . cui de Ecclesia Osnabrugensi provisum fuit per sanctam Sedem Apostolicam .... illis tribulationibus taliter actis idem D. Melchior Episcopus per Gregorium X. ad Ecclesiam Svverinensem translatus est, ubi post octo annos in domino occubuit. (*anno MCCCLXXVI.*)

MCCCLXX. col. 365. n. 347. Omissa fuit in fine documenti hæc, quæ in Chartulario subdebatur appendix: Et de ulteriori gratia etiam vobis concedimus, ut quotiescumque, & quandocumque prædicabitis ibidem, possitis omnibus adstantibus vere pœnitentibus & confessis XL dies indulgentiæ relaxare.

MCCCLXXXXV. col. 380. n. 359. Ante XXIV. dies ab hac absolutione, aberat a Diœcesi Episcopus Henricus, uti nos edocet alia membrana Tabularii Episcopalis, in qua quidam Civis Aquensis Terdonam petiit pro ordinibus recipiendis. En charta. I C. N. A. Anno Dom. Nat. MCCCXCV Ind. III. die XXVII. marcii in Ecclesia majori Terdon. R. in Christo P. & DD. Fr. Dei gratia Episcopus Salense Missarum solemnia celebrando &c. Johannem de Aragono de Aquis ad Diaconatus ordines promovit licentia ec. sibi concessa a R. in Christo P. & D. D. P. V. & a S. G. Episcopo Terdonensi &c. Ego Petrus &c.

MCCCII. col. 381. n. 360. Membrana hujus documenti existit penes Monasterium s. Claræ Alexandriæ. De hac unione fit mentio in quadam chronica, quam quædam Abbatissa A valle de Trexobio Aq. Diœcesis sub anno MCCCC. ad MDL. circiter Italice conscripsit & MS. asservatur in eodem Monasterio, quæ fol. 4. & 5. sic habet.

Il Papa Bonifazio comiſſe la ſua auctorità in queſte bande al Reverendiſſimo Monſignor Guiglermo Epiſcopo Papienſe, al qual dete plenaria auctorita de inquirere, e inveſtigare di tal cauſa la veritade . . . Ma el gia dicto Monſignor pervento de la comuna morte non potete il mandato Apoſtolico exequire. E ſu neceſſario mandar nove littere ala Sede Apoſtolica, e per quello anno reſtete la execucione, cioe nel mileſimo quadrigenteſimo primo e nel ſecundo anchora: di novo il prhelegato ſummo Pontifice mando la predicta auctoritá al ſucceſſore del gia dicto Monſignor cioe al Reverendiſſimo e preclariſſimo Padre Monſignor Pietro Epiſcopo e Conte Papienſe, unde anxio molto di al ſanctiſſimo Padre in ogni coſa obedire: preſto fece aſſe venire el Reverendo Padre Fratte Stephano de Reſtagno tunc Vicario e Comiſario del ordine minore di s. Franceſco ec.

Aliud hujuſce chronicæ fragmentum ad annum MCCCCXIV. recitabo, quod alias veteri orthographia rejecta ad me fuerat tranſmiſſum. Juvabit autem hic addere nonnulla, quæ a quodam religioſo viro, qui in eo Monaſterio Confeſſarii munus obiverat, ac ejus Tabularium excuſſerat, olim acceperam. Referebat autem hiſtorica hujus abbatiſſæ commentaria MSS. verſaſſe ac cum voluptate legiſſe utpote ſtylo ſatis eleganti, perſpicuo, nativo ab ipſa conſcripta; ac materiam quidem tenuem eſſe utpote e Monialium geſtis ac Cœnobii adjunctis petitam, at frequentibus conſiderationibus e ſcriptura quandoque deductis pro re nata interſperſam, ut lectorem recreet, & ad veræ ſolidæque religioſæ pietatis amorem inflammet. In eo Monialium Civitatis Aquenſis ac Diœceſis frequentem cum laude commemorationem fieri, & præſertim cujuſdam Margaritæ ab Aquis, cujus in clauſtris pictam in tabula imaginem haberi aſſerebat, ante quam ſuis adhuc temporibus quædam reverentiæ ſigna a Monialibus præſtabantur. Memini autem illum addiciſſe hujus Abbatiſſæ ſororem ad Aſtam Civitatem faiſſe accerſitam ad novum ejuſdem ordinis Monaſterium fundandum regendumque; quæ omnia cum in Aquenſium laudem ac commendationem tendant, a me prætermitti haud debuerant. Cœterum ad noſtrum redeo documentum, in quo nonnullos qui irrepſerunt typographicos errores corrigas velim.

Lin. 50. *poſt* Bonifacio *adde* PP. IX. *col.* 382. officii *l.* officium. *lib.* 29. diruptum *l.* dirutum, *quod ſphalma iterum occurrit col. ſeq. lin.* 52. *col.* 384. *lin.* 7. Beſtagnis *l.* Reſtagnis.

MCCCLXXXXV. col. 280. *n.* 359. *Chartis ad Ven. Henricum Ep. Aq. ſpectantibus addere juvat ſequens documentum, in quo (de eodem jam ad Eccleſiam Feltrenſem translato mentio fit) ut a J. C. Carrara mihi datum.*

In nomine Domini Noſtri Jeſu Chriſti amen. Anno a nativitate ejuſdem milleſimo quadringentiſimo octavo. Indictione prima die duodecimo menſis auguſti. Actum in Villa Rocheovrani videlicet in eccleſia dicti loci, præſentibus fratre Luca de blanchis rectore eccleſiæ dicti loci, Oddono Ferrario de Curtemilia, & Jacobo Gihono de ſancto Georgio teſtibns ad infraſcripta vocatis ſpecialiter, & rogatis. In quorum teſtium, & mei notarii infraſcripti præſencia convocata & congregata generali credencia, & univerſitate communis, & hominum, ac capitum domorum dicti loci Rocheovrani voce degani more ſolito videlicet in eccleſia prædicta, quem locum dominus Caſtellanus, & homines infraſcripti elligerunt ſpecialiter ad actum infraſcriptum peragendum de mandato providi viri Johannis de octis Caſtellani, & Rectoris dicti loci, ad quam credenciam, & univerſitatem convenerunt, & præſentes fuerunt infraſcripti homines, qui ſunt major & ſanior pars hominum, & capitum domorum dicti loci commune, & univerſitatem dicti loci repræſentantes, nomina quorum ſunt hæc. Roffinus de Prato. Anthonius Berrus. Petrus de boſcho. Henricus de podio. Johannes de prato. Anthonius de podio. Guillelmus Rodohanus. Petrus de frinnogio. Johannes de octis. Bugata. Bartholomæus Cagnus. Pecionus. Jacobus de Ayla. Franciſcus de gayda. Gandulfus Maſtallonus. Guillelmus Piſtonus. Henricus Bruna. Bartholomæus de prato. Manfredus de Monte. Anthonius Pollarolius. Ruffinus de la coſta. Anſelmus de boſcho. Johannes Guiſchardus. Joanninus Gubaldus. Henricus de Alberto. Percivallus Manzarius. Dominicus Bellecius. Belengius Tarditus. Johannes Murator. Georgius Girbaldus. Nicola Blanchus. Henricus Bruna. Facius Uinacia. Bertholomæus Beſcontus. Perrellus de auriolo. Luchellus de podio. Johannes Auram. Paganinus de Serra. dictus Sucius. Johannes Ferrarius. Stephanus Bonginus. Jacobus de octis. Johannes Turrellus. Johannes Cagnus. & Johanotus Barberius. Ibique cum Daniel filius & procurator ac procuratorio nomine egregii & potentis viri domini Petrini Scarampi, de qua procura conſtare dicitur publico inſtrumento tradito per Jacobum *Barbojonum* notario anno, & die in ipſo inſtrumento contentis dederunt, & tradiderunt in ſolutum, & pagamentum reverendo in Chriſto Patri domino Henrico de Scarampis olim Epiſcopo Aquenſi, & nunc Epiſcopo Feltrenſi ſuo nomine proprio & vice, & nomine Anthonii, ejus fratris & nepotum ſuorum, filiorum, & heredum quondam domini Mathæi Scatampi annuum redditum infraſcriptum videlicet ſtar. viginti grani ad menſuram Curtemiliæ ſine benedictione. Item libras vigintiquatuor, & ſolidos decemocto monetæ Savonæ. Annuatim in perpetuum percipiendos ex annuo redditu, quem dictus dominus Petrinus habebat ſuper commune, & hominibus Rocheovrani tam de grano dompnio, quam de denariis ſodri, & denariorum paſchorum, & fictuum prius & antequam dictus dominus Petrinus perciperet quidquam de dictis annuis redditibus. Ita quod prædictis denariorum, & grani ſummis ut ſupra prius ſolutis reſiduum remaneat, & eſſe debeat dicti domini Petrini. Et hoc datum in ſolutum, & traditum fuerit ut ſupra pro Florenis, ſive Januinis argentis ſexaginta octo, & ſolidis triginta monetæ Savonæ: & inde dictus Daniel dicto procuratorio nomine ſe conſtituerit tenere, & poſſidere dicto nomine dictum annuum redditum, donec idem dominus Epiſcopus de ipſo poſſeſſionem acceperit

corporalem & prout de prædictis constare dicitur publico instrumento tradito per Bartholomæum Mogniellum notarium anno & die in ipso instrumento contenti, ad cujus instrumenti verba idem dominus Episcopus, & Jacobus de Topiis infrascriptus se refferunt. Ecce quod dictus Jacobus de Topiis de Perleto prædicto procuratorio nomine dicti domini Petrini, de qua procura constat publico instrumento traddito per me notarium infrascriptum anno, & indicione præsentibus die undecimo instantis mensis &c. volens exequi mandatum suum animo, & intencione deferendi dicto nomine corporalem possessionem dicti annui redditus, & in ipsum dominum Episcopo suo, & quibus supra nominibus totaliter transferendi, præcepit, & jussit supradictis communi, & hominibus, ac universitati Rocheourani præsentibus, audientibus, & intelligentibus quatenus de dicto annuo redditu stariorum viginti grani ad dictam mensuram, & librarum viginti quatuor & solidorum decemocto monetæ Sauonæ debeant respondere dictis domino Episcopo, Anthonio, & nepotibus, & quod de dicto annuo redditu grani, & denariorum fodri, denariorum paschorum, & fictuum non debeant respondere dicto domino Petrino sive heredibus ejus donec prius solverint annuatim dicto domino Episcopo, aut Anthonio, vel nepotibus dictam denariorum, & grani quantitatem eis in solutum datam ut supra, & hoc ad peticionem dicti domini Episcopi, quod supra nominati de Rochavrano omnes unanimes, & concordes nemine ipsorum discrepantes promiserunt dicto domino Episcopo pro se, & quibus supra nominibus stipulanti se eidem, & suis heredibus daturos, soluturos, & numeraturos dictum annuum redditum in solutum ei datum ut supra. Et quod non respondebunt de dicto annuo reddito dicto domino Petrino, donec prius annuatim dederint, & soluerint dicto domino Episcopo, ut supra stipulanti dictam denariorum, & grani quantitatem eis ut præmittitur in solutum datam, & attributam. Obligantes inde dicti commune, & homines, & universitas dicti loci dicto domino Episcopo suo, & quibus supra nominibus stipulanti, & recipienti, & etiam mihi notario infrascripto ut publicæ personæ, & officio publico stipulanti, & recipienti vice & nomine dictorum domini Anthonii Scarampi, & nepotum suorum prædictis omnibus, & singulis sic attendendis, & observandis in omnibus, & per omnia ut supra omnia dictæ comunitatis, & hominum bona pignori præsencia, & futura. Præcipientes de prædictis fieri publicum instrumentum per me notarium infrascriptum. Ego Eusebius de Alzate de Vercellis publicus imperiali auctoritate notarius prædictis interfui, & inde hoc instrumentum rogatur traddidi, & scripsi, meque subscripsi cum appositione soliti signi mei.

MCCCCIV. col. 385. *n.* 361. *haud absre hic erit adjungere exemplar membranæ Capitularis, in qua quidam olei provventus Capitulo Aquensi ab hujus Ecclesiæ Præceptore debitus vindicatur.*

Anno Domini MCCLXXX. Indictione VIII. die Veceris XXII. novembris. Aquis in cimiterio majoris Aquensis Ecclesiæ, presentibus D. Presbitero Wilelmo Capellano D. Fratris Henrici Vicarii Aquensis Ecclesiæ, & Episcopatus generalis, & d. Wilelmo Besurico, & Wilelmo Ghignono not. testibus voc. & rog. D. Frater Henricus Vic. Aq. Eccl. & totius Episcopatus Generalis ibi sedendo pro jure reddendo ad requisitionem Henrici Mansionis Notarii, Syndici, & Procuratoris Aquensis Capituli præcepit mihi Frederico Notario, ut autenticarem & in publicam formam redigerem quandam condemnationem factam per Percivalium Besuricum Notarium eodem anno & indictione, quæ sic incipit. Anno Domini MCCLXXX. Indictione VIII. die lunæ XVIII. novembris. D. Frater Henricus de Locedio Vicarius Aquensis Ecclesiæ generalis condemnavit Fratrem Marcum Præceptorem s. Margaritæ de Aquis sua confessione Henrico Mansioni Syndaco & Procuratori Capituli majori Aquensis Ecclesiæ nomine & vice dicti Capituli in sex libras olei olivæ occasione ficti quod fictum reddit Ecclesia s. Margaritæ de Aquis dicto Capitulo annuatim de quadam petia terræ jacentis in posse Aquis loco ubi dicitur in centaner cui cohærent &c. Ego Fridericus Robellinus publ. Not. &c.

MCCCCXIV. col. 388. *n.* 363. *Hoc documentum mihi dono datum a P. M. Cavallerio, qui ex membrana sui Conventus illud diligenter pro more exscripsit; sit autem illius mentio in memorata Monasterii chronica his verbis* 1414.

Dopo di lei elessero nuovamente la soprascritta Madre suor Clara di Tortona, donna tutta benigna, e graziosa, come si è detto. Avvenne in tempo di suo Offizio, che a Canelli nel Monastero di s. Giorgio dell' Ordine di s. Benedetto, era morta già da qualche tempo la sua Abadessa, o Priora chiamata suor Lombarda, che fu l'ultima Abadessa di quel Monistero. Questo Monastero di Canelli era in addietro soggetto al Monistero di s. Martino della villa del Foro, e sebbene si era quello trasferito qua in Alessandria sotto l'ordine di s. Chiara, teneva ancora nulladimeno la soggezione a questo stesso di s. Chiara. Quindi fu necessario gli si mandasse una Priora, che lo reggesse e governasse, temendo, che per la mancanza di Superiora venisse meno così nelle spirituali, come nelle temporali cose. Epperò di consenso, e volontà delle due parti del Collegio esistente in numero di dodici, otto elessero per Abbadessa, o Priora del detto Monistero di Canelli una certa Madonna suor Beatrissina Malabaglia d'Asti, la quale era Monaca dell' ordine di s. Benedetto nel Convento di s. Anastasio in Asti. Questa fu eletta fra tutte le altre, come la più prudente, savia, virtuosa, e più atta, e sufficiente al detto governo, affinchè le Monache del detto Monistero l'avessero, e teneSsero come Superiora, e Abadessa propria, e le dovessero in ogni cosa obbedire; ed ella finchè vivesse fosse tamquam Madonna, far potesse, e disfare, come meglio le parebbe. Qdeste cose tutte appajono da un istromento posto fra le altre scritture del Monistero.

In Tabulario Episcopi Aquensis alia quoque de

Monaſterio de Canellis extabat membrana, ut ex veteri ſcripturarum notula deprehendi, in qua ſic lego: Charta ſicut Prioriſſa Monaſterii de Canellis fecit obedientiam D. Epiſcopo Aquenſi.

Hanc anteriorem ſæculo XV. fuiſſe pro certo habeo: nulla enim in præfata chronica de præſtita Epiſcopo obedientia fit, ac proinde merito inter illa documenta recenſenda, quæ juriſdictionem Epiſcopi Aquenſis in Alexandina Monaſteria, atque Eccleſias ab hiſce dependentes comprobant.

MCCCCXXXIV. col. 395. *n.* 368. *Poſt hanc Epiſcopi inveſtituram aliæ quoque a ſucceſſoribus Epiſcopis factæ in Tabulario Epiſcopali aſſervantur, duas hic memorabo uno eodemque anno ac die ſcilicet* 1451. 7. *aug. pro diverſis portionibus a Thoma de Regibus Epiſcopo conceſſas, alteram D. Batiſtino M. de Carretto Johannis filio, alteram vero Iſnardo ex iiſdem Marchionibus.*

MCCCCXLIV. col. 402. *n.* 371. *omiſſa eſt diei nota, qua hæ litteræ prodierunt, ſcilicet* die XIX. julii.

MCCCCLVI. col. 408. *n.* 380. *Ut quæ in hac charta habentur, intelligi perſpicue poſſint, hæc animadvertenda. Henricus in Epiſcopatus reſignatione Eccleſiæ Aquenſi, ejuſque Epiſcopis ceſſionem fecerat ducatorum* 360. *& amplius. Hos recepit Bonifacius ejus ſucceſſor. Bonifacio demortuo Thomas de Regibus tertius ab Henrico Epiſcopus ab heredibus Bonifacii de Siſmondis illam petiit pecuniæ ſummam, qui diverſis temporibus vel ſolutione, vel accepti latione debitum extinxerunt. Primum enim heredes probarunt LXIV. ducatos impenſos a Bonifacio Epiſcopo in jaciendis fundamentis Palatii Epiſcopalis* in platea majori, *ubi nunc viſuntur Epiſcopi ac Canonicorum ædes, alias in ſuppellectili ſacra pro Eccleſia Cathedrali, ut ex doc. n.* 377., *dein ceſſione domus in* contrata Archivoti, *uti ex doc. n.* 380., *ac tandem ſolutione ducat. LXIV. auri ann. MCCCCLX. die XXIV. nov. ut ex charta Tabul. Epiſcopalis, qua facta Thomas Epiſcopus totius debiti remiſſionis apocham heredibus de Siſmondis dedit.*

MCCCCLXVIII ccl. 410. *n.* 384. *Erratum eſt in temporis aſſignatione. Neque enim ad hunc annum pertinet, cui nec indictio, nec notæ in fine appoſitæ conveniunt: ſed emendandus titulus anni. & ponendus* MCCCCLV., *adeo ut Conſtitutiones ſub n.* 319. *præceſſerint, & hujuſmodi declarationes ac decreta ſtatim fuerint ſubſecuta, ut horum documentorum contextus oſtendit.*

Irrepſerunt etiam Typographi culpa duo alia errata lin. 36 tegimini *l.* regimini. *lin.* 47. ſed *l.* ſi.

MCCCCLXXIII. col. 414. *n.* 385. *Dedimus n.* 383. *litteras Pii II. concedentis facultatem Cremolini conventum ord Carm. fundandi poſt aliquot annos actum ab hiſce fratribus fuit, ut ſibi Eccleſia Parochialis, daretur quod licet eis eſſet a Pio II. in præcedentibus litteris prohibitum, demum a Sixto IV. impetrarunt. At totius oppidi popularium conſenſus erat neceſſarius; & hoc etiam obtentum, quemadmodum ex teſtificatione ſolemniter in publica concione litteris tradita apertum eſt, quæ ſic habet.*

MCCCCLXIII.

Inquiſitioni factæ a conſiliariis communis Cremolini adunatis mandato conſulum dicti loci in Capella fabricata per magnificam D. Conſtantiam Marchioniſſa de Malaſpina, & attributa Reverendiſſimo ordini B. M. V. de Monte Carmelo per Reverendum D. Fratrem Leonardum ordinis prædicti, & nomine ordinis prædicti, videlicet quod ipſi Conſiliarii pro evidenti ſalute animarum omnium perſonarum dicti loci, ac honore ingenti aſſentiunt, & eſſe velint contenti, quod Eccleſia Parochialis dicti loci cum emolumentis ſuis tribuatur ipſi ordini, & quod de eorum conſenſu certificent R. D. Aquenſem Epiſcopum, & ſi expedierit S. Sedem Apoſtolicam.

Reſpondetur per ipſos Conſiliarios unanimiter, & concorditer uno ſolo diſcrepante nomine, & vice dictæ communitatis ſe ſe conſenſuros, quod dicta Eccleſia Parochialis cum emolumentis ejus integre conferatur ordini prædicto, & de eorum conſenſu, & voluntate per litteras ſuas opportune prædictum R. P. Epiſcopum Aquenſem pariter, & ſi expedierit Sedem Apoſtolicam certificare ſub conditionibus infraſcriptis.

Et 1. promittendo ipſo Fratre Leonardo ipſis Conſiliariis nomine, & vice dicti communis, quod dabit operam cum effectu, quod Reverendus D. Frater Antonius de Magnis S. Theologiæ Magiſter, ac ejuſdem Ordinis provincialis, & ſucceſſores ejus providebunt in perpetuum, quod ad minus tres Fratres dicti ordinis in Sacerdotali ordine conſtituti perpetuam faciant reſidentiam in dicto loco Cremolini miniſtrantibus in divinis officiis, quorum ſaltem unus intelligat, & bene noſcat divina miniſteria celebrare, & qui curam exerceat animarum, & ſerviat opportune dicto communi in divinis miniſteriis, & alia faciat, quæ facere tenetur quilibet bonus Paſtor animarum. Item etiam, quod R. P. Provincialis præfatus, & ſucceſſores ejus ſingulo anno in tempore Quadrageſimæ deputabunt in ipſo loco Cremolini unum ſufficientem Prædicatorem pro ſalute animarum, & augmentent honorem devotionis hominum patriæ erga dictum ordinem.

Item, & quia homines Cremolini noviter ædificaverunt in ipſo loco Eccleſiam unam ſub vocabulo s. Benedicti, quibus locus duplicis facultatis adeo foret gravatus, & ultra dicti homines cum tribus annis decurſis mirabiliter gravati fuerant pro fabrica Caſtri, nec finis adeſt eis, & neceſſe veniat campanilis fabricandus; contigeritque, quod quidem Frater Albertus de Inciſa ordinis prædicti, qui ipſam Eccleſiam habuit in accomendam per annos octo in circa jam per annum diem ſuum clauſit extremum, debendo iterum habere in dicto loco circa librarum 20. & R. D. Epiſcopus Dioceſanus prætenderet talia credita ad menſam ejus fore devoluta, ex eo, quod proceſſere ex redditibus dictæ Eccleſiæ; tandem requiſitioni curati fuit contentus, quod ipſa credita, inter quæ eſt petia una prati dimittantur, & applicentur dictæ fabricæ.

Item quod ſi quæ legata relinquerentur in futurum dicto ordini de aliquibus immobilibus ſitis ſuper poſſe Cremolini, quod ipſe ordo teneatur tales

res immobiles vendere perſonis ſubjectis oneribus realibus, ne talia legata habeant redundare in detrimentum communis reſpectu dictorum onerum.

Item, quod conſentiatur per dictum ordinem, quod ordo verberatorum noviter formatus in Cremolino poſſit conſtruere facere domum unam in ſedimine alias conceſſo ipſi Eccleſiæ s. Benedicti per magnificum D. Iſnardum Malaſpinam.

Nos Magiſter Antonius Provincialis Lombardiæ Fratrum ordinis Glorioſæ V. M. de Monte Carmelo cum pp. definitoribus Capituli noſtri celebrati in Conventu noſtro Cremolini anno Domini 1463. 24. aprilis ſcilicet in feſto s. Georgii, & conſentientibus Priore, & Fratribus dicti Conventus præſentium tenore ſupraſcripta capitula confirmamus. In cujus rei teſtimonium ſigillum noſtri Provincialatus officii duximus appendendum a D. 1463. 27. aprilis.

Nos Frater Johannes Sereth Magiſter Generalis totius antedicti ordinis præmiſſa omnia, & ſingula rata habentes approbamus, & obſervari ab omnibus noſtri inferioribus auctoritate noſtra mandamus. In cujus rei teſtimonium manuale ſignum noſtrum noſtrum præſentibus manu propria ſcriptum apposuimus anno 1463. die 11. januarii.

Ego Magiſter Marcus de Recluſis Aſtenſis Provincialis Provinciæ Lombardiæ ſupraſcripta confirmo. In cujus rei fidem ſignum meum manuale ſubſcripſi.

MCCCCLXXV. col. 416. *n.* 386. *contuli nuper editum exemplar cum Capituli membrana, ex qua & nonnulla corrigenda, aliaque ſupplenda eſſe deprehendi col.* 417. *lin.* 2. Turcas *ibi & deinceps terminatione maſculina* Turcos. *lin.* 9. plurium *l.* plurima. *lin.* 16. Romanæ *l.* noſtræ & Romanæ. *lin.* 31. quorumcumque *l.* quarumcumque. *lin.* 34. perſonarum *l.* perſonatuum. *lin.* 37. militantium *l.* militarium. *lin.* 38. Statibus *l.* tota in Italia. *lin.* 39. *poſt* Fratribus *adde* noſtris. *lin.* 43. Italiæ *l.* Italia ac. *lin.* 44. intra *l.* ultra. *lin.* 46. Vv. *l.* de Vv. *lin.* 47. ſpeciatim *l.* ſperantes. *lin. vero* 55. *poſt* volumus *ſupple addendo quod ſequitur*: & eidem fraternitati tuæ tenore præſentium committimus, & mandamus, quatenus integram decimam prædictam exigas juxta aliarum noſtrarum litterarum prædictarum tenorem, & continentiam, & quod in executione hujuſmodi ac dependentibus, & emergentibus ab eiſdem atque connexis per te, vel ſuccolectores, quos ad id duxeris deputandos utaris, & uti valeas omnibus, & ſingulis facultatibus circa officium collectoriæ, & dependentibus ab eodem, hactenus per nos, ſeu Cameram Apoſtolicam, aut ipſius Cameræ generales quomodocumque & qualitercumque conceſſis. Cæterum volumus, quod ſiquis ex Succolectoribus per te deputandis in exequendo hujuſmodi officium fuerit negligens, vel remiſſus, ſive alias inabilis ad ipſum officium exercendum aliun ſurroges idoneum loco ſui, quoties videas expedire aliquo non obſtante, volentes inſuper quod hujuſmodi decimæ exactio fiat ſine alio onere illorum, a quibus hujuſmodi decima exigetur, neque aliquis etiam ſi plura beneficia obtineret ad ſolvendum pro quittantia ſi eam habere voluerit ultra unum Bononenum pro littera, & ſigillo cogi poſſit; tua igitur fraternitas ſic impremiſſis ſtudeat ſuam diligentiam exercere, quod ſperati exinde fructus proveniant, & apud nos, ac Sedem Apoſtolicam merito valeat commendari, & cumdignam conſequatur meritorum retributionem.

MCCCCLXXVII. col. 417. *n.* 387. *Inter finitimos Curtemiliæ populares ea adhuc traditio viget Uſſoni flumen terminum utriuſque Diœceſeos Aquenſis & Albenſis quondam fuiſſe, nuncque magna quoque ex parte eſſe; ac proinde Eccleſiam hanc s. Mariæ de Barxeta* (Bruſeto, *ſive vulgari idiomate* Bruſei) *utpotequæ citra Uxonum Aquas verſus ſita eſt, potuiſſe ad Diœceſem Aquenſem pertinere. Quæ cum ita ſint, veriſimile ſit Eccleſiam Plebanam veterem citra flumem Uxoni* (*nam hoc prope muros Curtemiliæ ſuas in Burmidam aquas immergit*) *etiamnum collocatam juris fuiſſe Epiſcopi Aquenſis; quod eo etiam argumento nititur, quod Eccleſia s. Mariæ de Barxeta, de qua in hoc documento fit mentio, juris erat Archipresbiteri Curtemiliæ, qui nonnulla prædia prope eam Eccleſiam, ut mihi relatum eſt adhuc poſſidet. Doleo autem eam Eccleſiam primum derelictam, poſtmodum dirutam fuiſſe.*

Quoniam hic de Curtemilia mentionem facio, in mentem venit ſubdere documentum, quod mihi a J. C. Gaetano Carrara ex Tabulario Marchionum de Fruneto datum fuit, ac ad id idem oppidum, ſive potius ad Curtemiliæ, Perleti, & Turris de Uſſone dominos ſpectat. Quod ſic habet.

In nomine Domini amen. Nos Johannes de Felino judex Revarum communis Aſtenſis, & Rector populi civitatis Aſtenſis, & officiales ſuper regeſto dictæ civitatis, nec non Johannes Palidus, Galuagninus Guttuarius de caſtello, Secondinus Garretus, Rogeronus Pelleta, Bozinus Laurencius, Henricus Sbarratus, Secondinus Galamanus, Franciſcus Cerratus, Codemonte officialis dicti regeſti, & Anthonius de Viſſo mandato nobis facto per honorandum militem D. Johannem de Beſſozo poteſtatem Aſt ſuper executione cujuſdam ſententiæ latæ inter ſindicum communis Aſt ex parte una, & D. Oddonem de Scarampis legum doctorem ſuo nomine, & nomine Jacobi de Scarampis fratris ſui ex parte altera. De quo mandato conſtat inſtrumento publico ſcripto manu Johannis Pelletæ publici notarii anno Domini MCCCXLVII. indicione XV. die ſeptimo ſeptembris. In quo mandato continetur, ut cancellare debeamus de regeſto noviter inchoato in civitate Aſtenſi caſtra Curtimiliæ, Perleti, & turris de Uzono pertinencia ad prædictos D. Oddonem, & Jacobum, & quæcumque bona immobilia, & jura ad ipsos pertinencia in territorio dictorum locorum. Cognito quod tempore præsentis regeſti inchoati quod inchoatum fuit tempore regiminis D. Paganini de Beſſozo tunc poteſtatis Aſt anno Domini milleſimo trecenteſimo quadrageſimo ſecundo indicione decima ſuper cridis *factis* pro dicto regeſtro complendo, ut omnes cives civitatis Aſtenſis *conſignare* deberent ad dictum regeſtum omnia caſtra, fortalicias, & bona immobilia ad ipſos pertinencia in territo-

rio eorumdem. Prædictus D. Oddo suo nomine, & nomine dicti Jacobi fratris sui opposuit quod ipse, & dictus Jacobus non tenentur consignare ad regestum communis Ast Castra Curtismiliæ Perleti & turris de Uzono, ac quæcumque bona immobilia, seu jura ad ipsos pertinencia in territorio dictorum locorum, pendenteque dicto processu facta fuit quædam existimatio super prædictis D. Oddone, & Jacobo per respectum ad terras & possessiones ad ipsos pertinentes, quas non consignaverunt ad dictum regestum de lib. millequingentis Asten reducendo ad mobilia. Vissaque dicta sententia, vigore cujus nobis factum fuit dictum mandatum; vissaque impositione, & exstimacione eis facta, & quod in ipsa exstimacione nulla fit specialis mencio, de quibus bonis ipsam exstimacionem prædictam de ter mille quingentis factam super prædictis D. Oddone, & Jacobo per respectum ad terras, & possessiones per ipsos non consignatas ad dictum regestum Cassamus, & Abolemus in quantum esset, & pro ea parte, pro qua facta esset per respectum ad prædicta castra Curtismitiæ, Perleti, & turris de Uzono, seu quarumcumque terrarum, & possessionum sitarum in territorio dictorum locorum. Prohibentes ne de cetero prædicta castra Curtismiliæ, Perleti, & turris de Uzono, vel quæcumque terræ, & possessiones, seu quæcumque bona immobilia site, vel sita in territorio dictorum locorum pertinencia ad prædictos D. Oddonem, & Jacobum, vel ad homines ipsorum prædictorum locorum ascribantur, vel ascribi possint in præsenti regesto. Et prædictam cassationem, & abolicionem facimus de voluntate, consilio, & consensu Dd. Guillelmi Layolii, Rodulfi Garreti, & Thomæ Ysnardi jurisperitorum testium infrascriptorum. Actum Ast in domo Rectorum populi anno Dom. MCCCXLVII. indicione quintadecima die nono octubris, præsentibus ad hæc vocatis, & rogatis dictis Dd. Guillelmo Layolio, Rodulfo Garreto, & Thom. Ysnardo jurisperitis, & de prædictis dictus D. Johannes judex prædictus, nec non dicti domini officiales præceperunt per me Franciscum de Tuerdo notarium fieri publicum instrumentum. Et ego Franciscus de Tuerdo publicus imperiali auctoritate notarius, & notarius dictorum DD. Johannis, & officialium prædictorum prædictum instrumentum recepi, & dictam impositionem, & abolicionem prout superius transcripsi de libro secundo portæ archus regesti novi prædicti inchoati ut supra, & in testimonium apposui signum meum consuetum, & me subscripsi.

MCCCCLXXX lege MCCCCLXXXVIII col. 419. *n.* 389. *lin.* 17. vocandi *adde* & auditis hinc inde propositis, quod justum fuerit appellatione remota decernas faciens, quod decreveris per censuram Ecclesiasticam firmiter observari; testes &c. *lin.* 20. anno I. *l.* anno X. signatum Henricum de Benzis.

MCCCCLXXXVI. col. 421. *n* 391 *corrige indictiones l.* 9 *IV. pone V. lin.* 37. *III. pone II. lin.* 54. *dele unum* servientium.

MDXXIX. col. 425. *n.* 396. *Monasterium de Latronorio, de qua agitur in hac charta adhuc existebat anno MDXXXIV. ut ex aliis Tabularii Episcopalis notis ostenditur. Nunc vero juris est Principis Centurionis Morzaschi Domini, intra cujus fines illud erat fundatum.*

MDXXXI. corrige MDXXXVI. col. 426. *n.* 397. *Extra locum suum hoc positum fuit diploma; pertinet enim ad annum MDXXXVI., ut recte habet Turrii exemplar. At quomodo conciliandi anni Regni ejus in fine appositi cum annis Imperii, & Historiæ Emendandi ergo, & non XXI. sed XVI. scribendum.*

Ad col. 538. *l.* 7. *Quærit Lumellius utrum Gamundium sit Castellatium oppidum, quod hodie conterminum est Sezzadio, & licet in rectam inclinet affirmantem sententiam, attamen non certo documento, vel rationibus, sed conjecturis nititur solummodo. Ut autem rem extra omnem controversiam ponamus; ex Tabulario oppidi in medium proferimus confinium Sezzadii descriptionem sub finem sæc. XIII. confectam, in qua aperte oppidum Gamundi Sezzadii finitimum dicitur, eoque loco ac regione, ut clare appareat non aliud esse, nisi hodiernum Castellatium quod nomen vetere obsoleto primum obtinuit sub initio sæculi XIII.*

Et primo incipiendo in fine Stanavasii, ubi cadit in flumen Burmidæ, & ubi incipit fossalutium, & eundo per dictum fossalutium apud castrum Spinæ usque ad viam Gamundinam, & quod fossalutium est divisio inter territorium Gamundi, & territorium Sexadii, & per dictam viam Gamundinam usque ad buscum Spinarum, quæ est super terras Carcabaliæ Malvicini inter dictas terras, & dicto buschetto eundo recte usque ad ulmum de Tertonensis, quæ est prope Levatam, & a dicta domo eundo per dictam Levatam usque ad Stanavasium usque ad Crosetam, & a dicta Croseta eundo recte usque in ritali Vallis Gorrini, & post modum eundo per dictum ritale usque ad murum Guastandum, & a dicto muro Guastando veniendo per quamdam taliatam, quod dividit poderium Montaldi ab illo Sexadii usque ad iter, per quod itur ad Cremorinum, & descendendo in valle de Rivali, & ab ista valle de Rivali eundo inter posse dicti Montaldi, & Sexadii usque ad boschetum communis Ripaltæ, quod vocatur Brozoleta usque ad ritalem Gallinæ veniendo versus montem Plalii, sicut pluit aqua tenendo super subius Pacium nemorum, & a monte Perlo veniendo per ritale Scapiani usque ad dictam Levatam, & a dicta Levata eundo usque ad pontem Nizolaschi eundo per dictum Nizolascum recte usque in flumen Burmidæ, & veniendo juxta, & per medium flumen Burmidæ usque ad vadum Lignorii, & ad vadum Lignorii accipiendo totam Gavonatam, quæ est jurisdictio nobilis de Firuffinis revertendo usque ad Bucam ritalis Cervini, ubi cadit in flumen Burmidæ, & abinde eundo semper per mediam Burmidam usque ad finem suprascripti Stanavasii, de quo supra scriptum est; & hæc est confinia terminata jurisdictionis, & poderii terræ Sexadii, & extracta fuit per nobilem Antonium Zoppum de Firuffinis a protocollis, & instrumentis existentibus in campanili civitatis Alexandriæ.

NOTULA

Scripturarum Episcopatus Aquensis.

1323. Membrana Instrumenti communis Cavatoris de annuo fictu solvendo D. Odono Episcopo Aquensi, & ejus successoribus.

1478. Privilegium Ottonis Imp. factum D. Benedicto Episcopo Aquensi, & successoribus: autenticum transumtum in Membrana.

1554. Brachium sæculare in causa Bistagni, & Monasterii pro D. Petro Vorstio Episcopo Aquensi contra Georgium de Ruvere. Membrana Originalis. privilegium Ottonis D. Benedicto Episcopo Aquensi.

1557. Sub Reverendissimo D. Bonaventura Costacciaro Episcopo Aquensi liber plurium Instrumentorum de bonis Episcopatus Aquensis.

1562. Provisio Ecclesiæ Murbelli Parochialis in Membrana.

1598. Bulla Clem. VIII. pro Episcopatus Aquensis provisione in persona D. Camilli Beccii.

1351. & alia 1348. investitura Reverendissimi D. Guidonis Episcopi Aquensis Marchionibus de Ponzono.

1479. Sententia arbitramentalis de duabus medaliis auri, quas debet singulo anno præpositus s. Thomæ de Canellis mensæ Episcopali Aquensi.

1533. Instrumentum Bullæ Sixti pro Monasterii, & Bistagni alienatione.

1343. Pro castro Castelletti procura D. Bonifacii Marchionis de Ponzono vice Reverendissimi D. Guidonis Episcopi Aquensis.

1332. Pro pedagio de Aquis vendito D. Odoni Episcopo Aquensi.

1354. Reverendissimus Guido Episcopus præcipit transumi duo instrumenta fictus Cavatorii facta per R. D. Henricum Episcopum.

1344. D. Guido Aq. Ep. investivit de beneficio D. Nazarii Prædaschi Pont. Clem. VI. an. 1. Sunt plurima instrumenta in membranis de juribus Cavatorii, Tertii, & Vixonis ibidem inserta.

1208. Diversa jura Castelletti, & Cavatorii, ac aliorum locorum civitatis Aquensis.

Rotulus scripturarum.

Aliæ scripturæ in membrana.

890. Sereniissimi Widonis anno primo privilegium de Ecclesia B. Vigilii, & ejus decimis.

1340. Plurima instrumenta fidelitatis in diversis membranis Marchionum Montisferrati factæ R. D. Guidoni Ep. Aquensi

1340. D. Ottobonus de Carretto fuit electus in Episcopum Aquensem, & transegit pro castro Bestagni cum Belengeriis usurpantibus, & aliis Forensibus Aquensibus.

1348. Carta protestationis factæ contra D. Luchinum Generalem Mediolani, & D. Joannem Marchionem Montisferrati coram R. D. Guidone Episcopo Aquensi.

Quædam provisio. Alia provisio.

1361. Coram R. D. Patre Guidone Episcopo sententia arbitramentalis prolata in loco Bistagni pro aliquibus spectantibus ad communitatem Bubbii.

INVENTARO

Delle scritture pertinenti al Vescovato d' Aqui date da Monsignore Reverendissimo Vescovo Costacciaro al Prior di Nizza per consegnarle a Monsignor Reverendissimo Vescovo s. Giorgio.

Una scrittura in carta pecora con coperta bianca, e soprascritto, che legge: Munimenta pro decimis Sexami, Monasterii s. Juliæ, Cassinaschi, Levazzolii, Cessolæ, Veximi &c.

Un' altra pur di carta pecora, che legge: Munimenta pro decimis de Dego.

Un' altra, che legge: Munimenta de Punzono.

Transumtum Bullæ Sixti pro Monasterio, & Bestagno.

Munimenta pro decimis castri Rocherii.

Un' altra in carta pecora, che legge: Carta continens pacta D. Episcopi Aquensis, & DD. Marchionum Ponzoni pro recuperatione castri Bistagni.

Transumptum cujusdam privilegii sereniissimi Imper. Henrici factum per D. Johannem de Castello.

Una scrittura in carta pecora, che legge: Jura Castelletti, & Cavatorii, & Ecclesiæ Aquensis.

Una relazione d' intimazione di un comandamento fatto al s. Luchino de Ponto Marchese di Carretto, ed altri rog. per Messere Gio. di Castello in Ast 1343. *a' 2. novembre.*

Investitura D. Episcopi pro uno de Castelletto 1361. 19. octobre.

Un' altra scrittura come sopra, che legge: Pro castro Castelletti Episcopi.

Un' altra, che legge: Carta sicut D. Episcopus Oddonus requisivit, ut juvaret ipsum ad manutenendum, & recuperandum bona Ecclesiæ Aquensis.

Un' altra, che legge: Pro castro Castelletti Episcopi.

Brachium sæculare pro Episcopo Aquensi.

Decretum quod fecit bon. mem. Oddoni (forte Ugo) & D. Guido Aquens. Episcop. Monasterio s. Petri de Aquis.

Un' altra scrittura in carta pecora del 1343. *a' 24. ottobre fatta in Ast.*

Un' altra come sopra, che legge: Sententia arbitramentalis pro communitate Monusilii contra communitatem Bubbii.

Un mazzetto di scritture in carta bianca con due di carta pecora, che leggono: Jura communis Q. D. Montisferrati.

Libertas Aquensis per unionem cum Alexandria factam.

Carta sicut Priorissa Monasterii de Canellis fecit obedientiam D. Episcopo Aquensi.

Procura D. Episcopi Aquensis.

Altra in carta pecora, che legge: Instrumentum confessionis factæ per D. Abbatem s. Petri Aquensis.

Un' altra, che legge: R. D. Episcopo contra illustrem D Marchionem Montisferrati.

Altra Episcopus D. Tertii.

Bolla del Cardinale s. Angelo d' assoluzione d' Apostasia di un frate della Diocesi d' Alba.

Privilegium D. Guidonis ſereniſſimi ſemper Auguſti.

Sentenza dell' Uditor di Camera Apoſtolica per l'eſtinzione della penſione, che pretendeva Antonio Maria de' Marcheſi del Monte da Monſignor Veſcovo Coſtacciaro.

Un mazzetto di ſcritture in carta pecora con coperta di carta bianca ligate con filo con ſopraſcritto, che legge: Munimenta Rochettæ.

Altro mazzetto di lettere ligate con filo groſſo con ſopraſcritto, che legge: Fratrum s. Franciſci.

Bolla di Pio V. della prepoſitura di Seſſadio in perſona di Vincenzo Paulino.

Una ſcrittura in carta pecora con coperta di carta bianca, e ligata con ſopraſcritte: Carta affictus loci Cartoxii.

Altra Carta proteſtationis factæ per procuratorem D. Epiſcopi Aquenſis in Felizzano.

Altra lettera, ſeu inſtrumentum factum in caſtro Epiſcopali Biſtagni.

Altra in carta pecora con coperta in carta bianca, e ligata con filo con ſopraſcritto: Monumenta pro decimis loci de Ulmo.

Un mazzetto di ſcritture ligate pro caſtro Biſtagni.

Un carnero di ſcritture per la maſſeria di Biſtagno con ſopraſcritta: pro Reverendiſſimo Epiſcopo Aquenſi.

INDEX

Chartarum, quæ olim exiſtebant penes Joſephum Gattum Aquenſem.

1070. Antica ſcrittura fatta vivente s. Guido de' redditi del Capitolo, che comincia: *Breve recordationis de hoc, quod intrat in Canonicam Aquenſem.* Si fa menzione di tre manſi dati da s. Guido in Cartoſio. pergam. fol. 40.

1116. Diploma dell'Imperatore Enrico V., il quale concede molti privilegj ad Azone Veſcovo d'Aqui. Il diploma è dato *VI. Kal. julii indict. IX. an. MCXVI.* quint. B. pag. 12.

1192. Convenzioni co' Marcheſi di Ponzone li 5. ottobre. quint. D. pag. 1.

1241. Giuramento di fedeltà preſtato in mani di Gulielmo eletto d' Acqui da Ruſinetto figliuolo di Opizzone d' Urſara 18. ſettembre fol. ✠ p. 2.

1243. Precetto di Gulielmo Veſcovo eletto al nodaro Giordano de Cumis d' autenticare un inſtromento q. A. p. 13.

1245. Li 14. giugno Gulielmo Veſcovo ordina al nodaro Enrico Marchiſio di ridurre una ſcrittura di Ottone ſuo anteceſſore in pubblica forma. q. A. p. 2.

1248. 30. agoſto Gulielmo eletto d' Acqui, ed Abbate di Spigno dà in affitto un ſedime nella contrada di s. Ambroggio a Pietro Tofaro fol. ✠ p. 2.

1248. 30. agoſto Differenza tra Gulielmo eletto, e le Monache de Latronorio per la Chieſa de Predalibus q. A p. 10.

1249. 1. ſettembre Gulielmo Veſcovo ordina al nodaro Opizone di Monte marino di autenticare un iſtromento. q. A. p. 9.

1251. Li 27 agoſto Alberto d' Inciſa eletto Veſcovo d'Acqui. lib. R. fol. 12. Arch. Veſc. q. G. p. 10.

1251. Alberto de' Marcheſi d' Inciſa Capellano d'Innocenzo IV. eletto Veſcovo d' Acqui rinoncia ad Enrico Canonico della Cattedrale. fol. ✠ p. 4. q. G. p. 12.

1258. Li 2. febbrajo Enrico Veſcovo dà in affitto ad Enrico de Albereto tutti i beni del Veſcovato ſulle fini di Cartoſio. q. D p. 16.

1263. 5. febbrajo in preſenza d' Alberto Sivoletto Veſcovo, Enrico della Porta confeſſa d' avere una pezza di terra in Strevi con canone al Veſcovo d' Acqui fol. ✠ p. 3.

1270. 9. dicembre Alberto Sivoletto Veſcovo d' Acqui affitta il molino di Biſtagno. Sopra la copia di queſto iſtromento Alberto Siviletto è chiamato dilapidatore, e diſtruttore della Chieſa d'Acqui. fol. ✠ p. 3.

1281. 16. ſettembre Sede vacante il ſignor Uberto Arcidiacono vice gerente del s. Frate Enrico di Laudio (Locedio) Vicario generale d'Acqui q. A p. 17.

1300. Si diſtrugge dagli Aleſſandrini il caſtello e la terra di Melazzino di giuriſdizione del Veſcovo; e ſi vede, che l'anno 1295. era ancora in piedi. q. G p. 1. e 2. fol. ✠ p. 3.

1304. Li 7. novembre Ogerio eletto dà licenza al chierico Belleſio de' Belleſj di eleggere un Rettore. fol. ✠ p. 2.

1305. Li 5. dicembre Oddone Veſcovo inveſtiſce Pietro Rotondo come ſovra. v. n. 265. lib. R fol. 122.

1306. . . . . D'ordine di Oddone ſi deſcrivono i poderi di ragione del Veſcovato ſul territorio di Caſſine. q. G p. 8.

1309. Li 4. maggio ordina al notaro Leone di ridurre in pubblica forma un iſtromento d' Ugone Veſcovo dell' anno 1212. lib. R. fol. 71. q. G p. 11.

1317. 15. aprile O. Veſcovo d' Acqui, cioè Odone lib. R fol. 170. q. A p. 2.

1324. Per conſenſo del Veſcovo, e quelli di Caſtelletto ſi ſtabiliſce la taglia e regiſtro da pagarſi dalli ſuddetti al Veſcovo Oddone q. G p. 2.

1226. 25. luglio Oddone menzionato in un iſtromento del 1355. lib. 8. Arch. Veſcov. q. G p. 2.

1338 . . . . Sede vacante, ed era Vicario Capitolare il S. Percivalle dal Carretto, di cui ſi fa menzione nell' autentico rinnovato a queſt' anno delle convenzioni ſeguite col Marcheſe di Monferrato l' anno 1278. arch. della Città.

1344. 10. agoſto. Maeſtro Giacomo Baudizone di Biſtagno; ed il signor Gulielmo arciprete d' Acqui alla preſenza di Monſignor Guido Veſcovo depongono i dritti, che il Veſcovo d'Acqui ha nella terra di Caſtelnovo Bormida. fol. ✠ p. 4.

1345. 17. aprile. Belleſio de' Belleſi avanti il ſud-

detto Guido atteſta, che la famiglia de' Belleſi non aveva alcuna giuriſdizione in Cavatore R. G. p. 7.

1343. il primo giugno. Atteſtato di Bonifacio della Porta, qualmente li signori Marcheſi di Ponzono non avevano alcuna giuriſdizione in Cavatore, ma ſolo il Veſcovo d'Acqui. Q. G. p. 6.

1345. li 21. ottobre. Franceſco Trotarolio arciprete di Tor d'Uzzone fa un atteſtato delle ragioni del Veſcovato d'Acqui ſulle decime d'eſſo luogo. R. G. p. 7. fol. ⊖ p. 3.

1347. 2. maggio. Sibilla moglie del fu Arnaudo de Pranella confeſſa giudizialmente avanti Monsignor Guido Veſcovo d'Acqui d'avere una pezza di terra di ragione del Veſcovato fol. † p. 1. c. 4.

1347. indizione prima. Pronzulo Scalpato, Gulielmo Carena, e Giacomo Coſta di Caſtelletto giurano a Monſignore Guido di conſegnarli tutti i beni di Mombaldone di ragione del Veſcovato. R. G. p. 4.

1353. li 26. agoſto. Tediſio arciprete della Pieve di Melazzo atteſta, che il Caſtello di Melazzo già diſtrutto dagli Aleſſandrini apparteneva alla giuriſdizione del Veſcovato d'Acqui. Q. G. p. 2.

1369. 2. agoſto. Guido Veſcovo inveſtiſce Provenzallo Sclapati di Caſtelletto d'una pezza di terra ſulle fini di detto luogo. R. G. p. 4. e fol. ⊖ p. 2.

1398. 24. febbrajo. Enrico Veſcovo elegge il Rettore dell'oſpedale di Biſtagno Q. F. p. 6.

1403. li 27. novembre. Fra Bonifacio de Zerbi Veſcovo d'Acqui dà a varj di Melazzo a lavorare diverſi beni del Veſcovato ſu quel territorio Quint. F. p. 1.

1404. ind. XII. 17. marzo. Bonifacio Veſcovo. Percivallo Siſmondo ſuo Vicario e Canonico d'Acqui, che fu poi Veſcovo Q. F. p. 2.

1406. ind. XIV. l'ultimo di decembre. Percivallo Siſmondo Canonico, e Procuratore generale della Chieſa d'Acqui con licenza di Monſignor Bonifacio dà in locazione perpetua a Giacomo Siſmondo un podere della Chieſa Quint. F. p. 17.

1418. ind. XI. ultimo di febbrajo. Percivallo Veſcovo inveſtiſce della Chieſa di S. Maria di Quinzano Antonio Carlevaris G. F. p. 19.

1418. li 24. gennajo. Li Conſoli, e gli altri Conſiglieri della città d'Acqui per pubblico iſtromento concedono l'immunità prr dodici lire di regiſtro alla Confraternita di S. Caiterina. Pergamena.

1422. ind. XV. 12. marzo. Convenzioni tra la città d'Acqui, e la terra di Ponzone. Lup.

1433. 17. ottobre. Bonifacio inveſtiſce li signori Conti di S. Giulia delle decime di S. Giulia, e Nioſa. Q. G. p. 20.

1451. 7. agoſto. Inveſtiſce Tommaſo Veſcovo il signor Battiſtino del Carretto delle decime di S. Giulia. Q. H. p. 8.

1468. 17. gennajo. Affitta un Zerbido di S. Antonio. Q. A. p. 14.

FINIS PARTIS PRIMÆ.

INDICES

Dabimus in fine ſecundæ partis, & quidem uberrimos; nunc vero errorum typographicorum Catalogum teximus, quibus & complures inſeruimus novas emendationes in notis prætermiſſas. Incipimus vero a ſerie Chronologica, ac per annum & menſem eas ſignamus: reliquas vero per columnas & lineas. In Henricianorum Regum numerandi ratione non unam ſemper tenuimus methodum, ſine errore tamen, ob diverſam ſcriptorum computandi rationem. Qui enim Henricus III. a multis dicitur, ab aliis II. appellatur. Monemus præterea erratum in numeris Columnarum 423, 459, 460; *item in computatione documentorum, ut eſt in ſerie adnotatum; nam numerus* 49 *duplicatus fuit in ſequenti charta, reliqui vero ordinate ſe habent uſque ad num.* 80, *poſt quem reſtitutus fuit ordo per omiſſionem numeri* 81, *& attributionem* 82 *ſequiori chartæ; item in diphtonghis. Hiſce enim carent veteres chartæ.*

MCXLVII. m. febr. Simoni hoſpitalis *l.* Simonis hoſpitali.
MCLXXVII. I. aug. *linea* 2 *adde* præſtitum.
MCLXXX. Sententia Ugonis *l.* ſententia V.
MCLXXXVI. Viceriæ *l. MCLXXXVII.*
Poſt MCXCVIII. IV. julii *corrige MCXCIX.* IV. Kal. apr.
MCCIV. Additamentum fœderi *l.* fœderis.
MCCV. XI. aug. *l. MCCVII.* XI. aug.
MCCVI. VII. febr. l. 3. & 4. legentibus . . . functo *l.* lugentibus . . . functus.
MCCIX. VI. exeun. mar. *l.* 2. n. 132. *leg.* n. 131. & *deinde adde titulum chartæ ſub n.* 132. *col.* 148.
MCCXLVII. XXII. febr. in fine lineæ pone Aquenſis.
MCCLIX. IX. martii leg. IX. exeun. martii.
Poſt MCCCXII. in reliquis duobus ſequentibus ſupple n. X. *ut ſit MCCCXIV. MCCCXVI.*
MCCCLII. XVII. martii Aquenſis *leg.* Aquenſi.
MCCCCLIX. XIX. K. julii. lin. 2. facta *leg.* factam.
MDXXXVI. Imperatori *leg.* Imperatoris.

Col. lin.
3 42 Julinus *l.* Julinum. 43. Lupus *l.* lupum.
4 21 Itineri *l.* itineris.
5 25 Diplomati Berengariis *l.* diplomatis Berengarii.
35 Alia Murat. *l.* alia a Murat. 50. Julinus *l.* Julinum.
6 60 1222 *l.* 1220.
8 18 Scamilaria, & *l.* Scamilaria (7). *Ita reliquis ſequentibus numeris in diplomate ſignatis adde unitatem, ut notis reſpondeant.*
9 23 Rex, Petro Novarienſis *l.* Rex Petro Novarienſi.
53 Primus *l.* Primum.
15 34 *Poſt* confirmationis *adde* (5); & *hunc numerum dele in linea* 36.
16 2 (4) *l* (6).
18 46 De hujus mentione *l.* de hoc mentionem.
20 28 Ad I. ann. *l.* I. ad ann.
23 46-7 Presjuris *l.* preſſuris.
45 50 *Poſt* Henrici *adde V.*
48 53 Innoc. PP. *l.* Innoc. PP. II.
58 4 Torre *l.* torrens.
59 18 Adriani PP. *l.* Adriani PP. IV.
64 60 Eo *l.* ſuo.
70 49 ab an. 1775. ad 1776. *l.* ab an. 1171. ad 1176.
72 1 Algiſiſii *l.* Algiſii.
78 55 *dele n.* 63.
84 35 Urbani PP. *l.* Urbani IV. PP.
89 54 II. *l.* vid.
90 32 mul. *l.* mula, ideſt *bulla.*
91 45 MCXC. *l.* MCXCI.
317 13 Andreas de *l.* Andreas de Aquis.
46 Uviliacum *l.* Uviliarum.
321 38 Habere *l.* haberet.
333 5 Juravit *l.* jurarunt. 53. Fecerunt *l.* fecerint.
335 26 Die *l.* dies.
338 35 Straram *l.* ſtratam.
339 28 Magiſtet *l.* Magiſter. *Littera t quandoque pro r irrepſit, quod in aliis locis benigne emendes rogo.*

Col. lin.
63 Faciant *l.* facient.
140 3 Perſolvere, tamquam alii cives *dele comma intera medium, & pone poſt* cives.
141 5 N. *l.* P. 14. Dominice *l.* Dominico.
142 3 Sacto *l.* facto.
143 2 Et habuerit *l.* & ſtatuerit. 11 Guerreni *l.* Guercii.
48 Reddentur *l.* reddantur.
146 30 Debent *l.* debet.
158 32 Et domangonum & donationem. *l.* & hanc donationem. 36. & voluntate *l.* ex voluntate.
161 47 Poteſtas *l.* Poteſtati.
170 37 *Poſt* interdicti *adde* abſolvit. 63. *III. l. IIII.*
182 27 *III. l. IIII.*
196 7 Communi *l.* Communis.
201 18 Martii *l.* martis.
210 4 Papiæ. Liceat *l.* Papiæ, liceat.
222 56 Vicinis *l.* a vicinis.
227 45 Delendum quinto *l.* delendum primo, & ejus loco legendum quintodecimo calendas ſeptembris.
48 Hinc *l.* hic.
230 5 & 6. *l. MCCLIV.*
232 25 Aquenſes *l.* Aquenſis.
233 36 Hora *l.* ora. 54 Competens *l.* competente.
238 16 Duo *l.* duos.
29 Manfredus *l.* Manefredi. 60 *MCCLII. l. MCCLXII.*
239 19 Communes *l.* Commune.
240 43 Viderint *l.* vixerint.
241 33 Aquenſi *l.* Aquenſis.
242 62 Fiunt *l.* fient.
246 48 *XXVI. l. XXV.*
250 38 Sententiariis *l.* ſententiavit.
54 Bannos *l.* Banno.
252 16 Inſcia *l.* Inciſa. 44 iſti *l.* Iſti.
253 35 Poſſet *l.* poſſit.
257 31 Othone *l.* Ogerio.
265 11 *MCCXXXXV. l. MCCLXXXXV.*
270 25 *IX. l. VIII.*
272 27 Conceſſa *l.* conceſſam. 28 Rolundo *l.* Rotundo.
273 42-3 *lege* Rivetis atque cerbis. 53 F.F. *l.* a FF.
274 57 *Poſt* Hinraccium *dele comma.*
275 53 Vicum *l.* vicus. 62 Donum *l.* bonum.
279 1 Quæ *l.* quem.
282 9 Cui *l.* qui. 14 *dele puncta intermedia.*
283 19 Aquenſi *l.* Aquenſis.
285 5 Marchiones *l.* Marchionis.
288 46 Belleſcanus *l.* Bellexana.
290 53 Dalmiani *l.* Damiani.
291 19 Cujus caſtri *l.* cui caſtro. 63 *Poſt* inferte *adde* moleſtiam.
294 35 p. 114. *l.* 116.
295 26. Perſonæ *l.* perſona.
298 5 192 *l.* 292.
306 51 Publicavi *l.* publicari.
317 30 Pœnam *l.* plenam.
320 42 Dominos *l.* Dominis.

Col. lin.

323 23 Nobis . . . Johanni *l.* nobilis Johannis.
332 3 *MCCCXLIV.* l. *MCCCLXIV.*
334 9 Ind. XII. *l.* indic. II.
335 41 Vedi *l.* vide.
349 38 233 *l.* 333 & *ita corrige numeros trium sequentium DD.*
351 30 Ugulii *l.* Uguliis. 60 Zabreria *l.* Zabreriæ.
358 4 Quid *l.* quod.
360 8 *Post* facta *adde* patet per.
363 28 Antonium *l.* Antonellum, & *tolle puncta.*
367 6 *MCCCLXVII.* l. *MCCCLXXVII.*
371 5 Gubernato *l.* Gubernatori.
372 55 Albertus *l.* Alberti.
373 55 Sine *l.* sive.
379 50 Terris *l.* cerris, *uti legitur col.* 380. *l.* 3.
387 33 Expressa *ei præpone* absque.
390 17 *MCCCXXV.* l. *MCCCCXXV.*
41 Suspicientes *l.* suscipientes.
401 7 Mariæ *l.* Maria.
402 54 Respipiens *l.* respiciens.
405 61 Dictæ *l.* dicta.
407 50 Assidue *l.* assiduæ.
408 48 Repertus *l.* repertum.
409 42 Devotioni *l.* devotionis.
410 12 Record. *p. l.* record. Bonifacii P. 47 Sed *l.* si.
417 55 Sal. *l.* Incarn.
419 6 & 7 *lege* 1488.
420 48 Extra *l.* contra.
421 9 Ind. IV *l.* V. 37 Ind. III. *l.* II.
422 7 Marchionis *l.* Marchione.
426 47 *lege MDXXXVI.*
434 43 Baptismati lavacro singulis diebus ablutos *lege* baptismali lavacro ablutos singulis diebus confirmandi etc.
444 1 Ordinarium *l.* ordinariorum.
452 45 Libertatu mearundem *l.* libertatem earundem.
53 Aquensis *l.* Aquensi.
454 29 Domenica II. *l.* Domenica I.
459 8 Decimo octavo *l.* decimo, octavo & *dele puncta.*
462 31 Undecima *l.* XII.
459 7 Imperii vero . . . . Henrico Deo propitio decimo octavo . . . die *l.* imperii vero Henrico d. p. decimo, octavo die &c. *Obiit Henricus III. die VI. oct. MLVI.*
460 10 Tercia l. 11. *dolui compositorem numeros romanos sæpe vertisse in nomina ordinalia, ex quo plura sphalmata orta sunt.*
465 36 Secunda *l.* I.
469 20 *XIIII.* l. *VIIII.*
471 5 *Post parentesim pone* factas.
472 56 Septimo *l.* V.
474 34 Ex *l.* ei.
478 18 *III.* l. *VI.*
479 9 *X.* l. *IX.*
483 56 *l. MCCVI.* 56 23. apr. l. IX. K. madii. 59 *pag.* 79.
487 2 *C. l.* 5. 9 Sexto, cal. *l.* VI. cal.
488 42 Appellatio *l.* appellatione. 54 *XV. l.* indic. *XV.*
489 25 Arcid. *l.* Archid. 29 *XIV.* l. *XV.*
491 34 Primo *l.* VII.
494 39 Indic. *III. XIII. l.* indic. *XIII.* 58 Quadri *l.* quadra.
496 9 Ducentesimo secundo *l. uti in titulo CCXLII.*
29 Tertia *l. XII.*
499 39 *Deest* septimo.
40 Tertio oct. *l. III.* exeunt. octob.
501 51 Pulmbea l. plumbea.
504 48 Beccarice *l.* Beccariæ
505 31 Indic. III *l.* indic. VI.
515 17 Martisferrati *l.* Montisf. 44 Presento *l.* presente.
516 18 Indic. II. *l.* indic. VII.
42 Indic. XV. *l.* indic. IV.
56 Indic. XIIII. *l.* indic. VIIII.
520 32 Indic. I. *l.* indic. VI.
521 5 Eq. *l.* Ego. 12 *Dele unitatem ut sit VIIII.*
46 Indic. IX. *l.* VI. 50 Tangrum *l.* Tanagrum.
523 47 Mercati *l.* mercatus. 55 Principium *l.* principum.

Col. lin.

524 29 lege *MCCCCLXXXV.* 39 Accepto *quod hic error irrepsit in chartaceo exemplari, ex quo hoc descripsi.*
526 18 Castorum l. castrorum.
527 27 Excommunicavi *l.* excommunicari. 33 Quarto *l.* V.
528 60 Intitula[illegible] *l.* intitulati.
529 18 Normia *l.* enormia.
538 27 Resonantia *l.* resonantium.
540 44 Angustiorem *l.* augustiorem.
542 40 Mundinationes *l.* nundinationes.
543 25 Eom *l.* cum.
553 22 Mediolanensas *l.* Mediolanenses.
557 35 *Post* Vasonus *adde* missi.
558 8 Redimeret *l.* redimerent.
559 Polvera *l.* plovera. 55 Accepisse *l.* se accepisse.
562 12 Uti *l.* vide. 59 Vignati *l.* viginti.
564 41 Frustum signi *l.* frustum ligni.
567 43 Agagnino *l.* Anagnino.
572 1 Gursus *l.* Guasus.
572 60 Ghigninus *l.* Ghilinus.
573 9 Plurimos *l.* plurimi.
574 15 Marchionis *l.* Marchioni.
583 5 Sicilio *l.* Siciliæ.
587 35 Johannis *l.* Johannes.
588 15 Lanian. *l.* laniant.
591 25 Uunc *l.* nunc.
595 62 Exquitibus *l* equitibus.
601 7 Perfunctis *l.* perfunctus.
20 Fuerat, parvi *l.* fuerat ... parvi. *Nam deest nominativus sequentis verbi, ut in MS. deerat.* 29 Aeris *l.* æris.
609 8 Frater *l.* fratres. 26 Nixu *l.* Nisa.
611 6 Succedunt *l.* succendunt.
614 54 Novatam *l.* navatam.
615 25 Flumieres *l.* Humieres. 48 Indutos *l.* induti.
618 47 Qui *l.* quæ.
619 38 Adductis ibi; quod *l.* adductis; ibi quod.
622 63 Comp--cuit *l.* compescuit.
623 24 Noluerit *l.* voluerit.
627 20 Exemplare *l.* exemplari.
629 58 Marchii *l.* martii.
630 3 Reddit *l.* reddidit. 58 Sapius *l.* sæpius.
634 50 Amorem & benevolentiam *l.* amor atque in litteratos benevolentia.
637 18 Eorum *l.* corum.
641 42 Ferrainæ *l.* Ferraniæ.
644 23 Amedi *l.* Amedei. 34 Duis *l.* Ducis.
646 62-3 *Nonnulla hic omissa quæ sic suppleas rogo.* Annus pontificatus convenit cum aera Christiana usurpata ab hoc Pontifice qua annus inchoatur die 25 martii; minime vero cum indictione quæ nona erat non decima nisi Januensis fuerit adhibita ut est verisimile.
648 59 Sc *l.* S.
659 9 *N.* 119. *l.* 115.
14 Col. 136 *l.* col. 131.
666 9 N. 152. *l.* N. 151.
671 57 Intero *l.* integro.
672 58 Inreriret *l.* interiret.
673 60 *Hæc nota, quæ hinc protenditur ad lineam usque* 45 *columnæ sequentis, extra suum locum posita fuit. Inseri autem debebat post notam doc. n.* 193., & *lineam* 52 *columnæ sequentis.*
676 31 *N.* 228. *l.* 227.
685 60 De *l.* de aquis.
696 18 Eum *l.* cum.
698 54 Perveraſſe *l.* perseveraſſe.
702 51 Col. 307. l. 301.
705 39 *NCCCXV.* l. *MCCCXV.*
706 51 Nullam *l.* ullam. 53 Illum *l.* hunc.
708 56 *Post hanc lineam addi oportebat totam notam cum documento relato in columna sequenti a linea* 50 *usque ad lineam* 57. *col.* 711. 57 *MCCCII. l. MCCCCIE.*
209 50 Col. 280. l. col. 380.
717 61 Qdeste *l.* queste.

SIO

AMB. BLESIO

[illegible]DICO

ET

CONSILIARIIS

CIVITATIS·ARVENSIS

IOH·BAP.MORIONDVS

D. D.